D. PETRI TATARETI

ARTIVM, ET SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS PRAECLARISSIMI,

LVCIDISSIMA COMMENTARIA,

Siue (vt vocant) Reportata,

IN SECVNDVM LIBRVM SENTENTIARVM IOANNIS DVNS SCOTI SVBTILIVM PRINCIPIS, ab innumeris erroribus expurgata, & germanæ integritati restituta: atque insignioribus Annotationibus illustrata

Per R. P. F. Bonauenturam Manentum Brixianum, Conuentualem Franciscanum, publicum Sacræ Theologiæ in Patauino Gymnasio professorem.

In studiosorum quoq; gratiam vnicuique Libro adiectus est Index copiosissimus; qui rerum atq; verborum notabilium dilucidationea continet: necnon omnia ferè doctrinæ Scoticæ præcipua fundamenta.

Accessit etiam alter Index locorum, tum Sacræ Scripturæ, ac Sanctorum Patrum: tum Aristotelis, & Auerrois, in vnoquoque Libro explicatorum.

Cum Priuilegijs Illustrissimi Senatus Veneti, & Sereniss. Ducis Sabaudiæ.







b A

VENETIIS,
Apud Heredes Simonis Galignani de Karera.
M. D. LXXXIII.



INDEX QVAESTIONVM EXPOSITARVM, SECVNDI LIBRI.

FINIS QVAESTIONVM LIBRI SECVNDI.

INDEX IN REPORTATA

D. PETRI TATARETI

SVPER SECVNDVM LIBRVM SENTENTIARVM

IOAN. DVNS SCOTI DOCTORIS SVBTILISSIMI:

Adiecto in fine paruo indice Auctoritatum Sacræ scripturæ SS. Patrum, Arist. & Auerr. in hoc Secundo declaratarum.

Numerus paginam notat, A. uerò primam columnam, & B. secundam significat.

A

Ex sententia Scoti in secundo dist. 41. datur actus qui non est bonus neque malus moraliter, sed est actus neutor.

Vide D. Aug. 13. de Trinitate ca. 5.

Reg. Scot. in primo dist. 41.

B

C

D

Nihil

FINIS SECVNDI INDICIS.



INDEX

LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, ET SANCTORVM PATRVM: NECNON ARIST. ET AVERROIS,


in hoc Secundo Libro expositorum de mente Scoti.







LOCA ARISTOTELIS ET EIVS COMMENTATORIS SVBOBSCVRAE, IN PRAESENTI LIBRO, HINCINDE LOCIS CITATIS, DECLARATA.



INDICIS SECVNDI LIBRI FINIS.

ERRATA SECVNDI LIBRI.

Pag.1.a.lin 79 expungatur, vt dicitur communiter, &c. vsque, vt dicitur, b.61 vel communius.

p.2.a.14 quòd illa tria, 53 necessarium est, quòd tunc. b.68. essentialis, communis tribus.

p.3.b.13 est ipsa voluntas.

p 4 a 61 tendimus, b.22 Paternitas, siue generatio actiua, 25 sunt communia tribus. 37 legito, si sunt appropriata, sunt communia tribus, 78. & quomodocumque dicatur.

p.5.a.52 inductus in aqua, 71 scilicet, Verbum, b. 25 ratio Domini Scoti, 26 connexionem, 27 necessariam, 31 non minus istud produceret, 43 quæstionem, 64 necessariæ, 79 productionem extrinsecam.

p.6.a.58 agit ad intra ex, 60 contingentis 66 duo producta, B. 11 virtuti, ad sensum datum. 32 scilicet, respectu intellectus diuini possit esse duplex, 34 transeo vsque ad.

p.7.a.44 necessaria, sed contingens, 64 Pater creat, etiam filius, B.69 creaturem non.

p.8 a.7 ergo arguit contra, b 4. & sic supponendo, 62 vnde ordo naturæ secundum, 64 vacat, quòd ordo naturæ, 71 diuinis, & probatur, 74 vnius ad aliud.

p.9.a.70 est Beatus Augustinus, b.48 quæstione quodlib.

p.11.a.1 digressione, 32 sed sunt per.

p.13.b 33 quod ibeti, 63 ad alium. s. illuminare ad calefacere, tamquam.

p.15.a.5 illi non negassent, 69 Spiritus sancti, b.23 quodl. beti, 73 pro statu isto.

p.16.a.62 quæstione quodlib. b.66. à quacumque operatione capiatur, est benè.

p.17.a.19 ad esse formæ vnum, vacat, b.3 accipis esse simpliciter reale, 4 vacat, producere, 48 illius formæ, ut primatio.

p.18.b. de Rama quodl. 52 vnum propter se, 57 naturæ, & durationis, 66. quæst. quodl. artic. 1

p.20.a.62 vtrum Deus b 41 Scotus ad illud.

p.21.a 53 opiniones diuersæ, b.20. indifferens, &c. 35. & illud est esse secundum quod.

p.24.a.11 esse, licèt præcesseris, b.6 desiderent nos, quòd crederemus, 28. vult hoc. s. Antichristum ratio.

p.25.a.23 sunt possibilia, 43 illas, 58 adductæ, b. 22 quòd Mundus potuit, 53 sed quòd Deus.

p.26.a.7 sed ratio, 62 quòd ignis.

p 27.a.39 sed omnino, 47 benè soluerentur.

p.28.b 61 videtur ducere.

p.29.a.9 q.12. quodlibe. b.18 quod est, est necesse est.

p.30.a.1 ad suppositum, 24 si Asinus ille, 78 contrariorum immediatorum.

p.31.a.1 sanitas eam, 3 vacat, præcedat sanitatem.

p.32.a.48 inconueniens dare infinitum in multitudine à parte ante, benè esset inconueniens, b.25 nec excedatur, 42 in nota marginali, vbi habetur præsentium, legito, præteritum, 64 à parte ante, & de futuro ad, b. quod est infinitum à parte, 75 ergo sequitur.

p.33.a.7 conueniunt quanto finito, 60 creatur tamen, b.15 præpositionis.

p.34.a.27 prima est minus, 29 dico, generatio vnius, 39 vacat, vel, b. 79 nempè ab hoc.

p.35.a.21 quòd si mundus, b.34. ex, 30. distinct. primi, 45 illud esse sine illo, 56 vna pars est in.

p.36.b.48 formam absolutam ad aliud secundum formam.

p.37.b.25 Tertia quæst. quodlib.

p.38.a.66 distinctionem realem etiam in diuinis.

p.39.a.3 identica idem linea sequenti, 42 opponuntur, 66. quæst. quodlib. b.42 eadem ratione, & multa &c.

p.40.a 47 in homine, 52 intensam, ibed vacat, quòd, 55 ab illo, quod est, 71 relationes vnius, b.62 & communiter datur.

p.41.a.15 obiectum etiam cognitum; & obiectum cognitum est, b.64 secundo sequeretur

p.42.a.8 vacat, est, 20 & 43 tertia quæst. b. 18 relatio sit illa, 60 quæ refertur.

p.44 b.27 quia non est impossibile, 37 homo est, Asinus non est, 41 modò similitas, 48 sed aliquando propter essentialem dependentiam, quare, 49 ideò arguendo.

p.45.a.5 sexta quodlibeti, 7. illa comparatio, 15. ergo sunt idem, B. 12 si non quæram.

p.46.a.3 illas, b. 56 non tamen subiecto non corrupto, 57. sed solum, 59. creatio.

p.47.a.2 ad non esse, 58. semper fuit.

p.48.b.52 sint prægnantes.

p.50.b.58 videretur.

p.51.a.9 illud quod ordinatur, b.27 & ipse intellectus.

p.52.a.54 non est per naturam, b.44. idem obiectum, intellectualitates intellectus nostri.

p.53.b.2 ex potentia animæ Christi.

p 54.b.48 manet sine

p.55.a.56 & antecedentia sunt, b.25 coextiterit.

p.56.a.21 actio coexistens, 62. vacat, quia soluitur vsque ad dictionem, quando res, 79. ista stans simul, item nego hoc in.

p.57 a.11 id etiam, 38 realiter ab existentia ipsius Angeli, 75 sed omnino idem existentia Angeli, b. 26 illum non habere, 51 molis, 67 non possumus.

p.58.b.55 nego, quo. post vltimam lineam æuum, addatur, æuum. & tunc fortè sic probabiliter tenent, quod Deus multos.

p.59 b.54 distincta, 57 ponitur esse, 77 Angeli non.

p.60.b.1 mutaretur, mutaretur, vel. 43 vacat, sequere nunc.

p.61.a 72 ut inferius continet superius, b.51 quòd creatio, &c.

p 62 a.29 succedit respectiui, b.19. esset in seipso.

p.63.b.74 identitatem.

p.64 b 63 multa recipere.

p.65.a 29 omnis desitio.

p.67.a.9 vnde quando, 11 tunc sunt vnum, 35 ergo sunt sub.

p.68 a 2 exponere, b.43 Ista est difficultas.

p.69.b.61 longum, 13 q. quodlib.

p.71.a.2 qui seorsum, b.36 existentis.

p.74 b.9 Quæcumque habent, &c.

p 75 b.56 dist. primi q.

p 76.b 66 priuatiuè conueniat.

p 79.b. 49 etiam per compar.

p.80.a.77 nusquam, b.19. sic videlicet.

p.81.a.59 corpus à primo mobili secundum Philosophos, vel ab Empyreo secundum Theologos, dicitur non vltimum, b. 92 diuisibilis.

p.82.b 46 motum, 71 immobilis localiter.

p.83.b 47 alicui vel omni.

p.85 a.9 corporis ad locandum, 10. locabilitatem, b. 6 quia Angelo, 50 puncti nam indiuisibiliter puncti.

p 86 a 13 tamquam in, 14. ergo est, 49 medietate.

p.87 a.79 actualiter.

p.88.a 73 & ita.

p.90 a 15. absolutas, nego, b.50. & ideò.

p.92.a.27 subiectiuum receptiuum, b.74. ex minimis.

p.93.a.1 ex minimis, 27. in propositione sub sexquialtera, 40. in proportione, 77 sunt diuisibilia, b.74. lege, sicut est possibile.

p 94.a.4 æqualis est.

p.96.b.41 quantitatis molis, 70 forma minima.

p.97.a 61 possit diuidi.

p 100.b.28 Ly. possibile.

p.101.a.34 primum. 54 concedo illam ratione.

p.102.a.3 punctum mediatum.

p.105.a.76 perfectiorem.

p.107.a.60 qui fit sanus, b.5 luminis. 16 conuerso quando liquefit glacies.

p.108 b 32 secundum in complexis.

p.109.a.38 quòd ipse est.

p.110.a.60 extra plenum, b. 64 Physic. ad.

p.111.a.23 & æquale.

p.113.a.23 cæteris.

p.114.a.41 etiam ad eamdem, 43 & hoc etiam, b. 7 partibus: sed gratia.

p.115.b.17 nihil causat, b.26. illius motus.

p.116.a.1 vacat, ab illo leui, 6 vincebat, b.57. propter quem, 60 sua cognitio.

p.117.a.54 sunt duplicia, b.58. tamquam à.

p.118.b.22 vbi etiam.

p.119.a.35 virtutis b.34 conuenit habere.

p.120.b.68 quòd secundum, 69 & vltimum.

p.121.b.36 temporis etiam quiesceret.

p.122.b.47 qui non potest.

p.125.a.26 natura, vel Deo.

p.126.b.3 distinguitur, 51 Metaphoricè, 79 dicatur, hæc, vel hoc, etiã quæro, quæ est causa, quare ista, & altera dicatur indiuidua.

p.127.b.26 sed, lege scilicet. idem, p. 128.b.3

p.129.b.39 quartam.

p.130.a.12 tale, 63 præcisè iste sonus, 75. ideò, lege, decimo.

p.131.a.28 quæ non compatitur.

p.134.

ERRATA SECVNDI LIBRI.

Pag.134.a.29 illud, quo ipsa,b.42 vacat, qua.43 vacat. compositum. 62 non.lege,cum,
p.135.a.77 naturam meam.
p.136.b.8 sed,lege, scilicet.
p.136. restitue numerum paginæ, b.60 decimam, lege. decem.
p.157.a.53 perfectimali, & intrinseco,b 36 alia aptitudinalis.
p.140.a.9 materiam. 10 in illa.
p.141.a.71 scilicet, lege, sed.
p.142 a.72 effectiuum,b 31 quæ in prædicamento. 36 conclusionis,lege, coordinationis.53 sunt primo diuersa.54 impunitè,lege,impermissè. 77 nullo modo,79 quod sic subijcitur.
p.143.b.6 per aliquid ipsius.71 causabitur à.
p.144.b.42 de augmento.75 distinctionem, quæ habetur.76 & quidã.
p.145.a.34 ex ratione generantis. 40 arguitur dicendo. 52 minor pa-tet 74 à partibus,
p.147.b.15 materia pro differentia.58.vacat,semper.69 bis ponitur qd.
p 148.a.22 aliud, scilicet genitum.
p.149.a.23 modo,lege,mouetur.
p.151 b.17 quomodocumque in uoces. 54 uel erit aliquod.
p.152.b.3 homo est rationalis.
p.153.a.36 uacat, species b.9 non,lege,nunc.
p 154.b.37 quæ persona constituitur in esse. 75 indiuidualis, lege, in diuinis.
a p.154.usque ad pag.181 restitue numerum.
p.155.b.49 materiali,lege,immateriali.
p.156.b.46 parisienses,lege,Parisienses.
p.157.a.27 habent materiam, sed sunt,b.56 uel natura.
p.158.a.56 propter dabile,&
p.159.a.23 specifica.72 maioris,b.46 minorem eo modo.
p.160.a.19 & probationem,b.64 cognosceret per.
p 161 b.30 uacat, cum.59 quas ponemus.
p.163.b.60 quando obiectum.
p.164 a.4 illam maiorem à causis genere.23 seipsum.
p.166.a.78 nota etiam quid est.
p.167.a.30 repræsentare seipsam,b.30. dicit Scotus quòd. 44 & tolle illud bonum.
p.170.b.18 phantasia Carthaginis est in anima,&c.& per
p.171.a.15 tamen uiso erat.
p.173.b.56 & elicere actus.
p.174.a.26.& in inanimatis. .
p.177 b.34 quæstione de.
p 178.a.10 illa benè intelligerem,b.70.& cum hoc sunt.
p 179.a.51 posse proficere,54 proficias sic,b.4 quæ sunt.
p.181.b.79 lux quæ exponitur.
p.182.b.42 exteriorum
p.183.a.7 omnem portionem.
p.185.a.29 quod non potuit.69 quia fecit.
p 186.a.13 primo est.& tunc.14 & uoluntas cum b.
p.188 a.47 & deformis prædicatur.
p 190.b.27 probat etiam auctoritate,&.47 separata. non primum.
p.191.a 42 uolitione non potest non uelle,& est immobilis.
p.193.a 9 credere autem non nisi.
p.194 a 9 tyrannus,ibi non,10 uelet lege uidelicet.
p.195 a.45 à solo Deo potest.58 arguitur sic, quia sequeretur.59 esset facere,quòd inferior uideret,b.60 è contra.
p.196.b.26 quia si audiens.
p.197.a.38 primi tres sunt,b.62 quæ est accidentalis.
p.199 a.7 species intelligibiles.26 disperato,lege,disparato, b.38 aut quò ad subauctoritatem.
p.200.b.27 tertius terminus.68 uacat tota repetitio.
p.102.a.58 reputatur ergo impugnatum.59 quòd materia est,b 5 sinè priuatione.39 elementa secundum Grammaticos.
p.205 a.12 Distinctio ex.23 Circa.20 Distinctionem
p.206 a.22 subreptitius,b.33 cultus lege, uultus.76 finitio lege fruitio
p.208.a 18 alias concedit,b 50 in materia de locutionibus.
p.209 a.35 causat uisionem, uel ad seipsam.43 oportet quòd illa, 44 cum,lege,ad
p.211.b.34 quia reprobatus, 39 bonitatis in actibus, 48 dimittant.
p.213.a 14 ·existendo,65 aliquid, ·ege,aliquid & 65.b.13 in parte.
p.214.a.52 & ista est conceptio,b 50 hic suppositis, 63 instis a debito, ut ad,
p.215.a 30 à sole,ut ab aliqua.65 ideò excusantur.
p.217.a.21 quòd Paulus,b 43 virtus corruptio,& priuatio. 44 in actu, qui est odium proximi, tamen actus.
p.218.a.27 deformando, 44 loquimur hic, b.38 non è contra.
p.220.a.4 totalis in suo ordine.
p.221.a.23 non è contra.
p.222.a.55 & è contra,b.32 prima est intentio necessitatis.
p.223.a.69 & est quasi,b.16.ascensus, 24 scilicet innata, 50 nec ista est intentio.
p.224.a.78 aut unitate integritatis.
p.225.b.73 cognitione singulari,quæ.74 inferamus ergo.

Finis Errata Secundi Libri.



REPORTATA LVCIDISSIMA

D·PETRI TATARETI

ARTIVM, AC SACRAE THEOLOGIAE

DOCTORIS ERVDITISSIMI,

Super Secundo Libro Sententiarum


IOAN. DVNS SCOTI SVBTILIVM PRINCIPIS

fœliciter incipiunt.



QVAESTIO PRIMA.

Continuatio huius secundi libri cum primo.



STENSO in primo sententiarum qualis sit Dei perfectio & bonitas eius, ut in seipsum consideratur; Consequenter Magister ostendit quo pacto Deus communicat perfectionem, & bonitatem suam rebus creatis in hoc Secundo Libro, in quo de emanatione rerū a Deo per creationem agit. Et ex Magistro colligitur talis cōclusio. Deus est creator omnium rerum uisibilium & inuisibilium, quam conclusionem declarans Doctor subtilis, cuius Quæstiones super secundo libro interpretaturi sumus, dicit, quod Deus est causa prima secundum causalitatē triplicem, scilicet efficientis, exemplaris, & finalis. Primo dicitur esse causa efficiens omnium causabilium per uoluntatē suam 7.q.quol. quia est principium immediatum omnium rerum causabilium & causandarum ad extra. Secundo est causa exemplaris. Videtur loqui Scotus hic solum secundum mentem aliorum, scilicet, secundum Beatum Thomam, & Henricum, & alios multos, qui ponunt causam exemplarem, quam Scotus hic ponit. Verùm dico, quod Scotus loquitur de mente sua. Nam causa exemplaris in proposito, est determinatio causæ efficientis, & causalitatis efficientis, & non dico causam exemplarem esse aliam a causa efficiente, ut illi Doctores imaginantur. Sed dico quòd Deus est causa exemplaris omnium. quia est causa efficiens omnium, per intellectum, & uoluntatem. Et istud dicit mihi hoc, quòd est Deum esse causam efficientem, & exemplarem omnium. Nam omnium est artifex, omnem habens uirtutem, omnia prospiciens. Et ita dicitur esse causa exemplaris omnium causabilium, non solum causa efficiens, sed etiam causa efficiens per intellectum, & uoluntatem suam. Tertiò dicitur causa finalis omnium. Nam omnia ordinantur in se ipsum finem mediatè uel immediatè. Et ita dicitur causa efficiens omnium, & causa exemplaris, ut seorsum dictum. & finalis.

Cōclusio ex Magistro.

Deus est cā oīum cābiliū in triplici genere causæ.

Cā exēplaris quid significet.

De creatione rerum formantur aliquę Quęstiones, quarum prima est. Vtrum prima causalitas respectu omnium causabilium, de necessitate sit in tribus personis. Sed termini sunt declarandi primo. Primum autem capitur dupliciter. Vno modo per negationem prioris. Alio modo per comparationem ad posterius. Vnde dicimus primam causam, primum efficiens, secunda distinct. primi. q.t. & primum secundum efficientiam. Sic quòd impossibile est aliquam esse priorem illa: Secundo modo est per ordinem ad posterius, ut dicitur communiter. Primo modo, est per ordinem ad posterius ut communiter dicitur: primogenitus in multis fratribus. Aliquando capitur Primum, pro adæquato. Vt passim dicitur inesse primo subiecto suo idest adæquato illi. Modo hic capitur primum, ut dicit negationem prioris, & habitudinem ad posterius, scilicet rationis. Quia omnis habitudo primæ causæ ad creaturas, est rationis. Tertio modo dicitur prima, quia nulla alia est prior, & prima etiam, quia dabilis est secunda post illam: etiam potest exponi, prima, idest, adæquata illis tribus.

Prima q̄ Sco.

De prima cāusalitate omniū cābiliū.

Primum dupliciter.

Causalitas est secundus terminus, qui quandoque accipitur pro formali, quandoque pro materiali, siue pro fundamento, quando sumitur pro formali, supponit pro productione alicuius extrinseci in alietate naturæ. Ex quo infero, q̄ pductio ad intra, quæ est productio alicuius suppositi in eadem natura Diuina, non est causalitas, sicut productio ad extra. Sed quando capitur pro materiali, siue pro fundamento, supponit pro proxima ratione producendi aliquid ad extra, idest, pro illo, a quo aliquid denominatur principium productiuum ad extra. Velut calor in igne, respectu caliditatis producendæ, & uoluntas Diuina, respectu creaturarum. Vnde dico, quòd causalitas prima pro formali, est respectus rationis Dei causantis, ad creaturam causatam. Sed causalitas pro materiali siue fundamentaliter, est uoluntas Diuina, qua Deus uult producere aliquam rem ad extra.

Causalitas dupliciter capi pōt, & sic utroque modo.

Prima cāusalitas pro formali quid, & pro materiali.

Causalitas ergo est productio alicuius extrinseci, in alteritate naturæ. Et productio est genus, uel commune, ad productionem, quæ est in Diuinis & ad causalitatem. Nam Dei duplex est productio. Vna ad intra. Altera ad extra. Et productio ad extra dupliciter sumi potest, secundum quòd ly, extra, potest dicere extraneitatem. Nam, quædam est productio in alteritate reali & hypostatica tantum, prout ly, extra, dicit extraneitatem realem personæ productæ, a persona producentis. Et hæc potest dici productio ad extra secundum quid. Alia est productio ad extra in diuersitate reali & essentiali, prout ly, extra, dicit extraneitatem realem, & essentialē naturæ. Primo modo productio filij in Diuinis, potest dici productio ad extra. Nam filius realiter & hypostaticè distinguitur a Patre. Et hoc mō non loquimur in Theologia de productione ad extra. Secundo mō, productio ad extra dicitur secūdum quod ly extra, dicit non solū extraneitatem realem, uerum ēt essentialem, & sic dicūtur produci creaturæ. Creaturarū enim productio propriè dicitur productio ad extra. Nam realiter, & essentialiter distinguūtur ab ipso Deo producēte. Dicebamus quō erat alia pductio ad intra, & est pductio alicuius realiter

Duplex Dei productio.

Productio ad extra dupliciter capi potest.

Productio Diuinarū personarū non dicitur ad extra apud Theologos.

distincti a producente, non tamen essentialiter. Et isto modo productio Filii, & Spiritussancti, in Diuinis, dicuntur ad intra. & hoc modo communiter loquuntur Theologi, de productione ad intra. Modo causalitas est productio: nam omnis causalitas est productio: Non tamen e conuerso, nam Productio, uel causalitas ad extra, dicitur esse causalitas, & productio, nō tamen productio ad intra, potest dici causalitas. Nam semper inter causatum, & causam, est distinctio realis & essentialis. Et ita Scotus bene dicit, causalitas, & non productio, nam hic solum determinatur de causalitate, uel productione rerum ad extra, quæ est propriè causalitas, & non de productione ad intra. Nam de illa loquuti sumus in primo libro. Tertius terminus declarandus est, omnium causabilium. Vnde notandum est, quod illa tertia differunt scilicet, causabile, causandum, & causatum. Nam causatum est illud quod a causa potente illud ponere in esse positum est in esse, extra causam, ut nos sumus causata, quia nos sumus positi in esse extra causam, ab aliquo potente nos ponere in esse. Quælibet creatura habens esse extra causam suam, est causata. Causandum est illud, quod est possibile causari, & aliquando causabitur. Vnde alius Mundus non est causandus, quia nunquàm causabitur. Antichristus est causandus, quia potest causari, & aliquando causabitur. Nam iuraui per me metipsum, quod tempus amplius non erit, licèt alius Mundus sit possibilis esse. Causabile autem in plus se habet. Significat enim omne illud, quod potest produci, licèt aliquando non producatur, ut plures Mundi sunt causabiles, etiam infiniti homines, nam illis non repugnat causari licèt nunquàm causentur. Et ita rectè dicit causabilium. Vnde notandum est, quod non est idem causabile & creabile. nam omne creabile est causabile, & non è conuerso. Patet, nam compositum ex materia & forma causatur, non tamen creatur, propter materiam præexistentem sub utroque termino: & anima intellectiua causatur, & creatur simul. Et ita quæstio magis extenditur, quando dicit, causabilium, quàm si dixerat, creabilium. Nam extendit se ad illa, quæ de nihilo producuntur, quæ etiam causantur. Et ad illa, quæ de aliquo præsupposito producuntur, quæ etiam causantur. Et ad illa, quæ de aliquo præsupposito producuntur, quæ tamen non creantur propriè. Insuper dicit omnium, propter errorem Manichæorum excludendum, de quo dictum est, quomodo ille posuit duo principia rerum, & non tantum unum, respectu omnium causabilium, posuit unum principiū boni, & alterum mali, & ideo ne incidat in illum damnatum errorem, dicit, omnium tam uisibilium, quàm inuisibilium, tā malorum, quàm bonorum. De necessitate, de hoc dictum est in primo l. Quod necessarium capitur dupliciter. Vno modo pro necessitate absoluta, siue simpliciter. Alio modo pro necessitate secundum quid, siue condicionata. Necessarium simpliciter est, Deum esse, Hominem esse animal, quia impossibile est aliter esse. Necessitas conditionata est ut si tu curris, necessario tu moueris. Etiam omnis glorificandus, necessario est gratificandus, supposita illa conditione, quod debeat glorificari, necessarium est & tunc hæc consequentia sit bona. Ergo debet habere gratiam, & hoc modo non capitur hic. Sed primo modo, pro necessitate simpliciter sic, quod sit impossibile, unam personam producere, aliam non producente, &c. Sensus ergo tituli quæstionis est iste. Vtrum hæc sit impossibilis, Pater se solo causat creaturam, uel Filius, uel Spiritussanctus. Vtrum hæc sit necessaria Pater, Filius, & Spiritussanctus causant creaturam, unico principio & una causalitate, & non intelligo an necessaria necessitate propositionali, quia est contingens. Sed necessaria in hoc sensu, quod non possit aliter euenire. Virtutem illarum duarum propositionum uolumus quærere & inuestigare in hac quæstione.

Causabile declaratur.
Differunt causabile, Causandum, & causatū.
Differentia inter creabile & cābile
Necessariū capitur dupliciter.
Sensus tituli.

Notandum est insuper, quod triplex est esse causabilis. quoddam est esse cognitum. Aliud est esse uolitum. Tertium est esse existentiæ. Esse cognitum est illud esse, quod habet in mente Diuina ab æterno, de quo distinct. 35. primi. & etiam distinct. 36. primi. Aliud est esse uolitum, de quo secundum Scotum distinct. 45. primi, ubi docet quomodo omnia causabilia habuerunt esse uolitum ab æterno. Sed non pro æterno. Tertium est esse existentiæ, quod esse habet causabile, quando est extra causam suam, quando habet actualem existentiam. Et quæstio potest intelligi & formari de quocunque istorum modorum essendi ad sensum datum.

Triplex esse causabilis. Esse cognitum quid.

Vtrum scilicet, Pater se solo potest producere creaturas in esse cognito, uel Volito, uel Reali, idest extra causam suam, sine Filio, & sine Spiritu sancto. Vtrum ista sit necessaria, Pater, Filius, & Spiritussanctus producunt res, tam in esse cognito, in mente Diuina, quàm in esse uolito, & in esse reali. Et pro ueritate arguitur quod sic, quod s. prima causalitas respectu creaturarum quo ad quodcunque esse illorum, necessario sit in tribus personis. Arguitur sic: Plus conueniunt personæ Diuinæ, quam conueniant substantia, & uirtus substātiæ, in creaturis. Sed sic est, quòd substantia, & uirtus substantiæ in creaturis sic conueniunt, quòd substantia non potest operari sine uirtute. Ergo etiam istæ tres personæ diuinæ sic cōueniunt, quod una sine alia non potest operari, uel producere aliquid. Et ita causalitas prima respectu omnium creaturarum, necessario erit in illis tribus. Notandum, quod istud argumentum supponit, quod substantia, & uirtus substantiæ in creaturis, conueniant. Et secundo, quòd personæ Diuinæ etiam conueniant. Nam dicit, quod plus conueniunt &c. Vnde dico personas Diuinas conuenire, stat dupliciter. Vno modo quo ad Entitatem. Alio modo quo ad rationem operandi. Primo modo, quod sint idē realiter inter se, & hoc modo non intelligitur. nam certum est secundum fidem, quod distinguuntur realiter, & suppositaliter. Alio modo quo ad operationem, & hoc modo bene intelligitur. Nam est unum & idem principium omnium, & una operatio, & una uolūtas, & una uolitio. Ergo est principium immediatum producendi res ad extra. Vnde secundo dico, quod perfectio capitur dupliciter. Vno modo pro perfectione intrinseca rei, & hoc modo uirtus hominis, est substantia hominis, idest uirtus substantialis hominis. Et isto modo non capitur hic. Alio modo capitur pro perfectione accidentali, & extrinseca alicuius substantiæ, ratione cuius conueniunt sibi sua opera extrinseca. Vt dicimus quod calor in igne, est uirtus extrinseca illius, qua conuenit ipsi igni calefacere, & hoc modo capitur hic uirtus & non primo modo. Modo, personæ Diuinæ conueniunt sic, quòd in illis est idem principium operandi, etiam est eadem operatio numero. Sed substantia, & uirtus substantiæ, hoc modo capiendo illam uirtutem, non sic conueniunt, quia non sunt unum & idem realiter, imò distinguuntur realiter ex dictis, & de potentia Dei absoluta, calor ignis, potest esse sine igne, & è conuerso. Ergo plus conueniunt personæ, &c. Et sic maior est uera, & minor etiam.

Personas Diuinas cōuenire contingit dupliciter.
Perfectio capitur dupliciter.

Secundo principaliter ad idem arguitur sic: productio creaturarum præsupponit productionem Diuinarum personarū. Ergo causalitas creaturarum, de necessitate est in tribus personis. Antecedens relinquitur notum ex argumento primo huius quæstionis. Probatur consequentia. Nam si non potest esse productio Diuinarum personarum, nisi productio Filii & Spiritussancti. Ergo illa de necessitate præsupponitur, & sic erit in illis tribus de necessitate. Et sic pars illa affirmatiua uera. Et hoc modo concludimus de facto.

¶Hic dicit Henricus, &c.] Hic sunt duæ partes principales, & bene difficiles, nec quæstio hæc prima debet teneri unquàm. Nam Scotus seruat uiam ueritatis, in principio difficilem, & in fine latam. Hic primo est opinio Henrici. Secundo est opinio Doctoris. Henricus præmittit aliquas distinctiones, deinde aliqua dicta. Primò est conclusio illius, & omniū Theologorum catholicorum, quod prima causalitas respectu producibilium creaturarum necessario est in trib. personis. Pro ista conclusione, dat primam distinctionem, quòd duplex est sapiētia in Deo, uel quòd sapientia in Deo capitur dupliciter. Vno modo secundum quod est simplicis intelligentiæ. Alio modo consideratur Sapientia Diuina, secundum quod est intellectus disponentis. Vel clarius: duplex est sapientia in Deo, uel notitia, quædam est genita, & notionalis, alia est ingenita, & essentialis. Vnde notitia, uel sapientia simplicis intelligētiæ, & notitia essentialis, siue ingenita, sunt synonima. Et notitia uel sapientia intellectus disponentis, & notitia genita, siue notionalis, sunt synonima, & est ipsum Verbum Diuinum. Et conformiter ad istam distinctionem datam, de notitia uel scientia datur, una alia de amore. sicut in Deo, est duplex amor: Quidam est amor simplicis uoluntatis. Alius est amor uoluntatis opus affectātis. Vel clarius, duplex est amor in Diuinis, essentialis correspondens tribus personis. Alius est amor notionalis, uel spiratus. Et est eadem distinctio, licèt primi termini sint Henrici, quia illud est idem amor uoluntatis opus affectantis, amor procedēs, uel notio Spiritus sancti. Istæ ergo distinctionēs, sunt eadem in re, licèt uarientur secundum terminos. Istis stantibus est primum dictum Henrici, quod Scotus impugnat. Est Filius, & Spiritussanctus, uel notitia dispositiua, & amor affectatiuus, uel procedens, quod est idem dicere, sunt in Diuinis rationes formales producendi creaturas. Probat Hēricus dictum istud. Nam notitia practica dicitur esse dispositiua, dicitur esse practica, etiam amor procedens, uel affectatiuus ad opus, pertinet

Conclusio Henr. et omnium catholicorum.
Sapientia duplex in Deo secūdū Henr.
Duplex amor in Deo. Explicatur positio Henrici per dicta.
1. dictum.
2. dictum.

ad Praxim, secundum illum. Sed Praxis est actio, uel operatio qua aliquid agitur, & ita illa notitia dispositiua, & amor ille affectatiuus ad opus, sunt rōnes formales quod est probādum. Secundum dictum Henrici est responsio. Quædam, nam dicet aliquis, nonne ipsa notitia simplicis intelligentiæ, uel essentialis, & amor simplicis uoluntatis, possunt aliquo modo dici rationes formales agendi ipsi patri, dicit Henricus. Notitia essentialis, & amor essentialis, sunt rationes agendi patri remotæ. Sed ipse filius, & Spiritus sanctus, sunt rationes proximæ agendi. Tertium dictum, uel secundum principale est istud, filius est notitia dispositiua, uel declaratiua ipsius notitiæ simplicis intelligentię, respectu producibilium, & Spiritus sanctus est amor in Diuinis ad productionem illorum, affectans illam productionem rerum creabilium, uel producibilium. Dictum habet duas partes, quarum prima est, q filius est &c. Pro quo est exemplum, quomodo artifex in uniuersali comprehendit ædificium, deinde in particulari dicit. Hic faciam Ianuam, hic fenestram &c. Prima notitia in artifice secundum istum, est specialissima speculatio, & secunda dicit esse dispositiuā, uel declaratiuam primæ, nam disponit de agibili in particulari. Et deinde cum uoluntas affectat illam artem primam, & uocatur amor simplicis uoluntatis, & quando amat secundā, amat opus, & affectat opus, & tunc intelligitur producta illa notitia secunda. Et sic patet istud dictum totum. Tertium dictum principale ipsius Henrici, est hoc q Ideæ practicæ, non sunt in intellectu patris, sed benè in intellectu filii. Hoc ait dicere, q pater non habet illas practicas Ideas, sed tantum filius. Vnde sic imaginatur Henricus, quòd Ideæ practicæ uniuscuiusque rei, sint in filio, non autem sint in patre, non quòd nullo modo sint in patre, sed in uniuersali, non autem sint tanquàm rationes formales, & proximæ deducendi res ad extra. Sed in filio sunt hoc modo, inquantum sunt immediatæ rationes agendi ad extra, & tunc dicuntur uerè practicæ. Quartò dicit iste Henricus, q notitia genita, perficit notitiam essentialem, & ingenitam, uel simplicem. Et amor affectatiuus, perficit amorem simplicis uoluntatis, hoc est Spiritus sanctus, perficit amorem essentialem communem tribus. Vnde imaginatur iste, q illa notitia essentialis, uel simplicis intelligentiæ, non est proxima dispositio ad opus. Sed oportet quod illa perficiatur ab ista, quæ est immediatè dispositiua talis. Ergo notitia dispositiua secundum ipsum, uel filius, perficiet notitiam essentialem. Et sic dictum uerum. Quintò dicit iste Henricus, quod notitia communis, uel uniuersalis habita de rebus illis eisdem dicitur esse speculatiua. De hoc dictum est in materia de Praxi, secundum ipsum, quomodo medicina in uniuersali, est merè speculatiua. Medicina autem in particulari, est practica, & ibidem etiam fuit impugnata opinio illius.

2. dictum prin. Hen.

3. dictum princ. Hen.

5. dictum. Henr.

Sextum dictum Henrici. Ideo Philosophi posuerunt Deum ad extra necessario agere, quia non posuerunt in Diuinis notitiam genitam, nec amorem procedentem, uel opus affectantem. Patet nam illi posuerunt illam simplicem notitiam, quę quantum est de se, necessario agit, & nullam arguit contingentiam. Principium autem praticum sicut est amor affectans, uel notitia dispositiua, dicunt Praxim, & ita contingentiam. Principium autem speculatiuum, nullam dicit contingentiam, & ita hac ratione Philosophi secundum istum, dixerunt, Deum ad extra agere necessario, & sic patet modus dicendi Henrici in illis libris quæ opinio non habetur in multis libris eius in textu, habetur enim in additionibus.

6. dictum. Henr.

Contra primum dictum Henrici, arguit Scotus. Si illud dictum esset uerum, sequeretur, quod pater non diceretur formaliter creare creaturas per filium, & Spiritum sanctum, consequens est falsum. Ergo & antecedens consequentia tamen probatur arguendo sic. Nihil dicitur creare aliquid formaliter tanquàm ratione formali, nisi sit in actu per illud quod est proxima ratio agendi. Sed sic est hoc casu stante, quod pater non est actu per filium, & Spiritum sanctum. Ergo non causabit per illos, tanquàm per proximas rationes formales agendi. Ergo pater non aget uel creabit formaliter creaturas, quod est falsum. Maior probatur inductiuè in omnibus, quæ sunt principia quædam agendi. Quia nullum dabitur tale, in quo illud quod est ratio formalis agendi, non sit in ipso, & quod non det tale esse quale hēt generans, generās.n. hēt suum principiū generandi quo. Nam regula est, quod cuicunque quod, respondet suum quo, & è conuerso, nec datur instantia ad illam maiorem. Minor patet pro quo notandum est. Quod pater esse in actu, stat tripliciter. Vno modo quantum ad esse simpliciter. Alio modo quo ad esse personale, uel suppositale. Et tertio modo quantum ad rationem agendi, uel producendi res. Primo modo, Pater est actu, essentia Diuina quæ est prima ratio essendi simpliciter personis Diuinis. Vbi est auctoritas expressa D. Augustini dicentis. Non eo pater est, pater, quo est. Nam ut dicit 7. de Tri. c. 6. Substantia patris ipse pater est, non quo pater est, sed quo est &c. Secundo modo, Pater non est in actu hipostatico, uel suppositi, & personali incommunicabili, ipso filio uel Spiritu sancto. Nam tunc esset unum suppositum tantum, quod est hæreticum. Sed pater constituitur in esse suppositi, relatione originis, tenendo communem modum. Tertio modo, Pater non potest esse actu filio, uel Spiritu sancto, scilicet in ratione agendi, seu operandi. Probatur, nam principium ad extra agendi, est nam uoluntas Diuina infinita, communis tribus, & non est in patre, quia est in filio sic, quòd si non esset in filio per impossibile, etiam non esset in patre, imo è cōuerso est in filio, quia est in patre, & est in Spiritu sancto, quia est in patre, & filio. Nam quicquid habet filius, a patre nascendo accipit, & sic illa maior relinquitur uera. Consequens est falsum ut dictum est, quia in principio creauit Deus cœlum & terram.

Prima rō Scot. contra Hen.

Pater est in actu stat tripliciter.

Si dicas &c.]. Dat Scotus unam euasionem pro Henrico ad istam rationem, supponendo q Verbum, capitur dupliciter. Vno modo originaliter, & productiuè. Secundo modo consideratur inquantum dicitur esse notitia dispositiua, & perfectio notitiæ essentialis. Primo modo diceret Hen. quod Verbum est solius patris, originaliter, & productiuè, & est patris dicentis uice omnium, sensus est, q solus pater producit, & generat filium, & ipse filius a solo patre generatur, qui filius, est ita perfectus, quando producitur a solo patre, sicut si ab omnibus tribus simul oriretur, uel produceretur. Istud est producere uice omnium, etiam si plures essent quam tres, & sic dictum illud est uerum, ex quinta q. quol.

Verbum dupliciter secundū Hen.

Secundò diceret ille, q Verbum inquantùm est notitia dispositiua, uel perfectiua notitię essentialis, nō est solius patris. Sed est omnium Diuinarum personarum. Patet ex dictis, nam Verbum, dicitur notitia dispositiua, & declaratiua notitia essentialis, & illa notitia essentialis, non est solius patris. Sed est communis tribus, & sic oportet, q Verbum inquantùm dicitur notitia dispositiua, etiam sit omnium personarum. Et sic filius est ipsius patris, disponendo illi notitiam essentialem, & filius est sui ipsius, disponendo sibi ipsi notitiam essentialem, uel simplicem, secundum Henricum, & sic etiam filius, uel Verbum, est ipsius Spiritus sancti, disponendo etiam illi notitiā essentialem. Respondetur itaque nunc ad formam argumenti, quando arguitur, sequeretur quòd pater non esset formaliter creans &c. Nego consequentiam. Et cum probatur. Nihil dicitur &c. Concedo, sed cum dicitur. Sed pater non est &c. Nego minorem, dico enim q pater est actu illo Verbo, disponendo illi notitiam essentialem, perficiendo ipsam. Et hoc modo satis apparenter diceret Henricus ad illam rationem Scoti, ut patet.

Contra istud arguit Scotus, notando tamen unum quod habet Scotus distin. 19. primi, & 8. quæst. quolib. Quòd aliquod suppositum habere aliud, uel unam personam habere aliam, potest intelligi quadrupliciter. Vno modo tanquàm suum correlatiuum. Secundo modo per inhærentiam, uel informationem. Tertio modo per circumincessionem. Quarto modo per identitatem. Primo modo tanquàm correlatiuum, ut pater habet filium Dominus seruum. Magister, Discipulum, & à cōuerso, quia unum est correlatiuum alterius, ut pater filii pater. Secundo modo per inhærentiam, & informationem, ut paries habet albedinem. Ignis calorem, tanquàm formam accidentalem illis inhærentem. Tertio modo unum dicitur habere aliud, per circumincessionem, quando unum habet aliud sicut subsistens in subsistente, & per intimam præsentialitatem unius ad aliud, in identitate naturæ, & essentiæ. Et hoc modo, una persona Diuina habet aliam, quia unius ad aliam, est causa intima præsentialitas, quāta potest esse inter aliqua, propter identitatem naturæ quæ est in illis. Et iste modus habendi, non reperitur in creaturis. Patet, quia nulla unica natura necessario reperitur in multis suppositis. Quarto modo, aliquid habere dicitur realem identitatem, quando sunt unum & idem realiter. Et hoc modo albedo habet disgregatiuum, & Homo risibilitatem, & breuiter subiectum suum proprium passionum. His stantibus. Arguitur sic contra illam euasionem Henrici, dicis quod Pater habet sicut notitiam dispositiuam, Verbum uel filium. Contra, Pater non habet istam notitiam dispositiuam, uel Verbum, uel filium,

Replicat Scot.

Vnam personam habere quadrupliciter pōt intelligi.

nisi tanquàm correlatiuum. Sed illo modo habere aliquid, scilicet tanquam correlatiuum non sufficit ad hoc quod habens, dicatur illo agere, tanquàm ratione formali agendi. Ergo argumentum meum primum stabit, & euasio nulla. Vnde pater non habet filium in identitate reali, imo distinguuntur realiter, nec etiam per inhærentiam, habet tamen per circuminceßionem, uel sicut correlatiuum, & isti modi habendi, non sufficiunt ad hoc, quòd filius dicatur esse ratio formalis proxima agendi patri, sicut dicit Henricus. Ego habeo Deum correlatiuum mihi, ut quælibet creatura. Vtrum benè sequatur. Ergo ego possum creare Deo, in ablatiuo, tanquàm ratione formali creandi mihi? Consequentia non ualet. Et ita relinquitur, quòd ad hoc quod aliquid dicatur agere aliquo sicut ratione formali, siue quo requiritur quod habeat illud per inhærentiam, uel per informationem, aliter non, quod tamen est falsum in proposito, quòd scilicet in Deo sit accidens, aut inhærentia. Ergo istud primum argumentum stat contra primum dictum, quòd pater non diceretur, &c. Sic dictum fallum.

An pater creet uel agat uerbo ad extra.

Sed potest esse difficultas. Vtrum possit pater aliquo modo dici agere, uel creare Verbo, uel absoluta agere ad extra. Dicitur quòd sic absolutè, patet per illud, Verbo Domini cœli firmati sunt. &c. Non tamen illo modo quo intelleait Henricus. Vnde dico quòd patrem creare aliquo, uel creare Verbo, uel Spiritu sancto, potest intelligi dupliciter. Vno modo tanquam rationibus formalibus proximis agendi eo modo quo dicebat Henricus, & illo modo non intelleait Scotus, & ratio Scoti est bona, & contra illum. Secundo modo potest intelligi quòd pater agat filio, uel Spiritu sancto in ablatiuo tanquàm illis quibus a patre communicatur eadem uis numero, quam habet pater, ad producendum creaturas, & hoc modo intellexit Scotus, quòd agat subauctoritatiuè, nam pater illis communicat omnem uirtutem, quam habet, & hoc modo intelliguntur illa auctoritates, Verbo Domini cœli firmati sunt, Et omnia per ipsum facta sunt, & huiusmodi,

Patrē creare uerbo fi dupliciter intelligi,

Tertia ratio Sco. contra primum dictū Hen.

¶CONTRA istud &c.] Ad dictum primum Henrici, arguit Scotus tertio loco. Probando quòd filius, & Spiritus sanctus non sunt rationes formales proximæ agendi ipsi patri. Nam si istud dictum esset uerum, sequeretur quòd filius, & Spiritus sanctus non causarent, nec crearent creaturas. Consequens est falsum, & hæreticum. Ergo & antecedens. Falsitas consequentis probatur, per illud commune dictum, opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa. Sunt etiam tres creantes, Vnus tamen creator, non tres creatores. Consequentia probatur. Et arguitur sic. Illud quod est ratio formalis agendi non agit. Vel sic. Illud quod est principium quo alicuius actionis non est principium quod, respectu eiusdem actionis. Patet nam principium, quo, & principium quod, non sunt idem. Pater est principium quod, producendi filium, memoria fœcunda, est principium quo, & ista non conceditur. Memoria fœcunda producit filium, sicut ista benè conceditur, Pater producit filium, & sic filius, & Spiritus sanctus, non creabunt, quod est hæreticum. Sed quia ista ratio non habet magnam uim, dicit Scotus in maiori communiter, nam calor in igne, est principium calefaciendi, tamen calor calefacit, ut dicitur in primo. Sed dico quòd ratio formalis agendi capitur dupliciter, Vno modo capitur, ut consideratur in ratione agentis. Alio modo consideratur ut sic, & secundum quod est ratio formalis agendi alicui. Exemplum primi, Species intelligibilis, est ratio quare tendimus in obiectum, cuius est species, tamen illa species potest etiam habere rationem obiecti, potest enim intelligi ab intellectu. Et ideo dicitur communiter, quòd species est ratio intelligendi cognita, & quando intelligitur habet rationem obiecti, & mouet, & agit ad notitiam sui, & ad hoc est ratio formalis agendi. Secundo modo potest illa considerari præcisè, inquantùm est ratio cognoscendi aliud, vt sic nunquam est agens, nunquam agit, & illud quod est quo ut sic, nunquam erit quod. Et ideo si Henricus intelligat quòd filius & Spiritus sanctus sunt rationes formales agendi quo præcisè, nunc nunquam filius aut Spiritus sanctus poterunt agere, uel creare res ad extra, quod tamen est absurdum. Si autem dicas sicut diceret Henricus, quòd filius & Spiritus sanctus non sunt sic quo, uel rationes formales proximæ agendi to patre, quin etiam sint quod, & agant, & creant. Benè dicit Scotus, ad minus ego habeo, quòd filius & Spiritus sanctus, non proximæ creabunt, & causabunt, sed proxime pater, deinde filius, & Spiritus sanctus, quod

Rō formalis agēdi capitur dupliciter.

tamen est absurdum, quòd una persona immediatius producat, quàm alia. Et agat, ad producendum creaturas magis, quam alia, non uidetur benè dictum. Consequentia tamen probatur. Nam filius non est actu per Spiritum sanctum, nec Spiritus sanctus per filium, nec pater est actu illis, ut probatum est, imo oportet, quòd omne illud quod proximæ creat, uel causat, sit in actu per rationes formales agendi, & sic illi non dicerentur causare proximè, quod est falsum. Et ideo relinquitur illud. Primum dictum Henrici falsum.

Arguit Sc. contra secūdum Henr.

Contra secundum dictum Henrici, in quo dicebat notitia genita, uel Verbum dicitur dispositiua notitiæ essentialis, & amor procedens, dicitur disponens amorem ingenitum. Arguitur sic, quæro quid intelligis per istam dispositionem, amoris affectantis, & ipsius notitiæ dispositiuæ, uel ille Amor, scilicet affectans, & notitia dispositiua sunt propria, uel appropriata ipsi filio, & Spiritui sancto. Quodcunque dicas, habeo contra te, nam non est dare medium inter illa, scilicet proprium, & appropriatum. Vide tertia distin. primi quæst. de uestigio. Proprium, & appropriatum differunt. Nam illud est proprium in Diuinis, quod tantùm conuenit uni personæ, uel duabus ad plus. Exempium primi, Paternitas actiua, est proprium ipsi patri, filiatio filio. Exemplum secundi, ut spiratio actiua, quæ conuenit tàm patri, quàm filio, breuiter omne Noctionale est proprium. Appropriata formaliter sunt consequentia tribus, & per se, & sunt illa quæ dicunt uel conueniunt Deo in ordine ad creaturas, ut sapientia, bonitas, de materia, &c. Approprianțur uni personæ tantùm ex ui productionis suæ, uel per aliquid proprium importatum to illa, ut dictum est. Tertiò est appropriabile, & est istud, quod quantùm est de se, natum est conuenire omnibus personis Diuinis, adhuc tamen non est appropriatum alicui earum, ut sunt omnia illa quæ dicunt perfectionem in creaturis, si ab ipsis creaturis abstrahantur, & Deo tribuantur, uel de illis fieret ad Deum translatio. Modo omnia quæ sunt in Diuinis, sunt essentialia, uel noctionalia, propria, uel appropriata. Si illa duo sunt appropriata, sunt consequentia tribus, licet approprientur uni. Sic filius non erit magis notitia dispositiua, & Spiritus sanctus amor affectans, quàm Pater, quia est unum essentiale, commone etiam patri. Si autem illa duo scilicet notitia dispositiua, & amor affectans dicant aliquid proprium, tunc sequitur quòd aliquis respectus ad creaturas conueniret uni personæ, qui non conuenit alijs, quod tamen est falsum, ex octauo Quolib. vigesima distin. primi. Consequentia probatur, nam esse noctitię dispositiuæ dicit respectum rationis ad disposita causabilia ad extra, secundum Henricum, & ita filius diceret illum respectum, uel terminaret illum respectum rationis, sic quòd non pater, nec Spiritus sanctus. Et alium respectum rationis ad creaturas, scilicet esse amorem opus affectans, terminaret Spiritus Sanctus sic, quòd non filius, nec pater, hoc tamen est falsum, & contra illum. Ergo illud, scilicet esse notitiam dispositiuam, non dicit aliquid proprium filio, nec illud scilicet esse amorem affectantem dicit aliquid proprium Spiritui sancto.

Differunt propriū, & appropriatum.

Quid proprium in Diuinis.

Quid appropriatū.

Quid appropriabile.

Cōtradictio uidetur in dictis,

Sed, Vtrum secundum Scotum concedemus, quòd una persona dicat aliquem respectum ad creaturas extra, quem non dicat alia persona. Vtrum esset inconueniens hoc dicere? Nam si inconueniens esset, esset contra primam illam quæstionem tertij, ubi dicitur, quòd secunda persona, uel Verbum terminant unionem naturæ humanæ ad ipsum sic, quòd nec pater, nec Spiritus sanctus terminant illam unionem. Respondet tamen, illa unio dicit respectum realem ex parte creaturæ ad ipsum Deum, uel Verbum, & dicit relationem rationis ea parte Verbi terminantis, ad ipsam naturam humanam. Respondeo quòd Scotus loquitur hic de respectibus efficientiæ. Et patet quòd esset inconueniens. Vnam personam Diuinam terminare aliquem respectum efficientiæ, quem alia non terminaret, Modo argumentum est solutum. Nam ille respectus unionis rationis in Verbo, non dicit aliquam efficientiam in verbo. Et terminare unionem illam, non est aliquid causare, uel efficere, & sicut nulla est contradictio in dictis Scoti. Vel aliter dicamus, quod posse terminare non est proprium filio, nam conuenit omnibus personis Diuinis. Quælibet enim persona Diuina potest terminare dependentiam naturæ humanæ, & non plus una, quàm alia. Vnde licet hoc, quod est actualiter terminare de facto, sit proprium Verbo, & modo aliquo dicatur. Argumentum est solutum, nec est contradictio &c. Sic relinquitur.

Soluitur apparēs cōtradictio.

Soluitur.

Secun-

Secundum dictum Henrici falsum.

Tertium dictum Henrici fuit, quod in intellectu filii sunt Ideæ practicæ, non autem in intellectu patris, &c. Vnde in illis est illa notitia practica, quæ immediate dictat de Praxi & regulat illam Praxim. Etiam ille similitudines rerum, uel Ideæ, dicuntur practicæ in Filio, quia dictant & disponunt immediate ad causandum ad extra. In Patre autem, non sunt dispositiones immediatæ ad causandum res ad extra. Ideo nō dicuntur practicæ secundum Henricum.

Arguit Scotus contra tertium dictum Henr. Idea quid sit.

Contra istud arguit Scotus, supponendo quòd in Deo sint Ideæ omnium producibilium, ex distinctione trigesimaquinta Primi. Idea est ratio in mente Diuina, secūdum quam aliquid est formabile ad extra. Nam alius Mundus est unum producibile, licet nunquam producatur, & tamen habet Ideam in Deo. Probatur nunc quod ille Ideæ sunt practicæ in patre, sicut in filio. Et arguitur sic. Quicquid est in filio, & in patre, & etiam quicquid est in patre, & in filio, & Spiritusancto, & qd non est in patre, non est in filio. Ergo secundum te. Si ille Ideæ practicæ sunt in filio, etiam erunt in patre, quod negas. Antecedens patet multis auctoritatibus Augustini. Et si quæratur, utrum ista sit uera, quicquid habet pater, habet filius.

Soluitur dubium occurrens.

Scotus dicit quòd sic. Et probat, quia nihil actualius est in patre, quam in filio, uel è conuerso. Sed notandum est quòd quando dicitur, quod nihil actualius est in patre, quam in filio, uel è conuerso, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quod nihil actualius ratione hypostatica, uel personali. Alio modo potest intelligi in ratione notitiæ.

Nihil actualius esse in filio quàm in patre dupliciter intelligitur.

Primo modo falsum est uniuersaliter, quod nihil actualius sit. Nam aliquid actualius est in patre, quàm in filio, in ratione hypostatica. Vt generatio actiua quæ nullo modo est in filio. Alio modo est generatio passiua, quæ actualius est in filio, quàm in patre, & hoc modo non intelligit Scotus. Secundo modo in ratione notitiæ, & sensus est, quod nihil actualius & distinctius intelligit una persona, quàm alia persona, & hoc secundo modo, si filius haberet illas Ideas practicas, quæ ut sic, sunt rationes producendi res, & pater non haberet eas. Tunc actualius cognosceret res filius, quam pater, quod tamen est falsum.

Improbat Sco. Quartum dictū Henr. Actio duplex.

Contra quartum dictum Henrici. In quo dicebat quòd notitia dispositiua disponit notitiam essentialem. Declaratur Scotus supponendo quod duplex est actio. Quædam est actio imanens. Alia est actio transiens, de quibus habet textus decimatertia quæstione quodlib. Vnde dico nunc, quòd actio imanens non est, quia manet in agente. Nam omnis actio est in agente, & hæc actio est de genere actionis. Nam actio est formale principium denominandi, quia omne agens, agit actione. Secundo dico, quod actio dicitur imanens, quia non est productiua termini suæ actionis, ut uidere est actio imanens, nam quando uideo aliquam albedinem, uel nigredinem, albedo, uel nigredo, est terminus illius actionis, & non producitur illa actione. Tertio dico, quod actio transiens est illa, quæ est productiua sui termini, ut calefacere. Nam quando aqua calefit, calor inductus in Acqua, est terminus illius actionis, & calor incipit esse per illam actionem. Dico quarto, quod actio imanens, est perfectio agentis, actio autem transiens, non. Videre, est perfectio potentiæ uisiuæ, audire auditiuæ, intelligere intellectus. Sed calor inductus in aqua, non est perfectio ignis inducentis illum. Sed est perfectio aquæ uel passi.

Deus sua actione non perficitur.

Vnde sequitur quod Deus perficitur actione qua agit essentialiter, uel accidentaliter, quantuncunque agat actione imanente. Nam in Diuinis, nihil est imperfectum. Modo arguitur sic. Illud quod est ratio agendi alicui actione transeunte, non perficitur illa actione. Sed secundum te, Henrice, intellectio essentialis est ratio gignendi Verbum. Ergo illa intellectio essentialis, non perficitur illo Verbo producto, & ita non bene dicis, quod notitia genita, perficit notitiam essentialem. Maior est clara. Nam calidum in quantum calidum, non perficitur calore recepto in alio. Sed bene ipsa aqua perficitur. Minor est illius, & non indiget alia probatione. Nam ille dicit, quod intellectus informatus notitia simplici, est ratio agendi ipsi patri ad producendum Verbum, & productio Verbi, est actio transiens. Nam aliquid secundum Verbum, accipit esse illa actione. Ergo intellectio essentialis, non perficitur illo, sicut dicimus. Et eodem modo dicamus de amore essentiali, quia non perficitur illo amore affectante, idem est Argumentum ad hoc.

Contra quintum dictum Henrici arguit Scotus nunc. In quo dicebat, quod notitia essentialis est speculatiua, & notitia genita, uel dispositiua, est practica. Improbatio uero remittit Scotus ad primum, ubi dictum est quomodo istud intelligatur, & quod conclusiones practicæ non resoluuntur, nisi in principia practica, & conclusiones speculatiuæ ad principia speculatiua, &c.

Contra sextum, & finale dictum. Henrici in quo dicebat, quod ideo Philosophi dixerunt &c. Dicit Scotus quod ista non est ratio. Nam uolitio essentialis Diuina, siue sit in uno supposito, siue in pluribus, non est necessario aliorum a se. Ergo non debuerunt dicere Philosophi, Deum ad extra agere necessario, eo quod negauerunt ad intra notitiam dispositiuam, uel amorem affectantem. Quod probatur, nam si illa Volitio essentialis, siue in uno siue in pluribus esset necessario aliorum a se. Sequeretur quod necessarium dependeret a contingenti. Consequens est falsum. Probatur in opinione Scoti. Ergo illa Volitio siue sit in uno supposito, (quod est impossibile) siue in pluribus, non necessario est aliorum a se. Falsitas consequentis probatur, pro nunc. Nam si Deus dependet essentialiter ad Creaturas, nulla creatura existente, per possibile, etiam Deus non esset, quod est absurdissimum. Consequentia tamen probatur. Nam non existente illo ad quod aliud essentialiter dependet, illud quod essentialiter dependet non erit. Ideo non existente creatura, Deus non existeret, tanquàm suum posterius essentialiter, licèt bene è conuerso, creatura esset sine Deo, quod est simpliciter impossibile. Isto ergo non est ratio quare Philosophi dixerunt &c. Sed quæ est ratio? Dices Scote.

Quare causa prima necessario agat ad extra secundum Philosophos.

Dico quod ratio est, dicit Scotus, quod illi posuerunt conuersionem causarum secundarum esse semper necessariam. Sic, quod causa prima sine secundis, non potest causare & agere, & sic agunt necessario etiam causa prima. Nos tamen Theologi negamus illum ordinem, necessarium esse. Et ideo dicimus, quod dato etiam quod non esset nisi unicum suppositum, non negemus istud producere omnia producibilia ad extra, & æquè bene, sicuti nunc, & contingenter, & libere. Et tamen hoc casu dato, non esset notitia dispositiua, uel amor ille affectans. De hoc tamen magis, secta distinctionis primi, & illis rationibus sigillatim, tota opinio Henrici improbatur.

Resp. Sco. ad q & ponit ordinem ... distinguens quæstionem in tres articulos.

¶AD SOLVTIONEM QVAESTIONIS NOSTRAE &c.] Consequenter Doctor noster, de mente sua dicit ad quæstionem. Distinguendo istam partem per tres articulos principales. Primo ad titulum quæstionis de directo. Vtrum prima causabilitas &c. Dicendo affirmatiua quod sic. Secundo dicet ad quæstionis, & difficilius, de esse cognito causabilium. Vtrum scilicet Productio illorum in tali esse, de necessitate sit in tribus. Tertio dicet, supponendo per impossibile, quod in Diuinis non esset nisi unicum suppositum. Vtrum illud posset producere omnia producibilia ad extra, sicut nunc producunt tria Diuina supposita. Quantum ad primum duo facit Scotus, dicit primo quod ita est de facto, quod scilicet. Prima causalitas rerum producibilium, uel causabilium, est in tribus. Et probat hoc tribus rationibus. Secundo dat causam, quare ita est, quod illa causalitas prima omnium causabilium est, de necessitate in tribus.

Concl. Sco. ad primum art.

Quantum ad primum est conclusio, Scoti quam probat. Conclusio est. Prima causalitas respectu omnium causabilium, necessario est in tribus Diuinis suppositis. Et ita ad quæstionem affirmatiuè respondet. Probat Scotus conclusionem tripliciter, Primo ex parte ordinatarum productionum. Secundo ex parte ordinatorum obiectorum. Et tertio ex parte diuersarum habitudinum.

Prima rō Sco. ad conclusionem.

Prima ratio sumpta est ex parte Diuinarum productionum ordinatarum. Arguitur sic. Quicquid est principium duarum productionum ordinatarum, quarum una est necessaria, & alia est contingens. Primo est principium productionis necessariæ, quàm sit principium productionis contingentis. Sed in Diuinis, est aliquod principium, quod est principium productionis necessariæ, & productionis contingentis. Ergo illud principium prius est principium respectu productionis necessariæ, quam productionis contingentis. Syllogismus est bonus. Maior est declaranda, quæ maior supponit quod duplex est productio in Diuinis.

Duplex productio.

Quædam necessaria, alia contingens. Exemplum primæ, est productio ad intra, siue per intellectum, siue per uoluntatem. Istæ duæ sunt necessariæ, ex uigesimaprima distinctionis primi. Productio contingens, est productio rerum ad extra. Secundo notandum pro illa maiore, quod productiones esse ordinatas ad seinuicem, potest dupliciter intelligi.

Productiones esse ordinatas ad inuicem dupliciter.

Vno modo præcisè stando in productionibus intrinsecis, siue ad intra. Alio modo attendendo ordinem in illis intrinsecis, ad productionem intrinsecam. Primo modo, est uerum,

uerum, quòd illæ productiooes Diuinæ habent ordinem inter se, ex 21. distinctio. 2. expresse ille origeoes habent talem ordinem, quod si per impossibile non esset productio Spiritus Sancti per uoluntatem, non esset ibi huiusmodi ordo. Hoc modo oon capitur hic ordo productionum stando præcisè in illis. Nam istud est secundum uiam Philosophi. Secundo modo intelligitur illas esse ordinatas adinuicem, tanquàm necessarias, & contingentes, comparando illas necessarias, ad productionem creaturarum, quæ est contingens, & hoc tàm ad productiouem ad esse secundum quid, sine in esse cognito, uel uolito, quàm ad productionem creaturarum in esse simpliciter. De hoc ordine, loquitur hic Scotus, comparando, scilicet intrinsecam productiooem, ad extrinsecam: & non unam intrinsecam, ad aliam intrinsecam. Istis stantibus patet declaratio maioris. Probatur maior sic. Effectus necessarius, non potest præsupponere, uel præexigere effectum contingentem. Ergo etiam productio necessaria, nó potest præexigere, uel præsequirere, productionem contingentem. Sed magis è conuerso, contingens præsupponit necessariam. Et ita, si idem est principium productionis necessariæ, & contingentis, prius erit principium productionis necessariæ, quàm contingentis. Assumptum, uidelicet quòd effectus necessarius &c. Probatur, nam aliter sequeretur, quòd necessarium noo esset necessarium. Consequens est impossibile. Ergo & antecedens. Consequentia probatur. Nam si necessarium præsupponeret contingens, dependeret ad illud. Et sic non existente contingenti, etiam noo esset necessarium, quod est improbandum. Patet consequentia. Non existente illo ad quod aliquod essentialiter dependet, ooo erit etiam illud quod dependet essentialiter. Et sic si contingens non esset, nec etiam necessarium esset, & tunc non esset necessarium, quia posset non esse. Ista est falsa, & absurda. Ergo &c. Sed aliqui argnunt contra istam regulam, scilicet, quod necessarium non præsupponit contingens, uolendo probare, quòd ista est falsa. Arguitur sic, pono casum quod nullum sit album, nisi homo. Tunc arguitur sic. Omne album est homo, omnis homo est albus: uel sic, omne album est risibile, omnis homo est albus. Ergo omnis homo est risibilis, conclusio est necessaria, & præmissæ sunt contingentes. Et conclusio præsupponit præmissas. Ergo necessarium præsuppooit contingens. Iste syllogismus est, ex primo Priorum.

Dubium, cõtra regulã, &c.

Ad illud possumus respondere dupliciter. Vno modo conformiter ad Scotum, 8. distinct. primi, quòd Scotus loquitur de necessario incomplexo. Nam dicit effectus necessarius, non loquitur de complexo necessario, de quo procedit Argumentum. Possumus aliter dicere, quando arguitur sic, & est. Quòd necessarium præsupponere contingens, stat dupliciter. Vno modo quòd necessarium præsupponat contingens, quò ad entitatem suam in genere causæ efficientis, quòd scilicet illud contingens, sit causa entitatis necessarii, & isto modo effectus necessarius, uel necessarium, nunquàm præsupponit contingens. Secundo modo potest intelligi, quo ad consequentiam, uel illationem. consequentiæ, & hoc modo bene concedo, quod necessarium, aliquando præsupponit contingens ad inferendũ illud necessarium. Et hoc modo non loquitur Scotus de necessario, ut patet. Et sic procedit Argumentum, & nihil contra oos. Et utraque solutio est bona, & per consequens illa maior relinquitur uera. Minor probatur nunc, scilicet Deus necessario agit, ex secunda distinctione primi. Et ad extra agit merè contingenter. Ergo prius est principium productionis necessariæ, quàm contingenter, &c. Sed quid tunc? nihil ad propositum, propter istud argumentum. Et ideo subsumamus. Quandocunque sunt aliqua duo producta subordinata ab eodem principio, principium illorum productorum ordinatorum, communicat illis omnem perfectionem, & fœcũditatem, quæ illis non repugnat: Sed Pater in Diuinis est unum principium productiuum quod, cui correspondent duo prędicta ordinata, scilicet unum ad intra, aliud ad extra. Ergo communicat illis productis ad intra, uel illi, omnem perfectionem quæ illis non repugnat. Tunc sic. Sed illis productis, non repugnat omnis fœcunditas, & causalitas ad producendum res ad extra. Ergo illa producta habent eandem fęcunditatem, quam habet Pater, ad producendum res ad extra. Et ita illis uirtus producendi creaturas, erit necessario in tribus. Hoc modo applicatur ista ratio ad propositum, octaua quæst. quol. & illa conclusio est uera ex hac ratione prima.

Solnitur dubium dupliciter.
Prima solutio.
Secunda solutio.

Secunda ratio Scoti ad illam conclusionem est ista, quæ ratio sumitur ex parte obiectorum ordinatorum ad potentias. Supponendo aliqua communia in Doctrina ista. Primum, quod ipsius intellectus Diuini, est duplex obiectum. Quoddam est obiectum primariom. Quoddam est obiectum secundariũ, uel obiectum motiuum, & terminatiuum. Obiectum motiuum, & primò terminatiuum, est ipsa essentia Diuina, quæ est illi ratio intelligendi ipsam, & terminandi actum intelligendi Diuinum, & etiam est illi ratio intelligendi omnia alia. Vnde sequitur, quòd Ocham, tertia distinctione sui primi, malè arguit contra Scotum, quando arguit, quòd essentia Diuina nó est primarium obiectum, &c. Quia essentia Diuina non prædicatur de omnibus &c. Nam Scotus non dicit, quòd essentia Diuina sit primarium obiectum primitate prædicationis, sed Virtutis sensum, ad datum, scilicet, quòd est ratio intelligendi seipsum, & omnia alia, ab intellectu Diuino. Secundò intellectus Diuinus habet obiectum terminatiuum, & illud est duplex. nam quoddam est terminans per se, aliud est terminans ratione alterius. Obiectum terminatiuum primo modo, est illud quod per se terminat actum Diuini intellectus, & est ipsa essentia, & hoc etiam dictum est in materia de subiecto Theologiæ in illis tribus signis, in quorum primo intellectus Diuinus intelligit essentiam suam, tanquàm obiectum primarium. In secundo, intelligit quidditates rerum quæ terminant actũ illum, non tamen primo, & per se, sed ratione essentiæ Diuinæ. Sed obiectum terminatiuum non primo, & per se est illud, quod ea natura rei non habet, ut terminet actum intellectus Diuini, sed inquantum per intellectum Diuinum producitur in esse, cognito obiectum cognitum, sicut sunt omnia obiecta secundaria. Vnde creaturæ, & obiecta secundaria, non prius habent esse intelligibile, quàm sint intellectu, imò quando habent esse in intellectu, dicuntur esse obiecta secundaria, & habere esse intelligibile, contra Henricum. Et hoc quo ad intellectum Diuinum. Nam quo ad intellectum creatum aliter esset, quàm hic. Illas difficultas est 37. distinctio. 1. Verum scilicet post respectum intellectus Diuini est duplex obiectum motiuum. Sicut potest esse duplex obiectum terminatiuũ, de hoc, pro nunc transeo ad locum dictum. Istis ergo præmissis probatur conclusio secunda ratione Scoti sic. Quandocunque alicuius potentiæ sunt duo obiecta, quorum unum est primarium, aliud est secundarium, prius naturaliter est præsens illi potentiæ obiectum primarium, quàm obiectum secundarium. Sed intellectus Diuinus est una potentia, qua respicit duo obiecta, quorum unum est primarium, scilicet essentia Diuina, aliud est secundarium, scilicet creaturæ oẽs. Ergo prius naturaliter erit præsens intellectui Diuino in ratione obiecti ipsa essentia Diuina, ut obiectum primarium, quàm sit illi præsens creatura, ut obiectum secundarium. Maior est uerissima dicit Scotus in Creaturis maximè, quando obiectum secundarium non est obiectum ex natura rei, sed per actum talis potentiæ sit obiectum. Sic est in Diuinis. Nam primarium obiectum est essentia Diuina, quæ quantum est de se, ex natura rei, habet quòd moueat intellectum Diuinum ad actum intellectus Diuini. Et si, per impossibile non esset intellectus Diuinus, adhuc essentia Diuina posset prius mouere intellectum Diuinum. Sed obiecta secundaria non sunt obiecta ea natura rei. Patet ex dictis. Sed in esse cognito producuntur ab intellectu Diuino. Ergo quòd lapis possit terminare actum intellectus Diuini, non habet ea natura sua. Sed præcisè inquantum est productus in esse cognito ab intellectu Diuino. Et istud est benè notandum in isto loco. Iste ergo lapis producitur ab intellectu Diuino in esse cognito, & tunc lapis dicitur obiectum terminatiuum actus intellectus Diuini. Et dicitur esse obiectum terminans, uel terminatiuum, & obiectum secundarium. Et sic maior est uera. Minor uera probatur, scilicet, sed intellectus Diuinus &c. Ista suppono tanquàm uera. Nam tertia distinctio. 2. dicemus hoc, licet Ocham dicat, quòd sapientia, & essentia sunt obiectum primarium, tamen essentia Diuina est solum obiectum primarium. Et Franciscus tertia distinctione sui conflatus. Et benè ad longum. Supponit tamen quòd hic semper capiatur prius secundum Origenem. Ex hoc argumentor nunc ad propositum, & arguo sic. Prius est præsens intellectui Diuino obiectum primarium, quàm obiectum secundarium. Ergo in illo priori, intellectus Diuinus habet omnem actum suum circa obiectum primarium, & priusquàm circa obiecta secundaria, & per consequens in illo priori, prius habet actum operatiuum, & productiuum, circa obiectum primarium, quàm habeat actum aliquem circa obiecta secundaria. Nam solum illos duos actus, scilicet operatiuum, & productiuum potest habere circa obiectum primarium. Vnde dictum est, quid sint illi actus, eo modo quo possunt declarari: nam nimis sunt remoti à sensibus. Tamen actus operatus, dicimus illam essentialem notitiam communem tribus, quæ perfectio est operantis, & om-

Secunda rõ S. ad idẽ.

Duplex est obiectum intellectus Diuini.
Refellitur rõ Ocham contra Sco.
Q̃ho Sco. intelligit essentiã Diuinã esse, primum obiectum intellectus Diuini.
Deducitur secunda rõ Scoti ad cõclusionem principalẽ.
Quòd creatura sine obiectũ secũdarium possit terminare actum intellectus Diuini, habet ex eod in intellectu, quod est maximè notandum in mẽ Sco.
Quid actus operatus.

nis

Duo actus sunt in Diuinis, operatus.

nis actus qui est perfectio operantis, dicitur esse operatus. Et illa notitia essentialis, perficit Pasrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & est ingenita, quia non distinguisur realiser ab illis. Secundò est in Diuinis actus productus, scilicet secunda persona in Diuinis Et dicitur actus notionalis ipsi patri non conueniens. Es in illo priori, primo operasur insellectus Diuinus notisiam essentialem, & producit illam notisiam genitam, antequàm habeat obiecta secúdaria præsentia sibi. Er sic est prius productio Filij, & Spiritus sancti, quàm producansur creaturæ. Nam quicquid dicitur de intellectu respectu Filij, etiam dicendum est de uolnntate respectu Spirisussancti. Ista magis patebunt infra, qnomodo etiam uolunsas habeat actum operatiunm amoris essentialis, deinde actum productiuum amoris notionalis, & ille productiones ad intra, præintelliguntur, priusquàm prodnctio creaturarum. Et pro illo priori, habet omnimodam fœcuodisatem ad istam. Es sic, causalisas omniũ rerum ad extra, necessario est in tribus personis Diuinis, quòd est probandum.

Tertia rõ Sco. ad idẽ.

TERTSA ratio Scoti ad probandam eandem conclusioné, est ista ex parte habitudinum. Vnde supponit, quód in patre snot duo, scilicet assensia Dinina, & agere. Nam producit & creat. Et quæcunque oatura, sine humana, siue Diuina quæ habes supposita, & constisnit suppositum, habet habitudinem ad illa supposisa, & maiorem, & priorem ad illud snppositum, nel supposisa, qnam ad aliquid aliud, etiam essentia Diuina ad supposisa Diuina, est illis prima ratio essendi simpliciter, & nasura humana constisuit sua supposita hoc codem modo. Ex istis habitudinibus arguttur sic. Habitudo ipsius oaturæ ad suppositnm, uel ad supposita, prior ast, quàm dicatur esse habitudo naturæ ad agere ipsius suppositi, quia prins habet esse, quàm operesnr. Ergo oatura Diuina prius habitudinem habet ad supposisa Dinina, constituendo illa inesse, quàm sit habitudo illius oaturæ ad agere ad eatra. Modo cùm in tribus sit eadem uirtus ed agere ad extra communicata duobus, in illa productione, etiam causalitas secundum illam uirturem, necessario eriein tribus. Antecedens probatur. Nam habitudo naturæ ad suppositem, est essentialis. Vnde dictnm est, qnomodo in Diuinis est duplex actio, scilicet intrinseca, & extrinseca, de intrinseca non loquitur hic: nam illa est simpliciter oecessaria. Habitudo ergo naturæ Diuinæ ad suppositum, est essentialis: nam per illam habitudinem constituuntur snpposita in esse simpliciter: non dico esse suppositi, sed in esse simpliciter, & habitudo naturæ quo ad agere, non est essentialis, sed accidentalis. Et non est oecessaria. Secundo cootingens, propser serminum qoem respicit, scilicet creasuram, licès ista bene sis essentialis, quia communis tribus. Sed non capitur hoc modo essentiale in proposito, samen dicitnr non essentialis, quia est ad agendum aliquod contingens, népe creasuras, non dicitur quoque essentialis, idest necessaria sicns prima. Item etiam patet illud aotecedens, qnia agere præsuppooir esse; & ista proposisio, scilicet agere præsupponit esse, est uniuersaliter uera, supposito quòd intelligatur de agere ad extra, nõ autem de agere ad intra 4.q.quol. nam filius, non præsupponit esse simpliciter, scilicet essensiæ, & constituitur in esse suppositali actione, scilices generasione. Ad extra tamen, est uniuersaliter uerum, nam per agere ad extra, nihil constituitur in Diuinis. Et sic illa habitudo naturæ ad esse suppositi, est uniuersaliter prior, quàm habitudo natnræ ad actionem suppositorum: idest qnàm ꝙ illa creet, uel canset, & ita relinquit asserta conclusio nera, ex istis qoatuor rationibus.

Duplex actio in Diuinis.

Agere præsupponit esse, est uniuersaliter uera in creaturis, & in Diuinis ad extra.

¶SECVNDÒ qnansum ad istum articulum, &c.] Dicebat Scosus in primo articulo, quomodo prima causalitas, respectu omninm causabilium, erat in tribus, ex illis, quatuor rationibus. Consequenter dat rationem, quare cum Pater creat, asse Filius & Spiritussanctus. Et quare asiam filius, non põt creare sine Patre & Spiritusſãcto, & ècóuerso. Pro resolutione ponit tres cooclusiones. Prima est negatiua, scilicet. Noo ideo causalitas prima respectu omnium causabilium est da necessitate in tribus, ex co quod Filius, & Spiritussanctus, sint rationes proximæ creandi creaturas, ipsi patri. Probatur a simili: nam non ideo productio Spiritussancti, est a Patre, & Filio, quia Filius sis ratio formalis ipsi Patri spirandi Spiritumsanctum. Ergo etiam non ideo, primam causalitatem dicimus oecesse asse in tribus, respectu creaturarom producibilium, quia Filius & Spiritussanctus, &c. Et ista conclusio est contra Henricum. Antecedens patet, nam non credimus illnd, nisi quia Fides dicit, quia ex Pasre, Filioque procedit, & non quod Filius sit ratio formalis ipsi Patri spitandi Spiritumsanctum. Consequencia probatur a simili. Vnde undecima distinct. Primi, ratio spirandi Spiritumsanctum, est ipsa uoluntas fœcunda infinita. Ex eo qnia infinita, dicisur esse ratio ipsi Patri spirandi Spiritumsanctum, & quia est eadem uolunras in Patre & Filio, ideo illi dicuntur spirare Spirisumsanctum.

Affert rõnem quare una persona non põt.

Prima conclusio

Probatur à simili.

Ratio spirandi.

Secunda conclusio Scoti est negatina. Non ideo prima causalitas respectu omnium causabilium de necessitate est in tribus personis, quia illa causalitas esset imperfectior, si non esset nisi in nna qnàm sis nunc, quando est, uel dicisur esse in tribus. Vnde rustici forte dicerent, ꝙ ideo Pater, Filius, & Spiritnssanctus, creauit lapidem, & nnus sine alio nõ posest, qnia Pater se solo non posset. Similiter nec Filius, sed quod indigens Spiritu sancto. Hunc errorem excludit nunc Scosus in ista conclusione, non ideo &c. nam æque perfecta causalitas esset in una persona, si per impossibile esset sola, sicut est nunc, quando cũ vna etiam aliæ causant, æquè benè produceres Pater, si solus esset lapidem, uel quodcnnqne aliud producibile, sicut nunc cũ aliæ duæ personæ producunt, nam est eadem numero vis productiua creaturarum in illis, omnino indiuisa. Vnde octaua quęstione, quolib. notat Scotus quod Verbum Diuinum præexigi in rasione causæ ad res producendas, quando actualiser producũtur ad eatra, potest intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ præexigatur tanquàm perficiens causalitate Pasris, ac si causasio Patris non ita perfecta sis, si Filins non præexigeretur, sicut est quando præexigitur, & hoc modo non intelligitur, imò est falsnm, & erroneum, dicere Filium iuuare Pasrem &c. Secundo modo posest intelligi Filium præexigi tanqnàm illnd, cui est uis productina creasurarum communicata ab ipso Patre ad creandum com Pasre, & iste sensus est uerus, & casholicus, & hoc modo insclligitur, Pasrem præexigere Filinm in productione Spiritussancti, quia Filius habet eandem fœcunditaeem, uel uim spiratiuam ad spirãdum Spiritumsanctum, & ita de Filio & Spirisusancto respectu rernm creandarum dicendũ est quod requiruntnr, cum Patre, quia habent eãdem uim productiuam, ur patet.

Secunda cõclusio.

Verbũ præexigi ad producẽdas res ad extra põs dupliciter intelligi

Tertia cõclusio Scoti affirmatiua, & resolntina est ista. Prima cansalitas respectu causabilium, de necessisate est in tribus Diuinis Persouis, quia prins communicatur fœcunditas a Patre ipsi Filio, & a Patre, & Filio, ipsi Spiritui sancto, quàm fiat productio cuiuscunque alterius producibilis ad exrta. Est conclusio & resolutio ad Articulum, antequàm enim producatur lapis in qnocnnque esse, præintelliguntur omnes personæ, non solum habere suum esse simpliciter, & suppositale. Sed etiam habere omnem perfectionem, quæ illis oon repugnat, qualis est illa fœcundisas ad producendum creaturas ad extra. Exemplnm enim posses esse in naturalibus, si Paser, & Mater haberent eandem uim generatiuam, respectu prolis, eandem dico numero, quod tamen non habenr, ramen si haberent non oporeet disputare. Vtrum Mater actiuè concurrat ad generandam prolem, nam uerum esset quód sic, quia ꝙ Pater actiuè agat, nullns dubitat. Et si Pater & Matar haberent eandem uim numero, si Pater actiue ageret, etiam & Mater. In Diuinis tamen casus est de facto, & realiter ita est, quod Pater, & Filins, & Spiritussanctus, habent eandem uim productiuam respectu rerum. Primo, Pater habet in primo signo, idest a se, & Filius in secundo com generatur habet illam a Patre, & Spiritussanctus habet illam ab utroque. Et sic antequàm creatura prodncasur, habent omoes illam eandem uim. Es istud tertium dictom resolutorium, potest esse de mente Beati Augustini, Quinto de Trinitate, capitulo decimoquarto. Sicut Pater, Filius, & Spiritussanctus, sunt unum principium respectu Spiritussancti, sic Pater, Filius, & Spiritussanctus, sunt unum principium respectu creaturarum creandarum. Modo nos concedimus quòd Pater, & Filius, sunt duo spirantes Spiritumsanctum, non tamen duo spiratores, duodecima distinct. Primi, etiam concedimus, quód Pater, & Filius, & Spiritussanctus, sunt tres principiantes creaturam, uel creantes; & non concedimus quod sint tres Creatores, uel tria principia, respectu creasnrarum. Et hoc modo dicimus. Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem tem non dicimus creatores, ratio istorum est, quia terminus numeralis, si addatur principio, significat uim principiandi esse distinctam in illis, de quibus dicitur, quod tamen est falsum, sam ad intra, qnàm ad extra. Et ita patet resolutio ad istum primum articulum. Vtrom prima causalisas & cæsera, & responsum est affirmatiuè, quòd sic.

Tertia conclusio.

Dicimus tres creãtes & tres principiantes, nõ tres creatores, uel tria principia, et quæ sit rõ horum

¶QVANTVM AD SECVNDVM ARTICVLVM, &c.] Consequenter Scotus quærit de esse secundum Quid creaturæ, scilicet de esse cognito, uel nohro, vtrum scilices. Prima causalitas rerum producibilium, & hoc quo ad esse secundũ Quid, necessario sit in tribus persoois sic, qnòd Pater non potest intelligere

Soluit Sco. q. de cãlitate creaturarum.

telligere lapidem, nisi etiam Filius, & Spiritussanctus, illum intelligunt. Vel utrum Pater potest intelligere lapidem, dato quòd nec Filius, nec Spiritussanctus, intelligerent illum. Et hic Scotus facit duo. Primo mouet unam difficultatem, ea illa impugnatione facta contra Henricum in quinto dicto, & soluit, deinde dicet ad Articulum, bene difficilem, propter materiam de signis originis, ibidem declaranda. Primo ergo ait contra se. Nam dictum est supra quomodo Ideæ practicę, sunt æque benè in intellectu Patris, sicut in intellectu Filij, secundum Scotum contra Henricum, & benè, propter illud dictum Beati Augustini. Nihil habet Pater quod non habet Filius, & econuerso. Tunc ex hoc sequitur unum Corollarium contra Scotum. Nam bene sequitur, Ideæ practicæ sunt in intellectu Patris. Ergo Verbum Diuinum, vel Filius, producitur de creatura, idest habet esse cognitum in intellectu Patris, de Idea illius creaturæ, quæ est in Patre. Consequens uidetur esse satis inconueniens. Antecedens est Scoti loco dicto, contra Henricum. Consequentia nunc probatur. Secundum Beatum Augustinum decimaquinto de Trinitate capitulo decimoquarto. Vbi loquendo de Verbo Diuino dicit. Natum est Verbum Diuinum de omnibus, his quæ sunt in scientia Patris. Sed sic est, quòd illæ Ideæ sunt in scientia Patris. Ergo verbum natum est ea illis. Conclusio est falsa. Ergo aliqua præmissarum, non maior, nam est auctoritas Beati Augustini. Ergo minor, quæ est, quòd Ideæ practicæ sunt in Patre, cuius oppositum dixisti, quod autem illa conclusio sit contra te. Patet, nam secundum te, Scotè Verbum producitur de memoria fœcunda, non autem de intelligentia, & per consequens, nec de creatura, quæ est in intelligentia Patris. Et sic patet quòd Argumentum est bonum, & bene tangit Scotus. Sed unico Verbo dicamus, secundum illa quæ habuimus in quarto quol. Et de productionibus, secunda distinct. primi ad quasdam auctoritates, per unam distinctionem quòd scientia capitur dupliciter. Vno modo pro actu primo. Alio modo pro actu secundo, Visio de Visione, dictum est quòd Visio capitur dupliciter, &c. Modo hic dicemus, quòd scientia capitur pro actu primo quòd Verbum natum est de scientia patris, capiendo scientiam, pro actu primo, & idem est, quòd ipsa memoria fœcunda, & sic nihil malè sequeretur, contra Scotum. Sed Scotus latius soluit Argumentum. Primo dando instantias, quomodo argumentum non est ad propositum. Deinde soluit. Vnde primo dicit, quòd si hoc Argumentum concluderet, sequeretur quòd Spiritussanctus, non tantum produceretur, de amore essentiæ Diuinæ. Sed etiam produceretur de amore cuiuscunque creaturæ, quod tamen est falsum, a nulli dubium est. Probatur tamen consequentia, nam si Filius quia producitur de omnibus quæ sunt in scientia Patris, producitur de creaturis, etiā Spiritussanctus quia producitur de omnibus quæ sunt in uoluntate Diuina, produceretur etiam de amore creaturarum. Patet consequentia, nam in uoluntate Diuina, est etiam amor creaturarum, & creaturæ habent ibidem esse uolitum. Et sic Spiritussanctus, diceretur amor, non solum Diuinus. Sed etiam cuiuscunque creaturæ, quod tamen est falsum. Quod autem sit falsum. Probatur. Nam sequeretur, uel quòd Deus necessario amaret creaturam, uel quòd Spiritussanctus non necessario produceretur, quorum utrunque falsum est, & inconueniens maximum. Consequentia quo ad primum consequēs. Probatur, quia benè sequitur, quòd Spiritussanctus amatur necessario. Ergo etiam quælibet creatura amatur necessario. Patet consequentia. Nam per te Spiritussanctus est amor creaturæ, & producitur de illo amore creaturæ. Ergo Deus necessario amat creaturam. Istud est falsum, nam Deus ad extra, potest producere, uel non producere, diligere, uel non diligere, cum merè liberè, & contingenter, producat, & diligat. Ergo &c. Si tu dicas quod non necessario amat Deus creaturam. Tunc sequitur secundum illatum, scilicet, quòd Spiritussanctus, non necessario producitur uel spiratur, quod tamen est falsum & absurdum. Et ita Spiritussanctus non spiratur de amore creaturæ, quantuncunque ille habeant in uoluntate Diuina esse uolitum. Ergo etiam non sequitur Filius producatur de Idæis practicis in mente Diuina, quantumcunque ille habeant esse, vel sint in ipso intellectu patris.

Dubitatio Scoti contra Sco.

Soluitur dubiatio.

Scientia dupliciter.

Visio dupliciter.

Deus nō necessario diligit creaturas.

SECVNDÒ ad idem arguit Scotus, dando instantiam, si Argumentum illud concluderet, sequeretur, quod Verbum produceretur de Verbo, quod est falsum, & contra dicta in primo. Consequentia probatur. Nam per te, Argumentum probat quòd Verbum producitur de omnibus quæ sunt in scientia Patris. Sed in primo signo cognoscet Verbum. Ergo Verbum producitur de se ipso Verbo, quod tamen est falsum. Et ita illud Argumentum non concludit. tanquàm admittendum. Sed uenit soluendum, ut patet.

Secunda instantia ad idem.

TERTIÒ ad idem datur instantia. Si illud argumentum concluderet & re supponendo illud trigesima distin. primi. Quòd Dei ad creaturam, nulla est relatio realis. Sed si qua est, illa est rationis. Bene autem èconuerso, creaturæ ad Deum, est relatio realis. Modo arguitur. Nulla relatio realis est ipsarum personarum Diuinarum ad res creatas extra. Patet loco præallegato. Sed sic est, quòd si illud argumentum concluderet, quod Filius produceretur de Idæis, quæ sunt in intellectu Patris, sequeretur quod alicuius personæ ad creaturas, esset relatio realis. Ergo illud argumentum non concludit. Consequentia probatur, supponendo quòd productio creaturarum in esse cognito, est productio ad extra. Nam omnis productio Diuina respectu obiecti secundarij, est ad extra, siue illa sit in esse cognito, Volito, uel reali, extra causam suam, & omnis productio respectu obiecti primarij, scilicet essentiæ Diuinæ, dicitur esse ad intra. Tunc sic, omne genitum habet relationem realem ad illud a quo gignitur, & hoc maximè, quando distinguitur realiter ab illo. Sed sic est, quod per te, Filius producitur de Idæis, quæ sunt creaturæ in mente Diuina, & distinguitur realiter Filius, vel Verbum, ab illis, non est dubium. Ergo sequitur, quòd ipsius Verbi ad Idæas illas, erit relatio realis, hoc est falsum, ut patet in primo loco præallegato. Patet ergo, quòd Argumentum illud non concludit.

Omnis productio creaturarum in quocunque esse dicitur ad extra.

¶QVANTVM AD HOC &c.] Sed quia adducere instantias non est soluere. Ideo Scotus ad singulas propositiones dicet. Et primo utrum Ideę sint in intellectu Patris respectu creaturarum. Secundo utrum Filius uel Verbum Diuinum, præintelligatur habere esse, quando illæ Ideæ sunt, vel utrum in eodem signo intelligatur habere simul esse, cum illis, quia si sic, difficile erit saluare, Quomodo Filius producitur de scientia Patris, & quòd non producatur de illis. Si autem non habeat esse &c. Faciliter soluetur. Et ideo iste textus benè se habet cōsequenter ad Scotum, qui tamen uidetur difficilis. Et ita pro introductione materiæ notandū est primo, quod triplex est ordo pro nunc. Vnus est ordo naturæ. Alter est ordo originis, quidam est ordo durationis. Et ideo est primum dictum Scoti quo ad istam distinctionem, ad ostendendum quomodo, uel, utrum in eodem signo, Ideæ practicæ sint in intellectu Diuino in quo signo. Filius producitur. Primum dictum. In Diuinis possunt intelligi, uel assignari duo ordines, qui sunt alterius, & alterius rationis, scilicet ordo originis, & ordo naturæ, pro quo notandum est primo, quod ordo durationis, est inter illa quorum unum præcedit alterum tempore, uel duratione, ut inter Patrem meum, & me. Inter Adam, & nos. Inter florem, & fructum. Sed utrum in Diuinis sit iste ordo. Dico quod non, secundum Fidem, iuxta illud Atanasii. In Trinitate. Nihil prius aut posterius, nihil maius, aut minus. Intelligit de ordine durationis. Vnde sequitur quòd errauit Arrius, ut dixerit Beatus Augustinus, in sexto de Trinitate capitulo primo. Ponendo in Diuinis ordinem durationis, quia non poterat imaginari, quòd Filius in Diuinis semper habuisset esse, quòd semper esset genitus, & quòd semper gignaretur, & ideo imaginabatur ipse, quod aliquo tempore, prius Pater habuisset esse, in quo Filius non fuit, & sic dixit. Verbum factum. Contra hoc est Fides Catholica, quæ addit in symbolis, Aeternus Pater, Aeternus Filius, & Doctores etiam nona distinct. primi docent, quomodo illa generatio Diuina est æterna & ita patet, quòd ille ordo, nullo modo ponitur in Diuinis.

Sco. respondet ad singulas propositiones.

Hic agitur de ordine naturæ originis secundū Sco.

Ordo triplex.

Primum dictum Sco.

Dubitatio soluitur.

Ordo durationis nō est in Diuinis.

SECVNDVS ordo, est ordo naturæ, unde ordo secundum Scotum, ut allegat Franciscus distinctio. decimatertia primi, quæstio. prima sui conflatus, quòd ordo naturæ, est ordo inter aliqua ex suis rationibus formalibus; & unico nomine potest dici, ordo diuisionis. Nam ex diuisione cuiuslibet rei ab alia, per proprias differentias, & formales, causatur, uel manifestatur, ut inter intellectum, & uoluntatem, & inter actus intellectus, & actus uolontatis. Patet immediatè ex rationibus formalibus illorum, quomodo inter illa, est ordo naturæ. Et de isto ordine quæro, utrum sit in Diuinis. Quarto probatur quòd non, & est argumentum de Basolis tenentis, quòd nullo modo ordo naturæ est in Diuinis. Vnde arguitur sic, ordo naturæ, dicit dependentiam unius ad alius. Sed in Diuinis nulla est dependentia. Ergo etiam in Diuinis non est ordo naturæ. Minor est Scoti in secundo argumento principali tertiæ quæstionis de productionibus, quomodo in Diuinis est, bene præexigentia, non tamen dependentia. Ergo nec ordo naturæ. Probat ille consequentiam, Nam ordo naturæ, dicit dependentiam

Ordo naturæ quid sit.

In Diuinis est præexigentia, non dependētia.

tiam inter illa inter quæ est ille ordo, patet, nam ille dat tres conditiones, quæ requiruntur ad hoc, quod inter aliqua dicatur esse ordo naturæ. Quarum una est illa quòd unum dependeat ad aliud in essendo. Secunda est, quòd prius & posterius natura, essentialiter distinguuntur. Tertia, quòd prius possit esse sine posteriori, non tamen è conuerso, & sic illa pars est uera, quod ordo iste, non est in Diuinis. In oppositum tamen est Scotus, qui expressè dicit, quòd duo ordines possunt poni in Diuinis, scilicet naturæ & originis. Pro solutione Scotistæ in hoc diuisi sunt. Quidam dicunt, quòd non est ponendus iste ordo in Diuinis, ut de Bassolis. Franciscus tamen dicit oppositum cum Scoto, quòd sic. Et ideo dicamus. Quòd ordo naturæ capitur tripliciter. Vno modo pro ordine inter naturas. Alio modo pro ordine inter naturales profectiones. Tertio capitur pro ordine naturæ, qui est inter potentias, ad sua obiecta comparatas. Primo modo inter naturas specificas, est ordo, ut inter hominem & animal, inter naturam humanam, & angelicam, nam species habent istum ordinem essentialem, sic quòd datur aliqua prima, & hoc modo capiendo ordinem naturæ, dico quòd isto ordo naturæ, nullo modo est in Diuinis, quia non sunt ibi plures naturæ, inter quas posset assignari. Nam non est nisi unica natura numero in omnibus, scilicet essentia Diuina. Et hoc modo, benè ualet argumentum illud de Bassolis, & omnia sua argumenta quæ facit. Nam semper procedit per illam distinctionem naturarum. Secundo modo capitur ordo naturæ, pro ordine qui est inter perfectiones naturales, ut sunt intellectus, uoluntas, sapientia, bonitas, &c. Dico nunc secundo, quòd non est inconueniens, inter perfectiones Diuinas, ponere hunc ordinem naturæ. Nam inter intellectum, & uoluntatem, etiam in Diuinis, est ordo naturæ, quia una potentia, nempe uoluntas, ex sua ratione formali, habet quod præsupponit intellectum, & non è conuerso, & hoc modo ponere ordinem naturæ in Diuinis, nullum sequitur inconueniens. Tertio modo capitur ordo naturæ secundum quod est inter aliqua duo obiecta distincta ad suas potentias comparata, at inter obiectum primarium, & obiectum secundarium in Diuinis est ordo naturæ hoc modo, inquantùm, scilicet comparantur ad uoluntatem Diuinam, uel ad intellectum Diuinum. nam isto modo se habent illa obiecta ad illas potentias, quòd ordine naturæ primò intellectus Diuinus, & uoluntas Diuina habent actus suos circa obiectum primarium, scilicet essentiam Diuinam, quàm habeant actus suos circa obiecta secundaria, patet ex dictis, & hoc modo ponendo ordinem naturæ in Diuinis, nullum sequitur inconueniens. Tertius ordo principalis est ordo originis, & ordo originis, secundum Franciscum, distinctione. 12. primi sui conflatus, nihil aliud est, quàm habitudo inter origines, uel habitudo inter illa, quæ ipsis originationibus opponuntur, & sic oportet ponere istam distinctionem de signis originis.

Scot. ponit duos ordines in Diuinis naturæ & originis. Opinio Scot. Ordo naturæ triplex. Ordo naturæ inter naturas. Ordo originis quid, secundū Franciscum.

Sed primo quæro de isto ordine, vtrum possit benè poni in Diuinis, & breuiter arguitur, quòd non, argumento communi, & difficili, & arguitur pro ista parte. Si in Diuinis esset ordo originis, sequeretur quòd pater esset prior filio, consequens reputatur falsum, & inconueniens. Ergo iste ordo non est ponendus in Diuinis, consequentia probatur. Nam in illo priori origine, in quo pater est, uel filius est, uel filius non est, si filius est. Ergo malè dicis, quòd pater sit prius origine filio, nam quandocunque unus est, etiam alius est, nnus non præcedit alium origine, quod est propositum. Si autem in illo priori, filius non est, tunc sequeretur error Arrii dicentis, quòd filius aliquando habuit non esse, si nunc est, & ante, in illo priori in quo pater est, non erat. Ergo habebat non esse, &c. hoc est hæroticum. Ergo ordo originis nullo modo ponendus est &c.

Vtrū sit ordo originis in Diuinis.

Nominales credunt se demonstrare hoc argumento, in oppositum tamen, idest quòd ille ordo originis sit ponendus in Diuinis. Et B. Augustinus libro de tripliti habitaculo. cap. 6. qui dicit, quòd iustis manifestum erit, quomodo pater non præcessit filium tempore. Sed origine, hæc formaliter D. Augustinus. Ergo hic ordo ponendus est in Diuinis.

Nominalib opinio. Secundum Aug. ordo originis est ponendus.

Pro solutione supponendum est, quòd triplex est ordo originis, unus inter originans, & originatum. Alter est ordo originis inter duas origines. Tertius est ordo originis, inter unum essentiale, & inter unum notionale. In primo ordine sunt tria signa, scilicet esse a se, esse ab alio, & esse ab utroque. Et de isto ordine originis, loquitur Scotus hic. In ordine originis inter duas origines, sunt duo signa, licet probabiliter possemus ponere quatuor, tamen pro nunc, sunt tantùm duo, scilicet generatio actiua, & passiua in uno, & spiratio actiua, & passiua in alio. Tertio modo capitur pro ordine inter unum essentiale, & unum notionale, scilicet inter essentiam & generare, inter esse beatum, & generare, & in illo sunt duo signa, scilicet essentialia omnia in uno, & notionalia in alio.

Soluitur argumentum. Ordo originis triplex.

Ista distinctione, stante dico primò, quòd in Diuinis est ponendus ordo originis, inter originantia & originata, idest inter patrem, & filium, originantes & Spiritum sanctum originatum, & hoc patet secundum illud Athanasii, Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius a Patre solo est, Spiritus sanctus a patre & filio. Ergo inter illas personas est ordo, quia unum ab alio, & unum ab utroque, dicimus esse. Et illud uoco ordinem originis inter originans, & originatum.

Ordo originis inter originantia et originata.

Secundò dico, quòd in Diuinis ponendus est ordo originis, inter duas origines, probatur, Nam quæcunque sunt distincta, si non sunt ordinata, sunt confusa. Sed generatio & spiratio in Diuinis, sunt duæ origines distinctæ, & non confusæ. Ergo habent ordinem inter se, aliter esset confusio inter illas, si unum posset indifferenter aliam præcedere. Ergo oportet inter illas assignari ordo originis, quia non uidetur alius ordo rectius assignari posse. Maior benè patet de cumulo lapidum, in quo nullus est ordo. Sed confusio. Et communiter dicitur, ubi non est ordo, ibi est confusio. Minor probatur, quòd illæ origines sint ordinatæ, nam spiratio semper sequitur generationem, & non è conuerso, & sic non sunt confusæ. Ergo habent ordinem, non autem ordinem durationis, nam illum non ponimus in Diuinis. Ergo habent ordinem originis, & sic dictum uerum.

Ordo inter origines est in Diuinis.

Tertiò dico, quod in Diuinis ponendo est ordo originis, inter perfectiones essentiales, & ipsa notionalia. Probatur. Nam ordo originis, est ordo quorundam prædicatorum, quorum unum immediatius inest essentię Diuinæ, uel dicitur de illa. Alterum uerò mediatius. Sed essentialia & notionalia in Diuinis, isto modo se habent, scilicet quòd essentialia, primo dicuntur de essentia Diuina quàm notionalia, & hoc maxime essentialia quæ nullum dicunt respectum ad extra. Ergo inter essentialia, & notionalia, debet esse ordo. Maior patet ex dictis sæpè, quia per ordinem, non intelligimus aliquod positiuum, sed solùm illa prædicata, dici de essentia Diuina ordinatè. Minor probatur satis prima quæstione quinti. Et ita patet quòd in Diuinis est ponendus ordo originis. Et cùm probatur oppositum, quod non est ponendus, quia sequeretur quod in aliquo priori, &c. Dico ad materiam, quòd non intelligo quòd in aliquo priori duratione, sit pater, in quo non sit filius, sicut Nominales dicunt nos dicere, & sic arguunt illo argumento leui. Sed intelligo quòd esse prius origine, dicit habitudinem quandam alicuius, quod est a se, respectu illius quod est posterius origine, idest ab alio. Et hoc modo intelligendo, argumenta illorum parùm faciunt contra nos. Et in illo argumento ante oppositum, quod est primum illorum, & fundamentale, illi committunt fallaciam figuræ dictionis, in inquirendo. Nam debent probare quòd illud consequens sit falsum, & prioritatem originis mutant in prioritatem essendi simpliciter, & absolutè. Quando quæcunt in illo priori origine, uel filius est, & deberent inquirere in illo priori origine, uel filius est prius origine, uel non, & tunc dabo quòd est simpliciter in illo priori origine. Sed non est prius origine, & sic illud argumentum ex falsa imaginatione deductum, non concludit. Et sic dictum est uerum, quòd in Diuinis, ponendus est ordo originis.

Quid sit ordo originis. Ad materiam argumento. Fallatia figuræ dictionis.

Pro cuius declaratione est notandum dictum Scoti, quòd in quocunque instanti naturæ, potest assignari totus ordo originis, unde in nobis est, est ordo naturæ, ordo originis, & ordo durationis, & in uno instanti durationis, uel temporis, assignari potest totus ordo naturæ, & originis. Exemplum, in eodem instanti temporis, anima rationalis infunditur corpori, dat esse uiuum, dat esse hominis. Nam ad hoc quòd sit homo, requiritur ut prius sit animatum, deinde animal, tandem homo, hæc omnia simul fiunt tempore, quia in uno instanti temporis, in alio tamen & alio instanti naturæ, quare totus ordo naturæ, continetur in uno instante

Et tunc ad articulum. Primum dictum Scoti. Exemplum ad propositum.

instanti durationis. Et in illo instanti naturæ in quo homo accipit esse hominis, & in quo est completus totus ordo naturæ, est tunc totus ordo originis assignandus, nam primo homo est sibibilis, deinde risibilis, beatificabilis, & sic de aliis passionibus, quarum prius origine una habet esse, uel intelligitur esse, secundum nostrum modum concipiendi, quàm alia, licet omnia fiant in uno instanti ordinis naturæ, sic patet dictum uerum.

Exemplum ad propositum.

Secundum dictum. In diuinis ordo naturæ est simpliciter primus sic, quòd in primo instanti naturæ, simpliciter procedendo, potest assignari totus ordo originis. Pro quo notandum est primò, quòd instans capitur dupliciter. Vno modo secundum quòd dicit continuitatem alicuius continui quod continuat, ut scilicet est finis præteriti, & initium futuri, ut dicit Philosophus 4. Physic. & hoc modo non capitur, quandocunque, transfertur ad Diuina, pater. Nam in Diuinis nihil est continuandum, nec discontinuandum. Secundo modo capitur instans inquantum, scilicet dicit mihi unum indiuisibile, & illo modo nominamus aliquos gradus indiuisibiles, esse instantia quædam naturæ, eo modo quo possumus exprimere, & sic dictum uerum. Sed quomodo declarabuntur ista? dico, & est. Tertium dictum principale, quòd intelligo primum instans naturæ, quando obiecta prima comparantur ad intellectum & uoluntatem Diuinam, unde dictum est, quòd est duplex obiectum, scilicet primarium & secundarium, & quomodo intellectus Diuinus, & uoluntas Diuina habent ordinem quandam inter se. Et primo intellectus intelligitur habere actum suum circa essentiam Diuinam, prius quàm uoluntas Diuina habeat circa eadem tamen in primo instanti naturæ, tam intellectus Diuinus quàm uoluntas Diuina præintelliguntur habere actus suos circa primum obiectum, scilicet essentiam Diuinam, & tunc habetur primum instans naturæ, inquantum, scilicet ad illas potentias comparantur obiectum primarium. Et secundum instans naturæ est, quando comparantur illæ duæ potentiæ, ad obiecta secundaria, uel obiecta secundaria ad illas potentias.

2. dictũ de ordine naturæ.

Instans capitur dupliciter.

3. dictum.

Dicimus quarto, quòd stando in primo instanti naturæ, habetur totus ordo originis. Quia memoria perfecta est in illo completa. Vnde aliàs dictum est in primo, quòd est memoria perfecta, quando in mente est duplex fœcunditas, intellectus & uoluntatis &c. Et sic istud dictum est uerum.

4. dictum.

Quinto dico nunc, quòd persona Diuina habens in primo instanti naturæ memoriam perfectam, idest intellectum Diuinum, & essentiam Diuinam illi præsentem in ratione obiecti actu intelligibilis, potest illa memoria perfectæ habere duos actus, scilicet actum operatiuum, & actum productiuum, habet notitiam immanentem, & transeuntem, ut ita dicam, licet non sit sic propriè in creaturis. Vnde in creaturis nos habemus actum immanentem, quando, scilicet intelligimus, uolumus, sentimus, obiectum aliquod, quia non producitur ad extra. Sed secundum quid, obiectum talis actionis immanentis, & illa actio immanens, perficit illam potentiam a qua est, etiam habemus actus transeuntes. Nam ego possum multa agere realiter distincta a me, patet, notitia quàm habemus, uelle & huius omnia, sunt realiter, & essentialiter distincta a nobis, & in quantum ista notitia, uel intellectio, manet in intellectu, perficiens illum, diceretur operata. Sed quia distinguitur realiter ab illo, diceretur producta, & hoc modo imaginanda fuit illa in Diuinis, licet non sit omnino simile. Persona patris, quia habet essentiam sibi præsentem in ratione actu intelligibilis, intellectu suo, operatur illam notitiam essentialem, conuenientem tribus, que pater beatificatur, & circa hoc, non est differentia, nisi quia in nobis illa notitia est accidens, in Diuinis autem, est substantia, & persona subsistens, quia est eadem realiter ipsi patri, & tunc pater dicitur agere actione immanente. Etiam secundo, pater dicitur producere, uel agere actione immanente, quando producit unam notitiam realiter distinctam ab ipso, & suppositaliter existentem, quæ alio nomine dicitur secunda persona in Diuinis, uel filius, uel uerbum, & sic isto modo, conformitar aliquentulum ad creaturas, pater.

5. dictum.

Sexto dico, quòd illa eadem persona, cuius est operari, per memoriam fœcundam notitiam essentialem, uel quasi producere, producit personam per se subsistentam, & formaliter infinitam, quæ est persona filii. Dictum habet difficultatem, quia dicit formaliter infinitam, nam dubium est, utrum personæ Diuinæ sint formaliter infinitæ, licet Scotus se exponat infra, tamen quia Scotus tenet quòd relationes originis non dicunt perfectionem, nec imperfectionem, nec sunt formaliter infinitæ, nec finitæ, in hoc dubium est. Sed dico, quòd personas Diuinas esse formaliter infinitas, potest intelligi dupliciter. Vno modo formaliter in ratione dantis esse simpliciter. Alio modo quòd sint formaliter infinitæ, in ratione dantis esse secundum quid, scilicet personale, uel suppositale. Distinctio est necessaria, & conformiter ad mentem Scoti intra. Dico nunc, quòd personæ Diuinæ primo modo, sunt infinitæ formaliter, scilicet in ratione illius, quod dat illis esse simpliciter, quod est essentia Diuina, que est radicaliter, & formaliter infinita. Hoc modo intelligit Scotus personas Diuinas esse formaliter infinitas. Sed utrum sapientia bonitas, scientia, &c. huiusmodi attributa, debeant dici formaliter infinita isto modo, scilicet in ratione dantis esse simpliciter. Dico ꝙ non. Patet, quia non includunt essentiam formaliter, & quid ditaté. Sed tantum identitate radicali. At personæ, includunt essentiam formaliter, & quidditatem, & sic hoc non est simile. Dico tamen in proposito, secundo loco, quòd quando dico, uerbum esse intimum personam, nihil aliud est, quàm uerbum, esse uerbum essentiæ Diuinæ, quæ est formaliter infinita. Secundo dico, quòd personæ Diuinæ, in ratione dantis esse suppositale, uel personale, non sunt formaliter infinitæ. Patet, nam illud dans esse, uel personale, uel hypostaticum, est relatio originis, quæ de se, nec est formaliter infinita, nec finita, sed tantum ideoticè. Ex dictis sæpè, & distinctione. 26. Primi dico, quòd Scot. intelligit primo modo, quod pater genuit filium, secundam personam in Diuinis, formaliter infinitam. Et ita patet sextum dictum. Septimum dictum Scoti est, illi personæ productæ sic a memoria fœcunda, communicatur uoluntas, ut actus primus, non habens adhuc terminum adæquatum. Vnde imaginatur Scotus illud sæpe dictum, quòd essentia Diuina primo est præsens intellectui, sub ratione obiecti intelligibilis, & tunc intellectus patris operatur notitiam essentialem. Et secundo, pater producit illam notitiam genitam, communicando illi uoluntatem suam, quàm uoluntatem nullum actum adhuc habuisse intelligimus, nec in patre, nec in filio. Sed solum ut diximus de intellectu, quod habuit actus suos duos, scilicet operatiuum, & productiuum, uoluntas autem nullum, & ita communicatur filio uoluntas, nullum actum adhuc habens.

6. dictum.

7. dictum.

Imaginatio Scoti.

Octauum dictum, illa una uoluntate communicata a patre ipsi filio, ipsa pater, & filius primo operantur circa essentiam Diuinam, amorem essentialem, quo uerè & perfectè illæ duæ personæ beatificantur, & illud est primum signum uoluntatis, in quo, scilicet ipsa intelligitur esse principium opera tiuum, & operari amorem essentialem, tanquam quo, & intelligitur habere illam actionem immanentem, impropriè tamen, quia pater & filius, uel uoluntas Diuina in patre & filio, non perficitur illo amore. Sed ad istum sensum, quia pater, & filius, beatificantur illo amore essentiali.

8. dictum. Voluntas cõciatur filio a patre nullum habens actum.

Nonum dictum est, illa una uoluntate, pater & filius, non solum operantur amorem essentialem quo beatificantur. Sed etiam producunt amorem spiratum, per se subsistentem, formaliter infinitam, eo modo, quo dictum est de notitia genita, quæ est formaliter infinita, scilicet, in ratione dantis esse simpliciter. Probat Scotus istam conclusionem, quia nihil est formaliter infinitum, nisi illud sit per identitatem Deus, & omne formaliter infinitum, est ipse Deus, per identitatem, illæ duæ sunt ueræ, quia negatio proposita, & postposita, facit æquipollere affirmationi oppositæ. Dico tamen quòd ipsa est falsa, ꝙ omnia per identitatem Deus, sit formaliter infinitum, pater de relationibus originis, quæ sunt identicè Deus, tamen non sunt formaliter infinitæ. Et ex his, soluitur argumentum quoddam contra Scotum. 5. d. primi in quo committitur fallacia consequentis, a positione antecedentis. ad positionem consequentis, & ita patet illud primum dictum principale, quod, scilicet stando in primo instanti naturæ, ut comparatur essentia Diuina, ad intellectum, & uoluntatem Diuinam, habetur totus ordo originis, ut patet, nam ille totus ordo originis qui est in primo instanti naturæ, est in quatuor signis: duo signa ex parte intellectus, & duo ex parte uoluntatis, primo intellectus Diuinus operatur notitiam essentialem, deinde producit notitiam genitam, & uoluntas Diuina primo operatur amorem essentialem, deinde in secundo signo, producit amorem procedentem, & sic completur illud primum instans naturæ.

9. dictum.

Non omne quod est idẽ cũ Deus, est formaliter infinitum.

Sequitur

De secunda instanti ordinis naturæ, agitur.

Sequitur secundum instans naturæ, &c. In disgressiona Scoti, qua ostendit primo, quomodo in primo instanti naturæ assignentur illi quatuor actus, tam scilicet operatiuus, quàm productiuus, tam in uoluntate, quàm etiam in intellectu. Nunc assignatur secundum instans naturæ, in quo scilicet comparantur uoluntas Diuina, & intellectus Diuinus ad obiecta secundaria, in quo potest etiam assignari totus ordo originis. Et est decima conclusio in ordine textus, quòd secundum instans naturæ, est quando intellectus Diuinus, & uoluntas Diuina, ad obiecta secundaria comparantur. Pro qua conclusione supponenda est illa distinctio data, quòd ordo naturæ capitur tripliciter. Vno modo inter naturas. Et hoc modo non loquitur Scotus in libris suis, cum dicit quòd ordo ponitur in Diuinis. Secundo modo capitur pro ordine naturæ inter perfectiones, & non intelligimus hunc ordinem naturæ, esse inter Diuinas perfectiones, sic, quòd una dicatur esse perfectior alia, quia omnes sunt æquè perfectæ, & infinitæ. Sed intelligimus ordinem esse inter illas, tanquam inter illa, quorum unum supponit aliud. Et per hoc soluuntur argumenta de Bassolis, qui credit quòd ponamus ordinem naturæ. Primo modo, quod est falsum. Tertio modo capitur ordo naturæ, pro ordine, qui est inter potentias Diuinas, ad obiecta primaria, uel secundaria comparatas, & isto modo capitur hic, & sunt duo signa, uel instantia. Et uidimus de primo instanti, nunc agendum est de secundo. Et quando scilicet uoluntas Diuina, & intellectus Diuinus, comparantur ad obiecta secundaria, & sic patet istud dictum.

Quid sit secundum instans in ordine naturæ in Deo.

10. dictum.

Notandum

Decimum dictum, & sæpè allegatur, & benè. Notandum est, obiecta secundaria in secundo instanti naturæ, non sunt intelligibilia, nec in actu, nec in potentia ad intelligendum, sed fiunt per illam intellectionem obiecta secundaria actu, uel habens rationem obiecti. Vnde pro hoc dico, quod ista duo differunt, aliquid esse intelligibile, & aliquid esse intellectum. Vnde intelligibile est omne illud, quod de se natum est mouere intellectum, quod est ex natura sua. Et hoc modo secundæ intentiones, & entia fictitia, non dicuntur intelligibilia, quia non possunt mouere intellectum ad sui intellectionem, sed solum ens reale, absolutum, uel respectiuum, cuius terminus non est ens infinitum, possunt dici intelligibilia respectu intellectus creati. Sed illud est intellectum, quod naturaliter habet esse cognitum ab intellectu. Modo obiecta secundaria, non primo habent esse intelligibile, quam intellectum. Sed eo ipso quo intelligitur lapis ab intellectu Diuino, habuit esse intelligibile, & fuit constitutum in tali esse ab illo intellectu. Vnde sequitur, quòd obiecta secundaria, non primo habuerunt esse in memoria, quàm in intelligentia, quod est bene notandum in illa materia. Probatur. nam omne illud quod habet esse in memoria, prius est intelligibile, quàm intelligatur, nam quando præsentatur ut obiectum memoriæ, in ratione actu intelligibilis, prius præsentatur, deinde intelligitur, & dicitur esse intelligentia. Et ita illa obiecta secundaria in illa actuali intellectione, quam intellectus Diuinus habet circa illa, dicuntur habere esse intelligibile. Vnde sequitur, quòd in nobis secundæ intentiones, non habent prius esse in memoria, quàm in intelligentia. Non dico in memoria recordatiua, nam benè recordamur de illis. Sed in memoria, quod scilicet fuerint præsentes in ratione obiecti actu intelligibilis, priusquam intelligerentur. Nam hoc est esse, uel habere esse in memoria. Sed primo habent esse in intelligentia, & in intellectu, & nunquam habent esse, nisi quàm diu sunt in intelligentia, uel actuali intellectione, & sic patet hoc dictum decimum, cum suis Corollarijs.

Quid sit ens intellectum in intelligibile.

Quid est intellectum.

Quid est uerè in memoria. Quid uelit dicere intelligentia.

11. dictum.

Vndecimum dictum, & conditionale est istud, si ponantur obiecta secundaria intellectus, uel uoluntatis Diuinæ, habere esse in memoria, non tamen ponuntur prius habere, esse in memoria, quàm intelligentia intelligatur esse communicata tribus, immò quando intelligimus esse in intelligentia, illa intelligitur esse communicata tribus. Vnde istud dictum soluit unam paruam quæstionem.

An Ideæ practicæ sint in memoria.

Vtrum scilicet possimus dicere, quòd illæ Ideæ practicæ, aliquando possint dici habere esse in memoria, & intelligentia, & sunt. Patet per hoc dictum, quòd si ita sit, hoc est, quando intelligitur memoria, uel intelligentia, esse communicata tribus. Vnde memoria consideratur dupliciter. Vno modo, inquantum intelligitur communicata tribus, scilicet Filio, a Patre, deinde Spiritui sancto, a Patre, & Filio, nam quicquid habet Pater, & Filius, habet Pater a se, Filius a Patre, & quicquid habent Pater, & Filius, etiam Spiritussanctus habet & sic bene possumus dicere, quod Ideæ practicæ sunt in memoria, ab illis duobus. Alio modo consideratur memoria, secundum quod est solius patris, in primo signo originis, ante omnem actum operatiuum, uel productiuum. Dico tunc, quòd non dicuntur, uel præintelliguntur esse in memoria Ideæ illæ practicæ. Ex quo dicto sequitur primo, quòd argumentum illud factum in principio articuli, non concludit de Idæis practicis, & hoc soluitur ad formam, quomodo non sequitur, quod filius generetur de illis. Secundo sequitur de directo, ad solutionem, ad secundum articulum. Primum Corollarium est: Non igitur producitur Verbum de lapide, licèt benè formaliter respondeatur ad hoc argumentum, quando quærebatur, utrum in eodem signo Ideæ sint in intellectu patris, in quo filius intelligitur esse productus, & patet quod non, nam omnes personæ Diuinæ sunt productæ in primo signo naturæ, & Ideæ producuntur in secundo signo naturæ, & ideo quando arguitur sic, benè sequitur &c. Dico, quòd Verbum Diuinum, uel filius producitur de Idæis practicis, quæ sunt in intellectu patris, potest esse uel intelligi dupliciter. Vno modo de Idæis, quæ sunt in intellectu secundum quòd intellectus dicitur memoria. Alio modo quòd producatur de intellectu patris & de Idæis in illo, secundum quòd ille intellectus est intelligentia. Dico nunc primo, quòd uerbum nō potest produci de Idæis practicis quæ sunt in intellectu patris, secundum quòd memoria est, nam Ideæ practicæ non sunt in memoria ex undecima conclusione, non enim creaturæ habent prius esse intelligibile, quàm intellectum. Secundo dico quòd uerbum producitur de Idæis, quæ sunt in intellectu patris, inquantum ille actus est intelligentia, sensus est, quòd notitiam Idæarum, uel obiectorum secundariorum, filius habet a patre. Et hoc concedo, quia quicquid habet filius, habet a patre, & illa productio notitiæ Idæarum in filio a Patre, dicitur generatio filij, secundum quid, scilicet in esse talis notitiæ, quam in primo signo non habebat, idest a se. Et est prima solutio ad formam argumenti.

Memoria dupliciter cōsideratur

Arg Henrici soluitur.

Verbū produci de Idæis practicis potest dupliciter intelligi.

Prima solutio arg.

Secvnda solutio ad formam argumenti est ista, secundum duodecimam propositionem, quando arguitur: Ideæ practicæ sunt in intellectu &c. Concedo ut dicitur memoria, & tunc adhuc distinguo, uel in intellectu ut est memoria communicata tribus. Alio modo inquantum memoria præintelligitur esse ante omnem actum productiuum, & operatiuum. Modo concedo, quòd Ideæ practicæ sunt in memoria, inquantum illa intelligitur esse communicata tribus, & tunc filius non producitur de illis, nam iàm intelligitur esse productus. Secundo dico, quòd Ideæ practicæ non sunt in intellectu Diuino, inquantum præintelligitur ante omnem actum, & tunc filius non intelligitur produci, & sic nunquam sequitur, quòd filius producatur de illis, quandocunque illas ponas, & sic patet longa solutio ad argumentum & Corollarium illud uerum. Secundum Corollarium ex illo dicto, decimotertio est responsum ad illam difficultatem principalem articuli, in qua quærebatur: Vtrum prima causalitas &c. & dicit quòd illa causalitas respectu omnium causabilium in esse secundum Quid, uel esse cognitum, est de necessitate in tribus personis Diuinis. Probatur quòd sequatur ex illo. Nam si obiecta secundaria non habent esse nisi in secundo instanti naturæ, ex dictis, & persona Diuina habent esse in primo signo naturæ, & tunc producuntur illæ Ideæ in esse secundum quid, & sic a tribus. Patet ergo istud dictum.

Secunda solutio. Ad formā arg.

12. dictum.

13. dictum.

Conclusio.

Quartadecima conclusio in ordine est, Quòd in secundo instanti naturæ, potest assignari totus ordo originis. Postquam uisum est de primo instanti naturæ, quomodo in illo assignatur totus ordo originis. Probatur nunc de secundo instanti naturæ, quod scilicet in illo potest assignari totus ordo originis. Et supponitur quòd quando ab intellectu patris, producitur lapis in esse cognito, quod ibidem sit ordo originis, potest intelligi tripliciter. Vno modo quòd in illo intellectu sit ordo originis, capiendo ordinem originis ex parte obiecti, uel lapidis cogniti. Alio modo capiendo

14. concl.

do ordinem originis ex parte notitiæ, uel intellectionis. Tertio modo, quòd sit ordo originis, ex parte suppositorum intelligentium, uel producentium intellectionem illius obiecti. Dico primo, quòd in secundo instanti naturæ, non attenditur ordo originis ex parte originati, quando producitur lapis in esse cognito. Non intelligo, quòd primo pater producat lapidem in esse cognito. Deinde quod filius det illi lapidi aliud esse cognitum, ab illo quod dedit, uel in quo produxit illum pater, & deinde Spiritus Sanctus producat etiam illum in alle cognito. Sic non attenditur hoc modo ordo originis, ex parte obiecti originati in tali esse. Secundo dico, quòd in secundo instanti naturæ, quando lapis producitur in esse cognito, non debet attendi ordo originis ex parte notitiæ, seorsus est, quòd non est intelligendum quòd pater primo habeat intellectionem de lapide, uel notitiam. Deinde quod filius habeat aliam notitiam, & deinde Spiritus Sanctus, aliam. Sed est eadem notitia numero, qua pater producit lapidem, & Spiritus Sanctus producit, & filius producit.

Regula qua cognoscitur inter quæ non est ordo originis. Nam regula est, quod nunquam est ordo originis inter aliqua, nisi illa aliquando intelligantur esse distincta secundum Franciscum duodecima distinctione sui primi. Dico tertio, quòd in secundo instanti naturæ quando producitur lapis in esse cognito, dicitur esse ordo originis ex parte originantium, uel suppositorum producentium res in esse tali. Sensus est, quod inter patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum est ille ordo originis, in intelligendo lapidem. Quia illæ personæ sunt distinctæ. Ideo est ordo inter illas in intelligendo res, uel obiecta secundaria, hoc modo scilicet, quia pater intelligit lapidem a se, deinde filius ab alio, scilicet a patre. Deinde Spiritus sanctus ab utroque scilicet a patre, & filio, & hoc semper eadem intellectione numero, & sic istud dictum uerum, quod in secundo instanti naturæ, assignatur totus ordo originis.

15. dist. Quintadecima propositio est ista, secundum ordo originis, qui assignatur in secundo instanti naturæ, non est originatio simpliciter lapidis, sed tantum est originatio secundum quid. Vnde pro hoc notandum est, quòd duplex est originatio. Quædam est originatio simpliciter. Alia

Originatio duplex. est originatio secundum quid. Illa dicitur originatio simpliciter, qua personæ diuinæ accipiunt esse simpliciter, personale uel suppositale, & etiam quando accipiunt esse Diuinum, qood est esse simpliciter, & propriissime. Vnde sequitur, quòd omnis originatio filii uel Spiritus sancti in primo instanti naturæ, est originatio simpliciter, quia est originatio illorum in esse simpliciter scilicet Diuino, uel personali. Sed originatio secundum quid, proprie non est originatio, sed quasi originatio, & est quando filius habet notitiam de lapide, uel de obiectis secondariis, quam in primo signo non intelligitur habere, & accipit aliquod esse, consequens esse personale illius. Exemplum dicimus, quòd in primo instanti naturæ datur esse simpliciter ipsi filio Diuinum, & personale. Deinde communicatur illi etiam, quod potest intelligere obiecta secundaria, quia pater communicat illi quicquid pater habet, & ideo tunc quando filius intelligitur habere notitiam obiectorum secundariorum, quam in primo signo non intelligitur habere, dicitur filius produci in esse secundum quid, in esse consequenti illud esse simpliciter personale. Et dicitur secundum quid, ad differentiam illarum productionum, quibus Filius, & Spiritus sanctus producuntur in esse simpliciter

Exemplum affert ad declarandum originationem simpliciter & secundum quid filij in Diuinis. personale. Exemplum potest esse in creaturis, quando pater generat Sortem, communicat illi esse simpliciter Sortis, & hominis, communicando illi humanitatem, deinde communicat illi risibilitatem, quæ non est de ratione formali illius. Tunc diceretur ille generari secundum quid in esse tali scilicet consequente naturam illius, & esse illius simpliciter. Tunc imaginemur quòd pater Sortis, communicat primo illi humanitatem. Deinde ponatur, quod pater Sortis, & ipsa Sortes producant risibilitatem mediante illo principio, qood est humanitas, tunc adhuc erit ordo in causando risibilitatem, nam pater a se, & humanitate existente in illo a se, deinde filius ab alio, causabit illam risibilitatem, quia mediante humanitate quam habuit a patre.

Consimile imaginandum est in Diuinis, licèt ita non sit, quòd productio filii in illo esse, uel notitia obiectorum secundariorum, est originatio secundum quid. Et tunc dicitur uerbum esse notitia infinita, & est, idem dicere, qood uerbum uel notitia genita est infinitæ essentiæ, & hic fundatur illa distinctio data ad illud, quomodo personæ Diuinæ dicuntur formaliter infinitæ. Et ita patet tota illa digressio, ad probandum, quomodo filius producitur, uel non, de obiectis quæ sunt, &c. Ee resolutio ad istum articulum.

¶ ET si arguatur contra istud, &c.] Inuestigandum erat in secundo articulo, quomodo creatura producitur necessario a tribus Diuinis suppositis in esse cogoito, & in illa longa digressione dictum est, quòd est ordo inter illa Diuina supposita in producendo res in esse cognito, quia pater a se producit, filius ab alio, licèt in eodem instanti naturæ, in alio signo tamen, & alio signo originis. Contra illud arguit Scotus nolendo probare quòd si pater prius origine intelligat lapidem, quam filius, quòd sequitur unum istorum trium inconuenientium scilicet uel quòd lapis bis producitur, uel quod filius non producit illum, quia pater producit, uel tertio sequitur, quòd filius produceret lapidem, postquam lapis est productus, unumquodque istorum inconuenientium est falsum, & absurdum. Ergo illud non est dicendum. Contra tamen probatur quoad primum: nam bene sequitur, pater prius origine intelligit lapidem quàm filius. Ergo prius producit illum in esse coguito, & ad minus sequitur, qood idem bis produceretur, si filius produceret, quia iam erat prius productus a patre, hoc est falsum. Nam si una productio sufficit ad ponendum lapidem in esse cognito, alia esset frustra, & illud est difficilius argumentum, quod nominales scirent facere contra Scotum. *Dubitat Sco. cōtra se*

Consequenter respondet Scotus ad istud argumentum, per tres conclusiones. Prima est ista, pater prius origine producit lapidem in esse cognito, uel intelligit lapidem prius origine, capiendo ordinem originis inter Diuina supposita producentia, uel intelligentia, inter patrem, & filium. sensus est, pater producit lapidem in esse cognito, uel intelligit illum prius origine, idest a se, & filius posterius origine. i. ab alio, nempe a patre. *Soluit Sco. Tres conclusiones Sco. 1. Concl.*

Secunda conclusio: eadem productione pater producit lapidem in esse cognito, & filius, & Spiritus sanctus, & eadem intellectione numero intelligunt lapidem. Et non est imaginandum, quòd filius una productione producat lapidem, alia pater. Sed unica, & eadem communis est illis. Vnde sequitur illud dictum in lectione præcedenti, quòd ex parte illius notitiæ, qua producitur lapis in esse cognito, nullus est ordo originis attendendus, quia omnes eadē notitiam producunt in eodem instanti originis. Ratio, quia est unica in illis. *2. Concl.*

Tertia conclusio est, quòd non sequitur, pater prius origine intelligit lapidem, quia a se, & filius posterius origine, quia ab alio. Ergo lapis bis producitur. Consequentia non ualet, quia ly, prius, non dicit ordinem & prioritatem ex parte lapidis producti, sed tantum ex parte ipsorum producentium scilicet patris, & filij. Quia pater a se, filius a se, & non quòd primo pater producat lapidem in esse cognito, deinde quòd filius producat illum in tali esse. *3. Concl.*

Quarta conclusio Scoti est ista: si lapis primo produceretur a patre in primo instanti naturæ, deinde produceret ab ipso filio in secundo instanti naturæ, in quo sunt plures productiones, tunc consequentia non ualeret. Ergo lapis bis producitur, uel est productus. Nam quilibet, in eadem instanti naturæ, in quo sunt plures productiones possibiles, produceret. Ergo in eodem instanti originis, non ualet consequentia. Pater, quia non sequitur, prius origine pater Sortis concurrit ad generationem Sortis, quàm mater. Ergo Sortes est bis productus, consequentia non ualet. Sed benè sequeretur, si pater nunc produceret prolem, deinde cras mater iterum produceret illam, benè sequeretur, quòd proles bis produceretur, quia essent in alio, & alio instanti naturæ, & temporis, modo non est sic. Sed sunt in eodem instanti naturæ. Ideo non sequitur, quòd lapis bis producatur. Et ita ad formam argumenti, neganda est consequentia, & ratio dicta est, quia ly, prius, non dicit ordinem originis ex parte producti, nec notitiæ, sed producentium. *4. Concl.*

¶ E T

Replicat Sco. contra solutionem datam.

¶ET SI DICAS &c.] Replicat Scotus, & difficulter, probando quòd si concedimus, quòd pater prius origine intelligit lapidem, quòd & si non potero ea hoc habere quòd lapis bis producatur, ad minus habebo, quòd filius non potest producere lapidem in esse cognito, quod est satis absurdum. Et pro argumento suppono unum secundum omnem scolam, quòd ideo filius in Diuinis non potest habere alium filium, quia illa potentia generatiua præintelligitur in patre habere terminum adæquatum, quando pater producit filium &c. Ergo etiam filius in Diuinis non potest intelligi producere lapidem in esse cognito, quia lapis præintelligitur esse productus in primo signo originis, a patre, & adæquatè, si ergo, illa ratio ualet de filio, etiam ualebit de productione lapidis in esse cognito.

Soluit Sco. replicam.

Respondet Scotus hoc & benè, & dicit primò, quòd aliud est loqui de originatione simpliciter, & aliud est loqui de originatione secundum quid. Vnde originatio simpliciter est illa, qua personæ diuinæ producuntur in esse simpliciter personale, & suppositale, ut generatio actiua, spiratio actiua. Sed originatio secundum quid illarum personarum, est productio illarum secundum aliquid, quod consequitur esse illarum simpliciter, non dans illis esse personale, ut quando uerbo communicatur a patre notitia lapidis. Tunc uerbum dicitur produci secundum quid, scilicet in esse habentis notitiam illam, quam prius non intelligebatur habere, & est productio illius, in habitione illius notitiæ, Modo argumentum non ualet, nam originatio simpliciter ponit originatum in esse simpliciter. Vnde sequitur, quod quicquid præcedit originem, uel originationem simpliciter, etiam præcedit originatum in esse simpliciter, uel esse simpliciter illius, ut omne illud quod præcedit generationem substantialem mei, etiam præcedit esse suppositale, & substantiam mei. Secundò sequitur, quòd illud, quod præcedit originationem simpliciter, sic præcedit, quòd impossibile est illud esse ab illo originato, uel ab illo quod originatur, & quicquid præcedit generationem filii in esse simpliciter, non potest esse a filio, & sic generatio actiua in Diuinis, quæ præcedit esse ipsius filii, non potest esse ab ipso filio. Et hoc est magnum fundamentum in ista materia. Sed non est simile de illa productione personarum Diuinarum secundum quid, & ratio est, nam illa productio, non præcedit generationem, sed est consequens illam. Modo illud quòd præcedit originatum secundum quid, uel originationem secundum, quid, non est necesse, quod præcedat originationem simpliciter. Nam generatio filii, in esse filii, est generatio simpliciter: & quando illa fit communicatio notitiæ lapidis ipsi filio, & tunc non oportet, quòd communicatio notitiæ lapidis, præcedat generationem filii in esse simpliciter, imo uidetur esse rationabile, quòd sequatur illam. Nam esse secundum quid semper præsupponit esse simpliciter, & sic illa generatio secundum quid, benè potest esse ab ipso filio, non tamen generatio alia simpliciter, & ita non est simile de illis. Cùm ergo arguitur. Ideo filius &c. transeat pro nunc, ergo etiam filius &c. nego consequentiam, quia in antecedente arguitur de originatione simpliciter, & in consequente de originatione secundum quid.

Nota fundamentum quare filius in Diuinis non pōt filium producere filium simpliciter.

Secunda replica Sco.

¶SED HOC NON VIDATVR &c.] Adhuc Scotus replicat contra solutionem. Nam uidetur sequi ea ea quod filius non potest producere lapidem in esse cognito; & sic semper stabit argumentum prius factum. Antecedens probatur, nam si filius producat lapidem, lapis est bis productus in esse cognito, semel a patre, & iterum a filio, si potest illum producere; quia præcedit illum filius secundum esse simpliciter, & ita argumentum stat.

Respondet Scotus ad istud, declarando istam propositionem, scilicet quòd omnis potentia præhabens origine terminum adæquatum antequàm sit in alio, non est illi principium producendi. Et dicit, quòd ista est una ratio, sed non adæquata. Et ideo ista intelligitur cum isto addito, scilicet, quòd habens illud principium, non possit esse ante terminum illius principii, hoc est dicere, ad hoc quòd memoria fœcunda possit esse principium ipsi filium ad generandum alium filium, oportet quòd illa non habeat terminum, uel quod terminus realiter producendus per illam, non habeat esse. Vnde quando filius in Diuinis intelligitur habere uim spiratiuam, ad producendum Spiritum sanctum, nondum intelligitur illa uis spiratiua habere terminum suum, qui realiter accipit esse per illam: & ideo filius, spirat Spiritum sanctum, cum ipso patre.

Ad propositum, nunc Memoria fœcunda, non potest esse principium in filio, ad generandum alium filium: ratio est, quia terminus illius, scilicet filius, non potest esse, antequàm illa communicetur filio, & si filius posset habere, esse, antequàm illi præintelligatur memoria fœcunda communicari, tunc benè posset filius per illam, alium filium generare. Et ista est una bona conditio; & limitatio ad illam propositionem, licet uideatur ad placitum. Secunda conditio, uel glosa ad illam est, & melior secundum Franciscum, quòd ab habente illud principium, terminus non sit producibilis secundo. Vnde dictum est supra, quod memoria fœcunda, ita est principium istius generationis, & istius filii a patre, quòd si per impossibile ista generatio non esset, nec iste filius produceretur, nullus alius filius. nec generatio actiua posset esse, secundum illam memoriam. Et ita aliqua istarum conditionum requiritur, ad hoc quòd illa propositio sit uera: licet ista secunda conditio uideatur esse contra communem opinionem. Nam communiter dicitur, quòd filius non potest habere, uel generare alium filium, licet habeat memoriam fœcundam, ex eo quia illa præintelligitur in patre habere terminum adæquatum. Vt dixi, ista est benè una, non tamen adæquata causa. De aliis autem conditionibus, uel causis, quare filius non potest alium filium producere, habentis secunda quæstione quarti. Quòd in Diuinis non possunt esse plures productiones eiusdem rationis. Modo ergo non, sequitur, quòd pater prius origine intelligat lapidem, &c. quòd lapis bis producatur, & & sic ad argumentum dicendum est, quòd sic, affirmatiuè.

Quare filius non pōt aliū filium generare.

¶QVANTVM ad tertium articulum &c.] Consequenter tertio loco uidendum est, utrum si per impossibile non esset nisi una persona in Diuinis, possit esse productio ad extra hoc est dato, quod non esset productio ad intra, & si non esset nisi unicum suppositum, utrum illud haberet omnem plenitudinem causalitatis, & omnem productionem respectu creaturarum, sicut nunc, quando sunt tria supposita. Et primo est unum notabile, pro quo notabili supponendum est, quòd aliqua causa est productiua duorum effectuum, uel plurium effectuum dupliciter. Vno modo quia est productiua plurium disparatorum effectuum. Alio modo quia est productiua plurium subordinatorū. Exemplum primi, quando sol producit ranam, uermem, plantas, &c. qui sunt effectus disparati, ut patet. Exemplum secundi, quando sol producit lumen in medio, & calefacit. Nam primo illuminat, deinde calefacit, calefacere præsupponit alium effectum, qui est illuminare.

Determinat quod in una persona Diuina est tota uis productiua creaturarum.

Notabile.

Modo notandum est, & est una regula Scoti, Quòd quandocunque aliqua causa in creaturis comparatur ad plures effectus subordinatos, essentialior est comparatio illius causæ ad illos effectus, quam comparatio unius effectus subordinati, ad alium effectum. Exemplum sol comparatur ad illos duos effectus, quos producit ordine quodam, s. ad illuminare primo, deinde ad calefacere. Deinde possumus comparare unum effectum ad alium. s. calefacere ad illuminare, tanquam effectum primum, tunc dicit regula, quod essentialiter est habitudo, quam illi duo effectus habent ad suam causam, quam habitudo, uel respectus, quem habet unus effectus ad alium effectum. Probatur nunc, Nam dependentia, uel respectus unius effectus ad alium effectum, est propter dependentiam & ordinem, quē habent ipsi duo effectus, ad suā causam; ergo essentialior est dependentia illorum ad suam causam, quàm dependentia unius ad alium, ratio est regula thopic. Propter quod unumquodq; tale &c. Antecedēs probatur, nam calefacere præsupponit illuminare, quia ipsi duo effectus sunt ab eadem causa, aliter non. Ex ista regula, sequitur de mente Scoti, quòd si per possibile, uel impossibile, destrueretur ordo unius effectus subordinati, ad alium

Regula Scotica de comparatione causæ unius ad duos effectus subordinatos.

effectum, non propter hoc destrueretur, nec esset negandus ordo affectuum ipsorum ad suam causam. Si calefacere non præsupponeret, uel non dependeret ab illuminare, tanquam ab effectu primi non minus calefacere & illuminare depoderent ab ipso sole, tanquam a sua causa. ratio est: Quoniam propter minus impossibile datum, non debet dari maius impossibile, ut propter minus necessarium negatum, non debet negari maius necessarium. sunt regulæ Scoti in proposito.

Dua regula Scoticæ propter minus impossibile datu, non est dandum maius impossibile, nec propter minus necessarium falsum est maius necessarium auferendum. Sol. prima quorundă.

Quidam mouent hic difficultatem, an unum impossibile sit impossibilius alio impossibili, quia Scotus uidetur hoc supponere, quando dicit, quòd propter minus impossibile, &c. & illi respondens quòd impossibile capitur dupliciter. Vno modo propriè, & strictè. Alio modo large. Primo modo, illud dicitur impossibile, quod nullo modo est possibile. Secundo modo illud dicitur impossibile, quod idẽ est, quod inconueniens. Dicunt isti primo, quòd capiendo impossibile primo modo, unum non est dibile impossibilius alio: quia illud est impossibile, quod nullo modo potest esse capiendo illo modo impossibile. Secundo modo capiendo impossibile, dicunt quod benè est dabile unum negatum lius alio. Nam aliquod est maius inconueniens, & aliquid minus inconueniens. Et dicunt, quòd hoc modo intelligis Scotus hic, & hoc modo capit impossibile, pro inconueniente. Licet ista expositio non sit contra Doct. nec contra textum, uidetur tamen mihi non esse necessaria, imo uidetur mihi, quòd secundum Docto. nostrum, debemus concedere unum impossibile, esse impossibilius alio, etiam capiendo impossibile propriè. Probatur dist. 3. quæst. 1. in primo, in prima ratione contra Philosophos, quod ex impossibili non sequitur impossibilius, & illud est impossibilius, quod habet pluras rationes impossibilitatis, & illud dicitur minus impossibile, quod non habet tot rationes impossibilitatis. Exemplum hominem esse asinum, est unum impossibile in primo modo dicendi per se. Et istud est alterum impossibile, homo est rudibilis, in secundo modo dicendi per se, tamen secundum est magis impossibile, quia habet plures rationes impossibilitatis: patet. nam impossibile est hominem esse asinum, solum quia homo est homo, & quia impossibile est hominem esse asinum. At secundum, non solum est impossibile illis rationibus, sed etiam quia impossibile est tale prædicatum, scilicet rudibile, dici de aliquo subiecto in primo, uel secundo modo dicendi per se, nisi de isto subiecto asinus; & sic datur unum impossibile, impossibilius alio. ita patet quòd illa expositio non est necessaria. Et sic remanet hoc dictum Scoti, quòd propter minus impossibile &c. Probatur nunc hoc dictum. Nam destruatur ille ordo, qui est ipsius calefacere ad illuminare, istud est unum impossibile naturaliter, & secundum cursum naturæ, tamen admittatur tanquàm possibile, tunc hoc admisso, non est coactus respondere, nec concedere, quòd non est ordo ipsorum effectuum solis, ad ipsum solem, tanquàm ad causam suam. nam istud esset maius impossibile, quia essentialior est habitudo ipsorum effectuum ad causam suam, quàm sit habitudo ipsorum effectuum ad inuicem.

Reprobatur prima solutio.

Dicebat insuper Scotus, quòd propter minus necessarium &c. hoc declaratur: Capio duo necessaria, primum est, quod necessario calefacere, præsupponit illuminare, hoc est unum necessarium. Secundo necessarium est, quòd calefacere, & illuminare, præsupponant solem, tanquàm causam suam, a qua essentialiter dependent, & istud est maius necessarium, quàm primum. modo si concedam istud minus necessarium non esse, dicendo, scilicet, quòd non necessario calefacere præsupponit illuminare, non propter hoc etiam teneor dicere, quòd calefacere, & illuminare, non præsupponunt solem, tanquàm causam suam. Dat Scotus aliud exemplum: capio unam causam plurium effectuum subordinatorum, ut ignis, qui calefacit. & ignit, & ordinate; nam primo calefacit, deinde ignit, calefactio est dispositio præuia ad ignire, idest ad inducendum formam ignis. Modo isti duo effectus dependens ab ipso igne, tanquàm a causa sua. Deinde unus effectus præsupponit alium, ut ignire præsupponit calefacere, non tanquam causa illius, sed sicut effectum primum. Modo obligatus ad sustinendum, quòd ignis non potest ignire, licet non prius calefaciat, idest siue quòd potest facere ignem sine alio effectu, scilicet calefacere, non tenetur tamen propter hoc dicere, quòd ignis non possit calefacere & ignire: nam tunc destrueretur omnis dependentia, uel omnis habitudo illorum effectuum ad ipsum ignem, & primo non destruebator, nisi dependentia unius effectus ad alium affectum; quod est minus necessarium; & illud primum est magis necessarium.

Declaratur altera regula, quæ sic, per minus necessarium &c.

Ad propositum cum quæritur, utrum, si tantum esset unicum suppositum &c. quod ast simpliciter impossibile &c. Scotus hic constituit hanc conclusionem. Si per impossibile non esset productio intrinseca in Diuinis, sed esset unicum suppositum in Diuinis, illud unicum suppositum posset producere omnia producibilia, & æquè benè sicut nunc, quando sunt tria supposita. Probatur ista conclusio, supponendo illud, quod sæpe dictum est, quòd in Diuinis est duplex productio, scilicet ad intra, & extra, dictum est quid sint, &c. & iste subordinatur sic, quod intrinseca semper præcedit, & præsupponitur productioni extrinsecæ, non tamen tanquam causa productionis extrinsecæ, uel quòd præsupponatur sic, quod producta, productione intrinseca, sint rationes formales proximæ producendi creaturas, productione intrinseca, sicut dicebat Henricus, sed extrinseca præsupponit intrinsecam, sicut contingens præsupponit necessarium. Nam illa intrinseca est necessaria, & illa ad extra, est contingens. Modo si quis neget ordinem illum, qui est productionis extrinsecæ ad intrinsecam. Vtrum propter hoc debeat negare ordinem productionum extrinsecarum, siue rerum ad extra ad principium illarum, scilicet ad essentiam, siue uoluntatem Diuinam? patet, quòd non, nam iste ordo ad principium, est essentialior, quàm sit ille ordo productionis contingentis, ad necessarium, patet in exemplis datis. modo patet, quomodo Iudæi & Pagani negans ordinem productionum intrinsecæ, ad extrinsecam. nam non ponunt nisi unam personam in Diuinis; non tamen negant ordinem productionis extrinsecæ ad illud Diuinum suppositum, quod ponunt, imò dicunt illum in principio creasse cœlum & terram, &c. Et sic ista conclusio relinquitur uera, & ita ad articulum est resolutio affirmatiua.

Applicatio ad propositum. Concl. Scoti pro 3. ar. q.

Nota pro declaratione dictorum Henrici.

Consequenter Scotus quasi corollariè quærit. Vtrum benè sequatur, dato quòd tantum esset unicum suppositum in Diuinis, ut Iudæi dicunt, illud suppositum non posse producere ad intra, ergo etiam non potest producere ad extra. Respondet Scotus, quòd non sequitur; nam si consequentia esset bona, ualaret tantum uirtute istius regulæ, scilicet quod quandocunque aliqua potentia est principium productiuum ad extra, necessario præsupponit productionem ad intra: ista regula esset causa, quare illa consequentia esset bona; cum autem ista regula neget casum articuli, & hypothesin, scilicet quod tantum esset unicum suppositum &c. negaretur, nec haberet uim. nam illo casu dato, non propter hoc neganda esset productio ad extra. Patet de multis Paganis, & Iudæis, qui negant illam regulam, & necessitatem illarum productionum, quia scilicet negant productionem ad intra, & necessariam. uerbi; tamen non negant illam contingentem, & sic illa consequentia non ualet, in hoc casu articuli. Ex quo sequitur breuiter, quòd productio extrinseca, non includit formaliter productionem intrinsecam, nec præsupponit illam nunc de facto, ita quòd includat illam formaliter, in ratione sua formali, & definitione: & ratio Scoti potissima est, quia tunc non possemus dicere, quòd negata productione ad intra, posset esse productio ad extra, quanquam per impossibile illa negaretur; patet, nam si ego nego, quod rationale animal est, etiam necessario simpliciter negare debeo, quòd homo est, nam animal rationale, est de intrinseca ratione ipsius hominis, & ratio illius: Imò esset contradicere sibi, dicere rationale non est, & dicere homo est, & concedere opposita formaliter esse & non esse, & sic Corollarium istud est uerum. Secundum Corollarium est, quòd Philosophi non posuerunt habitudinem necessariam productionis extrinsecæ ad productionem intrinsecam; & ratio est, quia illi nullam ponunt intrinsecam: imo dicunt, omnes res esse a prima causa. Nam non

Corol. primum.

Corollarium.

non potuerunt uidere, quòd ista productio creaturarum ad extra, necessario præsupponeret illam Diuinarum personarum, & si ista productio extrinseca formaliter, & quidditatiuè includeret illam intrinsecam, illi negassent ipsam, ponentes extrinsecam: nam negassent definitionem, & concessissent definitum, quod est impossibile. Et ita concludendum est, quod si per impossibile in Diuinis non esset nisi unicum suppositum, adhuc illud haberet omnem plenitudinem potentiæ, & sapientiæ: & sic posset etiam producere creaturas productione extrinseca, dato quod nulla productio ad intra esset.

Conclu. resolutiuæ quæstionis. 1. conclu. Et ita de mente Scoti ad quæstionem principalem, pro resolutione, est prima conclusio, quod necessario simpliciter, & de facto prima causabilitas respectu omnium causabilium, de necessitate, est in tribus. Probatur ista conclusio: Nulla est productio ad extra, nisi præintelligatur principium fœcunditatis ad extra, esse communicatum tribus personis Diuinis: ergo illa causalitas respectu omnium, erit in illis tribus de necessitate, & de facto. Antecedens probatur: nam omnis productio ad intra est in primo instanti naturæ, & productio ad extra, siue in esse secundum quid, siue simpliciter, est in secundo instanti naturæ, &c. Ergo præsupponitur principium productiuum creaturarum communicatum esse tribus, antequàm ad extra dicantur agere. Conclusio probatur, nam in quocunque est principium causalitatis ad extra, illud causat necessario, sed illud principium causalitatis ex illo antecedente probato, est in tribus: ergo illæ tres personæ causabunt de facto, & sic conclusio uera.

2. conclu. Secunda conclusio resolutoria ad quæstionem est. Quòd si per impossibile non esset nisi unum suppositum in Diuinis, illud haberet omnem plenitudinem potentiæ, & perfectam causalitatem respectu creaturarum producendarum ad extra, quam habent nunc tres personæ Diuinæ. Patet itaque conclusio, ex isto tertio articulo ad quæstionem.

¶AD ARGUMENTA PRINCIPALIA &c.]

Primũ arg. princ. Sed contra istam resolutionem, sunt argumenta ante oppositum. Primum est authoritas Richardi de Sancto Victore, dicentis. Si in Diuinis non esset nisi unicum suppositum, &c. Posset causare res ad extra: ergo causalitas illarum, non est de necessitate in tribus. Istud argumentum est solutum ex tertio articulo. Nam procedit *Solu. argu.* suppositio impossibili, & admisso.

2. arg. prin. Secundò principaliter arguitur ratione, quòd prima causalitas respectu omnium &c. Non sit de necessitate in tribus: formatur sic, cuilibet personæ Diuinæ, correspondet sua causalitas propria; ergo nulla causalitas rerum ad extra, de facto, & de necessitate, est in tribus: consequentia patet, nam prima causalitas dicit unitatem: quia primum. Si ergo pater habet suam causalitatem, & aliam habet filius, & aliam Spiritus sanctus, tunc nulla illarum est prima: & sic nulla omnino prima causalitas rerum, est in tribus necessario. Antecedens in quo est difficultas argumenti, probatur ex procœmio primi Metaphysicæ: actio est suppositi: ergo plurium suppositum, plures actiones. Quodlibet ergo suppositum Diuinum, habet suam actionem. Ergo &c. Tota uis argumenti stat in illa authoritate Philosophi.

1. solu. secundi arg. Respondet Scotus, benè ad argumentum referendo se ad duodecima distinctione, primi, quæstione prima, in qua dam difficultate, quam mouet parum ante argumenta principalia: qua quærit, Vtrum pater & filius dicantur plures spiratores, respectu Spiritus sanctus. Et quarta distinctione, primi, quæstione secunda, quomodo una Deitas est Patris, Filii, & Spiritus sancti. Et est eadem difficultas etiam in primo. distinctione uigesima, ubi quærit. Vtrum personæ diuinæ sint æquales in potentia. Et septima quæstione quarti. In omnibus ipsis locis, patet solutio ad istud argumentum. Et ideo ad formam cum arguitur, cuilibet personæ diuinæ &c. Nego antecedens, nel illud *Quo intelligatur actio est suppositi.* assumptum. Et cùm probatur, actio est suppositi, dico primo quòd transeat illa, nam duodecima distinctione primi, dicit Scotus, quod illa, ut allegatur non est de mente Philosophi. Sed transeat; cum infertur, ergo plurium suppositorum plures actiones. Distinguo, plurium suppositorum esse plures actiones, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quando principium illius actionis plurificatur, ad plurificationem suppositorum, & multiplicatur. Secundo modo, quando illa principia illarum actionum, uel actionis, non plurificantur, nec numerantur, ad numerationem illarum suppositorum. Dico primo, quòd illa est uera primo modo, quando scilicet multiplicatis suppositis, multiplicantur etiam principia illarum actionum, quæ dicuntur esse ab illis principiis, & tunc tot sunt principia agendi, quot sunt supposita agentia illis: tunc etiam sunt plures actiones. Exemplum, si Sortes, Plato, & Cicero generarent unum hominem, possent dici, tres genitores, uel generantes. Nam quilibet habet sumi principium, quo, distinctum a principio alterius, etiam si principium spirandi Spiritum sanctum, esset aliud in patre, & aliud in filio, tunc pater, & filius, possent dici duo spiratores, quod tamen non concedimus; eo quia, principium in illis est unicum, non multiplicatum. Etiam hic in proposito. Principium agendi uel producendi res ad extra, non multiplicatur in illis tribus, sed est unum & idem in numero in illis, ut patet octaua quæstione quarti, ubi dicitur, quòd principium ad extra producendi, est triplex scilicet fundamentale, remotissimum; Aliud est principium remotum; aliud proximum. Remotissimum, est essentia Diuina; quæ est radix, & fundamentorum omnium Diuinorum. Secundum est ipsa uoluntas Diuina; quæ est principium omnis operationis contingentis ad extra. Tertium est actus Diuinæ uoluntatis, quo, tanquam proximo principio, omnia ad extra producuntur, secundum illud, Ipse dixit, & facta sunt, mandauit, idest efficaciter uoluit, & facta sunt &c. Et etiam illud, omnia quæcunque uoluit dominus fecit, in cœlo & in terra; nam quodcunque illorum principiorum, tàm remotissimum quàm remotum, & proximum, est unicum in illis, non multiplicatum, licet benè communicatum. Patet, quia est eadem essentia Diuina, eadem uoluntas, idem actus uoluntatis. Et ita non sequitur, plurium suppositorum; ergo plures actiones.

Ad istud tamen argumentum dat aliam solutionem breuem Scotus, duodecima distinctione primi, quæstione secunda, per unam distinctionem, quòd actiones esse suppositorum, potest intelligi dupliciter. Vno modo tanquàm ultimatæ denominatorum. Alio modo tanquàm non ultimatæ denominatorum; Nam actio denominat, non solum illud suppositum, & principium quod agit: sed etiam ipsum principium, quo agit, ut calor est principium, quo, agendi, tamen calor etiam calefacit, & primo denominatur agere calor, deinde denominatur illud suppositum, ignis scilicet, Nam ignis calefacit, quia calor calefacit, & non è conuerso. Etiam patet generat, tanquàm principium, quo, & primo denominatur ista actione. Ex hoc ergo, sequitur, quòd si actio sit suppositorum tanquàm ultimaræ denominatorum, quòd propter hoc plurium suppositorum, debeant esse plures actiones si tamen principia in illis plurificentur, & sic semper statur in illa prima solutione: & sic istud argumentum non cogit. *2. Solu. ad secundum prin.* *Actiones sunt supposi torum pos duplicite r intelligi.*

Tertio principaliter, & ultimo arguitur: & probatur, quòd prima causalitas respectu omnium causabilium, non sit de necessitate in tribus Diuinis suppositis. Arguitur sic. Sicut principium præcedit principium, sic operatio præcedentis principii, præcedit operationem, principii sequentis, uniformiter loquendo. Sed principium causalitatis ad extra, præcedit principium causalitatis ad intra; ergo etiam productio, uel causalitas ad extra, præcedit causalitatem ad intra: ergo illa causalitas rerum ad extra, non est de necessitate, in tribus Diuinis personis. Argumentum est apparens. Maior probatur inductiuè, in potentiis uolitiuis, sensitiuis, & intellectiuis. Nam primo est principium potentiæ sensitiuæ, & hoc sumendo ordinem illum, pro quo statu isto: deinde est principium potentiæ intellectiuæ, deinde principium potentiæ uolitiuæ, & etiam primo est operatio sensitiua, deinde intellectiua, quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Et deinde *Deducitur tertium argum. princ.*

potentia uolitiua, quæ non ponitur in actu, nisi præsupposito actu intellectus. Et ita actus istarum potentiarum eundem ordinem habent. Nam primo est sentire, deinde intelligere, & ultimo uelle. Et sic patet maior. Minor probatur. Nam essentialia præcedunt notionalia in Diuinis. Sed notionale est principium producendi ad intra, & essentiale, est principium producendi ad extra. Ergo essentiale erit principium agendi prius quàm notionale & per consequens primo aget, & ita productio ad extra, præcedit productionem ad intra. Minor huiꝰ syllogismi probatur. Nam generatio actiua, & spiratio actiua sunt notionalia, & generans, & spirans sunt principia actionum ad intra, & uoluntas Diuina, est essentiale, & principium ad extra, & sic illa productio ad intra, non est de necessitate in tribus.

Respondet Scotus dando unam conclusionem, deinde unam distinctionem. Ex quibus patebit responsio ad formam argumenti. Propositio Scoti est, quòd licet in Diuinis, aliquid essentiale sit principium productionis ad extra, non tamen est principium talis productionis ad extra, nisi inquantum præintelligitur esse communicatum tribus Diuinis suppositis. Ista probatur ex illo dicto in secundo articulo, quæstione decima quodliberi. Principium fœcunditatis ad extra, est in secundo instanti naturæ, & communicatur tamen in primo instanti naturæ, & non est principium producendi rei ad extra, quousque intelligitur esse communicatum tribus. Sed hoc dato, aliter probat istam propositionem, supponendo illam regulam Scoti, duodecima distinctione, primi, quòd illud quod est principium duorum actuum ordinatorum, non intelligitur esse in potentia ad actum secundum, nisi primo actualiter sit sub actu primo. Declaratur istud multis exemplis. Primum est in Diuinis, dicimus in patre esse principium, scilicet memoria fœcunda, respectu huius actus, qui est generare, deinde etiam est principium, in ipso patre ad istum actum, qui est spirare. nam patet generat, & spirat, & isti actus ordinantur, nam generare est in primo signo, & spirare in secundo signo originis, capiendo ordinem originis, inter duas origines. Modo pater, quia est principium generandi, & spirandi, nunquam potest esse principium proximum, uel dicitur esse in potentia proxima, respectu actus spirandi, nisi præintelligatur actualiter esse sub actu generandi. Exemplum aliud est de anima rationali, quæ est principium sentiendi, & intelligendi, & uolendi, cum ordine quodam: nam primò est principium sentiendi, deinde intelligendi, & post uolendi. Modo oportet, quòd anima rationalis præintelligatur esse sub actu intelligendi, nam fuit se, antequàm intelligatur esse sub actu uolendi. Nam nisi actualiter habuerit intellectionem suam supra aliquod obiectum, nunquàm poterit illud actualiter uelle: quia inuisa diligimus, incognita nequaquam. Subsumamus nunc: sed sic est, quòd primum efficiens est principium, tam productionis extrinsecæ, quàm intrinsecæ, ordinatè tamen. Ergo illud non potest esse principium productionis extrinsecæ, nisi prius actualiter sit principium productionis intrinsecæ. Et sic, licet aliquod essentiale dicatur esse principium producendi ad extra, non tamen nisi ut præintelligatur esse principium ad intra, & communicatum illis tribus: quod est principale probandum. Et sic patet conclusio uera.

Secundò Scotus dat unam distinctionem, prima quæstione quartæ, quòd in Diuinis sunt duplicia essentialia. Quædam sunt essentialia ad se, sine absoluta. Alia sunt quæ dicuntur respectum ad extra. Exemplum primi, ut sapientia, bonitas, intellectus, uoluntas, uelle, &c. Exemplum secundi: omnipotentia, conseruare, creare, &c. Et misericordia, iustitia, secundum multos. Tunc dicit Scotus ibidem, quòd essentialia, quæ sunt ad se, sunt immediatiora ipsi essentiæ Diuinæ, quocunque notionali: ut intellectus, uoluntas, &c. esse beatum, sapientem, bonum, sunt immediatiora, quam generare, & spirare. Secundo dicitur ibidem, quòd essentialia quæ dicunt respectum ad extra, non sunt immediatiora ipsi essentiæ Diuinæ, ipsis notionalibus: imò per oppositum, ipsa notionalia immediatius illi insunt. Patet istud ultimum, quia illa essentialia dicentia respectum ad extra, non intelliguntur inesse ipsi essentiæ Diuinæ, nisi quando personæ Diuinæ præintelliguntur esse productæ.

Resp. ad 3.

Propõ Sco.

Regula Sco. notabilis.

Prima sol.

In Diuinis essentialia sunt in duplici differentia.

Ex illis ad formam argumenti, cum arguitur, sicut principium, &c. transeat hæc maior. Ad minorem, nego illam. Et cum probatur, in Diuinis essentialia &c. Concedo illa essentialia, quæ nullum dicunt respectum ad extra. Modo principium productionis ad extra, est ipsa omnipotentia Diuina, uoluntas Diuina, uel actus illius, inquantum respicit omne possibile ad extra: & sic est unum essentiale ad aliud, & non ad se, & non est principium productionis ad extra, nisi inquantum præintelligitur esse communicatum illis tribus personis, & sic patet ad illa argumenta ante oppositum.

Ad formã Resp.

Sed ad argumenta post oppositum, quæ probant, quòd causalitas creaturarum &c. pro ueritate de facto est in tribus &c. oportet illa aliquo modo exponere: quia diximus in tertio articulo, quòd si per impossibile &c. illa uidentur aliquo modo esse contra hoc. Arguitur enim sic, primo magis conueniunt &c. Formatum est supra. Et ideo dicit Scotus, quòd benè probat, quòd de facto, & de possibili causalitas respectu omnium causabilium est in tribus, non autem probat quòd non possit esse in uno tantum supposito si per impossibile non esset nisi unicum suppositum, hoc enim casu dato, argumentum non concludit, & sic cum illis, patet, quid esset dicendum ad illam primam quæstionem, &c.

Soluitur primũ ar. post oppositum quatenus ẽ contra tertium art.

QVAESTIO SECVNDA.

SECVNDÒ quæro, Vtrum Deus &c. Consequenter sequitur secunda quæstio huius distinctionis. Et est suppositum primæ. Prima enim quæstio supponebat, quòd Deus est prima causa, & ꝙ possit aliquid creare, & producere, & hoc stante quærebat, utrum illa causalitas esset in illis tribus suppositis, &c. Et ideo quæritur nunc, utrum Deus, & prima causa, posse aliquid creare &c. Et termini sunt declarandi. pro nunc declarandus est. Primo iste terminus, Deus de quo multa dicta sunt in primo sententiarum, distinctione secunda, quæstione tertia. Deus tamen capitur pro nunc dupliciter. Vno modo essentialiter. Alio modo notionaliter. Essentialiter capitur absolutè. Apostolus, quando dicit, Vnus Deus, una fides, &c. Et sæpe alibi, & sic conuenit omnibus personis Diuinis. Secundo modo notionaliter, & hoc modo capit Ecclesia, quando dicit, pater de cœlis Deus, miserere nobis, & fili Redemptor mundi Deus, &c. nempè pro una persona sic, quòd non pro alia. Et quomodocunque capitur, est ad propositum quæstionis. Nam sensus est: utrum Deus, idest Pater, Filius, & Spiritus sanctus possint aliquid creare. Vel utrum pater solus, potest aliquid creare, sine filio, & Spiritu sancto &c. Vnde Deus, dicitur a triplici operatione. Primo a fouere. Secundo ab ardere. Tertio a uidere. Primo quia pietate sua omnia fouet, & conseruat, quantum uult. Secundo quia charitate omnia diligit: nam Deus charitas est, &c. Tertio quia omnia uidet, & scrutator cordium dicitur. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius quacunque operatione capiatur. Et benè pro quæstione.

De possibilitate creationis.

Deus capitur dupliciter.

Secundò notandum est, quòd Deum posse aliquid producere, est dupliciter. Vno modo ad intra. Alio modo ad extra. Ad intra, Deum posse aliquid, est illud actu esse ibidem: nam quicquid ad intra Deus potest agere, actualiter est. Et in Diuinis ad intra, non differunt esse, & posse, unde possumus Corollarium deducere, quòd tam actus operatiuus, quàm actus productiuus, tam intellectus Diuini, quàm uoluntatis Diuinæ, de facto sunt in Diuinis ad intra. Secundo modo intelligitur Deum posse aliquid

Deum posse aliquid producere dupliciter est.

aliquid ad extra, intelligendo aliquid realiter, & essentialiter, distinctum ab ipso, & hoc modo non quicquid Deus potest producere ad extra, de facto est productum. Patet, nam plures mundos potest producere, quos nunquàm producet, & Antichristum potest producere, quem aliquando producet. Et hoc modo loquitur hic Scotus. Alius terminus est creare, de quo multa dicemus in quæstione, tamen secundum D. Augustinum contra Felicianum, Arrianum, capitulo septimo dicit, quòd creatura est ex eo, quod non est, aut aliquando non fuit, rei corruptibilis, quantùm est ex se patris omnipotentis Dei uoluntate facta substantia. Et ex hoc benè sequitur quid sit creatio, nam est deductio alicuius ea eo quod non est ad esse deductio. Primo dicitur, quod est ex eo quod non est, unde ly, ea eo quod non est, capitur tripliciter. Vel ex eo quod non est, ratione formæ, uel ex eo quod non est, secundum quid, uel tertio modo ea eo quod non est, simpliciter. Primo modo ea eo quod non est, ratione formæ, & hoc modo generatio est creatio, nam generatio, est progressio a non esse ad esse, ea non esse formæ, ad esse formæ, ad esse formæ. Et sic non capitur hic. Secundo modo capitur ex eo quod non est secundum quid, & hoc modo alteratio, dicitur creatio, uam solum aliquid producitur secundum quid, A non esse secundum quid, ad esse secundum quid, scilicet A, non albo, ad album A, non quanto, ad quantum. Et hoc modo non capitur hic. Tertio modo capitur ex non esse simpliciter &c. Et est sensus, quòd creatio est deductio A, non esse simpliciter, tam ratione formæ, quàm ratione materiæ, quàm & secundum quid ad esse deductio, unde sequitur quod creatio non est motus nec mutatio. Patet, nam in motu est deductio, de non esse secundum quid, ad esse secundum quid, etiam in mutatione. De hoc tamen in hac quæstione sumus dicturi. Utrum scilicet creatio, sit mutatio, uel motus.

Creare declaratur. Tom. 6. operum D. Aug.

Quòd non esse capitur tripliciter.

Creatio in sacra scriptura tripliciter sumitur.

Tertiò Notandum est, quod creatio capitur tripliciter in sacra scriptura. Vno modo pro recreatione per gratiam Sancti spiritus, secundum illud, Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ, & in hoc modo non capitur hic. Secundo modo capitur pro ordinatione, nam Esaiæ capitulo quadragesimoquinto. Ego dominus creans malum, non quod dominus creat malum de nihilo. Sed quia ram bona, quàm mala pœnæ, & etiam culpæ ordinat, per ipsam pœnam. Et isto modo etiam non capitur hic. Tertio modo capitur creatio propriè, secundum illud quod dictum est, de mente D. Augustini, ut scilicet est deductio, de non esse ad esse de nihilo. Et hoc modo capitur hic. Verum ergo Deus possit aliquid de non esse simpliciter, ad esse simpliciter de nihilo producere.

Arg. pro ueritate.

Et pro ueritate arguitur, quòd sic, nam Gen. primo, in principio creauit Deus cœlum & terram. Ergo Deus potest aliquid creare. Consequentia probatur, nam ab esse ad posse, est semper bona consequentia, creauit. Ergo potuit creare, illa authoritas, scilicet in principio creauit Deus, &c. Supra in prima lectione fuit exposita, & sic hæc pars est uera.

Ordo dicendorum assignatur. Quid est creare. Præpositio De duplicitur capitur.

In ista quæstione. Primo describit Scotus, quid est creare. Secundo dat unam distinctionem de illa propositione, de, secundum Philosophos, & secundum Theologos. De primo dicit, quòd creare est aliquid de nihilo producere in effectum, extra causam suam. Pro qua descriptione, notandum est, quod secundum Anselmum, illa præpositio De, capitur dupliciter, & tamen capitur tripliciter, licet Scotus non recitet nisi duos modos. Vno modo capitur materialiter. Alterο modo capitur causaliter, & tertio modo capitur ordinaliter. Primo, sensus est, quod creare est aliquid de nihilo producere, idest nihil, est materia eius quod creatur. Et hoc modo, nec Theologi Catholici, nec Philosophi, dicerent aliquid creare de nihilo, quòd scilicet nihil esset materia eius, quod produceretur, extra causam suam, quia nihil, non potest esse materia alicuius entis realiter producti, extra causam suam. Iste modo ergo non capitur ly de. Secundo modo ly de, capitur causaliter, & est sensus, quòd aliquid de nihilo, idest quòd ipsum nihil, est causa effectiua ipsius quod creatur, & isto modo nec Theologi, nec Philosophi, dicerent, quòd nihil esset efficiens causa entis realis. Illis duobus modis capiendo ly de, est communis animi conceptio, tàm apud Philosophos, quàm Theologos, quòd ex nihilo, nihil fit, tanquàm scilicet ex materia, uel tanquàm causa efficiens illius quod creatur, uel producitur. Tertio modo capitur ly de, ordinaliter, idest ut dicit ordinem, & sensus est, hoc creatur, idest producitur de nihilo, uel creare est aliquid. Hoc est creare, est aliquid quod post non esse simpliciter ipsius, accipit simpliciter reale, extra causam suam producere, & sic ly de, dicit ordinem quem habet illa creatura dum est, ad suum non esse præcedens. Et hoc modo capitur ly de, in proposito.

De, ut dicit ordinem capitur dupliciter.

Tertiò principaliter notandum est, quòd ly de, tertio modo, ut scilicet dicit ordinem, capitur adhuc dupliciter. Vno modo, ut dicit ordinem naturæ. Alio modo, ut dicit ordinem durationis. Vnde ly de, dicit ordinem naturæ, inter aliqua, quando inter illa non ponit unum esse sine alio, uel non dicit nisi præsuppositionem quandam, unius ad aliud, ut inter non esse simpliciter rei, & esse simpliciter, quando aliquid producetetur ab æterno, ut si mundus ab æterno fuisset productus diceretur productus de nihilo, secundum quod ly de, dixisset ordinem naturæ, nam prius habuisset non esse, quàm esse, & semper esse creaturæ præsupposuisset, suum non esse. Aliquando ly de, dicit ordinem durationis inter esse, & non esse, quando per aliquod tempus non esse, præcedit esse, ut quando ego fui productus, prius per magnum tempus habui non esse simpliciter, deinde esse simpliciter, nam tempore Abrahæ, ego non etam, nisi in lumbis Adæ.

Ordo naturæ duplex.

Ordo naturæ positiuus.

Ordo naturæ negatiuus uel priuatiuus. Regula Sc.

Tertiò adhuc notandum est quod quando ly de, dicit ordinem naturæ, capitur dupliciter. Vno modo inquantùm dicit ordinem naturæ positiuæ. Alio modo inquantùm dicit ordinem naturæ negatiuæ, uel priuatiuæ. Voda ordo naturæ positiuus, est quando est inter esse, & non esse uel inter prius secundum naturam, & posterius secundum naturam, quorum tamen quodlibet est ens positiuum, ut inter animal & hominem, est ordo naturæ. Hoc modo etiam inter intellectum, & uoluntatem. Alio modo ly de, dicit ordinem naturæ priuatiuum, & istud est difficilius. Pro cuius declaratione notanda est illa regula Doctoris in tertia distin. tertij de conceptione Beatæ Mariæ, quando fit argumentum, quod prius fuit filia Adæ, dat unam regulam. Quod quandocunque aliqua opposita comparantur ad unum, & idem subiectum secundum ordinem naturæ, quem dicuntur habere ad illud subiectum, non simul ambo insunt tali subiecto, sed tantum alterum illorum inest reliquum autem illorum, qood dicitur prius natura, non Inest, quia in eodem instanti, oppositum inest. Sed dicitur, prius natura, quia tunc inesset quantum est de se, nisi agens extrinsecum impediuisset, & ista est causa regulæ. Exemplum, capio gratiam, & priuationem gratiæ, uel quamcunque aliam formam, & priuationem illius gratiæ, & priuatio gratiæ in Beatæ Virgine, habebant istam, ordinem secundum naturam, uel quod illa esset, ut filia naturalis Adæ priuara gratia, uel in gratia, modo illa priuatio gratiæ naturaliter præcessit gratiam, secundum naturam, non simul fuerunt, gratia & priuatio illius. Sed primo quantùm fuisset de se, habuisset priuationem gratiæ, nisi agens extrinsecum, scilicet Deus impediuisset, dando illi gratiam, & in illo loco, Scotus loquitur de ordine naturæ priuatiui. Vnde ordo naturæ priuatiuè est inter aliqua, quorum unum est prius natura alio, & sic se habent, quod alterum illorum non est ens positiuum, ut dictum est, de priuatione formæ, & ipsa forma, inter quas semper est ordo natura priuatiuè, & ambo non sunt entia positiua. Sed alterum semper est priuatio, & priuatio semper prius natura inest subiecto, quàm formæ, quia si forma non inesset, uel non poneretur in subiecto ab agente extrinseco, inesset illi priuatio illius formæ, & hoc modo capitur in quæstione ly da, secundum quòd dicit ordinem naturæ priuatiuè inter non esse rei, & esse, quia non esse, non dicit aliquod positiuum, sed priuationem esse, & hoc modo diceremus secundum Philosophos, quòd aliquid producitur de nihilo, ordine naturæ priuatiuè. Et est opinio Auicennæ, quæ habetur in additionibus, benè confuse.

Concl. Sc. 1. Conclu.

Consequenter Doctor de isto ordine naturæ priuatiuè, ponit aliquas conclusiones. Prima est ista. Non ideo inter aliqua dicitur esse ordo naturæ priuatiuè, quia eidem simul insint opposita, secundum naturam. Scotus non probat, cùm sibi persuadeatur, quòd duo priuatiuè opposita sunt incompossibilia, ad hoc quod

quòd simul insint alicui, & si illa simul inessent alicui, sequuntur contradictoria, & sic non possunt simul, & semel dici de eodem.

2. Conclu. Secunda conclusio, pro tanto priuatio dicitur prius forma, scdm naturā esse in aliquo subiecto, quia quantum est de se, semper inesset illi, nisi agens extrinsecum poneret formam, cuius illa priuatio esset in tali subiecto, & ista est ratio. Ergo quare hæc sic habeat, ut prius & posterius secundum naturam priuatiue. Et pro isto declarando, facit illud 2. distin. t. de informatione animæ. Quod si anima esset prior corpore, non posset se facere præsentem illi per informationem, nam & 43. distinct. 4t. de conceptione, idem dicitur. Priuatio ergo semper prius est in materia quàm forma ipsa, cuius est. *q. 1. art. 1. conclu. 2. q. 2. propositione secūda. 2. q. 3. art. 1.* *3. Conclu.* Tertia conclusio Scoti est, quòd ad habendum priuationem formæ, sufficit materia cum negatione agentis naturalis, uel alterius agentis extrinseci, patet, nam ad hoc quòd in materia sit priuatio formæ, sufficit quòd agens quod habet formam illam inducere, non sit, & sic non inducet, & semper remanebit priuatio.

4. conclu. Quarta conclusio Scoti est, quòd sicut priuatio non est de ratione materiæ, ita nec ipsa forma est de ratione materiæ, patet bene extra librum, nam detur materia sine priuatione cuiuscunque formæ, (nam materia potest esse sine tali forma) & tunc erit priuatio illius in illa. Deinde si potest esse cum illa forma, si cum illa, iam non erit priuatio illius.

Primū Corollarium. Ex istis est primum Corollarium, quòd non simul creatura habet esse, & non esse, Patet ex primo dicto; nam illa quæ sunt opposita secundum naturam, etiam simul esse, & non esse, contradicunt, & opponuntur priuatiuè, ut patet, & sic nunquam eidem simul insunt. Secundum Corollarium est, quòd creatura non habet non esse, quando est; patet, quia habet esse, & quando forma inest subiecto, priuatio illius formæ, non inest, nec econuerso modo ly, esse, se habet ut forma. Ideo quando est in creatura non esse, non inerit illi; & sic quando creatura est, est falsum dicere, creatura non est; & hoc in sensu composito. Tertio sequitur, quod quando creatura est, quantum est de se, habet non esse; patet ex illo dicto, quod materia seipsa est priuata forma; ideo semper creatura haberet non esse, nisi agens extrinsecum, daret illi esse, neque creatura faceret se de non esse, ad esse. Quartò sequitur, quòd magis propriè dicitur, creatura non habet esse ex se formaliter, quam dicatur creatura habet non esse ex se formaliter, nam sensus primi est, quòd esse, non dicitur semper de creatura, nec est de ratione formali illius, quia tunc semper creatura esset, & ista esset semper uera, creatura est, siue illa esset, siue non, quia ista est semper uera, homo est animal rationale, siue homo sit, siue non, quia animal rationale, est de formali ratione hominis, & tamen falsum est dicere, quòd creatura semper sit, & ideo illa prima est negatiua, & uera, secunda non est ita propria, nam significat quòd non esse, est de ratione formali creaturæ, quod etiam est falsum, aliter creatura nunquam posset esse, etiam de Bassolis hoc modo dicit. Et ideo illa negatiua est magis propria, scilicet creatura non habet esse ex se formaliter, scilicet ergo de ratione sua formali habet non esse. Et sic patet illud Corollarium, & illa particula, quando ly de, dicit ordinem naturæ priuatiua. Sequitur nunc alia particula posita in definitione, da ly, creare, quòd est aliquid producere in effectum. Unde producere aliquid est dupliciter. Uno modo in esse cognito. Alio modo inesse simpliciter tale. Primo modo est, quando intellectus Diuinus producit res inesse cognito, & uoluntas Diuina inesse uolito, & hæc productio non est creatio illorum, nam illa ut sic, producuntur inesse secundum quid, & creare est producere aliquid inesse realiter, & extra causam suam, & hoc significatur per illam particulam in effectu. Ex istis patet nunc, quòd in ista quæstione sunt duo articuli. Unus est de creare de nihilo, secundum quod ly de, dicit ordinem naturæ. Alter est secundum, quod ly de, dicit ordinem durationis. Quantum ad primū, est conclusio Auicennæ, & aliorum Philosophorum, quòd Deus potest creare, id est aliquid de nihilo producere, secundum quod ly de, dicit ordinem naturæ priuatiuum. Et istam opinionem habetis in additionibus, & 1. distinct. 1. quæstio. prima, articulo secundo, de cathena aurea, in qua Auicenna aliqualiter contradicit Theologis, unde dicit ille, primo de intelligentia prima, & de patre in Diuinis, quòd quando intelligit se, & essentiam suam, operatur notitiam essentialem, qua beatificatur, deinde producit notitiam genitam realiter distinctam ab ipso, in hoc conformiter dicit cū Theologis, differt tamen ab illis, quia dicit, quòd illa notitia genita, & producta, forma est alterius naturæ, & rationis ab ipsa prima. Non sic diceremus nos Theologi de filio in Diuinis, licet distinguatur realiter a patre, non tamen essentialiter, imò est idem essentialiter cum patre, & illam secundam intelligentiam poneret ille productam de non esse ad esse, & ipsa secundum naturam priuatiuè, habuisset prius non esse, quam esse, nisi illa prima intelligentia dedisset illi asse, ponendo illam inessa, tamen nullus est ordo durationis, inter esse illius, & non esse, imo semper fuit, tamen est producta, & fuisset sub non esse, nisi illa prima dedisset illi esse, & produxisset de nihilo, ordine naturæ, & sic patet ad q. secundum illum, quomodo Deus potest aliquid creare, & secundum omnes Philosophos.

Producere aliquid dupliciter. *Duo art. q. primus de creare ut de dicit ordinē naturæ. Secūdus ut dicit ordinē durationis. Concl. Auicennæ. Deus potest aliqd creare de nihilo ut ly, de, dicit ordinem naturæ priuatiuè. Opi. Auic. De creare.*

Probatur concl secundum Theologos. Sed probatur secundum Theologos, quòd Deus possit aliquid producere, & creare de nihilo, secundum quòd ly de, dicit ordinem naturæ, & sunt rationes Aegydii de Roma, q. 2. quæstio, secunda. In agentibus ordinatis, est dare agens minus perfectum, & magis perfectum, & loquitur de agentibus ordinatis, essentialiter probatur ista propositio in prima dist. secunda, dando differentiam inter causas essentialiter ordinatas, & accidentaliter, quia in essentialiter ordinatis, quanto causa est superior, tanto perfectior, in accidentaliter ordinatis, non est sic uniuersaliter. Secundo notandum est, quòd duplex est ens. Quoddam est eos in actu completo, & perfecto, ut singulare compositum ex materia & forma, habet esse entitatiuum actualiter, & formaliter completum. Aliud est ens in potentia, ut materia prima, quæ ita est in potentia, quòd est quasi nihil. Istis stantibus, arguitur de menta Aegydii, quòd Deus potest creare aliquid, &c. ut ly de, dicit ordinem naturæ. Agens perfectius minus præsupponit in agendo, quàm agens imperfectius. Sed Deus est agens perfectius quàm natura, & ars. Ergo Deus minus præsupponit quàm natura, & ars. Hoc primo declaratur multis exemplis in natura, & arte, & hoc supponendo quòd duplex est. Agens scilicet unum naturale. Aliud est per artem. Agens naturale, est agens secundum naturam, ut ignis, generans quodcunque naturaliter. Agens per artem, siue per uoluntatem, uel per intellectum, sicut etiam agens a proposito. Et agens naturale ad actionem suam præsupponit ens in potentia, s. ipsam materiam primam, tanq̄ subiectum in quod agit. Et agens secundum artem, præsupponit semper ens completum in actu, ut lapides, ferrum, ligna, & sic patet illa maior. Minor declaratur, licet non indigeat, nam Deus est agens perfectissimum, ex plenitudine potentiæ. Sed sic est, quòd ars ad actionem suam præsupponit ens in actu, & natura præsupponit ens in potentia. Et minus quam ens in potentia, est purum nihil. Ergo Deus in actione sua præsupponit nihil. Et sic Deus de nihilo producit. Antecedens probatur de domificatore, quo ad primam partem, quo ad secundam etiam. Patet bene in Philosophia. Sed quod minus ens quàm materia, sit nihil, patet, nam materia est prope nihil, secundum illud Augustini, duo fecisti domine unum prope te, alterum prope nihil, & communiter glossatur, idest materiam primam, & sic patet illa ratio. Scotus non soluit istam rationem, nam benè concludit uerum. Sed quia ille Doctor utitur ea, ad probandum quòd Deus potest aliquid creare, &c. ut ly, de, dicit ordinem naturæ, Scotus ostendit, quòd non concludit unum, nec aliud. Arguitur sic, supponendo, quòd Aegydius facit istā rationem contra Philosophos, dicentes, quòd nihil potest de nouo produci, uel creari, modo non sequitur, Deus potest aliquid de nihilo producere. Ergo Deus potest aliquid nouum creare, quod tamen illa ratio uidetur prætendere, Nam si de nihilo ordine naturæ, Deus potest aliquid producere, etiam oportet concedere, quòd de nouo. Unde Deum immediatè aliquid producere, potest intelligi dupliciter. 7. quæstio, 5. articu. t. Primo modo est, quando inter effectum illum qui producitur, & causam suam, nulla causa mediat, & hoc modo Deus creat gratiam, angelos, & huiusmodi habitus, omnes in fusi. Secundo modo potest intelligi immediatè, immediatione effectus, quando Deus aliquid ita potest producere, quòd nullus alius effectus medius requiritur, ad illum producendum. Dico nunc primo, quòd Deus omnia potest immediate producere immediatione causæ, patet, nam in genere causæ efficientis potest sine causa media producere, quicquid cum causa media producit, quia potest supplere causalitatem cuiuscunque causæ efficientis. Secundo dico, quòd Deus non potest immediatè omne causabile producere, immediatione effectus, patet, nam in genere causæ efficientis, potest sine causa media producere, quicquid cum causa media produ-

Op. Aegydij de creatione secundum Philosophos. In causis essentialiter ordinatis ut per eā superior est perfectior, non ita est in accidentaliter ordinatis. Duplex ens. Agens duplex. Sco. contra Aegydium. Deū immediatè aliquid producere dupliciter. Primum dictum Sco. 2. dictum.

producit, & non potest Deus producere similitudinem, non producendo extrema illius, secundum Scotum, licet bene secundum Franciscum & Canonicum, dicentes, quod de potentia absoluta, Deus potest facere relationem sine extremis, Scotus tamen hoc nõ concederet. Secundum Scotum etiam, Deus non potest producere totum essentiale, non producendo materiã, & formam ut partes illius, modo hic capitur immediatio immediatione causæ, & ad primum dictum arguitur sic, Deus est primum efficies. Ergo potest immediate aliquid efficere id est sine causa media, antecedens patet. a. d. primi. q. t. ad longũ. Consequentia probatur, notando, quòd non facimus hic differentiam inter istos duos terminos, factio, & creatio, pro nunc, licet omnis creatio, sit factio, non tamen e conuerso, omnis factio est creatio. Factio tamẽ est unum commune ad actionem, & creationem, nam actio est aliquo præsupposito, & creatio est nullo præsupposito, & factio est, siue aliquid præsupponatur, siue non, secundum illud D. Augustini super illo Gen. & factum est uespere, & mane dies unus, &c. Probatur nunc consequentia, nam aliter Deus non esset primum efficiens. Vnde primum efficiens dicitur secundum, illam triplicem rationem quæ conuenit primo efficienti, ex secunda dist. 1. q. 1. ar. 1. ꝙ scilicet in agendo, A, nullo alio dependeat, & omnia in agedo dependeant ab illo. Ergo non mediante alio agit, nam dato ꝙ mediante alio agat, quæro de illo, uel est creatum, uel increatum, productum, uel improductum, si productum, quæro, uel est productum immediate a suo producente, uel mediatè, si est productum mediatè, quæro de illo, & sic procedetur in infinitum, uel oportet stare in aliquo, quod est productum ab alio immediatè, sine causa media. Nam non est dicendum quòd sic improductum, tunc enim essent plura improducta, quod non est dicendum. Et sic hoc est uerum, quòd Deus potest aliquid immediatè producere. Consequentia nunc probatur, scilicet. Ergo Deus potest &c. Nam benè sequitur, Deus potest aliquid producere immediatè. Ergo illud productum, uel producibile, non est necessarium ens, nam ens necessarium a nullo alio dependet, tanquam a causa. Sed istud productum dependet ab illo, a quo immediate producitur, & sic non est ens necessarium. Ergo est ens possibile, & per cõsequens est ens nouũ, & sic Deus immediante, nullo præsupposito, potest aliquid producere, illud autem prius non habebat esse, & nunc habet esse, & sic est nouum, nam non haberet esse, nisi agens daret illi esse, & hæc nouitas probatur etiam octaua distinctione primi, & sic a primo antecedente, quod est Deus immediate potest aliquid, &c. usque ad istud consequens, patet, quod Deus potest aliquid creare de nihilo, ut ly, de dicit ordinem naturæ, etiam secundum, Philosophos.

Differentia inter factionem et creationem.

Primũ efficiens secundum illam triplicem rationem primi efficientis.

¶D a Secundo membro prout, denotat, &c.] dictum est supra, quomodo Deus potest aliquid creare de nihilo, secũdum quod ly de, dicit ordinem naturæ, secundum Philosophos & Theologos, licet aliter & aliter. Consequenter oportet uidere, utrum Deus possit aliquid producere de nihilo, ut ly, de, dicit ordinem durationis. Et quantum ad hoc, est prima conclusio Philosophorum, quòd Deus non potest aliquid de nihilo producere, secundum ꝙ ly, de, dicit ordinem durationis, & productionem alicuius de nõ esse præcedente duratione ad esse. Probat Doctor istam conclusionem. Nam uel illud esset immediatè productum a Deo, uel mediatè, & hoc ut ly, de, dicit ordinem durationis, & de nihilo semper. Si dicas immediatè, Contra, nam Deus non potest aliquod nouum producere immediatè. Ergo nec potest immediatè aliquid de nihilo producere, ut ly de, dicit ordinem durationis. Antecedens probatur, nam Deus necessario agens, immediatè agit & necessario. Ergo nõ potest aliquid de nouo producere, patet consequentia, nam si necessario immediatè agit, ab æterno ageret. Quòd autem Deus non possit de nihilo aliquid agere mediatè, probatur, nã quicquid mediatè agit, agit aliquo præsupposito, & sic non de nihilo potest aliquid mediatè producere, ordinẽ durationis. Antecedens probatur, nam si agit mediantibus causis secundis etiam aget secundum ordinem illarum causarum in agendo, & illæ causæ secundæ in agendo præsupponent materiam, & subiectum, in quod agant. Ergo etiam Deus præsupponet illud subiectum in quod aget, quando aget mediatè & sic non producet de nihilo ut ly de dicit ordinem durationis. Sed aliquo præsupposito, & ista est ratio Philosophorum satis apparens.

Determinat quãdo prout ly de, dicit ordinem durationis.

Concl. Philosophorũ, ad quẽrem nẽpe, Deus non põt aliquid de nihilo producere.

CONTRA istum modum dicendi Philosophorum, est cõclusio Theologorum, quę ꝓbatur ex improbatione illius modi Philosophorum, & conclusio Theologorum est, Deus potest aliquid de nihilo producere, secundum quod ly de, dicit ordinem durationis. Probatur, supponẽdo aliqua in primo dicta, primo quòd quicquid agit Deus ad extra, merè liberè & contingenter agit ergo. Deus aliquid potest de nouo producere, & ultra, Deus potest aliquid de nouo producere. Ergo Deus potest aliquid de nihilo producere, ut ly de, dicit ordinem durationis, nam omne nouum habet prius non esse, quam habeat esse. Antecedens patet, octaua dist. 1. q. 5. & 9. d. & Dis. a. eiusdem primi, ubi docet Sco, quomodo Deus agat contingenter. Nam 2. dist. 1. q. 1. hoc modo probatur. Aliqua causa contingenter agit. Ergo Deus uel causa prima, merè contingenter agit, patet consequentia, nam eo modo agit causa secunda, quo mouetur a causa prima, illud antecedens, utique Theologo est clarum. Consequentia probatur, nam si Deus ad extra non agit necessario, benè sequitur quòd illud, quod ad extra producit, non est ens necessarium, si non est ens necessarium. Ergo est ens non sempiternum, & sic illa prima consequentia fuit bona. Ergo Deus potest aliquem nouum effectum producere. Quòd autem benè sequatur, Deus ad extra non producit necessario, persuadetur sic, nam omnis productio entis necessarii, est necessaria productio, patet in Diuinis. Nam quia producta sunt necessaria, etiam illæ productiones, quibus illa producuntur, sunt necessariæ, & productio contingens, nunquam est nisi entis contingentis. Et si non est necessarium, etiam non est sempiternum, secundum Philosophum. 5. Metaphysice cáp. t. & 4. contra Platonem. Nam Plato dicebat, quòd aliquid erat sempiternum, & quòd illud poterat non esse. Cõtra hoc arguit Arist. probando quòd omne sempiternum sit necessarium. Et a primo ad ultimum, Deus potest aliquid nouum producere, & sic de nihilo. Ad rationem Philosophi nunc, negandum esset illud fundamentum, cui maximè innititur, scilicet quòd Deus ad extra, agat necessario quia agit merè contingenter, siue agat mediate, siue immediatè, & tunc illa ratio non stabit.

Concl. Theologorum cõtra Philosophos.

Soluit rõnẽ Philosophi

CONSEQVENTER arguit Doct. contra se, probando, quòd illa consequẽtia quàm fecit, & qua dicebat, si Deus agit ad extra contingẽter. Ergo potest aliquod nouum producere, non sit bona, & arguit argumento communi, stat benè, quòd Deus agat ad extra contingenter, & tamen quòd nihil possit de nouo producere ad extra, Ergo illa consequentia nulla, Antecedens probatur. Nam Deus. 45. d. 1. ab æterno uult A, uel lapidem, & non potest non uelle, A, nec potest de nouo uelle, A, quia immutabiliter uult A, Ergo stat ꝙ Deus contingenter producat lapidem, & quòd non producat de nouo, Deus uult, A, contingenter, Ergo immutabiliter. Probatur ibidem, & sic illa conclusio nulla. Respondetur Scotus faciliter per unam distinctionem, quòd in productione lapidis esse nouitatem, potest intelligi dupliciter. Vno modo ex parte producti, scilicet lapidis, Alio modo ex parte causæ producentis, scilicet Dei. Primo modo benè concedo, quòd illud productum, mutatur de non esse ad esse, primo non habebat esse, & nunc habet esse. Secundo modo nego, quòd sit nouitas in causa, unde nouitas in causa esset, quando esset alius & alius actus uolendi, quo ille uellet istud productum, uel in alio & alio instanti, dico nũc, quòd in productione lapidis nulla est nouitas ex parte causæ, unde productio prima rerum est, quando res producuntur in esse secundum quid nempe uolito, uel cognito, & productio secunda rerum est, quando illæ producuntur inesse, extra causam suam. Et quando res producuntur a Deo nõ est aliqua mutatio in ipsa causa prima, siue in Deo, sed benè in ipso producto, quoniam mutatur de non esse secundum quid, ad esse secundum quid, uel de non esse simpliciter ad extra, ad esse simpliciter extra, &c. Dicò etiam quòd actus uolendi ipsius causæ primæ, scilicet Dei, idem actus, eodem modo se habens, potest esse alicuius nouiter uoliti, uel producti inesse uolito, nam unico actu uolendi, Deus uult illud quod erat nouum, quod tamen nunc non est, hoc declaratur in prima dist. 2. q. 2. Ad primum argumentum per exempla multa de sole, nam stat solem esse eundem, & habere eandem uirtutem coagulandi, & habere se eodem modo in agendo, & tamen quòd sit nouitas in effectu, Nam heri calor coagulabat, hodie non, & tamẽ non mutabitur in se. Sed solum, est nouitas in approximatione passi, ad ipsum uniformiter se habentem. Ex quo sequitur quòd stat, Deum aliquid contingenter causare, & illud de nouo producere, nam istud producere ex actione contingenti, in Deo nullam dicit mutationem, nec nouitatem, sed illa nouitas est in producto, nam si de nouo Deus non posset aliquid producere, hoc non negatur, nisi ad uitandum illam nouitatem, & mutationem in Deo, sed non obstante, quòd Deus aliquid de nouo producat, bene soluatur, quòd nulla mutatio est in ipso Deo, sed in ipso producto, & sic nec ex necessitate actionis ad extra ipsius Dei, secundum Philosophus, quam tamen nos

Arguit Sc. contra suã consequentiam.

Soluit Sco. rõnem contra se.

In productione lapidis esse nouitatem põt dupliciter intelligi.

negamus

negamos, nec ex immutabilitate actionis Diuinæ, quàm po-ount tam Theologi, quàm Philosophi, nō sequitur quin Deus possit aliquid de nouo producere. Et ideo, cùm arguitur, ad formaoi, stat Deum &c. Nego antecedens, & cùm probatur, nam benè sequitur &c. concedo. Ergo nō potest &c. distinguo. Vel nouitate se tenente ex parte Dei, & sic concedo. Vel ex parte uoliti, & sic nego, & illa nouitas io effectu, sufficit ad hoc, quòd ille effectus dicatur esse oouos, & sic illa conclusio uera, remanet in se. Contra eandem conclusiooem Philosophorum arguit Scot. secundo loco, probando suam, conclu. s. ꝙ Deus possit aliquid de nouo producere, & de nihilo creare, secundum quòd ly de, dicit ordinem durationis, supponendo secundum Philosophos etiam, quòd aliquid est de nouo hodie, qood noo fuit heri, & hoc uocetur A, tunc sic arguitur, quæro A, quo est istud A, tanquàm a causa sua, si des mihi causam suam B, quæro uel B, producit A, uniformiter se habendo uel noo. Si mihi des primum, scilicet ꝙ uniformiter & omnino eodem modo se habeat B, habeo propositum, scilicet quòd ab aliquo efficiente omnino immutabiliter se habente, est effectus aliquis nouus. Si des secondum, quòd B, difformiter se habeat. Ergo B, mouetur ab aliquo ad producendum ipsum A. Quæro de illo A, quo B, mouetur, sit C, quæro tūc de C, uel C, uniformiter se habens mouet B, uel difformiter se habeos, si primum, habeo propositum, ut prius, quòd illa erit noua, ab ipso C, uoiformiter se habente, si C, mouet difformiter, uel aliter & aliter se habens, ego inquiram, ut prius, & sic procedam in infinitum, quod non est dicendum, secundum Philosophū. Ergo oportet dicere, quòd est aliquod agens, & immutabiliter omnino eodem modo se habens, quod producit effectum oouum. Et sic illa conclusio Theologorum relinquitur uera.

Coofirmatur ista conclusio, supponendo illud quod habet Philosophus. 8. Physic. ubi quærit, utrum in motu cœli possit esse nouitas, uel utrum motus cœli possit esse nouus, & dicit Philosophus distinguo. Vel secuodum totum, & sic dico quod non. Vel secundum partes, & sic benè concedo, totū. Ergo motus cœli, noo potest esse nouus. Secundum etiam Scotum, ultima quæst. quodlibeti ad longum, benè autem secundum partes, partes illius, quia continuè est alia & alia pars noua, etiam hoc idem dicimus de elementis, quomodo geoerantur, & corrumpuntur secundum partes suas, non autem secundum totū.

Deducitur argumentū

Tunc sic arguitur. Pars motus cœli, potest esse noua. Ergo totus motus cœli potest esse nouus, & sic Deus de nouo potest aliquid producere. Consequentia probatur, nam pars motus cœli, & totus motus cœli sunt eiusdem rationis. Vel da mihi causam, quarè totus motus cœli noo possit esse nouus, & tamen quælibet pars illius potest esse noua, cùm sint eiusdem rationis, non uidetur alia causa, nisi illa uniformitas, & sic sp stabit, ꝙ aliquod nouum erit a Deo, post non esse et ordine durationis. Et sic propositum. Sed Scotus dicit, quòd ista ratio parum ualet contra Philosophos, nam illi negarent nobis illud fundamentum, quòd Deus non agat necessario, quod nos non possemus rationibus demonstratiuis ostendere, quia est articulus fidei. Breuiter, istæ rationes sunt probabiles, & sic patet illa conclusio probata. Secundum Scotum.

Ccl. Theologorū probas Henr.

Creatura se inesse secundum Henr.

CONSEQVENTER Henricus, probat illam conclusiooem Theologorum duabus ratiooibus, supponendo unam distinctionē quod creatura habet duplex esse, scilicet esse essentiæ, & esse existentiæ, esse essentiæ, est quoddam esse positiuū creaturæ in causa sua, uel dicitur esse quidditatiuum. Franciscus uocat hoc modo illud, esse essentiæ, & aliud esse habet creatura, quādo est extra causam suam, & dicitur esse existentiæ. Modo dum quæritur in Theologia, unum Deus possit aliquid de nouo producere &c. Dicit Henricus dua. Primum dictum est Deus de nihilo simpliciter, non potest aliquid producere. Quòd Deus creet aliquid, & nihil illius præcedat, est impossibile secundum Henricum. Nam Antichristus secundum illum, ounc habet esse essentiæ, & quando creabitur, acquiret esse existentiæ, & sic non producetur de nihilo. Sed de illo positiuo, quod nunc habet in causa sua. Secundo dicit Henricus, quantum ad esse existentiæ, simpliciter producit aliquid de nihilo, sensus est, quòd Deus simpliciter dicitur creare illud, quod accipit esse per creationem, sic quòd nullum esse existentiæ prius habuit licet benè esse essentiæ. Et iste modus dicendi

Vide Scot. 43. dist. 1. contra Hen.

Henrici, habet. 36. dist. 1. ad longum. Vnde imaginatur Henr. ꝙ quæcunque creatura producatur inesse possibili per omnipotentiam Diuinam, & hoc esse, est aliquod positiuum, etiā per omnipotantiam Diuinam, producitur res inesse existentia, ex-

Scoti sola.

tra causam suam. Scotus non dicit sic. Sed dicit, quòd ab intellectu Diuino res producuntur inesse intelligibili, uel inesse cognito, & tunc creatura dicitur habere esse possibile, ex se formaliter, si illi rei non repugnet esse formaliter. Et deinde per omnipotentiam Diuinam, producitur talis res extra causam suam, inesse realiter, & simpliciter.

Prima ratio Hen.

Sed Henricus illo modo dicit, & probat suam opinionem duabus rationibus. Prima est ista, Deus non potest illud producere, quod non est possibile. Sed illud quod est nihil omnino, non est possibile. Ergo si Deus potest aliquid producere, illud erit aliquid, & illud est esse essentiæ, quo res dicitur esse aliquid, & possibilis. Maior est clara, etiam secundum Scotum. Nam Deus noo producit impossibilia, minor probatur secundum illum. Nam dicit, quòd tunc omnia essent possibilia, etiam fictitia, ut chimera, hyrcoceruo & huiusmodi quæ sunt nihil, & sic illud quod est producibile, habet esse essentiæ ad minus.

Soluit Sco. primam.

Post solutionem principalium argumentum.

Respondet Scotus ad istas rationes ibi, quod arguebatur pro secunda positione &c. quando arguitur sic, Deus, &c. Concedo illam. Sed dico quòd illa possibilitas, non fundatur in aliquo esse simpliciter, sic quòd illud quod est possibile, dicatur habere aliquod esse, idest quòd sit aliquid, & sic nego minorem, imo dico, quòd illa quæ habent esse possibile, sunt formaliter nihil, licet benè habeant esse in essentia Diuina, & sunt in ipsa secundum esse essentiæ Diuinæ, non tamen secundum aliquod esse proprium illorum. Dico tamen quòd illa possibilitas rerum, fundatur inesse cognito illarum, quod esse cognitum, nihil aliud dicit, quàm illam creaturam posse produci ad extra, quando Deus uoluerit. De hoc habetur d. 43. primi. Sed non sequitur, hoc habet esse cognitum in mente Diuina. Ergo habet esse simpliciter, nam esse cognitum, non est esse simpliciter, Antichristus enim futurus, non habet esset simpliciter, & Adam præteritus, noo habet esse simpliciter. Sed bene sequitur, hoc est præteritum. Ergo aliquaodo habuit esse simpliciter. Confirmat tamen Henricus istam rationem, probando quòd creatura non possit in esse simpliciter produci de nihilo, ut ly de, dicit &c. omnis creatura est composita ex actu, & potentia, de hoc d. 36. primi & secundum Scotum, & Sanctum Thomam, libro de ente & essentia, tunc sic, omnis potentia, præcedit actum, & illa potentia, non est nihil. Ergo est aliquid. Ergo esse aliquod præcessit esse creaturæ, nam esse creaturæ inesse actuali, & esse existentiæ illius, præcessit esse essentiæ, de quo producitur, & sic non producitur de nihilo simpliciter, inesse reali.

Duplex cōpositio obiectiua subiectiua.

Quid sit in potentia obiectiua.

Respondet Scotus ad istud, quando arguitur, omnis creatura &c. Dico quòd duplex est compositio, Quædam est obiectiua. Alia est compositio subiectiua. Vnde compositio obiectiua est illius, quod non est, tamen illi non repugnat esse, & dicitur esse io potentia obiectiua, ut Aotichristus est nunc, in potentia obiectiua, quia non est, & potest esse, chimera hoc modo non est in potentia obiectiua. Nam licet non sit, tamen repugnat illi esse, etiam nullum ens in actu existeos, est in potentia hoc modo, uam actualiter est.

Duo requiruntur ad potentiā obiectiuam, et duo ad potētiam subiectiuam.

Et hæc duo requiruntur ad illam potentiam. Alia est potentia subiectiua, ad quam etiam duo requiruntur, primo quod illud actualiter sic, deinde quod illud possit aliquid aliud recipere, ut paries est in potentia subiectiua ad albedioem, ingredinem, &c. & nos sumus omnes in potentia hoc modo, oam possumus aliquid recipere, Antichristus hoc modo non est in potentia subiectiua, cum non sit actu.

Non omnis creatura est cōposita ex actu & potentia subiectiua.

Modo cum arguitur, omnis creatura est composita, &c. nego ex actu & potentia subiectiua, nam tunc nulla esset intelligentia, uel rationalis anima, nam noo componitur ex actu, & potentia subiectiua, isto modo. Alio modo potest intelligi quod omnis creatura sit composita ex actu & potentia, obiectiua, id est quòd omne esse creaturæ actuale, præcessit potentia obiectiua, id est quòd prius potuit esse, antequam sit. Et hoc modo concedo. Dico tameo quòd illud esse obiectiuum, non est esse essentiæ, uel aliquod, esse existentiæ, sed tantum dicit esse cognitum, & esse secundum quid, & quasi nihil. De ista tamen ratione, & cōfirmatione, quomodo omnis creatura componatur ex actu, & potentia, habemus. 8. d. primi q. 2. idest ex habitu, & priuatione. Et hoc modo conclusio uera est uniuersaliter, tam de angelo, quàm de anima, nam omnis creatura, est finita & limitata, & potest aliquid recipere, quo caret, non tamen in ratione formæ substantialis, & entitatiuè. Nam uidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona, & sic patet, quòd rationes Henrici ad illam conclusiooem, non ualent.

Arguit Sc. quòd creatio non excludat esse essentiæ.

SIMILITER sicut argutum est &c.] Circa descriptionem creationis, ut, de, dicit ordinem durationis, dictus est modus Henrici, &c. Quòd Deus de nihilo non creat, secundum quod ly de, excludit omne esse, tam essentiæ, quàm existentiæ, quia non excludit esse essentiæ, secundum illum. Contra istud, dimittit Scotus argumentum, ut impugnatiuum suffi-

cieoter,

cienter; ex 43.d.primi. Et nnne etlam fatir efficaciter arguit contra hnc. Et pro argumento, qnod multa supponit, oportet primo fupponere fecundnm Henricum, quòd ratio potiffima, qnare aliquid non poteft de nihilo produci ineffe exiftentiæ, nifi præfuppofito effe effentię, eft, quia oportet, ꝙ illud primo habeat effe poffibile, & deinde qoòd producatur ab ilo effe poffibili, in effe exiftentiæ & reali, & illnd effe poffibile dicit effe aliquid, & nõ eft nihil, Hoc ftãte, ex illo loco arguitur fic. Si creatura non põt effe de nihilo, nifi præfuppofito effe effentiæ, ita ut ly, de nihilo, excludat tantum effe exiftentiæ, fequitur quòd creatura bis producitur, uel creatur, uel fequitur ꝙ creatura producatur in effe fimpliciter, nulla poffibilitate illius præfuppofita, confequens hoc pro utraque fui parte eft contra te, nam ideo ad hoc quòd aliquid creetur, præfupponitur effe effentiæ, quia tale effe eft abquid illius. Confequentię probatur, qno ad primam partem confequentis, nam uel effe effentiæ, eft effe fimpliciter creaturæ, uel non eft effe fimpliciter creatæ. Etiam argumentum iftud eft bonum contra D. Thom. uel illud effe effentiæ eft aliquid effe reale, uel non, qnodcunque dicas, arguam. Si non eft aliquid reale, non oportet. Ergo dicere quòd effe effentiæ, & exiftentię, diftinguantur realiter. Nam fecundum illos, diftinctio realis eft inter res, & res, & tamen illi dicunt, hæc effe diftincta realiter. Ergo oportet dicere, quòd illud effe effentiæ non eft nihil, fed eft aliquid reale. Tunc fi arguitor, omnis productio de nihilo terminata ad effe fimpliciter, eft creatio. Ergo productio creaturæ, ad effe effentiæ terminata, erit creatio illius, antecedens pater per definitionem de ly, creare, quia eft productio. Confequentia patet, nam effe effentiæ, eft effe fimpliciter aliquid, per te, & de nihilo producitor creatura in illo effe. Ergo creatur, & ultra quando creatura producitur de effe effentiæ ad effe exiftẽtiæ, non erit creatio, quod uidetur fatis abfurdum. Ergo ille confequentia eft bona, qnod idem bis creabitur, dato qnod effe effentiæ fit aliquid. Confequentiæ pro fecunda parte antecedeo tis, probatur, nam confequens eft contra illum exprefsè, probatur fic, quando creatnra producitur in effe effentiæ, illa producitur in effe fimpliciter, & tamen nibil præfupponitur, nec effe aliquid. Ergo illud creatur tunc, nam fi des aliud effe effentiæ, iam procederetur in infinitum. Ergo aliquid producitur in effe fimpliciter, nullo effe poffibili, illius præfuppofito. Ergo Deus fimpliciter poteft aliquid de nihilo producere, nullo effe illius præfuppofito, nec effe exiftentiæ, nec effe effentiæ, & argumentum eft bonum. Et ideo Scotus pro refolutione quæftionis, faciliter refponder fumendo duas uel tres conclufiones, quas relinquit probatas ex dictis. Prima conclufio eft. Non folum Deus poteft aliquid ex nihilo producere, prout ly, ex nihilo negat effe exiftentiæ. Sed etiam ut neget effe effentiæ. Eft conclufio contra Henricum, prima pers petet, nam effe effentiæ, & exiftentia funt idem realiter, fi ergo creatura poteft produci de nihilo, non præfuppofito effe exiftentiæ, ergo etiam de nihilo produci poteft, non præfuppofito effe effentiæ, quod eft contra illos. Tamen ifta ratio eft difficilis, propter antecedens, de quo funt opiniones diuifæ. Nam Thomiftæ dicunt, quòd non funt idem realiter, fecundo quod diftinguuntur realiter, nam dicunt cum Philofopho, effe non eft effentia rei, modo arguunt fic. Illa diftinguuntur realiter, quorum unum non eft effentia alterius. Sed fecundo pofter. effe, non eft effentia rei. Ergo effe diftinguitur realiter ab effentia rei. Etiam habent aliam authoritatem Auicennæ, quòd effe accidit enti, & multas authoritates habent. Ratio tamen potiffima illorum eft ifta, arguitur fic. Illud quod eft indifferens ad plura, diftinguitur ab illis realiter, quibus eft indifferens. Sed effentia eft indifferens ad exiftentiam. Et eius oppofitum. Ergo effentia diftinguitur realiter ab illis. Maior probatur, fecundum illos; illud, quod eft indifferens ad oppofita, non eft aliquod illorum; & per confequens poteft effe fine illis: & fi poteft effe fine illis; ergo diftinguitur realiter ab illis. Ifta maior uidetur certa. Minorem probant illi; quia rofa in hyeme tantum habet effe effentiæ, indifferens ad exiftere tempore ueris, & ad non exiftere; & tamen habet effe effentiæ in fua caufa: &c. Refpondent Scotiftæ 36. diftin. primi fundamentaliter, cum arguitur fic, fecundum eos, effe non eft de fubftantia &c. fupponendum eft prn nunc, quòd licet in uia Doctoris noftri, modus intrinfecus non fit de effentia illius, cuius eft modus, tamen non diftinguitur realiter ab illo: gradus albedinis non diftinguitur realiter ab albedine, tamen non eft de ratione formali illius, nam ita eft albedo una albedo unius gradus, ficut albedo mille graduum; illi ergo gradus funt modi intrinfeci albedinis. modo cum accipitur, effe non eft de effentia &c. tran feat ifta. Et quando arguitur fic. Illa diftinguuntur &c. nego iftam, nam fufficit ꝙ res cuius eft modus & ipfe modus modaliter diftinguantur: nec plus uult habere Philofophus. Ad Auicennam dico, quod accidens capitur tripliciter, dictum eft in fine 2.d.primi. Vno modo pro accidenta per inhærẽtiam. Alio modo pro extraneo. Tertio modo pro mutabili. Primo modo eft accidens per accidens, ut albedo, nigredo, & hoc modo, effe non eft accidens effentiæ, nec enti, nec illo modo intelligit Auicenna. Secundo modo intelligit, quòd fcilicet exiftentia accidit enti, quòd, fcilicet exiftentia, eft extraneum illi, cuius eft; quia non eft de ratione formali illius, & hoc in creaturis: nam contingenter ineft illis effe; & eft extra rationem formalem illarum; licet non in Diuinis, & hoc modo intelligit Auicenna. Tertio modo capitur accidens pro omni illo, quod eft uariabile, & mutabile; & illo modo exiftentia actualis eft extra rationem formalem effentiæ creaturæ, & unum contingens accidens illi. Modo inter accidens, pro extraneo, & illud cuius eft accidens, non eft diftinctio realis; patet de rifibili, & homine. Et fic illa authoritas non cogit. Cum fecundo arguebatur ratione. Illud qnod eft indifferens, fcilicet cõcedo iftam, fi illud tale dicat aliam realitatem, ab aliquo illorum oppofitorum; aliter non. Modo dico, quòd effe effentiæ, & exiftentiæ, dicũt unam & eandem realitatem, & funt idem realiter, & formaliter, & non diftinguuntur, nifi ficut concretum, & abftractum; quæ tantum diftinguuntur ratione. Modo illud antecedes ftat in ueritate, quòd effe effentiæ, & exiftentiæ, non diftinguuntur. Sed funt idem realiter, & fic illa conclufio prima, eft uera.

Secunda conclufio principalis, quam Scotus habet hic, eft ifte, Deus non poteft aliquid de nihilo creare, ita ut nihil excludat, tam effe fimpliciter, quam fecundum quid. Habet con clufio duas partes, unam affirmatiuam, quòd creatura, de nihilo producitur: & excluditur tam effe effentiæ, quàm exiftentiæ; patet ex dictis, fecundo habet partem negatiuam, qnod effe &c. nam omne quod creatur, habet effe cognitum in mente Diuina; & illud effe fecundum quid, aliter nunquam crearetur in effe fimpliciter. Et fic, de nihilo, non excludit effe fecundum quid. Sed benè effe fimpliciter. Sed contra. Nam fi creatura quando creatur præfupponeret effe fecundum qnid, nõ da tur quòd iam non creetur: & quòd productio illius ad extra, non fit creatio; quod tamen eft falfum. Confequentia tamen probatur. Nam præfupponitur aliquid effe per te, & creatio eft de ni hilo omnino. Ergo &c. dicit Scotus, quòd ratio eft nulla, nam creatio non eft de nihilo omnino. Sed bene de non effe fimpliciter. Sed contra dicetis: effe cognitum lapidis, non eft nifi Diuine intellectio; & effe uolitum lapidis, non eft nifi uolitio Diuina; & illa intellectio Diuina, & uolitio Diuina, habent effe fimpliciter, & perfectiffimum. Ergo fi lapis ad hoc ꝙ creetur, præfupponit illud effe cognitum; uidetur quòd præfupponat effe fimpliciter: & fic non dabitur creatio; quod eft falfum. Difficultas eft bona. Refpondeamus, fecundum illa, quæ habet Scotus prima, q.4. & 3.d.primi. Quòd aliud eft dicere, quòd lapis habeat effe in mente Diuina, & aliud eft dicere ꝙ lapis habeat effe fimpliciter lapidis; modo lapis non habet nobilius effe lapidis in mente Diuina, quàm in feipfo; patet, quia lapis fecundum effe lapis, non eft Deus; fed benè effe abfolutè nobilius habet in mente Diuina; quia habet effe Diuinum; nam realiter eft ipfe Deus, unde dicitur, qnòd lapis non eft in anima, fed fimilitudo lapidis, ut argentum continetur in auro eminenter: nam habet melius effe fimpliciter in auro, quàm in feipfo. Sed non effe huius, fcilicet argenti, imò aurum, fiue effe auri, deftrueret effe argenti, & effe huius, nam aurum, formaliter non eft argentum, & ita dicatur de illo effe. Modo cum arguitur, lapis quando producitur &c. nego iftud; cum dicitur, præfupponit effe cognitum in mente Diuine: concedo. Et illud eft effe huius; nego hoc. Sed benè eft effe abfolutè Diuinum; & effe fimpliciter entis, & fic argumentum non ualet: relinquitur ergo illa conclufio uera, ex dictis.

¶ Ad Primum argumentũ &c.) Contra iftam refolutionem arguit Scotus, quatuor rationibus principalibus, probando ꝙ Deus non poffit aliquid de nihilo producere. Et de nouo creare; & eft argumentum commune. Nam fi Deus pofset aliquid de nono producere, fequeretur, quòd in Deo effet mutatio, confequens eft falfum, & impoffibile; ergo & antecedens. Falfitas confequentis patet 8.d.1.q. ultime Deus immutabilis; etiã Boetius: O qui perpetua mũdum ratione gubernas &c. ftabilifque manens, das cuncta moueri. Confequentia probatur, nam benè fequitur; Deus producit aliquid per creationem. Ergo Deus, uel aliquid, fe habet nunc aliter, quàm prius fe habebet, Sed illud, quod aliter fe habet nũc, quàm prius, mutatur. Ergo Deus

Aetiderss tripliciter.

Opin. Scoti.

2. concl. Sc.

Dubitatio

Solutio.

Obijcitur cõtra folu.

Solutio replica.

Soluitur argumẽta pri. cipalia.

Deducitur primũ prin.

Dift. realis fecũdũ D. Th. et Her. eft inter res & res.

Sol qõnis. Qõnem fol uit Scot.

1. concl. Sc.

Effe diftinguitur ab effentia fecũdum Tho.

Arg. Thomiftæ.

Refp. Scotiftarum.



Deus uel aliquid, tunc mutatur, deinde subsumatur sic, quod aliter se habeat nunc quàm prius, non est ipsum passum. Ergo est ipsum agens. Sed agens est ipse Deus. Ergo Deus mutatur. Quod est inconueniens, quod autem ipse passum non mutetur; probatur, nam illud quod mutatur, prius præfuit, 5. Physi cor. nam aliter se habet nunc quàm prius. Ergo prius aliquo modo se habebat. Sed illud quod creatur, non prius aliquo modo se habebat; quia non prius fuit. Ergo illud non mutatur. Ergo ipsum agens mutatur; nam nihil aliud est ibidem, quod pos sit mutari.

Prima rō ad arg. primum. ¶ AD ARGUMENTUM &c.] Datur una euasio, q Deus non mutatur, nec potest mutari. Sed sine eius mutatione, fieri potest aliquid de nouo: & entia produci. Et ista est uera solutio. *Contra solutionem arguit Sco.* Contra &c. tamen arguit Scotus. Nam bene sequitur, agēs dat esse alicui. Ergo productum accipit esse, & non e conuerso. Nam non sequitur, hoc productum accipit esse. Ergo Deus dat esse; tanquam causa totalis, ponens illud productum in esse. Et go Deus quando dat esse alicui, habet aliquam habitudinem nouā ad illam rem, quam creat: quàm habitudinem, prius non habebat: uel si nullam nouam habitudinem habet; quare magis diceretur Deus nunc creare illam rem; nam prius non dice batur creare illam, modo cum agens trāsit de non noua habitudine, ad nouam habitudinem, illud dicitur mutari, & sic sam per istas argumentum; quod agens, scilicet Deus mutabitur, quod est falsum. Respondant Scotistæ ad argumentum, per unam conclusionem catholicam, quæ est. Absque quacunque mutatione in causa; maximè prima, potest esse nouitas, in effe ctu producto, Deus qui est causa prima, omnino immutabilis, sine nouitate in ipso, potest nouum effectum producere; probatur simili, de sole illuminante medium; medium aer est, nunc illuminatus. Si Deus crearet nunc unum corpus diaphanum receptiuum luminis, & ponaret illud in medio; sol illuminaret illud corpus de nouo, & prius non illuminabat; & tamen nulla esset facta mutatio in ipso sole. Nam sol eodem modo se hēt, & uniformiter agit nunc sicut prius; tamen effectus esset nouus, scilicet illa illuminatio illius corporis. Ergo a causa omnino inuariata, & immutata, potest esse nouus effectus. Ad nouitatem. Ergo effectus, nulla sequitur nouitas in causa, patet. Secundo probatur illud idem alio exemplo; quia si sol esset tantæ uirtutis, quòd posset simul illuminando illud medium, uel corpus diaphanum, & posset illud corpus producere simul & illuminare, tunc etiam esset nouitas in illuminando il lud corpus, & tamen sol eodem modo se haberet, secundum locum: & hoc est possibile, sicut tempore Iosue; ergo ad nouitatam effectus, non sequitur necessario nouitas in causa, uel in ipso Deo, nec secundum fidem, nec naturam. Et si dicas, *Obiectio.* dicit Scotus, quòd hoc exemplum non est ad propositum, quia sol non agit uniformiter; & ideo potest aliquid de nouo producere, quod non possit, si uniformiter ageret; quia sequeretur mutatio in ipso. Et sic exemplum illud non probat tuam propositionem. Nam oportet probare, quòd causa uniformiter agat, ad hoc quod nulla sequatur in ipsa nouitas. Quòd au tem sol non uniformiter agat; sed difformiter. Patet, nam nō semper producit unum & eundem effectum; quod faceret, si uniformiter ageret. *Sol. Scotistarum.* Respondent Scotistæ, ad hoc, quòd & si exemplum illud aliqualiter non sit omnino simile, tamen quantum sufficit ad propositum nostrum, est bene simile, q̄ sic quacunque nouitate in causa, potest esse nouitas in effectu, ut dictum est de illo corpore, si ponatur in medio. Et ad hoc propositum probādum Scotus adducit illud exemplum, & ualet benè pro illo, licet sit dissimile in hoc. Quia agens naturale, maxime quando est agens totale, non potest dici quòd non agat, & prius non agebat, nam agens totale, naturale, habens in potestate sua agere totum effectum semper eundem effectū producit: nec est in potestate sua agere, uel non agere. Agens uerò liberum, benè potest agere, uel non agere; & sic quo ad hoc non esset omnino simile: ut patet. Et sic illa conclusio assumpta, relinquitur uera. *Ad formā respondet.* Ad materiam argumenti sit hoc mo do responsum; & ex his dicat ad formam. Cum itaque arguitur; si Deus &c. nego consequentiam; & cum probatur, si quid creatur &c. Ergo aliquid se habet nunc aliter quàm ante; patet per definitionem de ly, mutari, quæ declarabitur 4. q. huius distinctionis: transeat ergo pro nunc; ergo aliquid mutatur; concedo saltem impropriè, & cum dicitur, non mutatur passum; nego, & dico, quòd effectus, uel passum mutatur; & cū dicitur benè sequitur, quia Deus dat esse &c. concedo; ergo Deus habet nouam habitudinem &c. nego hoc; nam. 35. d. primi, relatio effectus ad causam, est prior quam relatio causæ ad effectum; imo aliquando est relatio realis effectus ad causam, ubi nulla est relatio, saltem realis, causæ ad effectum. Ista sunt fundamenta Scoti exemplum. 35. d. primi unceturcausa A, uo cetur effectus B, tunc dicit Scotus, ad absolutum A, in causa naturaliter, sequitur esse absolutum B, io effectu, & effectus pro fundamento; & in Tertio instanti, ipsum B, refertur ad A, & sub ratione absoluti; & hæc est habitudo, uel dependentia B, ad A, tanquam dependentia essentialis effectus ad causam suam. Nam oportet quod illa absoluta sint prius, quam illa habitudo consurgat, ual sit inter illa; & so tertio instanti est illa habitudo; & si potest esse realis habitudo ex parte utrinsque, scilicet tam effectus, quàm causæ, de facto est tunc, quando illa absoluta sunt: si autem non possit esse relatio realis, ex parte causæ, tunc nulla est relatio causæ, ad effectum, & hoc uerum est de causa prima: nam Dei ad creaturam, nulla est relatio, realis ad minus, uel si qua est, illa est relatio rationis, & sic in illo instanti, in quo Deus dat esse ipsi producto absoluto, est relatio ipsius producti ad Deum producentem, & non è conuerso; saltem uniuersaliter. Sed si est, tantummō est in creaturis. In Diuinis autem non, nam Deus ad creaturam referri non potest relatio ne reali quod probabitur ibidem; & sic illa est falsa. Et cū probatur, quia cum causa dat esse, productum accipit esse; etiam dico, quòd ly, quia, capitur dupliciter. Vno modo ut dicit non nam realitatem, uel absolutam, nel respectiuam in causa ipsa; *Quia capitur dupliciter.* Altero modo capitur ut precisè dicit ordinem causari, uel pro ducti ad ipsam causam producentem; & hoc ordine naturæ. Primo modo dico quòd illa est falsa: nam sensus est, quod quia in causa causante aliquod effectum, ponitur aliqua realitas noua absoluta, illa causa dat esse: & productum per illam, recipit esse, & hoc est falsum; si secundo modo sumatur, sensus est, quòd causa secundum ordinem naturæ est prior, quàm effectus sit. Ideo effectus accipit esse ab illa causa; & non è conuerso; & hoc modo benè concedo hoc, & nihil mali sequitur contra me. Sed tantum dicit quòd absolutum in causa causante, idest uoluntas Diuina præcedit, secundum rationem nunc dictam; & illud productum accipit esse quod concedo. *Contra se obijcit.* Et si dicas, quòd non tantum absolutum aliquid nempe uoluntas Diuina, ut ratio principiandi, est ibidem. Sed etiam aliqua noua relatio est in illa uoluntate, etiam sumpta pro absoluto; & secundum illam habitudinem, dicatur esse mutatio, in de non habi tudine, ad nouam habitudinem. Scotus dicit, falsum esse, quòd *Soluit obiectum.* scilicet sit ibidem aliqua habitudo in causa prior ordine naturæ. Sed tantum est ibidem absolutum in causa, & in affectu, & prior est habitudo absoluti in effectu ad causam suam pro absoluto, quam è conuerso; imo nulla est in Deo habitudo, saltem nulla realis, & sic argumentum istud ex falsa imaginatione procedit. *Imaginatio uulgarium erronea.* Nam uulgares imaginantur, quòd nunquā Deus sit determinatus ad producendum animam, uel angelum, uel illud quod creat, nisi quando actualiter creat illa; & quod ūc actualiter determinatur ad illud ab aliqua noua entitate uel realitate absoluta, uel relatiua; & hoc est falsum. Nā sicut hac die. Deus determinatus est ad producendum illā animam, quā hodie creat; ita æquè benā fuit determinatus Deus, etiā æter naliter ad illam producendam. Sed non pro tunc, sed pro nunc quando actualiter producit eam. Et ponitur esse æternaliter determinatus ad illam producendum; quia semper Deus est determinatus omnino ex seipso; & nullo alio determināte, & sic argumentum hoc non cogit.

Secundum princ. deducitur. ¶ AD Secundum patet per idem &c.] Contra solutionem quæstionis arguit, ast, quomodo sequeretur mutatio in Deo, si Deus posset de nouo aliquid producere, uel creare; & solutum est. Nunc confirmatur illud argumentum, quasi eundem medio: & arguitur sic. Si Deus posset aliquid &c. sequeretur q Deus posset mutari, & de facto aliquando mutaretur consequens est falsum ex 8. d. primi. Ergo & antecedens. Consequentia probatur. Alio modo quam heri; & ideo est secundum argumentum principale; arguitur sic. Causa semper uniformiter determinata ad agendum, & producendum effectum, semper uniformiter agit. Sed terminus creationis non semper accipit esse; ergo illius causa non semper uniformiter agit, nec est determinata ad agendum. Sed in alio & alio tempora, magis & magis determinatur, ita mutatur, de non determinata, ad determinatam, & sic illa consequentia fuit bona. Maior illa, scilicet causa semper uniformiter determinata &c. Probatur secundum Scotum. Nam si causa esset semper uniformiter & eo dem modo determinata, & approximata, & eodem modo habens omnia necessaria ad agendum, uel esset causa, ul ratio, quare illa talis causa nunc producit, & prius non produce bat. Ista uidetur admittenda tanquam uera. Minor, scilicet effectus, & terminus creationis &c. Patet sic, nam aliquādo anima

ma mea oõ fuit, & nūc eſt; pariter lapis, & huiuſmodi; ergo cau ſa oõ ſe habebat ſemper uniformiter, & eodē mō determinata, & ita mutatur, quod eſt falſum in Deo; ergo &c. Reſpondent Scotiſtæ ad hoc argumentū; ſupponendo illā concluſionē ad longum probatā in primo articulo principali; φ ſcilicet ab eadem cā, omnino uniformiter &c. Secundū Scotus dat aliam concluſionē, φ cauſa, ſiue ſit naturalis, ſiue libera, æque determinata ad aliquem effectū pōt aliquando illum effectum producere, & aliquando non producere quantū eſt de ſe ēt ex parte cauſæ, ſemper erit æque determinata. Iſtud ſuppoſuit hic ſcilicet φ duplex eſt cā, una eſt naturalis: alia eſt libera; ſæpe dictum eſt quid ſit; mō probatur illa concluſio Scoti exēplis. Primo in naturalibus. Forma naturalis ſubſtantialis, eſt principiū multarum productiuū, & operationū, & ſemper determinata ad unū modū producendi neceſſario, cum ſit cauſa naturalis, tñ quandoque agit, & aliquando nō; & hoc prouenit ab aliquo impedimento extrinſeco. Et ſic ſemper ſtat, φ illa determinentur ad agendum, quantū eſt de ſe, & φ nō ſemper agat, ſi impediatur. Pari rōne dicendū eſt, φ ēt cauſa libera determinatur ad agendum; ad uelle, uel nulle, efficaciter nulibile, & ounc; & non cōtinuabit illud nelle, uel nolle. Volet audire miſſam die dominica, & continuabit uſque ad diē ſabbathi illud uelle: cum hoc ſtat, φ in die dominico non audiet miſſam, licet eſſet determinatus: illa determinatio, non arguit in cā illa neceſſariam actionem, quod patet quandocunque impeditur, nō eſt ſemper ſub actu. Nunc ex iſtis, ad materiam ſit dictū. Dicamus nunc ad formā, cum arguitur, &c. nego cōſequentiā &c. Et cum probatur, cā æquē determinata &c. nego hoc: & dico, φ quantumcunque determinetur ex ſe ad illū effectum, pōt tamen non producere, & non producere; & maxime ſi eſt cauſa libera, ut eſt in propoſito cauſa prima. ſ. Deus. Modo dico, φ illa uolitio eſt, qua ab æterno uoluit creaturā eſſe pro tali tempore, quo ponitur in eſſe uoluntate Diuina in eadem cōtinua ta, oō mutata, nūl illud eſſe, quādo actualiter ponitur in eſſe.

Reſp. Scotiſtarum ad ſecundum.

Ad formā reſpondet.

Et ſi dicatur, & eſt difficultas, quam tangit primum argumentum; utrum immutabiliter ſe habente cauſa, poſſit eſſe nouitas in effectu, ſecundum Theologos nun eſt dubium, ex dictis patet. Sed utrum ſecundum Philoſophos. Dico quod eſſet illis difficile, ſaluata, quòd ſtaute cauſa uniformiter & inuariata, poſſit eſſe nouitas in effectu. De hoc tamen ultima quæſtione quodlibeti, utrum Deus ad extra immediatè agat, quod Plato uidetur dicere; & quod nulla eſſet nouitas in effectu; & hoc ſervatis tribus conditionibus ſecundum Philoſophum. Prima conditio eſt iſta. Quòd primum agens agit neceſſario & immutabiliter; tunc nulla eſſet nouitas in effectu, ſecundum illū. Sed iſta conditio non ſufficit, quam nos benè ponimus immutabilitatem in Deo, tamen non ſequitur quòd effectus non ſit a Deo immediatè nouus; & ideo eſt ſecunda conditio, ſecūdum Philoſophū. Quòd ſi Deus agat immutabiliter & neceſſario, nullus erit effectus ab eo immediatè nonus alterius rationis; ſic debet intelligi, aliter Philoſophus contradiceret ſibipſi. Nam Philoſophus benè dicit, quòd partes motus cœli ſunt noue, tamē illæ ſunt eiuſdem rationis cum ipſo toto motu. Ideo iſtud etiam non ſufficit. nam uidimus multos effectus nonos eſſe, & alterius rationis: & ideo oportet addere tertiam cōditionem & ſic dicere: Ab eodem agente, uniformiter, & inuariabiliter ſe habente; non poteſt eſſe aliquis effectus nouus eiuſdem rationis, & hoc nō facta uariatione, uel mutatione illa in cao ſis actiuis, & paſſiuis concauſantibus immediatè illi cauſæ primæ; tunc. ſ. ſi nulla fiat uarietas in illis, nunquam erit effectus nouus, neque eiuſdē, neque alterius rōnis ſecundum Philoſophū. Nouitas ergo effectus, ſecundum Philoſophum, procedit a cauſis ſecūdis, quas ille neceſſario poſuit coagere cum cauſa prima; tamen ſecundum ipſum Philoſophum, prima cā inuariabiliter ſe habēte, poteſt eſſe nouitas in effectu: & ſic illa propoſitio non eſſet uniuerſaliter uera, & ſic ſolutum eſt argumētum ſecundum.

Mouet difficultatem.

Vtrum ab immutabili cauſa ſit nouitas in eſſe ſiue ſecundū Philoſophos.

Nouitas effectus ſecū dum Philoſophum eſt a cauſis ſecundis.

Tertiò principaliter arguitur, & probatur φ illa ſit uera. Nam ſecundo de generatione: Idem inquantum, idem, ſemper natū eſt facere idem: mō Deus eſt idē agens; ergo ſemper faciet eundē effectum; & eundem effectū ſemper producet; & ſic creatura eſſet ab æterno: nam ſp eſt idem agens omnino quod tunc, & ſic multa falſa ſequerentur &c. Reſpōdet Scot. ad illam propoſitionē ſecūdi de generatione, breuiter, φ ipſa intelligitur in agentibus naturalibus: & non in cauſis liberis: Vt de ignis, ſemper eodem mō agit. ſ. naturaliter, ſiue calefaciat aquam; ſiue aliquid aliud. Sed in cauſis liberis, ſicut eſt Diuina uoluntas, nō eſt uniuerſaliter uerū; non. n. ſemper facit idem, patet bene. nam uoluntas pōt uelle obiecta contraria & diſparata ētiā ex libertate ſua. Mō Deus ad extra libere agit, & ono actu uniendo, & potuit producere, & non producere, eo modo quo ſibi placet, & oēs ſimiles authoritates hoc modo ſoluuntur, & ſic argumentum non cogit.

Tertiū principale dedu citur.

Reſp. ad tertium princ. Propō Philoſophi. Idē manens idē &c. Vbi uera ſit &c. ubi non.

Qvarto principaliter arguit Scotus, quod Deus non poſſit aliquid creare. Iſtud non eſt ponendum, cuius nulla pōt aſſignari ratio, uel cauſa. Sed negando mutationem in Deo, non poteſt aſſignari ratio, uel cauſa. ſ. quare Deus nūc creat & ante nō creabat; ergo non eſt rationabile dicere, φ Deus poſſit creare, niſi ponatur mutatio in ipſo Deo. quod nos Theologi maxime uitamus. Maior uidetur nota, nam quod ſine rōne dicitur tanquā fatuū ab omnibus contēnitur, &c. Minor probatur. nam ſi Deus ſp manet conformiter, & nō mutatur, quare magis dicis, ipſum nunc creare, & ante non: Dices forte, φ nulla eſt alia cā; niſi quia eſt agens liberū; & φ agit quādo illi placet, & quando ēt non placet non agit, ò, dicit: hoc non ualet; nam ego quæram, quare magis placet illi nunc agere, & prius non placebat ſibi; nā arguitur ſic, agens uoluntarium nō agit nunc magis, quàm alias, niſi quia nunc uidet maiorem opportunitatem agendi, quàm prius haberet; ergo illud tunc mutabitur, ad minus de nou habēte opportunitatē ad habēs opportunitatē; & ſic ſemper oportet ponere mutatiōnē in Deo: uel dicere, φ non poteſt aliquid de nouo creare; quorum utrumque eſt falſum. Et argumentum eſt contra te, ratio eſt bona, uel replica.

4 princ. deducitur.

Reſpondet Scotus ad hoc argumentum, ſicut reſpondet Philoſophus. 4. Metaphyſic cap. 8. quod indiſciplinati eſt, omnium quærere cauſam. Nam quærere cauſam, ubi nulla eſt, fatuum eſt, & quærere uoluntatē; eſſet. n. proceſſus in infinitum ſi principiorum neceſſariorum quæratur cauſa, uel ratio. Et ideo ſemper eſt ſtatus ad aliquam immediatam, cuius nulla eſt cauſa; uel rō, hoc dictum eſt in materia de ſubiecto Theologiæ; cum dico: uoluntas diuina uult, φ illa eſt immediata, & ultima, inter contingentes; & illius quærere aliam tōnem, eſt fatuū. Quę tere quare Deus uoluit, quod ego eſſem indiuiduū hominis; & non aſini, nulla eſt cā, uel rō, niſi quia ſibi hoc placuit. Ad argumentū ergo dico φ nulla dabitur alia cā, niſi quia eſt agens liberum. Et ſi ultra quæras; dico φ nulla eſt cauſa. Sed pro replica, dico φ duplex eſt libertas. Quædam eſt libertas habēs perfectionem ex ſuo uolibili. Alia eſt nullam habens perfectionem ex ſuo uolibili, exemplum primę, eſt illa libertas, uel uoluntas, quæ perficitur ab obiecto uolito, ſi ponatur in eſſe; unde multi uellent eſſe epiſcopi, & ſi ponerentur in eſſe, uoluntas illorum benè perficeretur ab illo uolibili. Aliquādo nullam perfectionem expectat ab obiecto uolito, ut uoluntas Diuina; ſecūdum illud: Bonorum meorum non indiges. Non creauit nos Deus, ut perficeretur nobis creaturis. Dico nunc primo, φ uoluntas expectans perfici a ſuo uolibili; ideo agit nunc potius quàm alias, quia expectat opportunitatem agendi. Ille qui uadit ad Regem, ad aliquid impetrandum, non quacunque hora ſe præſentat Regi, ſed quærit tempus, quo Rex gaudeat, & nō quando Rex eſt indignatus. Etiam agens quod perficitur in uolito, uidet illud magis opportunum uno tempore, quàm alio; & ſic tunc agit, &c. Secūdo dico de uoluntate non expectante perfici ab ipſo uolito, non magis agit nunc, quàm aliar, quia nunc hēt maiorem opportunitatē ad effectū illum producendum, quàm alias. Nam ſemper Diuina uoluntas hēt æqualē opportunitatem; & ſic illud dictū, non intelligitur de uoluntate Diuina, ſed de uoluntate creata, & tunc concluſio eſt falſa, ergo nulla eſt danda rō, nec quærenda, quare Deus uult creare hodie, & heri non, niſi quia ſibi placet hodie creare, & heri nō placebat; &c. & ſic patet, quomodo Deus poteſt aliquid de nihilo producere, ut ly, de, dicit ordinem durationis, & eſt reſolutio ad iſtam ſecundam quæſtionem.

Sco. reſp. ad 4. princ.

Diuina uoluntas nulla eſt primalis contingentium cauſa ab eſſe ratio.

Libertas duplex.

¶Tertiò quæritur, utrū poſſibile ſit &c.] Tertio principaliter quæritur una quæſtio problematica apud doctores Theologos, & Philoſophos. Vtrū Deus poſſit aliqd producere ſine principio. Et Deus capitur tā notionaliter, quā eſſentialiter, utrū. ſ. pater, ſecluſo filio, & Spiritu ſancto, ρ impoſſibile, poſſit creata animā Antichriſti, ſiue principio, & c. Etiā Deus capitur eſſentialiter; utrum Deus trinus & unus poſſit creare animam &c. & eſt idem iudicium. Poſſibile capitur, ut opponitur impoſſibili: utrum hoc ſit poſſibile. ſ. φ nulla ſequatur contradictio, ad poſitionem iſtius, quod Deus ſine principio producere poſſit aliqd aliud a ſe; nā duplex eſt productio. ſ. ad intra, uel in ſe. Alia eſt ad extra, ut ad aliqd aliud a ſe. Exemplū primi, ut productio alicuius realiter diſtincti ab ipſo producente, eſſentialiter tñ & idē cō illo: ut productio filii; uel Spiritus ſancti in Diuinis. Et ideo dicitur productio in Diuinis ad intra, uel in ſe; qa eſt in unitate naturæ. Exēplū ſecūdi, ut productio

De potentia creandi ab æterno, an ſit in Deo. Quo ſumatur Deus in qōne. Poſſibile du pliciter.

ctio ad extra, quæ est productio alicuius realiter & essentialiter distincti a Deo: & ideo dicitur productio ad aliud a se. Vtrũ ergo Deus possit aliquid aliud a se realiter & essentialiter distinctum producere sine principio. Vnde aliquid produci sine principio potest intelligi dupliciter. Vno modo sine principio absolutè. Alio modo sine principio durationis. Primo modo, ꝙ scilicet nullum principium requiratur ad productionem illius. Et isto modo non quęrit quæstio. Secundo modo potest intelligi sine principio durationis. Et illud põt produci sine principio durationis, cuius suum non esse, non præcessit duratione eiusmodi esse ly, præcesserit natura, ut si Deus ab æterno produxisset hominem, ille fuisset productus sine principio durationis, nam semper habuisset esse; & non esse suum, nũquam fuisset prius duratione quàm eius esse. Sed benè natura. Modo sensus quæstionis est, Vtrũ Deus ab æterno potuit producere aliquid realiter, & essentialiter distinctum a seipso, ut ly ab æterno, capitur aduerbialiter, ut tantum ualet, sicut æternaliter, & non capitur nominaliter: nam sensus esset, utrum aliquid possit produci ab aliquo, quod est æternum. s. a Deo, & hoc est uerum; & sic nulla est quæstio de hoc: quia omnia producuntur ab ęterno isto modo. Capitur ergo aduerbialiter ly, ab æterno, & exponitur sic. Adam fuit ab æterno idest ante omnẽ tempus; & nullum est tempus finitum, in quo Adam non fuerit: & sic patet titulus quæstionis. Argumenta. n. tam ante oppositum, quàm post soluuntur, nam quæstio est quædam disputatio.

Aliquid produci sine principio dupliciter põt intelligi.

Sensus tituli quæst.

In ista quæstione sunt tres opiniones, licet hic non recitẽtur nisi duæ: Vna opinio est, ꝙ mundus potuit esse ab ęterno, productus, & ꝙ de facto est productus ab æterno. Alia opinio est, ꝙ mundus potuit produci ab æterno, licet de facto nõ fuerit productus ab æterno. Tertia opinio est, ꝙ mundus nec de facto, nec de possibili potuit esse ab æterno. Primus modus dicẽdi secundum Varillani est ipsius Auerrois Commentatoris Philosophi non autem est ipsius Philosophi Aristotelis, & de hoc modo dicendi Scotus nihil dicit hic, dicemus tamẽ aliqualiter. Secundus modus dicendi est multorum Theologorum, maximè B. Thomæ, cui uidetur Scotus magis fauere; nã sunt multæ authoritates B. Aug. quod mundus potuit esse ab æterno, licet nõ fuerit de facto. Et primo inducitur modus istę dicẽdi B. Thomę, cum suis rationibus, & probationibus, quas soluemus: nam istud est unum problema in uia Scoti. Tertius modus dicendi est ipsius Henrici de Gandauo; ꝙ scilicet non fuit possibile mundum fuisse ab æterno, sicut de facto non fuit ab æterno. Sed incepit esse. Quòd tamẽ nõ fuit possibile, quod fuisset ab æterno, probabit ille; & soluemus rationes suas, quãuis Scotus remaneret hic problematicus; utraque. n. opinio est Scoto probabilis.

Argumẽta soluuntur. 3. opinio.

Auer. sensit mundum fuisse productum ab æterno.

Est ergo primus modus dicendi B. Thomæ; cuius conclusio est. Mũdus potuit esse ab ęterno; & probat hoc primò sic. Illud est possibile, cuius oppositum nõ potest demonstrari. Sed oppositum istius. s. mũdũ potuisse esse ab æterno, nõ põt demonstrari; ergo istud est possibile. s. mundũ fuisse ab ęterno. Possibile est, sortem esse, nã eius non esse, non põt demonstrari: & sicut oppositum in opposito, ita propositum in proposito. Minor probatur. s. ꝙ istud non possit demonstrari. Mũdus nõ potuit &c. nam si illud posset demonstrari, uel hoc esset per medium intrinsecum; uel per mediũ extrinsecum. Sed nec sic, nec sic, idest non per medium intrinsecum; nec sic idest nõ per medium extrinsecum potest demonstrari; ergo non est demõstrabile. Quòd non posset demonstrari per medium extrinsecum, patet; nam illud medium extrinsecum, maximè esset uoluntas Diuina; sed hoc non, idest uoluntas Diuina non põt esse medium extrinsecum, quo possit demonstrari. Mundũ non potuisse produci ab æterno. Minor probatur, nam nulla est ratio; quare uoluntas Diuina unum uoluerit nunc, & aliud, uoluerit æternaliter, uel ab æterno: nam nulla est rõ immediata. Nec põt demonstrari per medium intrinsecum; nam illud maximè esset essentia, & quodquod est ipsius mundi, uel rei, quæ ab æterno non põt produci; sed hoc non est possibile ꝙ sit medium. s. essentia rei, hoc probatur, quia essentia producibilis, abstrahit ab hic, & nũc, & ab oĩbus conditionibus materialibus; ergo illa non potuisset esse mediũ per quod probari possit creaturam non posse produci ab æterno, ergo possibile est mũdum fuisse ab æterno. Argumentũ est satis bonum. Confirmatur tamen ista ratio a B. Thoma sic; Quòd scilicet oppositum huius, mundus potuit esse &c. scilicet mundus non potuit esse ab æterno non possit demonstrari, quia hoc est articulus fidei, scilicet mundum, & omnia quæ in ipso sunt, non fuisse ab æterno, sed incepisse esse, & ex tempore facta fuisse. Nam dicimus, credo in Deum patrem omnipotentem; creatorem cęli, & terræ, & si demonstraretur ista, mundus non potuit esse ab æterno, tunc demonstraretur etiam, ꝙ Deus in tempore, produxit cælum & terram & sic probaretur articulus fidei; quod est falsum. Quia tunc illæ rationes probantes istum articulum, non ualerent fidelibus; quia euacuarent meritum fidei: quia fides non habet meritum &c. Nec etiam illæ rationes essent utiles ipsis infidelibus; nam deriderent, ꝙ nos crederemus illud, de quo habemus demonstrationem, & rationem demonstratiuã; ergo non est aliquando demonstrabile. Mundum non potuisse ab æterno produci, uel aliquod aliud ab ipso Deo; & ideo oppositum illius, scilicet mundum potuisse esse ab æterno, probabiliter potest teneri &c.

Opi. Thom.

1. rõ D. Th.

Probatio.

¶TENENTES istam positionem &c.] Respondet Scotus ad rõnes D. Thomæ pro Henrico, ibi tenentes istã positionem potissimæ &c. Scotus secundum mentem Henrici soluit hanc rationem, & cæteras alias. Nam Henricus tenet oppositum, ꝙ nullum successiuũ, nec mundus, potuit esse ab æterno: imo hoc demonstrabit ille suo modo. Argumentum ergo est contra illum, de directo; & ideo ipse dicit ad argumentum D. Thomæ, supponendo illud fundamentum datum in quæstione præcedenti; quod. s. Deus nõ potest aliquid producere, nisi quod est possibile ex se, nam Deus nihil uult, nisi illud sit uolibile: unde dictum est, & ille dicit, quòd Deus non potest aliquid producere nisi illud habeat esse possibile, & non aliter, etiam dicit eodem modo, de uelle Dei ꝙ ratio, quare Deus uult hoc, non est ex parte ipsius obiecti. Secundo dicit Henricus, quòd naturaliter non potest sciri an uoluntas Diuina sit, respectu huius determinate; quia nulla est causa, nec ratio; benè tamẽ est ratio, quare uoluntas Diuina uult hoc, s. aualium ratio est, quia illud est unum obiectum uolibile, sed quare uult illud tali tempore esse, uel tali, de hoc nulla est causa naturaliter nota respõsiua ad illud. Modo ad argumentum, cùm arguitur sic. Illud nõ est negãdum &c. transeat ista maior; sed oppositum huius &c. nego istam; & cum probatur inquisitiuè, quia uel hoc esset per medium &c. dico quod per medium intrinsecum. Contra, nõ per quod quid est mundi uel creaturæ; concedo, sed benè per esse ipsiusmet creaturæ, demonstratur ꝙ ipsa potuit tantum esse in tempore, & non ab æterno.

Resp. Sco. ad primum arg. D. Tho.

Concl. Hen.

Ad arg.

Scotus tamẽ dicit, quod ista solutio, non multum ualet; nam quæro, quomodo per esse creaturę demonstrabis illam non potuisse esse ab æterno? quo modocunque arguas demonstrando, nunquam eris demõstratio. Nam semper argumentum peccabit, uel in materia, uel in forma, probatur tamen, & arguitur sic, omne quod habet existentiam incipit esse: sed mundus uel lapis, habet existentiam; ergo mundus incipit esse, & hoc modo per esse creaturæ, tanquam per medium ad hoc demonstrandum, potest syllogizari. Verum illud argumentum peccat, uel in materia, uel in forma; & probatur ꝙ in forma. Nam est fallatia consequentis; quia infertur esse de omni existente; cum enim dicit, omne quod incipit esse, existit: ista benè est uera, de illo quod nunc incipit esse ab exposita, ad exponentem, tamen non omne quod existit, incipit esse, patet de illis, quæ existunt in Diuinis. Modo in illa uniuersali, scilicet ꝙ omne habens existentiam, incipit esse, est fallatia consequentis. Deinde Argumentum peccat in materia. Nam dicis, quòd est demonstratio. Contra omnis demõstratio, debet esse ex necessariis; modo minor illius syllogismi est merè contingens quod. s. creatura habeat esse, est unũ merè contingens; & sic illa ratio Henrici nullo modo erit demonstratio; sicut ille imaginatur.

Reycit Sco. solutionem Henr.

Et ideo Scotus pro Henrico, aliter soluit argumentum istud D. Thomæ, & hoc dupliciter, primo per unam distinctionem talem. s. ꝙ per existentiã creaturæ, posset demonstrari illam non posse esse ab ęterno, potest intelligi dupliciter. Vno mõ per existentiam creaturę sumptã, cum conditionibus talis existentiæ. Alio modo per existẽtiam creaturæ sumptam cum conditionibus repugnantibus illi existentiæ. Exemplum primi, supponendo, quod duplices sunt cõditiones existentiæ. Quædam sunt consequentes esse illius, uel illam; ut esse finitum, esse limitatum &c. huiusmodi consequũtur existentiam creaturæ, posse designare rem creatam esse in hoc tempore; in hoc loco. Alia sunt conditiones repugnantes illi, scilicet summa bonitas, summa infinitas, summa actualitas &c. & iste conditiones conueniunt Deo, & repugnant creaturæ. Modo si sumatur existentia creaturæ cum illis conditionibus, conuenientibus illi, scilicet cum hoc, & hoc tempore; hoc modo nunquam per existentiam creaturæ, cum illis conditionibus in illo supposito, demonstrabit Henricus creaturam non potuisse esse ab æterno. Secundo modo benè concedo, quòd cum illis conditionibus repugnantibus creaturæ, & existentiæ eius; benè demonstrabitur illam non potuisse esse ab æterno, ut arguatur sic; probando quòd asinus est animal irratio-

Sco. pro Henrico soluit argu. dupliciter.

Conditiones existentiæ sunt in duplici differentia.

Primum distinctum Sco.

2. dist.

tionale; asinus est animal, cui repugnat rationale: ergo asinus est animal irrationale, bene sequitur, & efficacissime demonstratur etiam de homine, quod est rationalis, sic: homo est animal, cui repugnat esse irrationale; ergo homo est animal rationale. &c. nam per differentiam repugnantem illi, tanquam per medium, demonstramus illam conditionem convenientem illi; & bene arguitur, & Henricus isto modo arguit: lapis est tale ens, cui repugnat sempiternitas, vel infinitas, & huiusmodi: ergo lapis incepit esse. tunc ex existentia illius, quia est, & cum illis conditionibus illi repugnantibus, bene probatus esse, vel incipere esse, de ipso, cotra D. Thomam. & istud est medium intrinsecum idest esse creaturæ, cum illis conditionibus repugnantibus; & ita istud argumentum non concludit. & hæc est prima solutio. Secundo soluit illam rationem, ad formam, cum arguitur sic, illud est possibile &c. nego istam, & dico quod ista est falsa, ut dicit Scotus, & dat instantiam. Nam prima principia sunt necessaria, tamen opposita primorum principiorum sunt primo impossibilia; & sicut ipsis primis principiis nihil est verius; etiam oppositis ipsorum, nihil est falsius. Modo existo medio scilicet illud est possibile cuius oppositum &c. arguendo, subsumo pro minori, sed opposita primorum principiorum non possunt demonstrari, ut patet; ergo prima principia sunt impossibilia. Conclusio est falsa; ergo aliqua præmissarum: nõ minor; ergo maior, quæ est tua, ergo est falsa, nisi limitetur hoc modo, scilicet illud est possibile, cuius oppositum non est necessarium; isto modo limitando illam, maior est vera. Sed tunc minor est falsa, scilicet quod illius oppositum, scilicet istud; creatura non potuit produci &c. Nam ista est necessaria negativa; quia creaturæ repugnat formaliter, produci ab æterno, ideo Henricus diceret illam necessariam. & ita patet, quomodo illa ratio D. Thomæ est probabilis, & non necessaria. Coofirmabat tamen D. Thomas illam rationem, qua probabatur, quod mundus potuit esse ab æterno, & ex ratione possibilitatis. Nam oppositum illius &c. quæ ratio fuit soluta, cum ostensum sit modo per medium intrinsecum, scilicet per existentiam creaturæ, cum aliquo addito, &c. Confirmatur tamen ista ratio, quod tunc euacuaretur fides &c. & quod ratio non esset utilis fidelibus, nec etiam infidelibus, qui nos deriderent &c. Respondet Scot. ad hoc ponendo unam propositionem, quam deducis tam apud fideles, quam apud infideles, ex qua patet solutio ad argumentum; Propositio est ista; Non est periculosum, si quæ rationes possunt adduci ad illa, quæ credimus, illos adducere, patet bene. Nam si esset ratio ad unitatem Dei, non est periculosum illas adducere, nec apud fidelem, nec apud infidelem; ergo bene adduci possunt. Quod non sit periculosum, propter fideles; probatur sic. nam sancti Doctores inquirentes rationes eorum quæ credimus, non propter hoc intendebant destruere, vel euacuare meritum fidei; sed magis augebant illud: sed multi Doctores sancti, sicut D. Aug. Ambrosius, Hylarius, adduxerunt rationes probabiles, ad probandos articulos fidei: ergo illud non est periculosum fidelibus. patet etiam per illud Isaiæ. cap. 7. Nisi credideritis, non intelligetis; licet alia translatio habeat; non permanebitis: ergo intelligere, sequitur veritatem Dei, & credulitatem illius; ergo credentes inquirimus, & expedit Doctori plura inquirere de illis, & hoc rationibus probabilibus; verum est tamen, quod possumus distinguere, quod rationes adductas ad probandum illa quæ sunt fidei, possunt destruere meritum fidei, potest intelligi dupliciter; Vno modo de rationibus probabilibus, quod si tales adducantur ad ea quæ creduntur, illæ destruerent meritum fidei; & hoc modo non est verum, imo illæ magis corroborant. Alio modo quod si rationes demonstratiuæ adducerentur, quod destruant meritum fidei, & hoc modo bene concedo: quia scientia non stat cum fide, sumendo scientiam & fidem pro actibus scientiæ & fidei respectu eiusdem obiecti. & sic loquendo de rationibus probabilibus, nullum est periculum illas adducere ad ea, quæ fidei sunt, ipsis fidelibus. Nec etiam apud infideles. Vnde adducere rationes ad illa quæ credimus, potest esse dupliciter: Vno modo adducere illas rationes, ad probandum illa quæ credimus esse facta. Alio modo ad probandum illa quæ credimus esse possibilia fieri, & illis non repugnare esse. Primo modo; scilicet quod probemus verbum carnem factam esse, Spiritum sanctum descendisse in Apostolos, in die Pentecostes, in linguis igneis, &c. Secundo modo quod probemus illa possibilia fuisse fieri, nempe quod possibile fuit verbum Diuinũ assumere naturam humanã in unitate &c. Modo dico quod si probaremus illa esse facta, bene euacuaretur fides: nec oporteret illa credere; & rationes necessariæ etiam nõ sunt ad illa: patet, quia illa fuot merè contingentia: & possunt non esse. Secundo modo dico quod bene possumus illa probare, & declarare, potuisse fieri. & illæ propositiones formatæ de possibili, sunt necessariæ; ubi tamen illæ de inesse, erant merè contingentes; & sic isto modo adduceremus nos rationes probabiles, ad probandum quod non credimus impossibilia simpliciter; & hoc bene prodest etiã ad confundendum infideles, & adducendum illos ad fidem nostrã. Et sic tales rationes non sont ad derisionem apud infideles.

Si autem adducerentur sophismata, & rationes sophisticæ; bene exponeretur fides derisioni. Nam illi faciliter soluerent illas per fallacias; & ita eueniet, si quis doceret Geometriam sophisticis rationibus; ego enim tunc crederem me aliquid scire, ubi nihil scirem. Et Scotus dicit unum bonum verum, quod melius est, quod ego ignorem Geometriam, quàm quòd ego opinarer me aliquid scire in illa, cum nihil scirem: nam quando fieret argumentum, manerem stupidus. Et sic probabiliter Doctores sancti probauerunt credibilia esse possibilia fieri; & iden coofirmatio D. Thomæ non valet.

Consequenter est tertium argumentum B. Thomæ. ad probandum, quòd Deus potuit esse ab æterno & sine principio &c. Et arguitur sic, supponendo illud dictum B. Augu. 6. d. Trin. cap. 1. Si ignis esset ab æterno, splendor ab eo genitus esset sibi coæternus; & ignis habet splendorem pro effectu suo, quo illuminat, & calefacit: & si ignis esset ab æterno, etiam splendor &c. modo arguitur, benè sequitur secundum D. Augustinum; ignis est æternus; ergo splendor eius. Etiam in Diuinis benè sequitur, patet in Diuinis pater est æternus; ergo filius in Diuinis est coæternus; & isto modo arguit D. Augustinus contra Arrium hæreticum, negantem patrem in Diuinis genuisse filium coæternum, coæqualem, & consubstantialem sibi: & arguit sic contra illum: Si ignis &c. & si illa consequentia est bona, etiam ista consequentia est bona & naturalis: quia est à causa naturaliter agente ad effectum naturalem coæuum, Et tenet consequentia; nam causa naturalis perfecta, non impedita, necessario ponit effectum suum in esse; modo si ignis esset ab æterno, illa non minus esset causa naturalis; & necessario egisset, & sic fuisset splendor illius ab æterno. Hoc eodem modo dicendum est, de patre, & filio, in Diuinis: nam pater est producens filium naturaliter. Hoc modo arguendi usus est B. Augustinus. Hoc supposito, arguit B. Thomas, quòd mundus potuit esse &c. & arguit sic: Causa naturalis pfecta nõ impedita, si esset æterna, produceret effectũ illi coæternũ; ergo causa volunt aria perfecta, potuit & effectum sibi coæuũ producere: & sic Deus potuit mundum ab æterno producere. Argumentũ hēt bonam vim, illo supposito stante; antecedens patet ex illo modo arguẽdi B. Augustini: nam aliter argumentum illius nõ valeret contra Arrium. Cõsequentia nunc probatur. Nã quicquid põt causa agens naturalis, & illud põt causa agens voluntaria, maximè si est perfecta. nam si non esset causa perfecta, nõ esset verum, quod posset quicquid cã naturalis, sed Deus est causa volũtaria, & perfecta, nullus catholicus dubitat; ergo potuit mondum, vel alium effectum ab æterno producere, & sic patet illa ratio. Et si dicatur, quod consequentia non valet. nam causa naturalis agit necessario; & causa libera non agit necessario, sed liberè; modo arguitur à causa naturaliter agēre, ad causam liberam; ideo non valet consequentia. Scotus excludit illam instantiam: quia nulla est differentia inter causam naturaliter agentem, & causam liberam in proposito, per hoc quod agens voluntariè agat contingenter. Ad istam rationem datur una euasio, quæ ponitur in fine duarum cõfirmationum ad istam rationem, & rationis euasio, est una distinctio ad authoritatem B. Augustini, quod duplex est splendor ignis, quidam est immanēs, alius est transiens. Primus est consubstantialis igni, & nunquã producitur ignis nisi etiam splendor ille inexistens igni, producatur cũ ipso. Alius est splendor ignis transiens, quo, s. ignis illuminat mediũ; & iste splendor non generatur cũ ipso igne, Modo cum arguitur, secundum B. Augustinum, si ignis &c. dico, quod intelligit de splendore primo modo, scilicet inexistente, vel immanente illi, non autem de splendore transeunte. Patet, nam ille splendor inexisteos, est illis consubstantialis. Sed diceret B. Thomas, quòd ista euasio nõ est de mente beati Augustini. nam Augustinus dicit, splendor ab eo genitus; modo inter generans, & genitum, est distinctio realis, ergo non loquitur de illo splendore immanente; nã ille non producitor ab igne, sed a producente ignẽ; ergo loquitur de splẽdore trãseunte: ille, n. distinguitur realiter, ab ipso igne. probator etiam, nã

Secunda solutio eiusdẽ arg.

Limitatio.

Confirmatio Henr.

Soluit Sco. confirmatio nẽ D. Tho.

Licet probare quæ sunt fidei rõnib. probabilib.

Dupliciter pñs intelligi rõnes destruere meritum fidei.

Adducere rõnes ad ea quæ fidei sunt, ipsis fidelibus & infidelibus. Sed hoc contingit dupliciter.

Tertia rõ D. Tho. ad suam concl.

Instatur cõtra rationẽ.

Soluit Sco. instantiam

Euasio ad rõnem.

Splendor ignis duplex secundum aliquos.

Ad rõnem respondens.

Reprobatio euasionis.

Augustinus super Ioan.26.Homilia dicit, quòd si uirgultum æternaliter fuisset in aqua, etiam umbra illius in aqua fuisset æternaliter; & tamen uirgultum produxisset illam umbram, uel imaginem, suuplius ad extra, realiter distinctum ab ipso: hoc eodem modo loquitur D.Augustinus, de splendore ignis, realiter distincto ab ipso igne, & transeunte ad extra. Et ita illa euasio non ualet, sed rem remanet in sua apparentia.

Resp. Scot. ad 3. argu. D. Tho.

Regula Sc.

Respondet Scotus, pro Henrico ad hoc argumentum; sumendo unam regulam, per quam benè soluitur argumentum. Regula est ista, Quandocunque arguitur per bonam consequentiam, & plures sunt rationes bonitatis talis consequentiæ, si remouetur una ratio bonitatis ipsius consequentiæ, alia ratione bonitatis ipsius consequentiæ remanente, adhuc illa consequentia est bona, uirtute illius causæ, quæ remanet. Exemplum: homo currit; ergo animal currit, est bona consequentia, quæ ualet per duos locos dialecticos; primo per locum a specie ad genus affirmatiuè, nam semper est bona consequentia; homo currit; ergo animal currit. Alia ratione tenet illa consequentia, a parte subiectiua, ad suum totum: nam constructiuè, uel affirmatiuè, semper ualet consequentia: homo est pars subiectiua ipsius animalis: & ideo benè sequitur, homo currit; ergo animal currit. modo ponatur per casum, quod homo non esset pars subiectiua animalis, dato tamen quòd esset species animalis; adhuc illa consequentia esset bona, homo currit; ergo animal currit, uirtute illius loci Dialectici, a specie ad genus. regula est bona. Ita est in proposito, ignis est æternus; ergo splendor ab eo genitus, est æternus, est una consequentia, quæ habet duas rationes ueritatis. Vnde notandum, quòd alius est locus arguendi, a causa ad effectum suum; & aliud est arguere per locum a producente ad productum; isti loci differunt, sicut magis, & minus ratione consequentiæ. Nam non omne productum est effectus, sed benè è conuerso, omnis effectus est productus; causa & effectus, inferunt producens, & productum; & non è conuerso. Illa ergo consequentia tenet per istos locos; primo per locum a causa ad causatum; nam ignis est causa naturalis ipsius splendoris: modo per positionem causæ naturalis, non impeditæ, ad suum effectum, consequentia est bona. Secundo tenet illa consequentia per locum a producente ad productum; unde sequitur, producens est æternum; ergo productum est æternum. Modo ignis est producens splendorem, & iste locus est magis uniuersalis, ad probandum illam consequentiam esse bonam; & secundus locus est minus uniuersalis, & sic illud argumentum non ualet ad propositum D.Thomæ, licet benè ad propositum B. Augustini. Nam arguit D.Augustinus a producente æterno, ad productum coæternum; & tenet consequentia illius, argumenti per habitudinem producentis, ad productum; & nullo modo tenet per locum a causa, ad causatum. Nam pater nullo modo est causa filii in Diuinis. Sed ad propositum arguitur, supponendo unum impossibile secundum me, dicit Henricus; & est quòd mundus potuit esse ab æterno: hoc tamen impossibili dato, benè ualet consequentia; & non ualet aliter, quàm ex illo impossibili: ut benè sequitur, si homo est asinus, ipse est rudibilis: tamen hoc est impossibile, quòd homo sit asinus. Et ideo non dicimus nos, quòd ad impossibile sequatur quodlibet; sed tantum sequitur illud, quod per bonam consequentiam deducitur, ex illo impossibili concesso: Non enim sequitur, tu es asinus, ergo conclusio falsa, licet benè sequatur, ergo tu habes longas aures. Etiam illud benè ualet, si ignis esset ab æterno; ergo etiam splendor &c. ex hoc solo, quòd daretur, quo ignis esset æternus: sicut pater in Diuinis, dabatur B. Augustino. & sic nihil sequitur.

Notatur differentia inter locum a causa ad effectum, & locum a productione et producto.

Prima confirmatio D. Tho.

Confirmat tamen B.Thomas suam rationem dupliciter; & arguitur sic primo: Nulla conditio perfectionis reperitur in secunda causa, quacunque positione facta, quæ non possit poni in prima causa, ut causa est; sed perfectionis est in aliqua causa secunda, quòd possit habere effectum illi coæuum; ergo hoc ponendum est in prima causa. & sic illud est possibile, quòd mundus potuit esse ab æterno. Vnde maxima perfectio esset in homine, quod immediatè, quando est, posset producere sibi simile. In causa ergo prima, non est neganda illa perfectio. ergo Deus potuit mundum producere ab æterno.

Resp. Scoti pro Hen ad primam confirmationē.

Respondet Scotus pro Henrico ad argumentum. Cum arguitur, Nulla perfectio &c. concedo istam; nam nulla est perfectio in causa creata, quæ eminentiori modo non contineatur in causa prima. Ad minorem, nego illam, & dico quòd nulla perfectio est in causa secunda, quòd ipsa habeat effectum sibi coæuum. Probatur, nam dicit Henricus, quòd ille effectus esset necessarius; & est fundamentum illius. Patet tamen, quia nulla causa secunda potest habere effectum necessarium simpliciter; ergo illa confirmatio non ualet, nisi per positionem illius impossibilis, scilicet quòd ignis esset ab æterno; quod tamen ego non admitto; imo breuiter dico quòd implicat, quia diceremus creaturam non esse creatam; quia esset necessaria simpliciter, quod tamen est absurdum.

2. Confirmatio D. Tho.

SECVNDÒ confirmat B.Thomas suam rationem tertiam, probando, quòd Deus potuit mundum ab æterno producere, sic: Si Deus esset causa naturaliter agens ad extra, de facto mundus fuisset ab æterno; ergo etiam nunc, quamuis Deus liberè agat, potuit mundus esse ab æterno: antecedens patet; nam causa naturalis non impedita, non posset non causare; & maximè prima, quia est perfectissima: nam causasset simul, & necessario. modo ergo etiam & nunc probatur hæc consequentia. Nam modus causandi diuersus, non uariat rationem formalem causati, uel effectus, secundum D.Ambrosium. secundum quam conclusionem probat ille Doctor, quòd Christus fuit homo eiusdem speciei nobiscum. nam disparitas ortus, non uariat speciem. Ergo si Deus fuisset agens naturaliter, mundus fuisset ab æterno. ergo etiam nunc quamuis liberè agat: Nam liberè causare, uel naturaliter, sunt modi, qui non uariant speciem, nec causam.

Resp Scoti pro Hen. Duplex modus causandi in causa.

Respondet Scotus, pro Henrico; quòd duplex est modus causandi, in causa, scilicet Modus producendi compossibilis causæ; Et modus creandi incompossibilis illi causæ producente. Modus producendi uel causandi incompossibilis mihi, etiam & igni, est, quòd producamus effectum necessarium simpliciter. Sed modus causandi conueniens nobis creatis, est producere entia contingentia finita, limitata; & huiusmodi, distinctio est bona. Modo si secunda causa produxisset aliquid ab æterno, illud productum fuisset æternum. Nam quicquid non habet prius duratione non esse, illud tale est æternum. Modo cum arguitur, si Deus &c. Dico quod iste modus est incompossibilis causæ; etiam primæ, in hoc casu, nam tunc quicquid produxisset, fuisset æternum, & ens necessarium; & sic hoc impossibili dato, dico quòd consequentia est bona: non tamen ita est in re. modo dico, quòd cum modus causandi conueniens Deo ad extra nunc, qui est liberè agere. non inferat aliud contra nos, sequitur quòd illa ratio D. Thomæ tertia cum suis annexis confirmationibus, nihil concludat.

Quarta rō D. Tho. ad suam conclusionem.

Creatura includit ī sua rōne formali limitationem: debet intelligi eo mō quo modus est de ratione formali eius, cuius est modus.

PRÆTEREA quarto quicquid dicebamus supra, quomodo B. Thomas probat, non esse impossibile mundum fuisse ab æterno; & solutis suis rationibus, probat adhuc B. Tho. supponendo quòd quælibet creatura in sua ratione formali includit limitationem. & finitatem, finitas enim est de ratione entis creati, nam ens infinitum dicitur de illo, cui primo, & per se conuenit infinitas: modo arguit ille sic. Quicquid non repugnat limitationi, etiam non repugnat creaturæ, si illud tale sit aliqua entitas; sed quantacunque duratio. non repugnat limitationi; ergo quantacunque duratio, non repugnabit creaturæ; ergo creatura potuit esse ab æterno, & sine principio durationis, quod est probandum. Maior probatur extra librum, & tunc habetur alia regula: nam quandocunque aliqua duo sic se habent, quòd unum est de ratione formali alterius, si aliquid non repugnat uni, nec alteri; sicut quod non repugnat animali rationali, non repugnat homini. nam homo, & animal rationale, ita se habent, quòd animal rationale est de ratione hominis; modo limitatio in creatura, est aliquid idem realiter illi. Minor: sed quantacunque duratio non repugnat limitationi, & per quantamcunque durationem, intelligo tantam, qua data, non potest dari maior signata, uel signabilis. nam non repugnat limitationi tanta duratio, quin etiam maior possit illi conuenire. Minor probatur, nam illud quod durat per decem annos, non est perfectius, quem illud quod durat tantum per diem; nec illud quod per mille annos, est perfectius illo, quod durat per mediam horam, duratio nō ponit creaturam extra limites suos, & suam limitationem; ergo creatura, per quantamcunque durationem potest esse; & sic potest esse ab æterno: nam illa est maior duratio, quæ potest dari, qua nulla est maior.

Plus durās non est perfectius eo, quod minus durat.

Resp. aliorū ad quartum argum. D. Tho. pro Henrico.

Respondet Scotus pro Henrico ad hoc argumentum, per unam distinctionem; quòd aliquid esse illimitatum, potest intelligi dupliciter; Vno modo esse illimitatum secundum perfectionem; Alio modo esse illimitatum secundum durationē; Primo modo, illud est illimitatum secundum perfectionem, quod non est determinatæ perfectionis, sicut Deus; qui non est

determi-

determinatę perfectionis; & iden est illimitatos secundum perfectionem. Secundo modo illud est illimitatum secundum durationem, quod non habet terminatam durationem, sicut esset creatura, si fuisset ab æterno; nam nulla duratio fuisset, quæ esset maior illa. Hoc modo distinguendo, dicit Henricus primo, quod esse illimitatum secundum perfectionem, repugnat creaturæ: ratio est, quoniam quælibet creatura est finita, & per consequens esse illius intrinsecum creatum est finitum, & nullo modo est infinitum, uel illimitatum, secundum perfectionem.

Refellitur supradicta responsio.

Secundo dicit, quòd illimitatum esse, secundum durationem, repugnat etiam creaturæ; ratio est, nam aliter creatura adæquaretur suo creatori, secundum durationem, & æternitatem; quod est impossibile, & falsum, secundum istum; hoc est, quòd aliqua creatura adæquaretur Deo, est inconueniens illi. Modo cum arguitur, quicquid non repugnat &c. concedo; sed quantacunque &c. nego istam; & cum probatur, non est perfectius, &c. concedo, & dico, quòd hæc ratio probat quod illimitatio secundum durationem non arguit illimitationem secundum perfectionem, & quod illimitatio secundum perfectionem non potest conuenire creaturæ: sed non probat de illimitatione secundum durationem, quod possit conuenire creaturæ quod debent probare: imo dico quod talis illimitatio repugnat creaturę, quia adęquaretur Deo, quod est impossibile. Si n. adæquaretur Deo in duratione, sequaretur quod esset aliquo modo illimitata secundum entitate, quia non uidetur quod possit adęquari Deo in duratione quin adæquatur etiam aliquo modo in entitate. quod est impossibile. & sic illud argumentum nullo modo concludit mundum potuisse esse ab æterno. Scotus non est contentus de ista solutione, & ideo arguit contra eam: & dicit, quod fundamentum illius solutionis quod si creatura potuisset esse ab æterno, quod ipsa adæquaretur creatori suo in æternitate, & duratione, non est uerum: & quòd illud non sequitur, dato, quòd creatura esset ab æterno, quod ipsa adæquaretur &c. & probat. Nam si creatura duraret tantum per diem, illi coexisteret æternitas; tamen non sequitur, quòd creatura coæquetur illi, secundum durationem; nam æternitas dicit infinitatem; & duratio creaturę per diem, nullam ponit infinitatem in creatura. Et si ab æterno produceretur, mensura illius non esset infinita, & omnino finita. Et ita illa solutio non ualet. Ideo aliter diceret Scotus ad argumentum: quando arguitur sic, &c. concedo maiorem, & nego minorem: nam repugnat creaturæ, quantacunque duratio, non tamen sequitur ex hoc, quod ipsa creatura esset adæquata creatori, sicut dicit Henricus: sed quia ex ratione sua formali repugnat ipsi creaturæ, esse per quantamcunque durationem. Et illud est unum de fundamentis. Et cum arguitur, non est perfectius &c. concedo hoc: sed repugnat illi ex eo, quia est creatura. Et hoc modo bene saluaretur argumentum etiam secundum mentem Henrici.

Quinta ratio D. Tho. ad idem.

QVINTÒ arguit B. Thomas ad probandum quod non repugnat creaturæ; productā fuisse a Deo, ab æterno; arguit sic: creatura si fuisset producta ab æterno, illa semper tenderet ad non esse, sicut nunc, quando ipsa est producta ex tempore, ergo non est impossibile creaturam productam fuisse ab æterno. Antecedens patet secundum illud D. Gregorii 6. Moralium: Cuncta in nihilum tenderent, nisi esset manus conditoris &c. 22. quarti est una alia authoritas ad hoc idem bona; quia creatura est de nihilo; ideo semper tendit in nihil, & ad non esse, quantum est de se, nisi Deus conseruaret illam: modo si creatura esset ab æterno, ad non esse ęquè benè se haberet sicut nūc; ergo dicere illam potuisse esse ab æterno, non ponitur aliquid impossibile illi creaturæ. &c.

Resp. Sco. pro Henr.

Respondet Scotus ad hoc argumentum pro Henrico; & hic est unum fundamentum Henrici, ad suam propositionem; notando quod creaturam tendere ad non esse, potest intelligi dupliciter; Vno modo actualiter. Alio modo aptitudinaliter.

Creaturam tendere ad non esse dupliciter pōt intelligi secūdū Hēr.

Vnde creatura tendit ad non esse actualiter, quando illa corrumpitur actualiter, & desinit quo ad esse actuale suum. Secundo modo creatura tendit ad non esse aptitudinaliter, quādo ipsa, quantum est de se, inclinatur ad non esse, licet non corrumpatur actualiter. Et hoc modo dicimus quòd licet homo non rideat, est tamen aptus natus ridere. Secundo notat Henricus, & est fundamentum suum, quod de intrinseca per se ratione creaturæ est, quod actualiter secundum durationē habuerit non esse priusquā esse, duratione, hoc requiritur, aliter non diceretur creatura, nisi actualiter non esse duratione, præcessisset esse illius, & nō solū natura. Mō dicit Henricus, quod hoc argumentū quintū D. Thomę, est ad oppositū; quod si creatura semper fuisset: etiā nō sequitur, hoc semp est; ergo actualiter tēdit ad nō esse; nullo mō sequitur, imo implicat, quod aliqd semper sit; & quod actualiter tēdat ad nō esse; ergo illa cōsequentia Thomę non ualet. s. hoc sp fuit; ergo actualiter semp tēdit &c. demōstrata creatura; patet, nā dicēdo, hoc semper fuit, demonstrando creaturam, est dicere unum impossibile, scilicet quod non esse creaturæ non præcessisset esse illius: quod est falsum, & impossibile, contra rationem creaturæ formalem: & sic illud argumentum bene solueretur per hoc fundamentum secundum Henricum.

Sexta ratio D. Tho. ad eandē concl.

SEXTÒ arguit B. Thomas, quod mundus potuit esse ab æterno; & primo secundū illud Aug. 10. d. Dei cap. 31. si pes fuisset in puluere ab æterno, etiam fuisset ab æterno uestigiū pedis; illa. i. figura, quā facit per ex impressiona illius in terra; uide de uestigio 3. d. 1. q. 7. diximus. n. ibi, quō uestigium est similitudo partis, nata repræsentare totum. Nam qñ uiden illud, dico, tale animal transiuit; & ita si pes æternaliter fuisset in pulueribus, et æternaliter fuisset in puluere illud uestigiū; & sic aliquid qđ est effectus, potuisset esse ab ęterno & breuiter arguitur sic; possibile est pedis uestigiū impressum in puluere ab ipso pede fuisse ab æterno; ergo non est impossibile Deū producere creaturā ab ęterno. Cōsequentia probatur, secundū illud argumentū B. Aug.

Resp. Hēr.

Respondet Henricus ad illam auctoritatem, eo modo, quo sępe in logica dicimus, Philosophum loqui secundum mentem aliorum, & non de mente sua: & dicit Henricus, quod B. Augustinus illo loco, loquitur secundum Philosophos, & nō de mēte sua: nā ēt ibidem dicit, si pes inquiunt Philosophi &c. Et ita illa authoritas non est de mente sua, sed secundum illorū Philosophorū dicta, cum quibus disputat, & sic auctoritas illa non cogit. Est ēt auctoritas B. Aug. de ciuitate Dei lib. 11. capitulo quarto modo quodam uix intelligibili &c. ex modo quodā &c. Arguitur sic: Vix intelligibile est intelligibile, licet uix, idest difficulter sit intelligibile: nam ly, uix, non dicit, impossibilitatem, sed bene dicit difficultatem. sed possumus intelligere mundū fuisse, uel potuisse esse ab æterno; ergo mundum fuisse &c. nullam contradictionem dicit, licet sit benè difficile sustinere, & intelligere, non tamen est impossibile, quod tu conaris dicere.

Respō. Sco. ad auctoritatē tripliciter.

Respondet Scotus ad illam authoritatem tripliciter: primo per unam distinctionem, quod aliquid esse intelligibile, potest intelligi dupliciter: Vno modo intelligibile notitia appræhensiua. Alio modo notitia adhæsiua.

Aliquid eē intelligibile pōt capi dupliciter.

Notitia adhæsiua, quando aliquid cognoscimus cum assensu illius, uel circa illud; & est breuiter notitia qua assentimus primis principiis, & conclusionibus deductis ex illis, syllogismo demōstratiuo: nam tam conclusionibus, quàm etiam principiis primis, assentimus. unde sequitur, quod de impossibili, nulla est cognitio adhæsiua. Nam cognoscimus illa esse impossibilia. Alia est cognitio appræhensiua, & est quando aliquid tantum simplici notitia appræhenditur, sine assensu; hoc modo appræhendimus duo contradictoria, & impossibilia; ut quod homo est asinus; & quod asinus uolat &c. tamen non assentimus illis.

1. solutio.

Modo cum arguitur, D. Aug. dicit, &c. concedo; sed quod est uix intelligibile, est intelligibile; concedo, notitia appræhensiua; nego autem notitia adhæsiua. Et hoc uult B. Aug. Nam mundum fuisse ab æterno, est unum impossibile simpliciter; & sic tantum est appræhensibile, notitia appræhensiua, non autem cum assensu, solutio est bona secundum mentem Henrici.

2. solutio.

Secunda solutio datur. Nam diceretur fortè, quod D. Augu. loquitur etiam de notitia adhæsiua; benè uolo; sed dico quòd aliquid esse appræhensibile notitia adhæsiua, potest intelligi dupliciter. Vno modo in uniuersali; Alio modo in particulari;

Aliquid eē intelligibile notitia adhesiua pōt dupliciter intelligi.

In uniuersali secundum magis commune; ut si proponatur, quòd homo currit; de aliquo particulari nos negabimus illam, quia nullus nostrum currit; at in uniuersali pro aliquo uago, benè concedo. Vnde causa, & producens, se habent sicut magis commune, & minus commune; nam omnis causa est producens, non è conuerso; etiam omnis effectus, est productus, & non è conuerso, patet de filio in Diuinis, qui est benè productus, sed non causatus. Modo concipere aliquid in causa, & causato, est concipere illud in minus communi, & minus uniuersaliter: & concipere illud in ratione producentis & producti, est illud concipere in ratione magis uniuersali. Modo ad propositum, cum arguitur, uix &c. concedo antecedens, & consequens; ergo est intelligibile notitia appræhensiua, & adhæsiua, in uniuersali, concedo: & sanius est, quòd non sit impossibile apud Philosophos, sed benè difficile intelligere, quòd aliquid sit productum æternaliter, potuit tamen esse, quod illi nunquam dixerint, quod causa æternaliter causaret effectum; nec nunquam illud cognouerint adhæsiuè. Et sic benè concedo, de producente & producto in patre & filio in Diuinis, non autē in ra

3. solutio ad sextum.

tione causæ, & causati: solutio est bona. Tertia solutio datur, cùm dicitur, uix iotelligibile, &c. dico quòd est intelligibile uix; & cum dicis &c. Ergo non est cootradictio mūdum fuisse ab æterno: dico quòd non asla contradictionem mundum fuisse ab æterno, potest intelligi dupliciter.

Mūdū fuisse ab æterno non dicitur contradictionē duplicter pōt intelligi.

Vno modo, qoòd non sit contradictio latens. Alio modo, euideos, patens, & manifesta: primo dico, quòd non est contradictio euidens, ual patens: nam tuoc Philosophi omnes concepissent illud, tamen moltos latuit illa contradictio, secundo dico qoòd fuit contradictio, non enidens, uel latens, nam multi negauerunt muodum fuisse ab æterno: argumentum semper benè soluitur.

Prima confirmatio rationis.

Confirmatur illa ratio a B. Thoma, dupliciter. Primo sic; nam si essat impossibile, mundum fuisse ab ætarno, mirum esset quòd tam præclari Philosophi dixissent, non solum, quòd mūdos potuit esse ab æterno, sed quòd de facto fuit ab æterno, ut omnes peripatetici dicnnt, quorum caput est Arist. Nam omnes dicunt mundum de facto fuisse ab æteroo; ergo hoc noo est impossibile.

Resp. Hen. ad argum.

Respondet Henticus ad argumentum, nam quando arguitur, &c. nego consequentiam, nam contradictio latens sequitur, ad illa, si autem contradictio esset patens, benè concederem quòd esset mirum, quòd Philosophi tales, illam non uidissent; Vnde Philosophus io uia sua, habet concedere multa contradictoria; nam dicit quòd prima causa necessario agit: & qnòd causæ secundæ agunt eo modo & ordine, quomodo mouentur a causa prima; & tunc omnia essent oecessaria; & tamen ipse concedit multa contingentia esse: & sic necessatio, & non necessario contiogcotet, & non contingenter; &c. tamen illa contradictio fuit latens; uode dicit de Bassolis: quòd si Philosophus tenuerit, immortalitatem animæ, & oegauerit iofinitū in actu, cōtradicet sibiipsi: & tale infinitū, s. actu teoatet tunc possibile, si mundus fuisset ab æterno; tamen ista contradictio est latens: & hoc nullum est ioconueniens, qood lateat aliquos, & quod appareat multis. Sin autem esset patens, benè esset ioconueniens. argumentum benè soluitur.

Philosophus concedit multa cōtradictoria secundum Theologos, quæ tamen latent. 41. d. 1. ar. 2. in fine.

2. confirmatio rōnis.

Secundo confirmat B. Thomas illam ratiooem sic; secundum Philosophum, potuit produci mundus ab æterno, sine motu & motatione: ergo ét potuit fieri æternaliter: absque eo, ꝙ recipiat esse nouum post nō esse, ordine. Durationis; probatur consequentia: nam motus est a contrario, in cōtrarium; si mundus ergo producitur per motum ad esse, productio esset ab ipso contrario, scilicet a noo esse; & sic priuatio præcederet habitum natura; si ergo mundus potuit esse sine motu &c. antecedens probator, nam ibi est difficultas; arguitur sic, illa causa producens mundum, potuit illum facere sine materia; ergo etiam sine motu. & mutatione, nam hoc modo arguimus aliquid fieri cum motu, & mutatione. Probatur antecedens; nam Metaphysicus considerat, quatuor causas, similiter & Physicus; sed aliser & aliter, nam Metaphysicus coosideras illas io uniuersali, inquantum, scilicet abstrahunt a materia; & ipse Physicus inquantum coniunguotur materiæ. Es ita, si Metaphysicus considerat illas sine materia, effectus etiam illarum potuit essa sine materia, & per consequens sine motu, & mutationa.

Soluit Sco. secundā difficultatem pro Henr.

Respondet Scotus ad hoc argumentum pro Henrico, supponendo unum uerum, scilicet quòd sam Philosophus quam Metaphysicus, coosiderant quatuor causas: etiam eo modo quo D. Thomas dicit in argumento. Secundo suppooit, quòd oon oportet omne abstractum ab aliquo per intellectum, esse abstractum ab illo secuodo rem, realiter. Nam intallectus sine meodatio coosiderat illa, tamé cum hoc stat, quòd semper est cum materia a parte rei omnis enim magnitudo est coniuncta materiæ, & tamen considerando hoc sine illo, noo est mendatium. Modo cum arguitur, Metaphysicus &c. coocedo hoc; & cum infertur, ergo efficiens, &c. nego coosequentiam, non sequitur, nam si homo fuisset ab æterno, Metaphysicus, potuisset illum considerare, inquantū generans ab æterno, sine materia; & tamen noo esset sic ex parte rei, & sic illa ratio ooo ualet.

7. rō D. Tho. ad idem.

Finaliter arguit B. Thomas, ad idem probandum, & oon soluitur; nam argumentum habet secum solutionem. Arguitur sic; primum mouens habet motum sibi coæuum & æternum: ergo de facto aliquid fuit ab æterno productum, nempe aliquod creatum a primo efficiente, sibi coæuum, & coæternum. Antecedens noo probatur; nam illud est Philosophi. 8. Physic.

Soluitur ista rō D. Tho.

Respondetur tamen motum æternum & Deo coæternum negat fides, nam primum mouens mouet, quando uult. Et sicut cœlum ipsum factum est ex tépore: ita & ipse motus factus est, ex tempore: & ita antecedens est falsum. Et sic patét rationes B. Thomæ, quomodo non concludunt, mundum potuisse esse ab æterno.

¶Tenentes primam opinionem &c.] Consequenter uisa prima opinione probabili, quæ fuit B. Thomæ, & communis multis, quòd mundus potuit esse ab æterno: & illius opinionis. 7. rationibus solutis, secundum mentem Henrici. Nunc Scotus concludit, quare illa opinio communis est tenenda & probabilis. Et dicit Scotus primo qood illa opinio est probabilis, quia non est contradictio interueniens istis, scilicet aliud essentialiter distinctum a Deo, & illud esse æternaliter, uel ab æterno productum: & æternum secundum durationem. Sed quomodo cognoscitur, quòd illa duo non contradicant. Respondet Scotus, quòd ex rationibus formalibus illorum, et maximè ex illis rationibus D. Thomæ, ostensum est, quomodo nulla est contradictio.

Probabilis est opin. D. Tho. secundum Sco. et sustineri pō quia non includit contradictionē.

Etiam in 2. d primi de unitate essentiæ, & pluralitate personarum diximus, hoc possibile esse, quia nullam includuns repugnantiam ex rationibus formalibus terminorum. Secūdo dicit Scotus, pro D. Thoma, quòd rationes Henrici, quæ probant oppositum istius opinionis, licet aliqualiter ostendant impossibilitatem, scilicet quòd sis impossibile mundum fuisse ab æterno apparenter, noo tameo rationes Henrici contra D. Thomam, & opinionem illam, ostenduot simpliciter, illam impossibilitatem, patebit istud dictum, soluando illas. Tersio dicit Scotos, quòd rationes Hērici de Gandauo quæ fiunt de præterito ducendo ad impossibile, possuot etiam fieri de futuro, ad idem; quòd scilicet mundus nūquam potuit esse, uel fuisse ab æterno; tamen ex illis rationibus ergo ostendam impossibile esse mundum posse asse de futuro; & sic ex istis dictis, illa opinio D. Thomæ ostēditur probabilis, quòd mundus, scilicet potuit esse ab æterno. Et Scotus est problematicus Et ideo adducit rationes Henrici de Gandauo, ad probandum, quòd simplicirer est impossibile, muodum fuisse ab æterno, & illa credit, se demonstrare: & de facto ratiooes sunt apparentes; & bonæ.

Inducitur rōnes Hen. contra D. Tho. & soluntur a Sco. Prima uō Henr. quo Probat mundum non potuisse produci ab æterno.

Prima ratio talis est, supponeodo quòd de omni producto, uerum est dicere quòd sit; uel quod ipsum prodocitur; uel quòd saltem aliquando fuit, uerum dicare de illo, quòd producitur, patet da generatione filii in Diuinis, de quo semper uerificatur hoc, quod est produci; & multo magis de creatura producta, tunc sic arguitur, si Deos potuit producere mundum, uel aliam creaturam ab æterno, uel illa creatura semper producitur, uel de illa aliquando est uerum dicere, quòd producitur, & prius non producebatur, si des secundum, iam illa non erit ab æterno, sed accepis esse suum, & non habuit semper esse. Nec dabis primum, quòd illa semper producatur, nam tūc benè sequeretur, creatura semper producitur: ergo ipsa est in continuo fieri: consequens est falsum, ut patet; ergo &c. probatur consequentia, nam quandocunque creatura prodocitur, semper fit: si ergo ipsa semper producitur; sequitur quòd semper fit; & sic ipsa erit in continuo fieri. Consequens est falsom & probatur, nam tunc omnes creaturæ essent successiuæ; & nulla esset permaoeos, quod est manifestè falsum, & impossibile: ergo illud oon est dandum. Ité etiam si creatura semper produceretur, & esset in contiouo fieri, sequaretur, quod nolla esset differentia intar creari & cōseruari; consequens est falsum; ergo & antecedens. Consequeotia probatur, nam tuoc creatura, nullo modo cooseruaratur, sed semper produceretur, & crearetur. Falsitas consequentis probatur dupliciter, primo sic nam cooseruari, dicis ordinem ad esse, creari uero dicit ordinem ad non esse præcedens; ergo est differentia inter illa doo. Probatur illud coosequeos esse falsum; nam geoerans, tantom generat, & non conseruat; & sic conseruare, quæ est una factio, & creatio non assent distincta; & sic hoc argumentum uidetur dicera ad aliod inconuaniens, contra D. Thomam, &c. Et confirmatur ista ratio, nam benè sequitur, creatura habet esse acquisitum: ergo ipsa habet essa post non esse; & si habet esse post non esse; ergo oon potuis esse ab æterno. Antecedens patet. Nam illa creatura acquirit esse ab alio; nam nunquam de seipsa posset esse, nisi ab agēta poneretur io esse; ergo illa non potest esse ab æterno.

Resp. Scot. ad primum argu. Henr.

Respondet Scotos ad istud argomentum, admittendo suppositum, & ultra dico, quod semper fuisset uerum dicera de illa creatura, quæ ab æteroo fuisses, ꝙ semper produceretur, & com arguitur, contra, benè seqoitor, illud, &c. concedo: dicit tamen de Bassolis, ꝙ creaturam semper esse in continuo fieri, pōt intelligi.

Creaturam semper esse in continuo fieri dupliciter potest intelligi secundū Bassolum.

Vno modo in continuo fieri idast in quadam successiona accipiendi esse; & isto modo est falsum. Alio modo in cōtinuo fieri idest in continua creatione a Dao: & isto modo benè concedo. Primo modo, entia successiua, sont in contiouo fieri, acquirendo partem post partem, non autem si fecisset illam creaturam quæ fuisset ab æterno; quæ tamen esset io cootinuo fieri, accipiendo esse a Deo. Et cum arguitur, quòd tunc

esset

esset continuum, & successiuum. Nego consequentiam: nam filius in Diuinis est in continuo fieri: & tamen non est eius successiuum: & ideo ista consequentia non ualet: creatura est in continuo fieri: ergo est eius successiuum, quare consequentia est neganda. Cum secundo arguebatur, quòd idem esset creari & conseruari, potest intelligi dupliciter: Vno modo quantum ad illud, quod realiter dicunt; & hoc modo cōcedo, quòd sunt idem. Alio modo quantum ad illud, quod secundum rationem dicunt; & hoc modo nego: de hoc q. duodecima quarti art. Respectus existentiæ creaturæ, fundatur in creatura, & terminatur ad uoluntatem diuinam, & ille actus creationis, & conseruationis, habet unum & idem fundamentum, scilicet existentiam creaturæ, & terminatur ad uelle diuinum: etiam respectu conseruationis, & creationis diuinæ, idem penitus dicunt scilicet respectum ad Deum conseruantem, & creantem: deinde in illo respectu creationis dicitur esse, & fundari unus alius respectus creaturæ, ad non esse præcedens immediatè: & ille est respectus rationis. Sed conseruatio dicit unum alium respectum ad esse immediatè præcedens: modo ille respectus creationis ad non esse, nihil est, nisi secundum rationem: nam respectus non est realis, nisi quando extrema sūt realia. Etiam ille respectus conseruationis ad esse præcedens, non est realis: nam deficit ibi una conditio respectus realis, scilicet habere extrema realia, realiter distincta. Modo illud esse, quod ego habui heri, & quod habeo nunc, est idem esse, & non est aliud, & aliud esse; & ideo illud non esset inconueniens, quòd conseruari, & creari, sint idem realiter, non autem secūdo modo. & sic argumentum istud non cogit. Et cum confirmabatur dicendo, benè sequitur, creatura habet &c. distinguo: nam creatura habere esse acquisitum, potest intelligi dupliciter, Vno modo, quòd habeat esse acquisitum, ex se formaliter, & necessario: Secundo modo quòd habeat esse acquisitum, idest esse post non esse, secundum durationem. Primo modo, quòd scilicet habeat esse ex se formaliter necessarium, sed ab alio, & sic quantumcunque ipsa fuisset ab æterno, non haberet esse ex se formaliter necessarium, immo semper dependeret, & hoc modo haberet esse acquisitum: secundo dico, quòd non haberet esse acquisitum secundo modo: scilicet partem post partem: & hoc sufficit ad hoc, quòd habeat esse acquisitum scilicet quod non sit ens necessarium ex se. & ita istud argumentum non ualet.

Creari & conseruari, esse de pōs dupliciter intelligi.

In quo fundetur respectus creationis & conseruationis in creatura.

Ad confirmationem respondet. Creaturā habet esse acquisitum dupliciter intelligitur.

SECVNDÒ principaliter arguitur pro illa opinione, quòd implicet, creaturam fuisse ab æterno; nam bene sequitur, creatura potest esse ab æterno; ergo illa non potest non esse; hæc est uis rationis: Consequens est impossibile: & satis patet: consequentia uerò probatur; Illud non potest non esse, cuius non est potentia ad non esse; sed ipsius creaturæ ab æterno productæ, non est potentia ad non esse: ergo si ipsa esset ab æterno, non posset non esse. Argumentum isto modo formatum, est clarum. Maior est nota; & Minor probatur in libro; si creatura ab æterno producta, haberet potentiam ad non esse, uel haberet illam potentiam ad non esse, quando non est, uel quando est: non quando non est, nam est æterna, & semper fuit: ergo habet illam potentiam ad non esse, quando est: sed hoc est falsum, secundum illud Philosophi primo perihermenias: omne quod est, quando est, necesse est esse: sed quando est, non habet illam potentiam ad non esse: quia est impossibile, quòd creatura sit, & quòd possit non esse. Respondet ad hoc ipsemet Henricus, contra se arguendo: quod illa consequentia non ualet, scilicet creatura est ab æterno: ergo ipsa non potest non esse. Probatur. nam non sequitur: iste est prædestinatus ab æterno: ergo non potest non saluari: consequentia non ualet, nam ille potest damnari; ergo etiam ista consequentia, scilicet creatura est ab æterno: ergo illa non potest non esse, non ualet &c. Conclusio tamen probatur a simili: nam sicut illa creatura esset ab æterno, etiam ipsa prædestinatio esset ab æterno, &c. Sed ipsemet respondet ad illam instantiam de prædestinatione, quod non est simile: nam prædestinatio respicit futurum, illud scilicet, ad quod ille prædestinatus ordinatur in futuro, tamen illud, non est; sed si creatio, uel creatura esset ab æterno, nihil esset futurum, sed omnia essent de præsenti, & sic illud non est simile. De Bassolis dicit, quòd ista solutio non ualet, nam prædestinatio etiam dicit præsentiam prædestinati in esse prædestinato, licet ille actualiter non sit, in esse realiter, sicut creaturæ, si essent ab æterno. Sed hoc transeat: Continuat tamen Henricus suam rationem: In perpetuis non differt esse a posse 3. Physicorum trigesimosecundo. & nono Met. decimoseptimo. Si ergo illa creatura esset sempiterna, non haberet potentiam ante actum, sed semper esset, & sic non posset non esse; quod tamen est falsum, & inconueniens: ergo &c. Respondet Scotus nunc pro Diuo Thoma; Quando arguitur sic, creatura &c. nego, & cum probatur; illud non, &c. concedo maiorem; & nego minorem. Et cum quæritur, uel habet &c. concedo quòd quando est; & cum probatur, quòd non, quia omne quod est, quando &c. de illa dictum est trigesimanona distinctionis primi quomodo illa propositio, omne quod est &c. uel potest esse hypotetica temporalis. Vel potest esse cathegorica temporalis, de subiecto temporali: & si est cathegorica temporalis, sensus est: omne quod est, quando est, necesse est esse, necesse esse est prædicatum: Tertio modo potest esse una cathegorica de prædicato temporali, sensus est: omne, quod est, necesse est esse, quando est; omne quod est, est subiectum: & prædicatum est hoc totum, necesse est esse, quando est; quando autem est hypotetica temporalis, sensus est; quòd quando illud, quod est, necesse est esse, & hoc modo patet, quando illa est uera: & quando est falsa. Dico primo, quòd si ipsa sit una hypothetica temporalis, & ly necesse est dicat necessitatem consequentiæ, est uera. si autem dicat necessitatem consequentis, est falsa. patet, nam quando dico hoc modo, quando hoc est (ostendendo aliquod existens.) est necesse esse, est uera. Sumendo ly necesse, ut dicit necessitatem consequentiæ, & non consequentis. nam tunc concluderetur de omni creatura, quod est necesse esse; quod est falsum; & consequentia est bona, sicut hic, si homo currit, homo mouetur: ergo est necessaria: non tamen consequens est necessarium: sicut ista eodem modo est bona: Sortes est: ergo Sortes est: tamen consequens non est necesse esse. Secundo dicit Scotus, quòd si illa sit una cathegorica de subiecto temporali, illa est falsa. patet sic, formando illam, omne quod est, quando est, est subiectum temporale: & prædicatum, necesse est; est falsa. nam subsumatur, sed Socrates est, quando est, ergo Socrates necesse est esse: conclusio est falsa, ergo aliqua præmissarum, non minor: patet, dato quod Socrates sit, ergo illa maior, & sic dictum uerum. Tertio dicit Scotus, Quòd si illa propositio, omne quod est, &c. sit una cathegorica de prædicato temporali, quòd est uera: patet, sic formando eam: omne quod est, necesse est esse, hoc totum, est subiectum, non plus: quando est: hoc est prædicatum: tunc est uera. nam ly necesse esse. non ponitur absolutè; sed tantum cum illa determinatione, quando est, modo arguitur sic, omne quod est, est necesse esse, quando est; Sed Socrates est; ergo Socrates necesse est esse, quando est: conclusio est uera, cum illa determinatione, quando est: quæ dicit necessitatem consequentiæ, & non consequentis, & sic illa propositio hoc modo intellecta, est uera, sic intelligit illam Philosophus, quòd sit una cathegorica de prædicato temporali, tamen ex hoc non sequitur, quòd creatura non potuit esse ab æterno. Nam quando erit, habebit potentiam ad non esse: nec requiritur quòd causa duratione præcedat effectum, sed sufficit quòd natura. Et confirmabatur, quòd in perpetuis non differret esse a posse; secunda dist. primi dictum est, quòd intelligitur ad intra in Diuinis, & non ad extra. Hoc modo conuenienter exponitur, & bene pro nunc: nam ista est productio ad extra, de qua loquimur, & sic nihil habet Henricus.

Secunda rō Henr. deducitur ad idem.

Resp. Hēr.

Soluitur Hēr. ad hāc instantiam contra se.

Quid Bassolus dicat.

Resp. Sco. ad secundā rōnē Henr.

1. dictum Sco.

2. dictum Sco.

Sensus Philosoph.

TERTIÒ principaliter arguitur sic: Si potest esse ab æterno aliqua creatura: ergo etiam quælibet creatura, potest esse ab æterno: eadem ratione de alia, & sic de omni creatura concedendum est; Tunc sic arguit: Volo quòd Deus produxerit unum asinum, & unam asinam ab æterno, & quod asinus fuisset perfectus ita ut potuerit generare alios asinos. tunc sic, si asinus & asina fuissent ab æterno in esse perfecto, ab illo die potuissent generare quæro tunc: ab illo die, uel tempore usque nunc, uel generassent asinos finitos in numero, uel infinitos in numero; si illi asini geniti fuissent numero finiti, tunc datis duobus extremis, inter illa extrema, esset dare medium infinitum; consequens est falsum, & impossibile in Philosophia: ergo & antecedens. Consequentia probatur exemplo: capio istam diem hodiernam, pro uno extremo, & illud instans, in quo Deus produxisset asinum, pro alio extremo; tunc inter illa duo extrema esset medium infinitum, scilicet infiniti asini numero; sed hoc est impossibile, quòd s. infinitum claudatur inter duo extrema: quod tamen fit isto casu dato: ergo illud est impossibile scilicet quod mundus potuit esse ab æterno. Resp. Scotus ad hoc argumētū faciliter, primo ad suppositum: deinde ad illum casum, & ad argumentum in forma.

Tertia rō Henr. deducitur.

Resp. Sco. ad tertiam.

quòd simol insint alicui, & si illa simul inessent alicui, sequuntur contradictoria, & sic non possunt simul, & semel dici de eodem.

2. Conclu. Secunda conclusio, pro tanto priuatio dicitur prius forma, scdm natura esse in aliquo subiecto, quia quantum est de se, semper inesset illi, nisi agens extrinsecum poneret formam, cuius illa priuatio esset in tali subiecto, & ista est ratio. Ergo quare hæc se habent, ut prius & posterius secundum naturam priuatiue. Et pro isto declarando, facit illud 2. distin. 1. de informatione animæ. *q. 1. art. 1. conclu. 2. q. 2. propositione secũda. 2. q. 3. art. 1.* Quòd si anima esset prius corpore, non posset se facere præsentem illi per informationem, nam & 43. distinct. 41. de conceptione, idem dicitur. Priuatio ergo semper prius est in materia quam forma ipsa, cuius est. Tertia conclusio Scoti est, quòd ad habendum priuationem formæ, sufficit materia cum negatione agentis naturalis, uel alterius agentis extrinseci, patet, nam ad hoc quòd in materia sit priuatio formæ, sufficit quod agens quod habet formam illam inducere, non sit, & sic non inducet, & semper remanebit priuatio. *3. Conclu.*

4. conclu. Quarta conclusio Scoti est, quòd sicut priuatio non est de ratione materiæ, ita nec ipsa forma est de ratione materiæ, patet bene extra librum, nam detur materia sine priuatione cuiuscunque formæ, (nam materia potest esse sine tali forma) & tunc erit priuatio illius in illa. Deinde si potest esse cum illa forma, sit cum illa, iam non erit priuatio illius.

Primũ Corollarium. Ex istis est primum Corollarium, quòd non simul creatura habet esse, & non esse, patet ex primo dicto; nam illa quæ sunt opposita secundum naturam, etiam simul esse, & non esse, contradicunt, & opponuntur priuatiuè, ut patet, & sic nunquam eidem simul insunt. *2. Corol.* Secundum Corollarium est, quòd creatura non habet non esse, quando est; patet, quia habet esse, & quando forma inest subiecto, priuatio illius formæ, non inest, nec econuerso modo ly, esse, se habet ut forma. Ideo quando est in creatura non esse, non inerit illi; & sic quando creatura est, est falsum dicere, creatura non est; & hoc in sensu composito. *3. Corol.* Tertiò sequitur, quod quando creatura est, quantum est de se, habet non esse; patet ex illo dicto, quod materia seipsa est priuata forma; ideo semper creatura haberet non esse, nisi agens extrinsecum, daret illi esse, neque creatura faceret se de non esse, ad esse. *4. Corol.* Quartò sequitur, quòd magis propriè dicitur, creatura non habet esse ex se formaliter, quam dicatur creatura habet non esse ex se formaliter, nam sensus primæ est, quòd esse, non dicitur semper de creatura, nec est de ratione formali illius, quia tunc semper creatura esset, & ista esset semper uera, creatura est, siue illa esset, siue non, quia illa est semper uera, homo est animal rationale, siue homo sit, siue non, quia animal rationale, est de formali ratione hominis, & tamen falsum est dicere, quòd creatura semper sit, & ideo illa prima est negatiua, & uera, secunda non est ita propria, nam significat quòd non esse, est de ratione formali creaturæ, quod etiam est falsum, aliter creatura nunquam posset esse, etiam de Bassolis hoc modo dicit. Et ideo illa negatiua est magis propria, scilicet creatura non habet esse ex se formaliter, scilicet ergo de ratione sua formali habet non esse. Et sic patet illud Corollarium, & illa particula, quando ly de, dicit ordinem naturæ priuatiuæ. Sequitur nunc alia particula posita in definitione, de ly, creare, quòd est aliquid producere in effectum. Vnde producere aliquid est dupliciter. *Producere aliquid dupliciter.* Vno modo in esse cognito. Alio modo inesse simpliciter reale. Primo modo est, quando intellectus Diuinus producit res inesse cognito, & uoluntas Diuina inesse uolito, & hæc productio non est creatio illorum, nam illa ut sic, producuntur inesse secundum quid, & creare est producere aliquid inesse realiter, & extra causam suam, & hoc significatur per illam particulam in effectu. *Duo art. q. primus de creare ut de dicit ordinẽ naturæ. Secũdus ut dicit ordinẽ durationis.* Ex istis patet nunc, quod in ista quæstione sunt duo articuli. Vnus est de creare de nihilo, secundum quod ly de, dicit ordinem naturæ. Alter est secundum, quod ly de, dicit ordinem durationis. *Concl. Auicennæ.* Quantum ad primũ, est conclusio Auicennæ, & aliorum Philosophorum, quòd Deus potest creare, idest aliquid de nihilo producere, secundum quod ly de, dicit ordinem naturæ priuatiuum. *Deus potest aliqd creare de nihilo ut ly, de, dicit ordinem naturæ priuatiuè.* Et istam opinionem habetis in additionibus, & 1. distinct. 1. quæstio. prima, articulo secundo, de cathena aurea, in qua Auicenna aliqualiter contradicit Theologis, unde dicit ille, primo de intelligentia prima, & de patre in Diuinis, quòd quando intelligit se, & essentiam suam, operatur notitiam essentialem, qua beatificatur, deinde producit notitiam genitam realiter distinctam ab ipso, in hoc conformiter dicit cũ Theologis, differt tamen ab illis, quia dicit, quòd illa notitia ge- *Opi. Auic. De creare.*

nita, & producta, forma est alterius naturæ, & rationis ab ipsa prima. Non sic diceremus nos Theologi de filio in Diuinis, licet distinguatur realiter a patre, non tamen essentialiter, imò est idem essentialiter cum patre, & illam secundam intelligentiam poneret ille productam de non esse ad esse, & ipsa secundum naturam priuatiuè, habuisset prius non esse, quam esse, nisi illa prima intelligentia dedisset illi esse, ponendo illam inesse, tamen nullus est ordo durationis, inter esse illius, & non esse, imo semper fuit, tamen est producta, & fuisset sub non esse, nisi illa prima dedisset illi esse, & produxisset de nihilo, ordine naturæ, & sic patet ad q. secundum illum, quomodo Deus potest aliquid creare, & secundum omnes Philosophos.

Probatur concl. secundum Theologos. Sed probatur secundum Theologos, quòd Deus possit aliquid producere, & creare de nihilo, secundum quòd ly de, dicit ordinem naturæ, & sunt rationes Aegydii de Roma, q. 2. quæstio. secunda. *Opi. Aegydij de creatione secundum Philosophos.* In agentibus ordinatis, est dare agens minus perfectum, & magis perfectum, & loquitur de agentibus ordinatis, essentialiter probatur ista propositio in prima dist. secunda, dando differentiam inter causas essentialiter ordinatas, & accidentaliter, quia in essentialiter ordinatis, quanto causa est superior, tanto perfectior, in accidentaliter ordinatis, non est sic uniuersaliter. *In causis essentialiter ordinatis sẽper cã superior est perfectior, non sic est in accidentaliter ordinatis.* Secundo notandum est, quòd duplex est ens. *Duplex ens.* Quoddam est ens in actu completo, & perfecto, ut singulare compositum ex materia & forma, habet esse entitatiuum actualiter, & formaliter completum. Aliud est ens in potentia, ut materia prima, quæ ita est in potentia, quòd est quasi nihil. Istis stantibus, arguitur de mente Aegydij, quòd Deus potest creare aliquid, &c. ut ly de, dicit ordinem naturæ. Agens perfectius minus præsupponit in agendo, quàm agens imperfectius. Sed Deus est agens perfectius quàm natura, & ars. Ergo Deus minus præsupponit quàm natura, & ars. Hoc primo declaratur multis exemplis in natura, & arte, & hoc supponendo quòd duplex est. *Agens duplex.* Agens scilicet unum naturale. Aliud est per artem. Agens naturale, est agens secundum naturam, ut ignis, generans quodcunque naturaliter. Agens per artem, siue per uoluntatem, uel per intellectum, siue etiam agens a proposito. Agens naturale ad actionem suam præsupponit ens in potentia, s. ipsam materiam primam, tanquam subiectum in quod agit. Et agens secundum artem, præsupponit semper ens completum in actu, ut lapides, ferrum, ligna, & sic patet illa maior. Minor declaratur, licet non indigeat, nam Deus est agens perfectissimum, ex plenitudine potentiæ. Sed sic est, quòd ars ad actionem suam præsupponit ens in actu, & natura præsupponit ens in potentia. Et minus quam ens in potentia, est purum nihil. Ergo Deus in actione sua præsupponit nihil. Et sic Deus de nihilo producit. Antecedens probatur de domificatore, quo ad primam partem, quo ad secundam etiam. Patet benè in Philosophia. Sed quod minus ens quàm materia, sit nihil, patet, nam materia est prope nihil, secundum illud Augustini, duo fecisti domine unum prope te, alterum prope nihil, & communiter glossatur, idest materiam primam, & sic patet illa ratio. *Sco. contra Aegydium.* Scotus non soluit istam rationem, nam benè concludit uerum. Sed quia ille Doctor utitur ea, ad probandum quòd Deus potest aliquid creare, &c. ut ly, de, dicit ordinem naturæ, Scotus ostendit, quòd non concludit unum, nec aliud. Arguitur sic, supponendo, quòd Aegydius facit istã rationem contra Philosophos, dicentes, quòd nihil potest de nouo produci, uel creari, modo non sequitur, Deus potest aliquid de nihilo producere. Ergo Deus potest aliquid nouum creare, quod tamen illa ratio uidetur prætendere, Nam si de nihilo ordine naturæ, Deus potest aliquid producere, etiam oportet concedere, quòd de nouo. *Deũ immediatè aliquid producere duplicr.* Vnde Deum immediatè aliquid producere, potest intelligi dupliciter. 7. quæstio. 5. articu. 1. Primo modo est, quando inter effectum illum qui producitur, & causam suam, nulla causa mediat, & hoc modo Deus creat gratiam, angelos, & huiusmodi habitus, omnes infusos. Secundo modo potest intelligi immediate, immediatione effectus, quando Deus aliquid ita potest producere, quòd nullus alius effectus medius requiritur, ad illum producendum. *Primum dictum Sco.* Dico nunc primo, quòd Deus omnia potest immediate producere immediatione causæ, patet, nam in genere causæ efficientis potest sine causa media producere, quicquid cum causa media producit, quia potest supplere causalitatem cuiuscunque causæ efficientis. *2. dictum.* Secundo dico, quòd Deus non potest immediate omne causabile producere, immediatione effectus, patet, nam in genere causæ efficientis, potest sine causa media producere, quicquid cum causa media

produ-

producit, & non potest Deus producere similitudinem, non producendo extrema illius, secundum Scotum, licet bene secundum Franciscum & Canonicum, dicentes, quòd de potentia absoluta, Deus potest facere relationem sine extremis, Scotus tamen hoc nó concederet. Secundum Scotum etiam, Deus non potest producere totum essentiale, non producendo materiá, & formam ut partes illius, modo hic capitur immediate immediatione causæ, & ad primum dictum arguitur sic, Deus est primum efficies. Ergo potest immediate aliquid efficere id est sine causa media, antecedens patet. 2. d. primi. q. 1. ad longú. Consequentia probatur, notando, quòd non facimus hic differentiam inter istos duos terminos, factio, & creatio, pro nunc, licet omnis creatio, sit factio, non tamen e conuerso, omnis factio est creatio. Factio tamé est unum commune ad actionem, & creationem, nam actio est aliquo præsuppositu, & creatio est nullo præsupposito, & factio est, siue aliquid præsupponatur, siue non, secundum illud D. Augustini super illo Gen. & factum est uespere, & mane dies unus, &c. Probatur nunc consequentia, nam aliter Deus non esset primum efficiens. Vnde primum efficiens dicitur secundum, illam triplicem rationem quæ conuenit primo efficienti, ex secunda dist. 1. q. 1. ar. 1. ꝙ scilicet in agendo, A, nullo alio dependeat, & omnia in agendo dependeant ab illo. Ergo non mediante alio agit, nam dato ꝙ mediante alio agat, quæro de illo, uel est creatum, uel increatum, productum, uel improductum, si productum, quæro, uel est productum immediatè a suo producente, uel mediatè, si est productum mediatè, quæro de illo, & sic procedetur in infinitum, uel oportet stare in aliquo, quod est productum ab alio immediatè, sine causa media. Nam non est dicendum quòd sit improductum, tunc enim essent plura improducta, quod non est dicendum. Et sic hoc est uerum, quòd Deus potest aliquid immediatè producere. Consequentia nunc probatur, scilicet. Ergo Deus potest &c. Nam benè sequitur, Deus potest aliquid producere immediatè. Ergo illud productum, uel producibile, non est necessarium ens, nam ens necessarium a nullo alio dependet, tanquam a causa. Sed istud productum dependet ab illo, a quo immediatè producitur, & sic non est ens necessarium. Ergo est ens possibile, & per cósequens est ens nouú, & sic Deus immediatè, nullo prçsupposito, potest aliquid producere, illud autem prius non habebat esse, & nunc habet esse, & sic est nouum, nam non haberet esse, nisi agens daret illi esse, & hæc nouitas probatur etiam octaua distinctione primi, & sic a primo antecedente, quod est Deus immediatè potest aliquid, &c. usque ad istud consequens, patet, quod Deus potest aliquid creare de nihilo, ut ly, de dicit ordinem naturæ, etiam secundum, Philosophos.

Differentia inter factionem et creationem.

Primũ efficiens secundum illam triplicem rationem primi efficientis.

¶D e Secundo membro prout, denotat, &c.] dictum est supra, quomodo Deus potest aliquid creare de nihilo, secũdum quod ly de, dicit ordinem naturæ, secundum Philosophos & Theologos, licet aliter & aliter. Consequenter oportet uidere, utrum Deus possit aliquid producere de nihilo, ut ly, de, dicit ordinem durationis. Et quantum ad hoc, est prima conclusio Philosophorum, quòd Deus non potest aliquid de nihilo producere, secundum ꝙ ly, de, dicit ordinem durationis, & productionem alicuius de nó esse præcedente duratione ad esse. Probat Doctor istam conclusionem. Nam uel illud esset immediatè productum a Deo, uel mediatè, & hoc ut ly, de, dicit ordinem durationis, & de nihilo semper. Si dicas immediatè, Contra, nam Deus non potest aliquod nouum producere immediatè. Ergo nec potest immediatè aliquid de nihilo producere, ut ly de, dicit ordinem durationis. Antecedens probatur, nam Deus necessario agens, immediatè agit & necessario. Ergo nó potest aliquid de nouo producere, patet consequentia, nam si necessario immediatè agit, ab æterno ageret. Quòd autem Deus non possit de nihilo aliquid agere mediatè, probatur, nã quicquid mediatè agit, agit aliquo præsupposito, & sic non de nihilo potest aliquid mediatè producere, ordinè durationis. Antecedens probatur, nam si agit mediantibus causis secundis etiam aget secundum ordinem illarum causarum in agendo, & illæ causæ secundæ in agendo præsupponent materiam, & subiectum, in quod agant. Ergo etiam Deus præsupponet illud subiectum in quod aget, quando aget mediatè & sic non producet de nihilo ut ly de dicit ordinem durationis. Sed aliquo præsupposito, & ista est ratio Philosophorum satis apparens,

Determinatio prout ly de, dicit ordinem durationis.

Concl. Philosophorũ, ad quorum nõpe, Deus non põt aliquid de nihilo producere.

C o n t r a istum modum dicendi Philosophorum, est cóclusio Theologorum, quę ꝑbatur ex improbatione illius modi Philosophorum, & conclusio Theologorum est, Deus potest aliquid de nihilo producere, secundum quod ly de, dicit ordinem durationis. Probatur, supponédo aliqua in primo dicta, primo quòd quicquid agit Deus ad extra, merè liberè & contingenter agit ergo. Deus aliquid potest de nouo producere, & ultra, Deus potest aliquid de nouo producere. Ergo Deus potest aliquid de nihilo producere, ut ly de, dicit ordinem durationis, nam omne nouum habet prius non esse, quam habeat esse. Antecedens patet, octaua dist. 1. q. 5. & q. 9. d, & Dis. 2. eiusdem primi, ubi docet Sco, quomodo Deus agat contingenter. Nam 2. dist. 1. q. 1. hoc modo probatur. Aliqua causa contingenter agit. Ergo Deus uel causa prima, merè contingenter agit, patet consequentia, nam eo modo agit causa secunda, quo mouetur a causa prima, istud antecedens, utique Theologo est clarum. Consequentia probatur, nam si Deus ad extra non agit necessario, benè sequitur quòd illud, quod ad extra producit, non est ens necessarium, si non est ens necessarium. Ergo est ens non sempiternum, & sic illa prima consequentia fuit bona. Ergo Deus potest aliquem nouum effectum producere. Quòd autem benè sequatur, Deus ad extra non producit necessariu, persuadetur sic, nam omnis productio entis necessarii, est necessaria productio, patet in Diuinis. Nam quia producta sunt necessaria, etiam ille productiones, quibus illa producuntur, sunt necessariæ, & productio contingens, nunquam est nisi entis contingentis. Et si non est necessarium, etiam non est sempiternum, secundum Philosophum. 5. Metaphysice cáp. 1. & 4. contra Platonem. Nam Plato dicebat, quod aliquid erat sempiternum, & quòd illud poterat non esse. Cótra hoc arguit Arist. probando quòd omne sempiternum sit necessarium. Et a primo ad ultimum, Deus potest aliquid nouum producere, & sic de nihilo. Ad rationem Philosophi nunc, negandum esset illud fundamentum, cui maximè innititur, scilicet quòd Deus ad extra, agat necessario quia agit merè contingenter, siue agat mediatè, siue immediatè, & tunc illa ratio non stabit,

Concl. Theologorum cõtra Philosophos.

Soluit rõnẽ Philosophi

C o n s e q u e n t e r arguit Doct, contra se, probando, quòd illa consequẽtia quàm fecit, & qua dicebat, si Deus agit ad extra contingẽter. Ergo potest aliquod nouum producere, non sit bona, & arguit argumento communi, stat benè, quòd Deus agat ad extra contingenter, & tamen quòd nihil possit de nouo producere ad extra, Ergo illa consequentia nulla, Antecedens probatur. Nam Deus. 45. d. 1. ab æterno uult A, uel lapidem, & non potest non uelle, A, nec potest de nouo uelle, A, quia immutabiliter uult A, Ergo stat ꝙ Deus contingenter producat lapidem, & quòd non producat de nouo, Deus uult, A, contingenter, Ergo immutabiliter. Probatur ibidem, & sic illa conclusio nulla. Respondetur Scotus faciliter per unam distinctionem, quòd in productione lapidis esse nouitatem, potest intelligi dupliciter. Vno modo ex parte producti, scilicet lapidis, Alio modo ex parte causæ producentis, scilicet Dei. Primo modo benè concedo, quòd illud productum, mutatur de non esse ad esse, primo non habebat esse, & nunc habet esse. Secundo modo nego, quòd sit nouitas in causa, unde nouitas in causa esset, quando esset alius & alius actus uolendi, quo illa uellet istud productum, uel in alio & alio instanti, dico nũc, quòd in productione lapidis nulla est nouitas ex parte causæ, unde productio prima rerum est, quando res producuntur in esse secundum quid nempe uolito, uel cognito, & productio secunda rerum est, quando illæ producuntur in esse, extra causam suam. Et quando res producuntur a Deo nó est aliqua mutatio in ipsa causa prima, siue in Deo, sed benè in ipso producto, quoniam mutatur de non esse secundum quid, ad esse secundum quid, uel de non esse simpliciter ad extra, ad esse simpliciter extra, &c. Dico etiam quòd actus uolendi ipsius causæ primæ, scilicet Dei, idem actus, eodem modo se habens, potest esse alicuius noviter uoliti, uel producti in esse uolito, nam unico actu uolendi. Deus uult illud quod erat nouum, quod tamen nunc non est, hoc declaratur in prima dist. 2. q. 2. Ad primum argumentum per exempla multa de sole, nam stat solem esse eundem, & habere eandem uirtutem coagulandi, & habere se eodem modo in agendo, & tamen quòd sit nouitas in effectu, Nam heri calor coagulabat, hodie non, & tamé non mutabitur in se. Sed solum, est nouitas in approximatione passi, ad ipsum uniformiter se habentem. Ex quo sequitur quòd stat, Deum aliquid contingenter causare, & illud de nouo producere, nam istud producere ex actione contingenti, in Deo nullam dicit mutationem, nec nouitatem, sed illa nouitas est in producto, nam si de nouo Deus non posset aliquid producere, hoc non negatur, nisi ad uitandum illam nouitatem, & mutationem in Deo, sed non obstante, quòd Deus aliquid de nouo producat, bene soluatur, quòd nulla mutatio est in ipso Deo, sed in ipso producto, & sic nec ex necessitate actionis ad extra ipsius Dei, secundum Philosophus, quam tamen nos

Arguit Sc. contra suã consequentiam.

Soluit Scot. rõnem contra se.

In productione lapidis esse nouitatem põt dupliciter intelligi.

negamus

negamus, nec ea immutabilitate actionis Diuinæ, quàm ponunt tam Theologi, quàm Philosophi, nō sequitur quin Deus possit aliquid de nouo producere. Et ideo, cùm arguitur, ad formam, stat Deum &c. Nego antecedens, & cùm probatur, nam benè sequitur &c. concedo. Ergo nō potest &c. distinguo. Vel nouitate se tenente ex parte Dei, & sic concedo. Vel ex parte uoliti, & sic nego, & illa nouitas in effectu, sufficit ad hoc, quòd ille effectus dicatur esse nouus, & sic illa conclusio uera, remanet in se. Contra eandem conclusionem Philosophorum arguit Scot. secundo loco, probando suam, conclu. s. ꝙ Deus possit aliquid de nouo producere, & de nihilo create, secundum quòd ly de, dicit ordinem durationis, supponendo secundum Philosophos etiam, quòd aliquid est de nouo hodie, quod non fuit heri, & hoc uocetur A, tunc sic arguitur, quæro A, quo est istud A, tanquàm a causa sua, si des mihi causam suam B, quæro uel B, producit A, uniformiter se habendo uel non. Si mihi des primum, scilicet ꝙ uniformiter & omnino eodem modo se habeat B, habeo propositum, scilicet quòd ab aliquo efficiente omnino immutabiliter se habente, est effectus aliquis nouus. Si des secundum, quòd B, difformiter se habeat. Ergo B, mouetur ab aliquo ad producendum ipsum A. Quæro de illo A, quo B, mouetur, sit C, quæro tūc de C, uel C, uniformiter se habens mouet B, uel difformiter se habens, si primum, habeo propositum, ut prius, quòd illa erit noua, ab ipso C, uniformiter se habente, si C, mouet difformiter, uel aliter & aliter se habens, ego inquiram, ut prius, & sic procedam in infinitum, quod non est dicendum, secundum Philosophū. Ergo oportet dicere, quòd est aliquod agens, & immutabiliter omnino eodem modo se habens, quod producit effectum nouum. Et sic illa conclusio Theologorum relinquitur uera.

Confirmatur ista conclusio, supponendo illud quod habet Philosophus. 8. Physic. ubi quærit, utrum in motu cœli possit esse nouitas, uel utrum motus cœli possit esse nouus, & dicit Philosophus distinguo. Vel secundum totum, & sic dico quod non. Vel secundum partes, & sic benè concedo, totū. Ergo motus cœli, non potest esse nouus. Secundum etiam Scotum, ultima quæst. quodliberi ad longum, benè autem secundum partes, partes illius, quia continuè est alia & alia pars noua, etiam hoc idem dicimus de elementis, quomodo generantur, & corrumpuntur secundum partes suas, non autem secundum totū. Tunc sic arguitur. Pars motus cœli, potest esse noua. Ergo totus motus cœli potest esse nouus, & sic Deus de nouo potest aliquid producere. Consequentia probatur, nam pars motus cœli, & totus motus cœli sunt eiusdem rationis. Vel da mihi causam, quarè totus motus cœli non possit esse nouus, & tamen quælibet pars illius potest esse noua, cùm sint eiusdem rationis, non uidetur alia causa, nisi illa uniformitas, & sic sp stabit, ꝙ aliquod nouum erit a Deo, post non esse et ordine durationis. Et sic propositum. Sed Scotus dicit, quòd ista ratio parum ualet contra Philosophos, nam illi negarent nobis illud fundamentum, quòd Deus non agat necessario, quod nos non possemus rationibus demonstratiuis ostendere, quia est articulus fidei. Breuiter, istæ rationes sunt probabiles, & sic patet illa conclusio probata. Secundum Scotum.

Deducitur argumentū

Concl. Theologorū probat Henr.

Creatura se inesse secundum Henr.

Consequantur Henricus, probat illam conclusionem Theologorum duabus rationibus, supponendo unam distinctionē quod creatura habet duplex esse, scilicet esse essentiæ, & esse existentiæ, esse essentiæ, est quoddam esse positiuū creaturæ in causa sua, uel dicitur esse quidditatiuum. Franciscus uocat hoc modo illud, esse essentiæ, & aliud esse habet creatura, quādo est extra causam suam, & dicitur esse existentiæ. Modo dum quæritur in Theologia, utrum Deus possit aliquid de nouo producere &c. Dicit Henricus duo. Primum dictum est Deus de nihilo simpliciter, non potest aliquid producere. Quòd Deus creet aliquid, & nihil illius præcedat, est impossibile secundum Henricum. Nam Antichristus secundum illum, nunc habet esse essentiæ, & quando creabitur, acquiret esse existentiæ, & sic non producetur de nihilo. Sed de illo positiuo, quod nunc habet in causa sua. Secundo dicit Henricus, quantum ad esse existentiæ, simpliciter producit aliquid de nihilo, sensus est, quòd Deus simpliciter dicitur creare illud, quod accipit esse per creationem, sic quòd nullum esse existentiæ prius habuit licet benè esse essentiæ. Et iste modus dicendi Henrici, habet. 36. dis. 1. ad longum. Vnde imaginatur Henr. ꝙ quæcunque creatura producatur inesse possibili per omnipotentiam Diuinam, & hoc esse, est aliquod positiuum, etiā per omnipotentiam Diuinam, producitur res inesse existentia, extra causam suam. Scotus non dicit sic. Sed dicit, quòd ab intellectu Diuino res producuntur inesse intelligibili, uel inesse cognito, & tunc creatura dicitur habere esse possibile, ex se formaliter, si illi rei non repugnet esse formaliter. Et deinde per omnipotentiam Diuinam, producitur talis res extra causam suam, inesse realiter, & simpliciter. Sed Henricus illo modo dicit, & probat suam opinionem duabus rationibus. Prima est ista, Deus non potest illud producere, quod non est possibile. Sed illud quod est nihil omnino, non est possibile. Ergo si Deus potest aliquid producere, illud erit aliquid, & illud est esse essentiæ, quo res dicitur esse aliquid, & possibilis. Maior est clara, etiam secundum Scotum. Nam Deus non producit impossibilia, minor probatur secundum illum. Nam dicit, quòd tunc omnia essent possibilia, etiam fictitia, ut chimera, hyrcoceruo & huiusmodi quæ sunt nihil, & sic illud quod est producibile, habet esse essentiæ ad minus. Respondet Scotus ad istas rationes ibi, quod arguebatur pro secunda positione &c. quando arguitur sic, Deus, &c. Concedo illam. Sed dico quòd illa possibilitas, non fundatur in aliquo esse simpliciter, sic quòd illud quod est possibile, dicatur habere aliquod esse, idest quòd sit, aliquid, & sic nego minorem, imo dico, quòd illa quæ habent esse possibile, sunt formaliter nihil, licet benè habeant esse in essentia Diuina, & sunt in ipsa secundum esse essentiæ Diuinæ, non tamen secundum aliquod esse proprium illorum. Dico tamen quòd illa possibilitas rerum, fundatur inesse cognito illarum, quod esse cognitum, nihil aliud dicit, quàm illam creaturam posse produci ad extra, quando Deus uoluerit. De hoc habetur d. 43. primi. Sed non sequitur, hoc habet esse cognitum in mente Diuina. Ergo habet esse simpliciter, nam esse cognitum, non est esse simpliciter, Antichristus enim futurus, non habet esset simpliciter, & Adam præteritos, non habet esse simpliciter. Sed benè sequitur, hoc est præteritum, Ergo aliquando habuit esse simpliciter. Confirmat tamen Henricus istam rationem, probando quòd creatura non possit inesse simpliciter produci de nihilo, ut ly de, dicit &c. omnis creatura est composita ex actu, & potentia, de hoc d. 36. primi & secundum Scotum, & Sanctum Thomam, libro de ente & essentia, tunc sic, omnis potentia, præcedit actum, & illa potentia, non est nihil. Ergo est aliquid. Ergo esse aliquod præcessit esse creaturæ, nam esse creaturæ inesse actuali, & esse existentiæ illius, præcessit esse essentiæ, de quo producitur, & sic non producitur de nihilo simpliciter, inesse reali. Respondet Scotus ad illud, quando arguitur, omnis creatura &c. Dico quòd duplex est compositio, Quædam est obiectiua. Alia est compositio subiectiua. Vnde compositio obiectiua est illius, quod non est, tamen illi non repugnat esse, & dicitur esse in potentia obiectiua, ut Antichristus est nunc, in potentia obiectiua, quia non est, & potest esse, chimera hoc modo non est in potentia obiectiua. Nam licet non sit, tamen repugnat illi esse, etiam nullum ens in actu existens, est in potentia hoc modo, nam actualiter est. Et hæc duo requiruntur ad istam potentiam. Alia est potentia subiectiua, ad quam etiam duo requiruntur, primo quod illud actualiter sit, deinde quod illud possit aliquid aliud recipere, ut paries est in potentia subiectiua ad albedinem, nigredinem, &c. & nos sumus omnes in potentia hoc modo, nam possumus aliquid recipere, Antichristus hoc modo non est in potentia subiectiua, cum non sit actu. Modo cum arguitur, omnis creatura est composita, &c. nego ex actu & potentia subiectiua, nam tunc nulla esset intelligentia, uel rationalis anima, nam non componitur ex actu, & potentia subiectiua, isto modo. Alio modo potest intelligi quod omnis creatura sit composita ex actu & potentia, obiectiua, id est quòd omne esse creaturæ actuale, præcessit potentia obiectiua, id est quòd prius potuit esse, antequam sit. Et hoc modo concedo. Dico tamen quòd illud esse obiectiuum, non est esse essentiæ, uel aliquod, esse existentiæ, sed tantum dicit esse cognitum, & esse secundum quid, & quasi nihil. De ista tamen ratione, & cōfirmatione, quomodo omnis creatura componatur ex actu, & potentia, habemus. 8. d. primi q. 2. idest ex habitu, & priuatione. Et hoc modo conclusio uera est uniuersaliter, tam de angelo, quàm de anima, nam omnis creatura, est finita & limitata, & potest aliquid recipere, quo caret, non tamen in ratione formæ substantialis, & entitatiuè. Nam uidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona, & sic patet, quòd rationes Henrici ad illam conclusionem, non ualent.

Vide Scot. 43. dist. 1. contra Hen.

Scoti sola.

Prima ratio Hen.

Soluit Scot. primam.

Post solutionem principalium argumentum.

Duplex cōpositio obiectiua subiectiua.

Quid sit in potentia obiectiua.

Duo requiruntur ad potentiā obiectiuam, et duo ad potētiam subiectiuam.

Non omnis creatura est cōposita ex actu & potentia subiectiua.

Similiter sicut argutum est &c.] Circa descriptionem creationis, ut, de, dicit ordinem durationis, dictus est modus Henrici, &c. Quòd Deus de nihilo non creat, secundum quod ly de, excludit omne esse, tam essentiæ, quàm existentiæ, quia non excludit esse essentiæ, secundum illum. Contra illud, dimittit Scotus argumentum, ut impugnationem sufficienter,

Arguit Sc. quid creatio non excludat esse essentiæ.

cienter, ex 45.d.primi. Et none etlam satis efficaeiter arguit cootra huc. Et pro argumento, quod multa supponit, oportee primo supponere secundum Henricum, quòd ratio potissima, quare aliquid non potest de nihilo produci inasse existentiæ, nisi præsupposito esse essentię, est, quia oportet, ꝙ illud primo habeat esse possibile, & deinde qoòd producatur ab ilio esse possibili, in esse existentiæ & reali, & illod esse possibilo dicie esse aliqoid, & nō est nihil, Hoc stāte, ex illo loco arguitur sic. Stercatora non pōt esse de oihilo, nisi præsupposito esse assentiæ, ita ut ly, de oihilo, excludat tantum esse eaistentiæ, sequitut quòd creatura bis producitur, oel creatur, uel sequitur ꝙ creatura producatur in esse simpliciter, nolla possibilitata illius præsupposita, consequens hoc pro utraqua sui parte est contra te, nam ideo ad hoc quòd aliquid creatur, præsupponitur esse essentiæ, quia tale esse ast aliqoid illius. Consequentia probatur, quo ad primam partem consequantis, oam uel esse alleutiæ, est esse simpliciter creaturæ, uel non est esse simpliciter creaturæ. Etiam argumentum istud est bonum cootra D. Thom. uel illud esse essentiæ est aliquid esse reale, uel non, quodcunque dieas, arguam. Si non est aliquid reale, non oportet. Ergo dicere quòd essa assentiæ, & existentię, distinguautur realiter. Nam secuodum illos, distinctio realis est ioter res, & res, & tameu illi dicunt, hæc esse distincta realiter. Ergo oportet dieere, quòd illud esse essentiæ non est nihil, sed est aliquid reala. Tunc si arguitur, omnis productio de nihilo tarminata ad essa simpliciter, est craatio. Ergo productio creaturæ, ad esse essentiæ terminata, erit creatio illius, antecedeos patet per defioitionem de ly, ereare, quia est productio. Coosequeotia patet, nam esse essentiæ, ast esse simpliciter aliquid, per te, & do nihilo produeitur craatura in illo esse. Ergo craatur, & ultra quando creatura prodocitur de esse essentiæ ad esse aaistētiæ, noo erit ereatio, qood uidetur satis absurdum. Ergo illa consequentia est bona, quod idem bis creabitor, dato quod esse assentiæ sit aliqoid. Consequentia pro secunda parte antecedeotis, probatur, oam consequens est contra illum expresse, probatur sic, quando creatura producitur in esse essentiæ, illa producitur in esse simpliciter, & taman nihil præsupponitur, nec esse aliquid. Ergo illud creatur tuoc, nam si des aliud asse essentiæ, iam procederetur in infioitum. Ergo aliqoid producitur in essa simplicter, nullo esse possibili, illius præsupposito. Ergo Deus simpliciter potest alıquid de nihilo producere, nullo esse illiut præsoppos ito, nec esse existentiæ, nec essa essentiæ, & arguoieutum est booum. Et ideo Scotus pro resolutione quæstioois, faciliter respondat sumendo duas uel tres conclusiones, quas relinquit probatas ex dictis. Prima couclusio est. Nou solum Deus potest aliquid ex oihilo producere, prout ly, ea nihilo oegat esse existaotiæ. Sed etiam ut oegat asse essentiæ. Est conclusio coutra Haoricum, prima part patet, nam esse alteutiæ, & existeotiæ sunt idem realiter, si ergo creatora potest produci de nihilo, non præsupposito assa eaistentiæ, ergo etiam de oihilo produei potest, non pręsupposito essa essentiæ, quod est cootra illos. Tamen ista ratio est difficilis, propter autecedens, de quo sunt opinioocs diuisæ. Nam Thomistæ dicuot, quòd oon sunt idem realiter, secundo quod distioguuutur realiter, nam dieoot cum Philosopho, esse non est essentia rei, modo arguunt sie. Illa distinguuotur realiter, quorum unum non est essentia alterius. Sed secoodo poster. esse, non est essentia rei. Ergo esse distinguitur realiter ab assentia rei. Etiam habent aliam authoritatem Auicennæ, qoòd asse accidit euti, & multas authoritatet habent. Ratio tamen potissima illorum est ista, arguitur sic. Illud quod est indifferent ad plura, distinguitur ab illis realitar, quibus est indifferens. Sed essentia est indifferens ad existentiam. Et eius oppositum. Ergo essentia distinguitur realiter ab illis. Maior probatur, secuodum illos; illud, qd est indifferens ad opposita, oon est aliquod illorum; & per consequens potest esse sine illis: & si potest esse sine illis; ergo distiognitur realiter ab illis. Ista maior uidetur nota. Minorem probant illi; quia rosa in hyema taotum habet esse essentiæ, indifferens ad existere tempora ueris, & ad nou existere; & tamen habet asse essentiæ io sua caosa: &c. Respoudent Scotistæ 36. distin. primi fundamentaliter, cum arguitur sic, secundum eos; esse non est de substantia &c. sopponendum est pro ounc, quòd licet io uia Doctoris nostri, modos intrinsecus non sit de essentia illius, cuius est modus, tamen non distinguitur realiter ab illo; gradus albedinis oon distingoitur raaliter ab albedine, tamen non est de ratiooe formali illius, nam ita est albedo una albedo unius gradus, sicut albedo mille gradnum; illi ergo gradus sunt modi iotrinseci albedinis. modo cum accipitur, esse non est de essentia &c. transeat ista. Et quaodo argoitor sic. Illa distinguuntur &c. nego istam, nam sufficit ꝙ res cuius est modus & ipse modus modaliter distinguantor: nec plus uolt habere Philosophus. Ad Auicennam dico, quod accident capitur tripliciter, dictum ast in fine 2.d.primi. Vno modo pro accidente per inhærentiam. Alio modo pro eatraneo. Tertio modo pro mutabili. Primo modo est accidens per accidaos, ut albedo, nigredo, & hoc modo, esse non est accidens essentiæ, uel enti, nec illo modo intalligit Auicenna. Secundo modo intalligit, quòd scilicet axisteutia accidit enti, quòd, scilieet eaistentia, est extraneum illi, cuius est; nec est de ratione formali illius, & hoc in creaturis: uam contingenter inest illis asse; & est extra ratiooem formalem illarum; licet uon in Diuinis, & hoe modo intelligit Auicenna. Tertio modo capitur accidens pro omni illo, quod est uariabile, & mutabile; & illo modo existeotia actualiť est extra rationem formalem essentiæ creaturæ, & unum conciogens accidens illi. Modo inter accidens, pro extraneo, & illud cuios est accidens, noo est distinctio realis; patat de risibili, & homine. Et sic illa authoritas nou cogit. Cum secundo arguebatur ratione. Illud quod est indifferens, scilicet cōcedo istam, si illud tale dicat aliam realitatem, ab aliquo illorum oppositorum; aliter non. Modo dico, quòd esse essentiæ, & axistentiæ, dicūt unam & eandem realitatem, & sunt idam realiter, & formaliter, & noo distinguuntur, oisi sicus concretum, & abstractum; quæ tantum distinguuntur ratione. Modo illud aotecedes stat in ueritata, qoòd esse assentiæ. & aaistantiæ, oon distioguuntur. Sed sont idem realiter, & sic illa conclusio prima, est uera.

Dist. realis secundū D. Th. et Hēr. est inter res & res.

Sol. q̄onis Q̄nrm sol uit Scot. 1. concl. Sc.

Esse distinguitur ab essentia secūdum Tho.

Arg. Thomist.

Resp. Scotistarum.

Accidens tripliciter.

Opin. Scoti.

Secunda coocluſio prioeipalis, quam Scotus habet hic, est ista, Deus non potest aliquid de nihilo creare, ita ut nihil excludat, tam esta simpliciter, quam secuodum quid. Habet conclusio duas partes, unam affirmatiuam, quòd creatura, de nihilo producitur: & excluditur tam essa assentiæ, quàm existantiæ; patet ea dictis, secundo habet partem oegatiuam, qood esse &c. oam omne quòd creatur, habet essa cognitum io meote Diuina; & illud esse secundum quid, aliter nunquam crearetur io asse simpliciter. Et sic, de nihilo, ooo excludit esse secuodum quid. Sed benè esse simpliciter. Sed contra. Nam si creatura quando creatur præsuppooaret esse secundum quid, uidetur quòd iam oon creetur: & quòd productio illius ad eatra, noo sit creatio; quod tameu est falsum. Consequeotia tamen probatur. Nam præsuppooitur aliquid esse per te, & creatiu est de nihilo omnino. Ergo &c. dicit Scotus, quòd ratio est oulla, nam creatio uon est de oihilo omnino. Sed bene da non esse simpliciter. Sed coutra dicatis: esse cognitum lapidis, non est oisi Diuina intellectio; & esse uolitum lapidis, oon est nisi oolitio Diuina; & illa intellectio Diuina, & uolitio Diuioa, habeut esse simpliciter, & perfectissimum. Ergo si lapis ad hoc ꝙ ereatur, præsupponit illud esse cognitum; uidetur quòd præsupponat esse simpliciter: & sic non dabitur creatio; quod est falsum. Difficultas est boua. Respoodeamus, secundom illa, quæ habet Scotus prima, q.4. & 3.d.primi. Quòd aliud est dicere, quòd lapis habeat esse io mente Diuioa, & aliud est dicere ꝙ lapis habeat essa huius lapidis; modo lapis oon habet nobilius essa lapidis in meote Diuina, quàm in seipso; patet, quia lapis secundum esse lapis, ooo est Deus; sed benè esse absolutè nobilius habet io mente Diuioa; quia habet esse Diuinum; nam realiter est ipsa Deus, onde dicitur, quòd lapis noo est io anima, sed similitudo lapidis, ut argentum continetur io auro eminaoter: nam haber melius esse simpliciter io auro, quàm in seipso. Sed noo esse huius. scilicet argenti, imò aurum, siue esse auri, destrueret essa arganti, & esse huius. nam aurum, formaliter non ast argentum, & ita dicatur de illo esse. Modo cum arguitur, lapis quando producitur &c. nego istud; cum dicitur, præsupponit esso cognitum io meote Diuina: concedo. Et illud est esse huius; nego hoc. Sed beoè est esse absolutè Diuinum; & esta simpliciter entis, & sic argomeotum non ualet: relinquitur argo illa conclusio uera, ex dictis.

2. concl. Sc.

Dubitatio

Solutio.

Obiicitur cōtra solu.

Soluitur replica.

¶ Ao Primom argumentū &c.) Contra istam resolutionem arguit Scotus, quatoor rationibus principalibus, probando ꝙ Deus ooo possit aliquid de nihilo prodocere. Et de nouo craare; & est argumentum communa. Nam si Deus posset aliquid de oooo producere, sequererur, quòd in Deo esset mutetio, coosequens est falsom, & impossibile; ergo & antecedens. Falsitas consequentis patet 8.d. 1.q. ultima Deus immutabilis; etiā Boetius: O qui perpetoa mūdum ratiooe gubernas &c. stabilisque manens, das cuncta moueri. Consequeotia probatur, nam benè sequitur; Deus producit aliquid per creatiooem. Ergo Deus, oel aliquid, sa habet nunc aliter, qoàm prios se habebat, Sed illud, quod aliter se habet nūc, quàm prius, mutatur. Ergo

Soluuntur argumēta principalia.

Deducitur primū prin.

Deus

Deos uel aliqo id, tunc mutatur, deinde subsumatur sic, qood aliter se habeat nunc quàm prius, ooo est ipsum passum. Ergo est ipsum agens. Sed agens est ipse Deus. Ergo Deus mutatur. Quod est inconueniens, quod autem ipse passum non mutetur; probatur, oam illud quod mutatur, prius præfuit, 5. Physi cor. oam aliter se habet nunc quàm prius. Ergo prius aliquo modo se habebat. Sed illud quod creatur, non prius aliquo mo do se habebat; quia noo prius fuit. Ergo illud non mutatur. Ergo ipsum agens mutatur; nam nihil aliud est ibidem, quod pos sit mutari.

Prima rō ad arg. primum. ¶AD ARGVMENTVM &c.] Datur noa euasio, q̄ Deus non mutatur, nec potest mutari. Sed sine eius mutatione, fieri potest, aliquid de nouo: & entia produci. Et ista est uera solutio. *Contra solutionem arguit Sco.* Contra &c. tamen arguit Scotus. Nam benè sequitur, agēs dat esse alicui. Ergo productum accipit esse, & non a conuerso. Nam non sequitur, hoc productum accipit esse. Ergo Deus dat esse; tanquam causa totalis, ponens illud productum in esse. Ergo Deus quando dat esse alicui, habet aliquam habitudinem nouā ad illam rem, quam creat: quàm habitudinem, prius non habebat: oel si nullam nouam habitudinem habet; quare magis diceretur Deus nunc creare illam rem; nam prius non dicebatur creara illam, modo cum agens transit de nou oua habitudine, ad nouam habitudinem, illud dicitur mutari, & sic sem per stat argumentum; quod agens, scilicet Deus mutabitur; quod est falsum.

Resp. Scot. ad argum. Conclu. catholica. Respondent Scotistæ ad argumentum, per unam conclusionem catholicam, quæ est. Absque quacunque motatione in causa, maximè prima, potest esse nouitas, in effectu producto, Deus qui est causa prima, omnino immutabilis, sine nouitate in ipso, potest nouum effectum producere; probatur a simili, de sole illuminante medium; medium aer est, nunc illuminatus. Si Deus crearet nunc nouum corpus diaphanum receptiuum luminis, & poneret illud in medio; sol illuminaret illud corpus de nouo, & prius non illuminabat; & tamen nulla esset facta mutatio in ipso sole. Nam sol eodem modo se hēt, & uniformiter agit nunc sicut prius; tamen effectus, esset nouus, scilicet illuminatio illius corporis. Ergo a causa omnino inuariata, & immutata, potest esse nouus effectus. Ad nouitatem. Ergo effectus, nulla sequitur nouitas in causa, patet. Secundo probatur illud idem alio exemplo; quia si sol esset tantæ uirtutis, quòd posset simul illuminando illud medium, uel corpus diaphanum, & posset illud corpus producere simul & illuminare, tunc etiam esset nouitas in illuminando il lud corpus, & tamen sol eodem modo se haberet, secundum locum: & hoc est possibile, sicut tempore Iosue; ergo ad nouitatem effectus, non sequitur necessario nouitas in causa, uel in ipso Deo, nec secundum fidem, nec naturam.

Obiectio. Et si dicas, dicit Scotus, quòd hoc exemplum non est ad propositum, quia sol non agit uniformiter; & ideo potest aliquid de nouo producere, quod non posset, si uniformiter ageret; quia sequeretur mutatio in ipso. Et sic exemplum illud non probat tuam propositionem. Nam oportet probare, quòd causa uniformiter agat, ad hoc quòd nulla sequatur in ipsa nouitas. Quòd autem sol non uniformiter agat; sed difformiter. Patet, nam nō semper producit unum & eundem effectum; quod faceret, si uniformiter ageret.

Sol. Scotistarum. Respondent Scotistæ, ad hoc, quòd & si exemplum illud aliqualiter non sit omnino simile, tamen quantum sufficit ad propositum nostrum, est bene simile, q̄ sicut quacunque nouitate in causa, potest esse nouitas in effectu, ut dictum est de illo corpore, si ponatur in medio. Et ad hoc propositum probādum Scotus adducit illud exemplum, & ualet benè pro illo, licet sit dissimile in hoc. Quia agens naturale, maxime quando est agens totale, non potest dici quòd nunc agat, & prius non agebat; nam agens totale, naturale, habens in potestate sua agere totum effectum semper eundem effectū produciturnec est in potestate sua agere, uel non agere. Agens uerò liberum, benè potest agere, uel non agere; & sic quo ad hoc non esset omnino simile ut patet. Et sic illa conclusio assumpta, relinquitur uera.

Ad formā respondet. Ad materiam argumenti sit hoc mo do responsum; & ex his dicat ad formam. Cum itaque arguitur; si Deus &c. nego consequentiam; & cum probatur, si quid creatur &c. Ergo aliquid se habet nunc aliter quàm ante; patet per definitionem de ly, murari, quæ declarabitur 4.q. huius distinctionis: transeat ergo pro nunc; ergo aliquid mutatur; concedo saltem improprie, & cum dicitur, non mutatur passum; nego, & dico, quòd effectus, uel passum mutatur; & cū dicitur bene sequitur, quia Deus dat esse &c. concedo; ergo Deus habet nouam habitudinem &c. nego hoc; nam. 35. d. primi, relatio effectus ad causam, est prior quam relatio causæ ad effectum; imo aliquando est relatio realis effectus ad causam, nbi nulla est relatio, saltem realis, causæ ad effectum. Ista sunt fundamenta Scoti exemplum. 35. d. primi noceturcausa A, nocetur effectus B, tunc dicit Scotus, ad absolutum A, in causa naturaliter, sequitur esse absolutum B, in effectu, & effectue pro fundamento; & in Tertio instanti, ipsum B, refertur ad A, & sub ratione absoluti; & hæc est habitudo, uel dependentia B, ad A, tanquam dependentia essentialis effectus ad causam suam. Nam oportet quod illa absoluta sint prius, quàm relatio consurgat, uel sit inter illa; & in tertio instanti est illa habitudo; & si potest esse realis habitudo ex parte utriusque, scilicet tam effectus, quàm causæ, de facto est tunc, quando illa absoluta sunt: si autem non possit esse relatio realis, ex parte causæ, tunc nulla est relatio causæ, ad effectum, & hoc uerum est de causa prima: nam Dei ad creaturam, nulla est relatio, realis ad minus, uel si qua est, illa est relatio rationis, & sic in illo instanti, in quo Deus dat esse ipsi producto absoluto, est relatio ipsius producti ad Deum producentem, & non e conuerso; saltem uniuersaliter. Sed in est, taotummō est in creaturis. In Diuinis autem non, nam Deus ad creaturam referri non potest relatio oe realis quod probabitur ibidem; & sic illa est falsa. Et cū probatur, quia cum causa dat esse, productum accipit esse; etiam dico, quòd ly, quia, capitur dupliciter. Vno modo ut dicit nouam realitatem, uel absolutam, uel respectiuam in causa ipsa; *Quia capitur dupliciter.* Altero modo capitur ut præcise dicit ordinem causati, uel producti ad ipsam causam producentem; & hoc ordine naturæ. Primo modo dico quòd illa est falsa: nam sensus est, quod quia in causa causante aliquam effectum, ponitur aliqua realitas noua absoluta, illa causa dat esse: & productum per illam, recipit esse, & hoc est falsum; si secundo modo sumatur; sensus est, quòd causa secundum ordinem naturæ est prius, quàm effectus sit. Ideo effectus accipit esse ab illa causa; & non e conuerso; & hoc modo bene concedo hoc, & nihil mali sequitur contra me. Sed tantum dicit quòd absolutum in causa causante, idest uolunras Diuina præcedit, secundum rationem nunc dictam: & illud productum accipit esse quod concedo.

Contra solutionem obiicit. Et si dicas, quòd non tantum absolutum aliquid nempe uoluntas Diuina, ut ratio principiandi, est ibidem. Sed etiam aliqua noua relatio est in illa uoluntate, etiam sumpta pro absoluto; & secundum illam habitudinem, dicatur esse mutatio, de non habitudine, ad nouam habitudinem. *Soluit obiectum.* Scotus dicit, falsum esse, quòd scilicet sit ibidem aliqua habitudo in causa prior ordine naturæ. Sed tantum est ibidem absolutum in causa, & in effectu, & prior est habitudo absoluti in effectu ad causam suam pro absoluto, quàm e conuerso; imo nulla est in Deo habitudo, saltem nulla realis, & sic argumentum illud ex falsa imaginatione procedit. *Imaginatio uulgarium erronea.* Nam uulgares imaginantur, quòd nunquā Deus sit determinatus ad producendum animam, uel angelum, uel illud quod creat, nisi quando actualiter creat illa; & quòd tūc actualiter determinatur ad illud ab aliqua noua entitate uel realitate absoluta, uel relatiua; & hoc est falsum. Nā sicut hac die. Deus determinatus est ad producēdum illā animam, quā hodie creat; ita æque benè fuit determinatus Deus, etiā æternaliter ad illam producendum. Sed non pro tunc, sed pro nunc quando actualiter producit eam. Et ponitur esse æternaliter determinatus ad illam producendum; quia semper Deus est determinatus omnino ex seipso, & nullo alio determinante, & sic argumentum hoc non cogit.

Secundum princ. dedicitur. ¶AD Secundum patet per idem &c.] Contra solutionem quæstionis argutū, est, quomodo sequeretur motatio in Deo, si Deus posset de nouo aliquid producere, uel creare; & solutum est. Nunc confirmatur illud argumentum, quasi eodem medio: & arguitur sic. Si Deus posset aliqoid &c. sequeretur q̄ Deus posset mutari, & de facto aliquando mutaretur consequens est falsum ex 8. d. primi. Ergo & antecedens. Consequentia probatur. Alio modo quaoi heri; & idao est secundum argumentum principale; arguitur sic. Causa semper uniformiter determinata ad agendum, & producendum effectum, semper uniformiter agit. Sed terminus creationis non semper accipit esse; ergo illius causa non semper uniformiter agit, nec est determinata ad agendum. Sed in alio & alio tempora, magis & magis determinatur: & ita mutatur, de non determinata, ad determinatam, & sic illa consequentia fuit bona. Maior illa, scilicet causa semper uniformiter determinata &c. Probatur secundum Scotum. Nam si causa esset semper uniformiter & eodem modo determinata, & approximata, & eodem modo habens omnia necessaria ad agendum, nulla esset causa, uel ratio, quare illa talis causa nunc producit, & prius non producebat. Ista uidatur admittenda tanquam uera. Minor, scilicet effectus, & terminus creationis &c. Patet sic, nam aliquādo anima

ma mea nõ fuit, & nũc est; pariter lapis, & huiusmodi; ergo causa nõ se habebat semper uniformiter, & eodẽ mõ determinata, & ita mutatur, quod est falsum in Deo; ergo &c. Respondent Scotistæ ad hoc argumentũ; supponendo illã conclusionẽ ad longum probatũ in primo articulo principali; ꝙ scilicet ab eadem cã, omnino uniformiter &c. Secundo Scotus dat aliam conclusionẽ, ꝙ causa, siue sit naturalis, siue libera, æquè determinata ad aliquem effectũ pót aliquando illum effectum producere, & aliquando non producere quantũ est de se ét ex parte causæ, semper erit æque determinata. Illud supponitur hic scilicet ꝙ duplex est cã, una est naturalis: alia est libera; sæpe dictum est quid sit; mõ probatur illa conclusio Scoti exẽplis. Primo in naturalibus. Forma naturalis substantialis, est principiũ multarum productionũ, & operationũ, & semper determinata ad unũ modũ producendi necessario, cum sit causa naturalis, tñ quandoque agit, & aliquando nõ; & hoc prouenit ab aliquo impedimento extrinseco. Et sic semper stat, ꝙ ille determinentur ad agendum, quantũ est de se, & ꝙ nõ semper agat, si impediatur. Pari rõne dicendũ est, ꝙ ét causa libera determinatur ad agendum; ad uelle, uel nolle, efficaciter uolibile, & nunc; & non cõtinuabit illud uelle, uel nolle. Vult audire missam die dominica, & continuabit usque ad diẽ sabbathi illud uelle: cum hoc stat, ꝙ in die dominico non audiet missam, licet esset determinatus: illa determinatio, non arguit in cã illa necessariam actionem, quod patet quandocunque impeditur, nõ est semper sub actu. Nunc ex istis, ad materiam sit dictũ. Dicamus nunc ad formã, cum arguitur, &c. nego consequentiã &c. Et cum probatur, cã æquè determinata &c. nego hoc: & dico, ꝙ quantumcunque determinetur ca se ad illũ effectum, pót tamen nunc producere, & non producere; & maxime si est causa libera, ut est in proposito causa prima. s. Deus. Modo dico, ꝙ illa uolitio est, qua ab æterno uoluit creaturã esse pro tali tempore, quo ponitur in esse uoluntate Diuina in eadem cõtinuata, nõ mutata, uult illud esse, quãdo actualiter ponitur in esse.

Resp. Scotistarum ad secundum.

Ad formã respondet

E T si dicatur, & est difficultas, quam tangit primum argumentum; utrum immutabiliter se habente causa, possit esse nouitas in effectu, secundum Theologos non est dubium, ea dictis patet. Sed utrum secundum Philosophos. Dico quod esset illis difficile, saluare, quòd stante causa uniformiter & inuariata, possit esse nouitas in effectu. Da hoc tamen ultima quæstione quodlibeti, utrum Deus ad extra immediatè agat, quod Plato uidetur dicere; & quod nulla esset nouitas in effectu; & hoc seruatis tribus conditionibus secundum Philosophum. Prima conditio est ista. Quòd primum agens agit necessario & immutabiliter; tunc nulla esset nouitas in effectu, secundum illũ. Sed ista conditio non sufficit, nam nos benè ponimus immutabilitatem in Deo, tamen non sequitur quòd effectus non sit a Deo immediatè nouus: & iden est secunda conditio, secũdum Philosophũ. Quòd si Deus agat immutabiliter & necessario, nullus erit effectus ab eo immediatè nouus alterius rationis, sic debet intelligi, aliter Philosophus contradiceret sibiipsi. Nam Philosophus benè dicit, quòd partes motus cœli sunt nouę, tamẽ illæ sunt eiusdem rationis cum ipso toto motu. Ideo illud etiam non sufficit, nam uidimus multos effectus nouos esse, & alterius rationis: & ideo oportet addere tertiam cõditionem & sic dicere: Ab eodem agente, uniformiter, & inuariabiliter se habente; non potest esse aliquis effectus nouus eiusdem rationis, & hoc nõ facta uariatione, uel mutatione aliqua in causis actiuis, & passiuis concausantibus immediatè illi causæ primæ; tunc. n. si nulla fiat uarietas in illis, nunquam erit effectus nouus, neque eiusdẽ, neque alterius rõnis secundum Philosophũ. Nouitas ergo effectus, secundum Philosophum, procedit a causis secũdis, quas ille necessario posuit coagere cum causa prima; tamen secundum ipsum Philosophum, prima cã inuariabiliter se habẽte, potest esse nouitas in effectu: & sic illa propositio non esset uniuersaliter uera, & sic solutum est argumentum secundum.

Monet difficultatem.

Vtrum ab immutabili causa sit nouitas in effectu secundũ Philosophos.

Nouitas effectus secũdum Philosophum est a causis secundis.

T E R T I Ò principaliter arguitur, & probatur ꝙ illa sit uera. Nam secundo de generatione: Idem inquantum, idem, semper natũ est facere idem: mõ Deus est idẽ agens; ergo semper faciet eundẽ effectum; & eundem effectũ semper producet; & sic creatura esset ab æterno: nam sp est idem agens omnino quod nunc, & sic multa falsa sequerentur &c. Respõdet Scot. ad illam propositionẽ secundi de generatione, breuiter, ꝙ ipsa intelligitur in agentibus naturalibus: & non in causis liberis: Vnde ignis, semper eodem mõ agit. s. naturaliter, siue calefaciat aquam; siue aliquid aliud. Sed in causis liberis, sicut est Diuina uoluntas, nõ est uniuersaliter uerũ; non. n. semper facit idem, patet benè. nam uoluntas pót uelle obiecta contraria & dispa

Tertiũ principale soluitur.

Resp. ad tertium princ.

Propõ Philosophi. Idẽ manens idẽ &c. Vbi uera sit &c. ubi non.

rata ẽtiã ex libertate sua. Mõ Deus ad extra libere agit, & uno actu uolendi, & potest producere, & non producere, eo modo quo sibi placet, & oẽs similes authoritates hoc modo soluuntur, & sic argumentum non cogit.

Q V A R T Ò principaliter arguit Scotus, quod Deus non possit aliquid creare. Illud non est ponendum, cuius nulla pót assignari ratio, uel causa. Sed negando mutationem in Deo, non potest assignari ratio, uel causa. s. quare Deus nũc creat & ante nõ creabat, ergo non est rationabile dicere, ꝙ Deus possit creare, nisi ponatur mutatio in ipso Deo. quod uos Theologi maximè uitatis. Maior uidetur nota; nam quod sine rõne dicitur tanquã fatuũ ab omnibus contẽnitur, &c. Minor probatur. nam si Deus sp manet uniformiter, & nõ mutatur, quare magis dicis, ipsum nunc creare, & ante non: Dices fortè, ꝙ nulla est alia cã; nisi quia est agens liberũ; & ꝙ agit quãdo illi placet, & quando ét non placet non agit, ò, dicit: hoc non ualet; nam ego quæram, quare magis placet illi nunc agere, & prius non placebat sibi: nã arguitur sic, agens uoluntarium nõ agit nunc magis, quàm alias, nisi quia nunc uidat maiorem opportunitatem agendi, quàm prius haberet; ergo illud tunc mutabitur, ad minus de non habẽte opportunitate. ad habẽs opportunitatẽ; & sic semper oportet ponere mutationẽ in Deo: uel dicere, ꝙ non potest aliquid de nouo creare; quorum utrumque est falsum. Et argumentum est contra te, ratio est bona, uel replica. Respondet Scotus ad hoc argumentum, sicut respondet Philosophus. 4. Metaphysic cap. 8. quod indisciplinati est, omnium quærere causam. Nam quærare causam, ubi nulla est, fatuum est, & quærere indoctè; esset. n. processus in infinitum si principiorum necessariorum quæratur causa, uel ratio. Et ideo semper est status ad aliquam immediatam, cuius nulla est causa; uel rõ, hoc dictum est in materia de subiecto Theologiæ; cum dico: uoluntas Diuina uult, ꝙ illa est immediata, & ultima, inter contingentes; & illius quęrere aliam rõnem, est fatuũ. Quęrere quare Deus uoluit, quod ego essem indiuiduũ hominis; & non asini, nulla est cã, uel rõ, nisi quia sibi hoc placuit. Ad argumentũ ergo dico ꝙ nulla dabitur alia cã, nisi quia est agens liberum. Et si ultra quæras; dico ꝙ nulla est causa. Sed pro replica, dico ꝙ duplex est libertas. Quædam est libertas habẽs perfectionem ex suo uolibili. Alia est nullam habens perfectionem ex suo uolibili, exemplum primę, est illa libertas, uel uolũtas, quæ perficitur ab obiecto uolito, si ponatur in esse; unde multi uellent esse episcopi, & si poneretur in esse, uoluntas illorum benè perficeretur ab illo uolibili. Aliquãdo nullam perfectionem expectat ab obiecto uolito, ut uoluntas Diuina; secũdum illud: Bonorum meorum non indiges. Non creauit nos Deus, ut perficeretur nobis creaturis. Dico nunc primo, ꝙ uoluntas expectans perfici a suo uolibili; ideo agit nunc potius quàm alias, quia expectat opportunitatem agendi. Illa qui uadit ad Regem, ad aliquid impetrandum, non quacunque hora se præsentat Regi, sed quærit tempus, quo Rex gaudeat, & nõ quando Rex est indignatus. Etiam agens quod perficitur in uolito, uidet illud magis opportunum uno tempore, quàm alio; & sic tunc agit, &c. Secundo dico de uoluntate non expectante perfici ab ipso uolito, non magis agit nunc, quàm alias. quia nunc hẽt maiorem opportunitatẽ ad effectũ illum producendum, quàm alias. Nam semper Diuina uoluntas hẽt æqualẽ opportunitatem; & sic illud dictũ, non intelligitur de uoluntate Diuina, sed de uoluntate creata, & tunc conclusiõ est falsa, ergo nulla est danda rõ, nec quærenda, quare Deus uult creare hodie, & heri non, nisi quia sibi placet hodie creare, & heri nõ placebat; &c. & sic patet, quomodo Deus potest aliquid de nihilo producere, ut ly, de, dicit ordinem durationis, & est resolutio ad istam secundam quæstionem.

4 prin. deducitur.

Sco. resp. ad 4. princ.

Diuina uoluntas uult est prima & contingentium cuius nõ est ratio.

Libertas duplex.

¶T E R T I Ò quæritur, utrũ possibile sit &c.] Tertio principaliter quæritur una quæstio problematica apud doctores Theologos, & Philosophos. Vtrũ Deus possit aliqd producere sine principio. Et Deus capitur tã notionaliter, quã essentialiter, utrũ. s. pater, secluso filio, & Spiritu sancto, p impossibile, possit creare animã Antichristi, sine principio, &c. Etiã Deus capitur essentialiter; utrum Deus trinus & unus possit creare animam &c. & est idem iudicium. Possibile capitur, ut opponitur impossibili: utrum hoc sit possibile. s. ꝙ nulla sequatur contradictio, ad positionem istius, quod Deus sine principio producere possit aliqd aliud a se; oã duplex est productio. s. ad intra, uel in se. Alia est ad extra, ut ad aliqd aliud a se. Exemplũ primi, ut productio alicuius realiter distincti ab ipso producente, essentialiter tñ & idẽ cũ illo: ut productio filii; uel Spiritus sancti in Diuinis. Et ideo dicitur productio in Diuinis ad intra, uel in se; qa est in unitate naturæ. Exẽplũ secũdi, ut productio

De potentia creandi ab æterno, an sit in Deo.

Quo sumatur Deus in qõne.

Possibile duplex.

ctio ad extra, quæ est productio alicuius realiter & essentialiter distincti a Deo: & ideo dicitur productio ad aliud a se. Vtrú ergo Deus possit aliquid aliud a se realiter & essentialiter distinctum producere sine principio. Vnde aliquid produci sine

Aliquid produci sine principio duplr pôt intelligi.

principio potest intelligi dupliciter. Vno modo sine principio absolutè. Alio modo sine principio durationis. Primo modo, q scilicet nullum principium inquiratur ad productionem illius. Et isto modo non quęrit quæstio. Secundo modo potest intelligi sine principio durationis. Et illud pôt produci sine principio durationis, cuius suum non esse, non præcessit duratione eiusmodi esse ly, præcesserit natura, ut si Deus ab æterno produxisset hominem, ille fuisset productus sine principio durationis, nam semper habuisset esse; & non esse suum, núquam fuisset prius duratione quàm eius esse. Sed benè natura. Modo

Sensus tituli qônis.

sensus, quæstionis est, Vtrú Deus ab æterno potuit producere aliquid realiter, & essentialiter distinctum a seipso, ut ly ab æterno, capitur aduerbialiter, ut tantum ualet, sicut æternaliter; & non capitur nominaliter: nam sensus esset, utrum aliquid possit produci ab aliquo, quod est æternum. s. a Deo, & hoc est uerum; & sic nulla est quæstio de hoc: quia omnia producuntur ab ęterno isto modo. Capitur ergo aduerbialiter ly, ab æterno, & exponitur sic. Adam fuit ab æterno idest ante oẽ tempus; & nullum est tempus finitum, in quo Adam non fuerit: & sic patet titulus quæstionis. Argumenta. n. tam ante oppositum, quàm post soluuntur, nam quæstio est quædam disputatio.

Argumẽta soluuntur.
1. opinio.

In ista quæstione sunt tres opiniones, licet hic non recitētur nisi duæ: Vna opinio est, q mundus potuit esse ab ęterno, productus, & q de facto est productus ab æterno. Alia opinio est, q mundus potuit produci ab æterno, licet de facto nõ fuerit productus ab æterno. Tertia opinio est, q mundus nec

Auer. sensit mundum fuisse productum ab æterno.

de facto, nec de possibili potuit esse ab æterno. Primus modus dicẽdi secundum Varillam est ipsius Auerrois Commentatoris Philosophi non autem est ipsius Philosophi Aristotelis, & de hoc modo dicendi Scotus nihil dicit hic, dicemus tamẽ aliqualiter. Secundus modus dicendi est multorum Theologorum, maximè B. Thomæ, cui uidetur Scotus magis fauere; nã sunt multæ authoritates B. Aug. quod mundus potuit esse ab æterno, licet nõ fuerit de facto. Et primo inducitur modus istę dicẽdi B. Thomę, cum suis rationibus, & probationibus, quas soluemus: nam istud est unum problema in uia Scoti. Tertius modus dicendi est ipsius Henrici de Gandauo; q scilicet non fuit possibile mundum fuisse ab æterno, sicut de facto non fuit ab æterno. Sed incepit esse. Quòd tamẽ nõ fuit possibile, quod fuisset ab æterno, probabit ille; & soluemus rationes suas, quãuis Scotus remaneret hic problematicus; utraque. n. opinio est

Opi. Thom.

Scoto probabilis. Est ergo primus modus dicendi B. Thomæ; cuius conclusio est. Mũdus potuit esse ab ęterno; & probat hoc

1. rõ D. Th.

primò sic. Illud est possibile, cuius oppositum nõ potest demonstrari. Sed oppositum istius. s. mũdũ potuisse esse ab æterno, nõ pôt demonstrari; ergo istud est possibile. s. mundũ fuisse ab ęterno. Possibile est, sortem esse, nã eius non esse, non pôt demonstrari: & sicut oppositum in opposito, ita propositum in propo-

Probatio.

sito. Minor probatur. s. q istud non possit demonstrari. Mũdus nõ potuit &c. nam si illud posset demonstrari, uel hoc esset per medium intrinsecum; uel pér mediũ extrinsecum. Sed nec sic, nec sic, idest non per medium intrinsecum; nec sic idest nõ per medium extrinsecum potest demonstrari; ergo non est demõstrabile. Quòd non posset demonstrari per medium extrinsecum, patet; nam illud medium extrinsecum, maximè esset uoluntas Diuina; sed hoc non, idest uoluntas Diuina non pôt esse medium extrinsecum, quo possit demonstrari. Mundũ non potuisse produci ab æterno. Minor probatur, nam nulla est ratio; quare uoluntas Diuina unum uoluerit nunc, & aliud, uoluerit æternaliter, uel ab æterno: nam nulla est rõ immediata. Nec pôt demonstrari per medium intrinsecum; nam illud maximè esset essentia, & quodquod est ipsius mundi, uel rei, quæ ab æterno non pôt produci; sed hoc non est possibile q sit medium. s. essentia rei, hoc probatur, quia essentia producibilis, abstrahit ab hic, & nũc, & ab oibus conditionibus materialibus; ergo illa non potuisset esse mediũ per quod probari possit creaturam non posse produci ab æterno, ergo possibile est mũdum fuisse ab æterno. Argumentũ est satis bonum. Confirmatur tamen ista ratio a B. Thoma sic; Quòd scilicet oppositum huius, mundus potuit esse &c. scilicet mundus non potuit esse ab æterno non possit demonstrari, quia hoc est articulus fidei, scilicet mundum, & omnia quæ in ipso sunt, non fuisse ab æterno, sed incepisse esse, & ex tempore facta fuisse. Nam dicimus, credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cęli, & terræ; & si demonstraretur ista, mundus non potuit esse ab æterno, tunc demonstraretur etiam, q Deus in tempore, produxit cœlum, & terram & sic probaretur articulus fidei; quod est falsum. Quia tunc illæ rationes probantes illum articulum, non ualerent fidelibus; quia euacuarent meritum fidei: quia fides non habet meritum &c. Nec etiam illæ rationes essent utiles ipsis infidelibus; nam deriderent, q nos crederemus illud, de quo habemus demonstrationem, & rationem demonstratiõ; ergo non est aliquando demonstrabile. Mundum non potuisse ab æterno produci, uel aliquod aliud ab ipso Deo; & ideo oppositum illius, scilicet mundum potuisse esse ab æterno, probabiliter potest teneri &c.

Resp. Sco. ad primũ arg. D. Tho.

¶TENENTES istam positionem &c.] Respondet Scotus ad rõnes D. Thomæ pro Henrico, ibi tenentes istã positionem potissimæ &c. Scotus secundum mentem Henrici soluit hanc rationem, & cæteras alias. Nam Henricus tenet oppositum, q nullum successiuũ, nec mundus, potuit esse ab æterno: imo hoc demonstrabit ille suo modo. Argumentum ergo est contra il-

Concl. H.

lum, de directo; & ideo ipse dicit ad argumentum D. Thomæ, supponendo illud fundamentum datum in quæstione præcedenti; quod. s. Deus nõ potest aliquid producere, nisi quod est possibile ex se, nam Deus nihil uult, nisi illud sit uolibile: unde dictum est, & ille dicit, quòd Deus non potest aliquid producere nisi illud habeat esse possibile, & non aliter, etiam dicit eodem modo, de uelle Dei q ratio, quare Deus uult hoc, non est ex parte ipsius obiecti. Secundo dicit Henricus, quòd naturaliter non potest sciri an uoluntas Diuina sit, respectu huius determinate; quia nulla est causa, nec ratio; benè tamẽ est ratio, quare uoluntas Diuina uult hoc, s. auxilium ratio est, q illud est unum obiectum uolibile, sed quare uult illud tali tempore esse, uel tali, de hoc nulla est causa naturaliter nota respõ

Ad argu.

sua ad illud. Modo ad argumentum, cùm arguitur sic. Illud nõ est negãdum &c. transeat ista maior; sed oppositum huius &c. nego istam; & cum probatur inquisitiuè, quia uel hoc esset per medium &c. dico quod per medium intrinsecum. Contra, nõ per quod quid est mundi uel creaturæ; concedo, sed benè per esse ipsiusmet creaturæ, demonstratur q ipsa potuit tantum esse in tempore, & non ab æterno.

Reijcit Sco. solutionem Henr.

Scotus tamẽ dicit, quod ista solutio, non multum ualet; nam quæro, quomodo per esse creaturę demonstrabis illam non potuisse esse ab æterno? quomodocunque arguas demonstrando, nunquam erit demũstratio. Nam semper argumentum peccabit, uel in materia, uel in forma, probatur tamen, & arguitur sic, omne quod habet existentiam incipit esse: sed mundus uel lapis, habet existentiam; ergo mundus incipit esse, & hoc modo per esse creaturæ, tanquam per medium ad hoc demonstrandum, potest syllogizari. Verum illud argumentum peccat, uel in materia, uel in forma; & probatur q in forma. Nam est fallacia consequentis; q a inferior esse de omni existente; cum enim dicit, omne quod incipit esse, existit: ista benè est uera, de illo quod nunc incipit esse ab exposita, ad exponentem, tamen non omne quod existit, incipit esse, patet de illis, quæ existunt in Diuinis. Modo in illa uniuersali, scilicet q omne habens existentiam, incipit esse, est fallacia consequentis. Deinde Argumentum peccat in materia. Nam dicis, quòd est demonstratio. Contra omnis demõstratio, debet esse ex necessariis; modo minor illius syllogismi est merè contingens quod. s. creatura habeat esse, est unũ merè contingens; & sic illa ratio Henrici nullo modo erit demonstratio; sicut ille imaginatur.

Sco. pro Henrico soluit argu. dupliciter.

Et ideo Scotus pro Henrico, aliter soluit argumentum istud D. Thomæ, & hoc dupliciter, primo per unam distinctionem talem. s. q per existentiã creaturæ, posset demonstrari illam non posse esse ab ęterno, potest intelligi dupliciter. Vno mõ per existentiam creaturę sumptã, cum conditionibus talis existentiæ. Alio modo per existẽtiam creaturæ sumptam cum conditionibus repugnantibus illi existentiæ. Exemplum primi, supponendo, quod duplices sunt cõ-

Condĩones existentiæ sunt in duplici differẽtia.

ditiones existentiæ. Quædam sunt consequentes esse illius, uel illam; ut esse finitum, esse limitatum &c. huiusmodi consequũtur existentiam creaturæ, posse designare rem creatam esse in hoc tempore; in hoc loco. Aliæ sunt conditiones repugnantes illi, scilicet summa bonitas, summa infinitas, summa actualitas &c. & istæ conditiones conueniunt Deo, & repugnant crea-

Primum dictum Sco.

turæ. Modo si sumatur existentia creaturæ cum illis conditionibus, conuenientibus illi, scilicet cum hoc, & hoc tempore; hoc modo nunquam per existentiam creaturæ, cum illis conditionibus in illo supposito, demonstrabit Henricus creaturam

2. dictũ.

non potuisse esse ab æterno. Secundo modo benè concedo, quòd cum illis conditionibus repugnantibus creaturæ, & existentiæ eius; benè demonstrabitur illam non potuisse esse ab æterno, ut arguatur sic; probando quòd asinus est animal irratio-

rationale; asinus est animal, cui repugnat rationale: ergo asinus est animal irrationale, bene sequitur. & efficacissime demonstratur etiam de homine, quod est rationalis, sic: homo est animal, cui repugnat esse irrationale; ergo homo est animal rationale. &c. nam per differentiam repugnantem illi, tanquam per medium, demonstramus illam conditionem convenientem illi; & benè arguitur, & Henricus isto modo arguit: lapis est tale ens, cui repugnat sempiternitas, uel infinitas, & huiusmodi: ergo lapis incepit esse. tunc ex existentia illius, quia est, & cum illis conditionibus illi repugnantibus, benè probatur esse, uel incipere esse, de ipso, cõtra D. Thomam. & istud est medium intrinsecum idest esse creaturę, cum illis conditionibus repugnantibus; & ita istud argumentum non concludit. & hæc est prima solutio.

Secunda solutio eiusdẽ arg.

Secundo soluit illam rationem, ad formam, cum arguitur sic, illud est possibile &c. nego istam; & dico quòd ista est falsa, ut dicit Scotus, & dat instantiam. Nam prima principia sunt necessaria, tamen opposita primorum principiorum sunt primo impossibilia; & sicut ipsis primis principiis nihil est uerius; etiam oppositis ipsorum, nihil est falsius. Modo ex isto medio scilicet illud est possibile cuius oppositum &c. arguendo, subsumo pro minori, sed opposita primorum principiorum non possunt demonstrari, ut patet; ergo prima principia sunt impossibilia. Conclusio est falsa; ergo aliqua præmissarum: nõ minor; ergo maior, quæ est uera, ergo est falsa, nisi limitetur hoc modo, scilicet illud est possibile, cuius oppositum non est necessarium; isto modo limitando illam, maior est uera. Sed tunc minor est falsa, scilicet quòd illius oppositum, scilicet istud; creatura non potuit produci &c. Nam ista est necessaria negatiua; quia creaturæ repugnat formaliter, produci ab æterno, ideo Henricus diceret illam necessariam. & ita patet, quomodo illa ratio D. Thomæ est probabilis, & non necessaria.

Limitatio.

Confirmatio Henr.

Confirmabat tamen D. Thomas illam rationem, qua probabatur, quod mundus potuit esse ab æterno, ex ratione possibilitatis. Nam oppositum illius &c. quæ ratio fuit soluta, cum ostensum sit modo per medium intrinsecum, scilicet per existentiam creaturæ, cum aliquo addito, &c. Confirmatur tamen illa ratio, quòd tunc euacuaretur fides &c. & quòd ratio non esset utilis fidelibus, nec etiam infidelibus, qui nos deriderent &c.

Soluit Sco. confirmationẽ D. Tho.

Respondet Scot. ad hoc ponendo unam propositionem, quam deducit tam apud fideles, quàm apud infideles, ex qua patet solutio ad argumentum; Propositio est ista; Non est periculosum, si quæ rationes possunt adduci ad illa, quæ credimus, illas adducere, patet benè. Nam si esset ratio ad unitatem Dei, non est periculosum illas adducere, nec apud fidelem, nec apud infidelem; ergo benè adduci possunt. Quòd non sit periculosum, propter fideles; probatur sic. nam sancti Doctores inquirentes rationes eorum quæ credimus, non propter hoc intendebant destruere, uel euacuare meritum fidei; sed magis augebant illud: sed multi Doctores sancti, sicut D. Aug. Ambrosius, Hylarius, adduxerunt rationes probabiles, ad probandos articulos fidei: ergo illud non est periculosum fidelibus. patet etiam per illud Isaiæ. cap. 7. Nisi credideritis, non intelligetis; licet alia translatio habeat; non permanebitis: ergo intelligere, sequitur ueritatem Dei, & credulitatem illius; ergo credentes inquirimus, & expedit Doctori plura inquirere de illis, & hoc rationibus probabilibus; uerum est tamen, quòd possumus distinguere, quòd rationes adductas ad probandum illa quæ sunt fidei, possunt destruere meritum fidei, potest intelligi dupliciter; Uno modo de rationibus probabilibus, quòd si tales adducantur ad ea quæ creduntur, illæ destruerent meritum fidei; & hoc modo non est uerum, imo illæ magis corroborant. Alio modo quod si rationes demonstratiuæ adducantur, quòd destruant meritum fidei, & hoc modo benè concedo: quia scientia non stat cum fide, sumendo scientiam & fidem pro actibus scientiæ & fidei respectu eiusdem obiecti. & sic loquendo de rationibus probabilibus, nullum est periculum illas adducere ad ea, quæ fidei sunt, ipsis fidelibus. Nec etiam apud infideles.

Licet probare quæ sunt fides rõnib. probabilib.

Dupliciter põt intelligi rõnes destruere meritum fidei.

Adducere rõnes ad ea quæ fidei sunt unius apud infideles.

Sed hoc contingit dupliciter,

Unde adducere rationes ad illa quæ credimus, potest esse dupliciter: Uno modo adducere illas rationes, ad probãdum illa quę credimus esse facta. Alio modo ad probandũ illa quę credimus esse possibilia fieri, & illis non repugnare esse. Primo modo; scilicet quòd probemus uerbum carnem factam esse, Spiritũ sanctum descendisse in Apostolos, in die Pentecostes, in linguis igneis, &c. Secundo modo quòd probemus illa possibilia fuisse fieri, nempe quòd possibile fuit uerbum Diuinũ assumere naturam humanã in unitate &c. Modo dico quòd si probaremus illa esse facta, benè euacuaretur fides: nec oporteret illa credere; & rationes necessariæ etiam nõ sunt ad illa: patet, quia illa sunt merè contingentia: & possunt non esse. Secundo modo dico quòd benè possumus illa probare, & declarare, potuisse fieri. & illæ propositiones futuræ de possibili, sunt necessariæ; ubi tamen illæ de inesse, erant merè contingentes; & sic isto modo adduceremus nos rationes probabiles, ad probandum quod non credimus impossibilia simpliciter; & hoc benè prodest etiã ad confundendum infideles, & adducendum illos ad fidem nostrã. Et sic tales rationes non sunt ad derisionem apud infideles.

Si autem adducerentur sophismata, & rationes sophisticæ; benè exponeretur fides derisioni. Nam illi faciliter soluerent illas per fallacias, & ita eueniet, si quis doceret Geometriam sophisticis rationibus; ego enim tunc crederem me aliquid scire, ubi nihil scirem. Et Scotus dicit unum bonum uerbum, quòd melius est, quod ego ignorem Geometriam, quàm quòd ego opinarer me aliquid scire in illa, cum nihil scirem: nam quando fieret argumentum, manerem stupidus. Et sic probabiliter Doctores sancti probauerunt credibilia esse possibilia fieri; & ideo confirmatio D. Thomæ non ualet.

Tertia rõ D. Tho. ad suam concl.

CONSEQVENTER est tertium argumentum B. Thomæ. ad probandum, quòd Deus potuit esse ab æterno & sine principio &c. Et arguitur sic, supponendo illud dictum B. Augu. 6. d. Trin. cap. 1. Si ignis esset ab æterno, splendor ab eo genitus esset sibi coæternus; & ignis habet splendorem pro effectu suo, quo illuminat, & calefacit: & si ignis esset ab æterno, etiam splendor &c. modo arguitur, benè sequitur secundum D. Augustinum; ignis est æternus; ergo splendor eius. Etiam in Diuinis benè sequitur, pater in Diuinis est æternus; ergo filius in Diuinis est coæternus; & isto modo arguit D. Augustinus contra Arrium hæreticum, negantem patrem in Diuinis genuisse filium coæternum, coæqualem, & consubstantialem sibi: & arguit sic contra illum: Si ignis &c. & si illa consequentia est bona, etiam ista consequentia est bona & naturalis: quia est a causa naturaliter agente ad effectum naturalem coæuum, Et tenet consequentia; nam causa naturalis perfecta, non impedita, necessario ponit effectum suum in esse; modo si ignis esset ab æterno, ille non minus esset causa naturalis; & necessario egisset, & sic fuisset splendor illius ab æterno. Hoc eodem modo dicendum est, de patre, & filio, in Diuinis: nam pater est producens filium naturaliter. Hoc modo arguendi usus est B. Augustinus. Hoc supposito, arguit B. Thomas, quòd mundus potuit esse &c. & arguit sic: Causa naturalis pfecta nõ impedita, si est æterna, producit effectũ illi coæternũ; ergo causa uoluntaria perfecta, potuit ẽt effectum sibi coæuũ producere: & sic Deus potuit mundum ab æterno producere. Argumentũ hẽt bonam uim, illo supposito stante; antecedens patet ex illo modo arguẽdi B. Augustini: nam aliter argumentum illius nõ ualeret contra Arrium. Cõsequentia nunc probatur. Nã quicquid põt causa agens naturalis, ẽt illud põt causa agens uoluntaria, maximè si est perfecta. nam si non esset causa perfecta, nõ esset uerum, quod posset quicquid cã naturalis, sed Deus est causa uolũtaria, & perfecta, nullus catholicus dubitat; ergo potuit mundum, uel alium effectum ab æterno producere, & sic patet illa ratio.

Instatur cõtra rationẽ.

Et si dicatur, quod consequentia non ualet. nam causa naturalis agit necessario; & causa libera non agit necessario, sed libere; modo arguitur a causa naturaliter agẽte, ad causam liberam; ideo non ualet consequentia.

Soluit Sco. instantiam

Scotus excludit illam instantiam: quia nulla est differentia inter causam naturaliter agentem, & causam liberam in proposito, per hoc quod agens uoluntariè agat contingenter.

Euasio ad rõnem.

Ad istam rationem datur una euasio, quæ ponitur in fine duarum cõfirmationum ad istam rationem, & rationis euasio, est una distinctio ad authoritatem B. Augustini, quod duplex est splendor ignis, quidam est immanẽs, alius est transiens.

Splendor ignis duplex secundum aliquos.

Primus est consubstantialis igni, & nunquã producitur ignis nisi etiam splendor ille inexistens igni, producatur cũ ipso. Alius est splendor in igne transiens, qui. s. ignis illuminat mediũ; & iste splendor non generatur cũ ipso igne, Modo cum arguitur, secundum B. Augustinum, si ignis &c. dico, quod intelligit de splendore primo modo, scilicet inexistente, uel immanente illi, non autem de splendore transeunte. Patet, nam ille splendor inexistens, est illi consubstantialis.

Ad rõnem respondens.

Reprobatio euasionis.

Sed diceret B. Thomas, quòd ista euasio nõ est de mente beati Augustini. nam Augustinus dicit, splendor ab eo genitus; modo inter generans, & genitum, est distinctio realis, ergo non loquitur de illo splendore immanente; nã ille non producitur ab igne, sed a producente ignẽ; ergo loquitur de splẽdore trãseunte: ille, q. distinguitur realiter, ab ipso igne. probatur etiam, nã

Augustinus super Ioan. 26. Homilia dicit, quòd si virgultum æternaliter fuisset in aqua, etiam umbra illius in aqua fuisset æternaliter; & tamen virgultum produxisset illam umbram, uel imaginem, suiipsius ad extra, realiter distinctum ab ipso: hoc eodem modo loquitur D. Augustinus, de splendore ignis, realiter distincto ab ipso igne, & transeunte ad extra. Et ita illa euasio non ualet, sed rem remanet in sua apparentia.

Resp. Scot. ad 3. argu. D. Tho. Respondet Scotus, pro Henrico ad hoc argumentum; sumendo unam regulam, per quam bene soluitur argumentum. *Regula Sc.* Regula est illa, Quandocunque arguitur per bonam consequentiam, & plures sunt rationes bonitatis talis consequentiæ, si remoueatur una ratio bonitatis ipsius consequentiæ, alia ratione bonitatis ipsius consequentiæ remanente, adhuc illa consequentia est bona, uirtute illius causæ, quæ remanet. Exemplum: homo currit; ergo animal currit, est bona consequentia, quæ ualet per duos locos dialecticos; primo per locum a specie ad genus affirmatiuè, nam semper est bona consequentia; homo currit; ergo animal currit. Alia ratione tenet illa consequentia, a parte subiectiua, ad suum totum: nam construcitiuè, uel affirmatiuè, semper ualet consequentia: homo est pars subiectiua ipsius animalis: & ideo benè sequitur, homo currit; ergo animal currit. modo ponatur per casum, quod homo non esset pars subiectiua animalis, dato tamen quòd esset species animalis; adhuc illa consequentia esset bona, homo currit; ergo animal currit, uirtute illius loci Dialectici, a specie ad genus. regula est bona. Ita est in proposito, ignis est æternus; ergo splendor ab eo genitus, est æternus, est una consequentia, quæ habet duas rationes ueritatis. *Notatur differentia inter locum a causa ad effectum, & locum a productione et productio.* Vnde notandum, quòd alius est locus arguendi, a causa ad effectum suum; & aliud est arguere per locum a producente ad productum; isti loci differunt, sicut magis, & minus ratione consequentiæ: Nam non omne productum est effectus, sed benè è conuerso, omnis effectus est productus; causa & effectus, inferunt producens, & productum; & non è conuerso. Illa ergo consequentia tenet per istos locos; primo per locum a causa ad causatum; nam ignis est causa naturalis ipsius splendoris: modo per positionem causæ naturalis, non impeditæ, ad suum effectum, consequentia est bona. Secundo tenet illa consequentia per locum a producente ad productum; unde sequitur, producens est æternum; ergo productum est æternum. Modo ignis est producens splendorem, & iste locus est magis uniuersalis, ad probandum illam consequentiam esse bonam; & secundus locus est minus uniuersalis, & sic illud argumentum non ualet ad propositum D. Thomæ, licet benè ad propositum B. Augustini. Nam arguit D. Augustinus a producente æterno, ad productum coæternum; & tenet consequentia illius; argumenti per habitudinem producentis, ad productum; & nullo modo tenet per locum a causa, ad causatum. Nam pater nullo modo est causa filii in Diuinis. Sed ad propositum arguitur, supponendo unum impossibile secundum me, dicit Henricus; & est quòd mundus potuit esse ab æterno: hoc tamen impossibili dato, benè ualet consequentia; & non ualet aliter, quàm ex illo impossibili: ut benè sequitur, si homo est asinus, ipse est rudibilis: tamen hoc est impossibile, quòd homo sit asinus. Et ideo non dicimus nos, quòd ad impossibile sequatur quodlibet; sed tantum sequitur illud, quod per bonam consequentiam deducitur, ex illo impossibili concessio: Non enim sequitur, tu es asinus. ergo conclusio falsa, licet benè sequatur, ergo tu habes longas aures. Etiam illud benè ualet, si ignis esset ab æterno; ergo etiam splendor &c. ex hoc solo, quòd daretur, quo ignis esset æternus: sicut pater in Diuinis, dabatur B. Augustino. & sic nihil sequitur. *Prima confirmatio D. Tho.* Confirmat tamen B. Thomas suam rationem dupliciter; & arguitur sic primo: Nulla conditio perfectionis reperitur in secunda causa, quacunque positione facta, quæ non possit poni in prima causa, ut causa est; sed perfectionis est in aliqua causa secunda, quòd possit habere effectum illi coæuum; ergo hoc ponendum est in prima causa. & sic illud est possibile, quòd mundus potuit esse ab æterno. Vnde maxima perfectio esset in homine, quod immediatè, quando est, possit producere sibi simile. In causa ergo prima, non est neganda illa perfectio. ergo Deus potuit mundum producere ab æterno. *Resp. Scoti pro Hen ad primam confirmationē.* Respondet Scotus pro Henrico ad argumentum. Cum arguitur, Nulla perfectio &c. concedo istam; nam nulla est perfectio in causa creata, quæ eminentiori modo non contineatur in causa prima. Ad minorem, nego illam; & dico quòd nulla perfectio est in causa secunda, quòd ipsa habeat effectum sibi coæuum. Probatur, nam dicit Henricus, quòd ille effectus esset necessarius; & est fundamentum illius. Patet tamen, quia nulla causa secunda potest habere effectum necessarium simpliciter; ergo illa confirmatio non ualet, nisi per positionem illius impossibilis, scilicet quòd ignis esset ab æterno, quod tamen ego non admitto; imo breuiter dico quòd implicat, quia diceremus creaturam non esse creatam; quia esset necessaria simpliciter, quod tamen est absurdum.

2. Confirmatio D. Tho. SECVNDO confirmat B. Thomas suam rationem tertiam, probando, quod Deus potuit mundum ab æterno producere, sic: Si Deus esset causa naturaliter agens ad extra, de facto mundus fuisset ab æterno; ergo etiam nunc, quamuis Deus liberè agat, potuit mundus esse ab æterno: antecedens patet; nam causa naturalis non impedita, non posset non causare; & maximè prima, quia est perfectissima: nam causasset simul, & necessario. modo ergo etiam & nunc probatur hæc consequentia. Nam modus causandi diuersus, non uariat rationem formalem causati, uel effectus, secundum D. Ambrosium. secundum quam conclusionem probat ille Doctor, quòd Christus fuit homo eiusdem speciei nobiscum. nam disparitas ortus, non uariat speciem. Ergo si Deus fuisset agens naturaliter, mundus fuisset ab æterno. ergo etiam nunc quamuis liberè agat: Nam libere causare, uel naturaliter, sunt modi, qui non uariant speciem, nec causam. *Resp. Scoti pro Hen. Duplex modus causandi in causa.* Respondet Scotus, pro Henrico; quòd duplex est modus causandi, in causa, scilicet Modus producendi compossibilis causæ; Et modus creandi incompossibilis illi causæ producente. Modus producendi uel causandi incompossibilis mihi, etiam & igni, est, quòd producamus effectum necessarium simpliciter. Sed modus causandi conueniens nobis creatis, est producere entia contingentia finita, limitata; & huiusmodi, distinctio est bona. Modo si secunda causa produxisset aliquid ab æterno, illud productum fuisset æternum. Nam quicquid non habet prius duratione non esse, illud tale est æternum. Modo cum arguitur, si Deus &c. Dico quod iste modus est incompossibilis causæ; etiam primæ, in hoc casu, nam tunc quicquid produxisset, fuisset æternum, & ens necessarium; & sic hoc impossibili dato, dico quòd consequentia est bona: non tamen ita est in re. modo dico quòd cum modus causandi conueniens Deo ad extra nunc, qui est liberè agere. non inferat aliud contra nos, sequitur quod illa ratio D. Thomæ tertia cum suis annexis confirmationibus, nihil concludat.

Quarta uero D. Tho. ad suam conclusionem. Creatura in cludit i sua rōne formali limitationem; debet intelligi eo m̄ quo modus ēst de ratione forma l entis, cuius est modus. PRAETEREA quarto quicquid dicebamus supra, quomodo B. Thomas probat, non esse impossibile mundum fuisse ab æterno; & solutis illis rationibus, probat adhuc B. Tho. supponendo quòd quælibet creatura in sua ratione formali includit limitationem; & finitatem, finitas enim est de ratione entis creati, nam non infinitum dicitur de illo, cui primo, & per se conuenit infinitas: modo arguit ille sic. Quicquid non repugnat limitationi, etiam non repugnat creaturæ, si illud tale sit aliqua entitas; sed quantacunque duratio. non repugnat limitationi; ergo quantacunque duratio, non repugnabit creaturæ; ergo creatura potuit esse ab æterno, & sine principio durationis, quod est probandum. Maior probatur extra librum, & tunc habetur alia regula: nam quandocunque aliqua duo sic se habent, quòd unum est de ratione formali alterius, si aliquid non repugnat uni, nec alteri; sicut quod non repugnat animali rationali, non repugnat homini. nam homo, & animal rationale, ita se habent, quòd animal rationale est de ratione hominis; modo limitatio in creatura, est aliquid idem realiter illi. Minor: sed quantacunque duratio non repugnat limitationi, & per quantamcunque durationem, intelligo tantam, qua data, non potest dari maior signata, uel signabilis: nam non repugnat limitationi tanta duratio, quin etiam maior possit illi conuenire. Minor probatur, nam illud quod durat per decem annos, non est per fectius, quam illud quod durat tantum per diem; nec illud quod per mille annos, est perfectius illo, quod durat per mediam horam, duratio nō ponit creaturam extra limites suos, & suam limitationem; ergo creatura, per quantamcunque durationem potest esse; & sic potest esse ab æterno: nam illa est maior duratio, quæ potest dari, qua nulla est maior. *Plus durās non est perfectius eo, quod minus durat.*

Resp. alicui ad quartum argum. D. Tho. pro Henrico. Respondet Scotus pro Henrico ad hoc argumentum, per unam distinctionem; quòd aliquid esse illimitatum, potest intelligi dupliciter; Vno modo esse illimitatum secundum perfectionem; Alio modo esse illimitatum secundum durationē; Primo modo, illud est illimitatum secundum perfectionem, quod non est determinatę perfectionis, sicut Deus; qui non est determi-

determinatæ perfectionis; & idem est illimitatus secundum perfectionem. Secundo modo illud est illimitatum secundum durationem, quod non habet terminatam durationem, sicut esset creatura, si fuisset ab æterno; nam nulla duratio fuisset, quæ esset maior illa. Hoc modo distinguendo, dicit Henricus primo, quod esse illimitatum secundum perfectionem, repugnat creaturæ: ratio est, quoniam quælibet creatura est finita, & per consequens esse illius intrinsecum creatum est finitum, & nullo modo est infinitum, uel illimitatum, secundum perfectionem. Secundo dicit, quod illimitatum esse, secundum durationem, repugnat etiam creaturæ; ratio est, nam aliter creatura adæquaretur suo creatori, secundum durationem, & æternitatem; quod est impossibile, & falsum, secundum istum; hoc est, quòd aliqua creatura adæquaretur Deo, est inconueniens illi. Modo cum arguitur, quicquid non repugnat &c. concedo; sed quantacunque &c. nego istam; & cum probatur, non est perfectius, &c. concedo, & dico, quòd hæc ratio probat ꝙ illimitatio secundum durationem non arguit illimitationem secundum perfectionem, & ꝙ illimitatio secundum perfectionem non potest conuenire creaturæ: sed non probat de illimitatione secundum durationem, ꝙ possit conuenire creaturæ quod debent probare: imo dico ꝙ talis illimitatio repugnat creaturę, q̃a adęquaretur Deo, qđ est impossibile. Si. n. adæquaretur Deo in duratione, sequeretur quod esset aliquo modo illimitata secundum entitate, quia non uidetur ꝙ possit adęquari Deo in duratione quin adæquatur ét aliquo modo in entitate. quod est impossibile. & sic illud argumentú nullo modo concludit mundum potuisse esse ab æterno. Scotus non est contentus de ista solutione, & ideo arguit contra eam: & dicit, ꝙ fundamentum illius solutionis quod si creatura potuisset esse ab æterno, quòd ipsa adæquaretur creatori suo in æternitate, & duratione, non est uerum: & quod illud non sequitur, dato, quòd creatura esset ab æterno, ꝙ ipsa adæquaretur &c. & probat, Nam si creatura duraret tantum per diem, illi coexisteret æternitas; tamen non sequitur, quòd creatura coæquetur illi, secundum durationem; nam æternitas dicit infinitatem; & duratio creaturę per diem, nullam ponit infinitatem in creatura. Et si ab æterno produceretur, mensura illius non esset infinita, & omnino finita. Et ita illa solutio non ualet. Ideo aliter diceret Scotus ad argumentum: quando arguitur sic, &c. concedo maiorem, & nego minorem: nam repugnat creaturæ, quantacunque duratio, non tamen sequitur ex hoc, ꝙ ipsa creatura esset adæquata creatori, sicut dicit Henricus: sed quia ex ratione sua formali repugnat ipsi creaturæ, esse per quantamcunque durationem. Et istud est unum de fundamentis. Et cum arguitur, non est perfectius &c. concedo hoc: sed repugnat illi ex eo, quia est creatura. Et hoc modo bene saluaretur argumentum etiam secundum mentem Henrici.

Quinta rõ D. Tho. ad idem.

QVINTO arguit B. Thomas ad probandum ꝙ non repugnat creaturæ; productã fuisse a Deo, ab æterno; arguit sic: creatura si fuisset producta ab æterno, illa semper tenderet ad non esse, sicut nunc, quando ipsa est producta ex tempore, ergo non est impossibile creaturam productam fuisse ab æterno. Antecedens patet secundum illud D. Gregorii 6. Moralium: Cuncta in nihilum tenderent, nisi esset manus conditoris &c. 2. 2. quarti est una alia authoritas ad hoc idem bona; quia creatura est de nihilo; ideo semper tendit in nihil, & ad non esse, quantum est de se, nisi Deus conseruaret illam: modo si creatura esset ab æterno, ad non esse ęquè benè se haberet sicut núc; ergo dicere illam potuisse esse ab æterno, non ponitur aliquid impossibile illi creaturæ. &c.

Resp. Sco. pro Henr.

Respondet Scotus ad hoc argumétum pro Henrico; & hic est unum fundamentum Henrici, ad suam propositionem; notando ꝙ creaturam tendere ad non esse, potest intelligi dupliciter; Vno modo actualiter. Alio modo aptitudinaliter. Vnde creatura tendit ad non esse actualiter, quando illa corrumpitur actualiter, & desinit quo ad esse actuale suum. Secundo modo creatura tendit ad non esse aptitudinaliter, quãdo ipsa, quantum est de se, inchoatur ad non esse, licet non corrumpatur actualiter. Et hoc modo dicimus quòd licet homo non rideat, est tamen aptus natus ridere.

Creaturam tendere ad non esse dupliciter põt intelligi secũdũ Hẽr.

Secundo notat Henricus, & est fundamentum suum, ꝙ de intrinseca per se ratione creaturæ est, ꝙ actualiter secundum durationé habuerit non esse priusquã esse, duratione, hoc requiritur, aliter non diceretur creatura, nisi actualiter non esse duratione, præcessisset esse illius, & nó solú natura. Mó dicit Henricus, ꝙ hoc argumentú quintú D. Thomę, est ad oppositú; ꝙ si creatura semper fuisset: etiã nó sequitur, hoc semp est; ergo actualiter tédit ad nó esse; nullo mó sequitur, imo implicat, ꝙ aliqd semper sit; & ꝙ actualiter tédat ad nó esse; ergo illa cósequentia Thomę non ualet. s. hoc sp fuit; ergo actualiter semp tédit &c. demóstrata creatura; patet, nã dicédo, hoc semper fuit, demonstrando creaturam, est dicere unum impossibile, scilicet ꝙ non esse creaturæ non præcessisset esse illius: quod est falsum, & impossibile, contra rationem creaturæ formalem: & sic illud argumentum bene solueretur per hoc fundamentum secundum Henricum.

Sexta ratio D. Tho. ad eandẽ cõcl.

SEXTÓ arguit, B. Thomas, ꝙ mundus potuit esse ab æterno; & primo secundú illud Aug. 10. d. Dei cap. 31. si pes fuisset in puluere ab æterno, etiam fuisset ab æterno uestigiú pedis; illa. s. figura, quã facit pes ex impressione illius in terra; uide de uestigio 3. d. 1. q. 7. diximus. n. ibi, quó uestigium est similitudo partis, nata repræsentare totum. Nam qñ uideo illud, dico, tale animal trãsiuit; & ita si pes æternaliter fuisset in pulueribus, ét æternaliter fuisset in puluere illud uestigiú; & sic aliquid qđ est effectus, potuisset esse ab ęterno & breuiter arguitur sic; possibile est pedis uestigiú impressum in puluere ab ipso pede fuisse ab æterno; ergo non est impossibile Deú producere creaturã ab ęterno. Cóseqnentia probatur, secundú illud argumentú B. Aug.

Resp. Hẽr.

Respondet Henricus ad illam auctoritatem, eo modo, quo sæpè in logica dicimus, Philosophum loqui secundum mentem aliorum, & non de mente sua: ét dicit Henricus, ꝙ B. Augustinus illo loco, loquitur secundum Philosophos, & nó de méte sua: nã ét ibidem dicit, si pes inquiunt Philosophi &c. Et ita illa authoritas non est de mente sua, sed secundum illorú Philosophorú dicta, cum quibus disputat, & sic auctoritas illa non cogit. Est ét auctoritas B. Aug. de ciuitate Dei lib. 11. capitulo quarto modo quodam uix intelligibili &c. ex modo quodã &c. Arguitur sic: Vix intelligibile est intelligibile, licet uix, idest difficulter sit intelligibile: nam ly, uix, non dicit, impossibilitatem, sed bene dicit difficultatem. sed possumus intelligere mundú fuisse, uel potuisse esse ab æterno; ergo mundum fuisse &c. nullam contradictionem dicit, licet sit benè difficile soluere, & intelligere, non tamen est impossibile, quod tu conaris dicere.

Respõ. Sco. ad auctoritatẽ tripliciter.

Respondet Scotus ad illam authoritatem tripliciter: primo per unam distinctionem, quod aliquid esse intelligibile, potest intelligi dupliciter: Vno modo intelligibile notitia appræhensiua. Alio modo notitia adhæsiua. Notitiá adhæsiua, quando aliquid cognoscimus cum assensu illius, uel circa illud; & est breuiter notitia qua assentimus primis principiis, & conclusionibus deductis ex illis, syllogismo demóstratiuo: nam tam conclusioni, quàm etiam principiis primis, assentimus. unde sequitur, ꝙ de impossibili, nulla est cognitio adhæsiua. Nam cognoscimus illa esse impossibilia. Alia est cognitio appræhensiua, & est quando aliquid tantum simplici notitia appræhenditur, sine assensu; hoc modo appræhendimus duo contradictoria, & impossibilia; ut ꝙ homo est asinus, & ꝙ asinus uolat &c. tamen non assentimus illis.

Aliquid ẽẽ intelligibile põt capi dupliciter.

1. solutio.

Modo cum arguitur, D. Aug. dicit, &c. concedo; sed quod est uix intelligibile, est intelligibile; concedo, notitia appræhensiua; nego autem notitia adhæsiua. Et hoc uult B. Aug. Nam mundum fuisse ab æterno, est unum impossibile simpliciter; & sic tantum est appræhensibile, notitia appræhensiua, non autem cum assensu, solutio est bona secundum mentem Henrici.

2. solutio.

Secunda solutio datur. Nam diceretur fortè, quod D. Augu. loquitur etiam de notitia adhæsiua; benè uolo; sed dico quòd aliquid esse appræhensibile notitia adhæsiua, potest intelligi dupliciter. Vno modo in uniuersali; Alio modo in particulari; In uniuersali secundum magis commune; ut si præponatur, quòd homo currit; de aliquo particulari nos negabimus illam, quia nullus nostrum currit; at in uniuersali pro aliquo uago, benè concedo.

Aliquid ẽẽ intelligibile notitia adhesiua potest dupliciter intelligi.

Vnde causa, & producens, se habent sicut magis commune, & minus commune; nam omnis causa est producens, non è conuerso; etiam omnis effectus, est productus, & non è conuerso, patet de filio in Diuinis, qui est benè productus, sed non causatus. Modo concipere aliquid in causa, & causato, est concipere illud in minus communi, & minus uniuersaliter: & concipere illud in ratione producentis & producti, est illud concipere in ratione magis uniuersali. Modo ad propositum, cum arguitur, uix &c. concedo antecedens, & consequens; ergo est intelligibile notitia appræhensiua, & adhæsiua, in uniuersali, concedo: & sensus est, quòd non sit impossibile apud Philosophos, sed benè difficile intelligere, quód aliquid sit productum æternaliter, potuit tamen esse, quód illi nunquam dixeriot, quod causa æternaliter causaret effectum; nec nunquam illud cognouerint adhæsiuè. Et sic benè concedo, de producente & producto in patre & filio in Diuinis, non autem in ra-

3. solutio ad sextum.

tione causæ, & causati: solutio est bona. Tertia solutio da tur, cùm dicitur, uia intelligibile, &c. dico quòd est intelligibi le ola; & cum dicis &c. Ergo non est contradictio mũdum fuis se ab æterno: dico quòd non esse contradictionem mundum fuisse ab æterno, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd non sit contradictio latens. Alio modo, euidens, patens, & ma nifesta: primo dico, quòd non est contradictio euidens, uel pa teos: nam tunc Philosophi omnes concepissent illud, tamen moltos latuit illa contradictio, secundo dico quòd fuit con tradictio, non euidens, uel latens, nam molti negauerunt mun dum fuisse ab æterno: argumentum semper benè solutum.

Mũdũ fuisse ab æterno non dicitur contradictionẽ simpliciter pũ intelligi.

Confirmatur illa ratio a B. Thoma, dupliciter. Primo sic; nam si esset impossibile, mundum fuisse ab æterno, mirum esset quòd tam præclari Philosophi diaissent, non solum, quòd mũ dus potuit esse ab æterno, sed quòd de facto fuit ab æterno, ut omnes peripatetici dicunt, quorum caput est Arist. Nam om nes dicunt mundum de facto fuisse ab æterno; ergo hoc non est impossibile. Respondet Henricus ad argumentum, nam quando arguitur, &c. nego consequentiam, nam contradictio latens sequitur, ad illa, si autem contradictio esset patens, benè concederem quòd esset mirum, quòd Philosophi tales, illam non uidissent; Vnde Philosophus in uia sua, habet concedere multa contradictoria; nam dicit quòd prima causa necessario agit: & quòd causæ secundæ agunt eo modo & ordine, quo modo mouentur a causa prima; & tunc omnia essent necessa ria; & tamen ipse concedit multa contingentia esse: & sic ne cessatio, & non necessario contingenter, & non contingenter; &c. tamen illa contradictio fuit latens; unde dicit de Basio lis: quòd si Philosophus tenuerit, immortalitatem animæ, & negauerit infinitũ in actu, cõtradicet sibiipsi; & tale infinitũ, si actu reoeret tunc possibile, si mundus fuisset ab æterno; tamen ista contradictio est latens: & hoc nullum est inconueniens, quod lateat aliquos, & quod appareat multis. Sin autem esset patens, benè esset inconueniens. argumentum benè solu tur. Secundo confirmat B. Thomas illam rationem sic; se cundum Philosophum, potuit produci mundus ab æterno, si ne moto & motatione: ergo ét potuit fieri æternaliter: absque eo, ꝙ recipiat esse nouum post nõ esse, ordine. Durationis; pro batur consequentia: uam motus est a contrario, in cõtrarium; si mundus ergo producitur per motum ad esse, productio esset ab ipso contrario, scilicet a non esse; & sic priuatio præcederet habitum natura; si ergo mundus potuit esse sine motu &c. an tecedens probatur, nam ibi est difficultas; arguitur sic, illa cau sa producens mundum, potuit illum facere sine materia; ergo etiam sine motu, & mutatione, nam hoc modo arguimus ali quid fieri cum motu, & mutatione. Probatur antecedens; nam Metaphysicus considerat, quatuor causas, similiter & Physi cus; sed aliter & aliter, nam Metaphysicus considerat illas in uniuersali, inquantum, scilicet abstrahunt a materia; & ip se Physicus inquantum coniunguntur materiæ. Et ita, si Me taphysicus considerat illas sine materia, effectus etiam illa rum potuit esse sine materia, & per consequens sine motu, & mutatione. Respondet Scotus ad hoc argumentum pro Henrico, supponendo unum uerum, scilicet quòd tam Philosophus quam Metaphysicus, considerant quatuor cau sas: etiam eo modo quo D. Thomas dicit in argumento. Secundo supponit, quòd non oportet omne abstractum ab ali quo per intellectum, esse abstractum ab illo secundo rem, rea liter. Nam intellectus sine mendatio considerat illa, tamẽ cum hoc stat, quòd semper est cum materia a parte rei omnis enim magnitudo est coniuncta materiæ, & tamen considerando hoc sine illa, non est mendacium. Modo cum arguitur, Metaphysi cus &c. concedo hoc; & cum infertur, ergo efficiens, &c. nego consequentiam, non sequitur, nam si homo fuisset ab æterno, Metaphysicus, potuisset illum considerare, inquantũ genetans ab æterno, sine materia; & tamen non esset sic ex parte rei, & sic illa ratio non ualet.

Prima confirmatio rationis.

Resp. Hen. ad argum.

Philosophus concedit multa cõtradictoria secundum Theologos, quæ tamen latent.

41. d. 1. ar. 2. in fine.

2. confirmatio rõnis.

Soluit Sco. secundã difficultatem pro Henr.

Finaliter arguit B. Thomas, ad idem probandum, & non soluitur; nam argumentum habet secum solutionem. Arguitur sic; primum mouens habet motum sibi coæuum & æternum: ergo de facto aliquid fuit ab æterno productum, oem pe aliquod creatum a primo efficiente, sibi coæuum, & coæter num. Antecedens non probatur; nam illud est Philosophi. 8. Physic. Respondetur tamen motum æternum & Deo coæter num negat fides, nam primum mouens mouet, quando uult. Et sicut cœlum ipsum factum est a tẽporenia & ipse motus fa ctus est, ex tempore: & ita antecedens est falsum. Et sic parẽt ra tiones B. Thomæ, quomodo non concludunt, mundum potuis se esse ab æterno.

7. rõ D. Tho. ad idem.

Soluuntur rationes D. Tho.

¶Tanentas primam opinionem &c.] Consequenter oisa prima opinione probabili, quæ fuit B. Thomæ, & commu nis multis, quòd mundus potuit esse ab æterno: & illius opinio nis. 7. rationibus solutis, secundum mentem Henrici. Nunc Scotus concludit, quare illa opinio communis est reuenda & probabilis. Et dicit Scotus primo quod illa opinio est probabi lis, quia non est contradictio inrerueoiens istis, scilicet aliud es sentialiter distinctum a Deo, & illod esse æternaliter, uel ab æterno productum: & æternum secundum durationem. Sed quomodo cognoscitur, quòd illa duo non contradicant. Re spondet Scotus, quòd ex rationibus formalibus illorum, et maximè ex illis rationibus D. Thomæ, ostensum est, quomo do nulla est contradictio. Etiam in 2. d primi de unitate essen tiæ, & pluralitate personarum diximus, hoc possibile esse, quia nullam includunt repugnantiam ea rationibus formalibus ter minorum. Secũdo dicit Scotus, pro D. Thoma, quòd rationes Henrici, quæ probant oppositum istius opinionis, licet aliquali ter ostendant impossibilitatem, scilicet quòd sit impossibile mundum fuisse ab æterno appareuter, non tamen rationes Henrici contra D. Thomam, & opinionem illam, ostenduot simpliciter, illam impossibilitatem, patebit istud dictum, sol uendo illas. Tertio dicit Scotus, quòd rationes Hẽrici de Gan dauo quæ sunt de præterito duceodo ad impossibile, possunt etiam fieri de futuro, ad idem; quòd scilicet mundus nũquam potuit esse, uel fuisse ab æterno; tamen ea illis rationibus ergo ostendam impossibile esse mundum posse esse de futuro; & sic ea istis dictis, illa opinio D. Thomæ ostẽditur probabilis, quòd mundus, scilicet potuit esse ab æterno. Et Scotus est problema ticus Et ideo adducit rationes Henrici de Gandauo, ad pro bandum, quòd simpliciter est impossibile, mundum fuisse ab æterno, & ille credit, se demonstrare: & de facto rationes sunt apparentes; & bonæ. Prima ratio talis est, supponendo quòd de omni producto, uerum est dicere quòd sit; uel quòd ipsum producitur; uel quòd saltem aliquando fuit, uerum dicere de illo, quòd producitur, patet de generatione filii in Di uinis, de quo semper uerificatur hoc, quod est prodoci; & multo magis de creatura producta, tunc sic arguitur, si Deus potuit producere mundum, uel aliam creaturam ab æterno, uel illa creatura semper producitur, uel de illa aliquando est uerum dicere, quòd producitur, & prius non producebatur, si des secundum, iam illa non erit ab æterno, sed accepit esse suum, & non habuit semper esse. Nec dabis primum, quòd il la semper producatur, nam tũc benè sequeretur, creatura sem per producitur: ergo ipsa est in continuo fieri: consequens est falsum, ut patet; ergo & c. probatur consequentia, nam quando cunque creatura producitur, semper fit: si ergo ipsa semper producitur: sequitur quòd semper fit; & sic ipsa erit in conti nuo fieri. Consequens est falsum & probatur, nam tunc omnes creaturæ essent successiuæ; & nulla esset permanens, quod est manifestè falsum, & impossibile: ergo illod non est dandum. Itẽ etiam si creatura semper produceretur, & esset in continuo fieri, sequeretur, quod nulla esset differentia inter creari & cõ seruari; consequens est falsum; ergo & antecedens. Consequen tia probatur, nam tunc creatura, nullo modo conseruaretur, sed semper produceretur, & crearetur. Falsitas consequentis probatur dupliciter, primo sic nam conseruari, dicit ordinem ad esse, creari uero dicit ordinem ad non esse præcedens; ergo est differentia inter illa duo. Probatur illud consequens esse falsum; nam generans, tantum generat, & non conseruat; & sic conseruare, quæ est una factio, & creatio non essent distincta; & sic hoc argumentum uidetur aliud inconueniens, contra D. Thomam, &c. Et confirmatur ista ratio, nam benè sequitur, creatura habet esse acquisitum: ergo ipsa habet esse post non esse; & sic habet esse post non esse; ergo non potuit es se ab æterno. Antecedens patet. Nam illa creatura acquirit es se ab alio; nam nunquam de seipsa posset esse, nisi ab agẽre po neretur in esse; ergo illa non potest esse ab æterno. Respon det Scotus ad istud argumentum, admittendo suppositum, & ultra dicit, quod semper fuisset uerum dicere de illa creatura, quæ ab æterno fuisset, ꝙ semper produceretur, & cum argui tur, contra, benè sequitur, illud, & c. concedo: dicit tamen de Basolis, ꝙ creaturam semper esse in continuo fieri, põt intel ligi. Vno modo in continuo fieri idest in quadam successione accipiendi esse; & isto modo est falsum. Alio modo in cõtinuo fieri idest in continua creatione a Deo & isto modo benè con cedo. Primo modo, entia successiua, sunt in continuo fieri, acquirendo partem post partem, non autem si fecisset illam creaturam quæ fuisset ab æterno; quæ tamen esset in conti nuo fieri, accipiendo esse a Deo. Et cum arguitur, quòd tunc esset

Probabilis est opin. D. Tho. secundum Sco. et sustineri pt quia non includit contradictionẽ.

Inducuntur rõnes Hen. contra D. Tho. & soluuntur a Sco.

Prima rõ Henr. quæ probat mundum non potuisse produci ab æterno.

Resp. Scot. ad primum argu. Henr.

Creaturam semper esse in continuo fieri dupliciter potest intelligi secundũ Basolum.

esset continuum, & successiuum. Nego consequentiam: nam filius in Diuinis est in continuo fieri: & tamen non est ens successiuum: & ideo ista consequentia non ualet: creatura est in continuo fieri: ergo est ens successiuum, quare consequentia est neganda.

Creari & conseruari, esse idē pōt dupliciter intelligi.

Cum secundo arguebatur, quòd idem esset creari & conseruari, potest intelligi dupliciter: Vno modo quantum ad illud, quod realiter dicunt; & hoc modo côcedo, quòd sunt idem. Alio modo quantum ad illud, quod secundum rationem dicunt; & hoc modo nego: de hoc q. duodecima quarti art. Respectus existentiæ creaturæ, fundatur in creatura, & terminatur ad uoluntatem diuinam, & ille actus creationis, & conseruationis, habet unum & idem fundamentum, scilicet existentiam creaturæ, & terminatur ad uelle diuinum:

In quo fundetur respectus creationis & conseruationis in creatura

etiam respectu conseruationis, & creationis diuinæ, idem penitus dicunt scilicet respectum ad Deum conseruantem, & creantem: deinde in illo respectu creationis dicitur esse, & sub dari unus alius respectus creaturæ, ad non esse præcedens immediatè: & ille est respectus rationis. Sed conseruatio dicit unum alium respectum ad esse immediatè præcedens: modo ille respectus creationis ad non esse, nihil est, nisi secundum rationem: nam respectus non est realis, nisi quando extrema sũt realia. Etiam ille respectus conseruationis ad esse præcedens, non est realis quam deficit ibi una conditio respectus realis, scilicet habere extrema realia, realiter distincta. Modo illud esse, quod ego habui heri, & quod habeo nunc, est idem esse, & non est aliud, & aliud esse; & ideo illud non esset inconueniens, qđ conseruari, & creari, sint idem realiter; non autem secũdu modo. & sic argumentum istud non cogit.

Ad confirmationē respondet. Creaturā habet esse acquisitum dupliciter intelligitur.

Et cum confirmabatur dicendo, benè sequitur, creatura habet &c. distinguo: nam creatura habere esse acquisitum, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd habeat esse acquisitum, ex se formaliter, & necessario: Secundo modo ꝙ habeat esse acquisitum, id est esse post non esse, secundum durationem. Primo modo, quòd scilicet habeat esse ex se formaliter necessarium, sed ab alio, & sic quantumcunque ipsa fuisset ab æterno, non haberet esse ex se formaliter necessarium, immo semper dependeret, & hoc modo haberet esse acquisitum: secundo dico, quòd non haberet esse acquisitum secundo modo: scilicet partem post partem: & hoc sufficit ad hoc, quòd habeat esse acquisitum scilicet quod non sit ens necessarium ex se. & ita istud argumentum non ualet.

Secunda rō Henr. deducitur ad idem.

SECVNDÒ principaliter arguitur pro illa opinione, quòd implicet, creaturam fuisse ab æterno; nam bene sequitur, creatura potest esse ab æterno; ergo illa non potest non esse; hæc est uis rationis: Consequens est impossibile: & satis patet: consequentia uerò probatur; Illud non potest non esse, cuius non est potentia ad non esse; sed ipsius creaturæ ab æterno productæ, non est potentia ad non esse: ergo si ipsa esset ab æterno, non posset non esse. Argumentum isto modo formatum, est clarum. Maior est nota; & Minor probatur in libro; si creatura ab æterno producta, haberet potentiam ad non esse, uel haberet illam potentiam ad non esse, quando non est, uel quando est: non quando non est, nam est æterna, & semper fuit: ergo habet illam potentiam ad non esse, quando est: sed hoc est falsum, secundum illud Philosophi primo perihermenias: omne quod est, quando est, necesse est esse: sed quando est, non habet illam potentiam ad non esse: quia est impossibile, quòd creatura sit, & quòd possit non esse.

Resp. Hēr.

Respondet ad hoc ipsemet Henricus, contra se arguendo: quod illa consequentia non ualet, scilicet creatura est ab æterno: ergo ipsa non potest non esse. Probatur, nam non sequitur: iste est prædestinatus ab æterno: ergo non potest non saluari: consequentia non ualet, nam ille potest damnari; ergo etiam ista consequentia, scilicet creatura est ab æterno: ergo illa non potest non esse, non ualet &c. Conclusio tamen probatur a simili: nam sicut illa creatura esset ab æterno, etiam ipsa prædestinatio esset ab æterno, &c.

Soluitur Hēr. ad hāc instantiam contra se.

Sed ipsemet respondet ad illam instantiam de prædestinatione, quod non est simile: nam prædestinatio respicit futurum, illud scilicet, ad quod ille prædestinatus ordinatur in futuro, tamen illud, non est; sed si creatio, uel creatura esset ab æterno, nihil esset futurum, sed omnia essent de præsenti, & sic illud non est simile.

Quid Bassolus dicat.

De Bassolis dicit, quòd ista solutio non ualet, nam prædestinatio etiam dicit præsentiam prædestinati in esse prædestinato, licet ille actualiter non sit, in esse realiter, sicut creaturæ, si essent ab æterno. Sed hoc transeat. Continuat tamen Henricus suam rationem: In perpetuis non differt esse a posse 3. Physicorum trigesimosecundo. & nono Met. decimoseptimo. Si ergo illa creatura esset sempiterna, non haberet potentiam ante actum, sed semper esset, & sic non posset non esse; quod tamen est falsum, & inconueniens: ergo &c.

Resp. Sco. ad secundā rōnē Henr.

Respondet Scotus nunc pro Diuo Thoma; Quando arguitur sic, creatura &c. nego, & cum probatur; illud non, &c. concedo maiorem; & nego minorem. Et cum quæritur, uel habet &c. concedo quòd quando est; & cum probatur, quòd non, quia omne quod est, quando &c. de illa dictum est trigesimanona distinctionis primi quomodo illa propositio, omne quod est &c. uel potest esse hypotetica temporalis. Vel potest esse cathegorica temporalis, de subiecto temporali: & si est cathegorica temporalis, sensus est: omne quod est, quando est, necesse est esse, necesse esse est prædicatum: Tertio modo potest esse una cathegorica de prædicato temporali, sensus est: omne, quod est, necesse est esse, quando est; omne quod est, est subiectum: & prædicatum est hoc totum, necesse est esse, quando est; quando autem est hypotetica temporalis, sensus est; quòd quando illud, quod est, necesse est esse, & hoc modo patet, quando illa est uera: & quando est falsa.

1. dictum Sco.

Dico primo, quòd si ipsa sit una hypothetica temporalis, & ly necesse est dicat necessitatem consequentiæ, est uera. si autem dicat necessitatem consequentis, est falsa. patet, nam quando dico hoc modo, quando hoc est (ostendendo aliquod existens.) est necesse esse, est uera. Sumendo ly necesse, ut dicit necessitatem consequentiæ, & non consequentis. nam tunc concluderetur de omni creatura, quòd est necesse esse; quod est falsum; & consequentia est bona, sicut hic, si homo currit, homo mouetur: ergo est necessaria: non tamen consequens est necessarium: sicut ista eodem modo est bona: Sortes est: ergo Sortes est: tamen consequens non est necesse esse.

2. dictum Sco.

Secundo dicit Scotus, quòd si illa sit una cathegorica de subiecto temporali, illa est falsa. patet sic, formando illam, omne quod est, quando est, est subiectum temporale: & prædicatum, necesse est; est falsa. nam subsumatur, sed Socrates est, quando est, ergo Socrates necesse est esse: conclusio est falsa, ergo aliqua præmissarum, non minor: patet, dato quod Socrates sit, ergo illa maior, & sic dictum uerum. Tertio dicit Scotus, Quòd si illa propositio, omne quod est, &c. sit una cathegorica de prædicato temporali, quòd est uera: patet, sic formando eam: omne quod est, necesse est esse, hoc totum, est subiectum, non plus: quando est: hoc est prædicatum: tunc est uera. nam ly necesse esse non ponitur absolutè; sed tantum cum illa determinatione, quando est, modo arguitur sic, omne quod est, est necesse esse, quando est; Sed Socrates est; ergo Socrates necesse est esse, quando est: conclusio est uera, cum illa determinatione, quando est: quæ dicit necessitatem consequentiæ, & non consequentis, & sic illa propositio hoc modo intellecta, est uera, sic intelligit illam Philosophus, quòd sit una cathegorica de prædicato temporali, tamen ex hoc non sequitur, quòd creatura non potuit esse ab æterno.

Sensus Philosoph.

Nam quando erit, habebit potentiam ad non esse: nec requiritur quòd causa duratione præcedat effectum, sed sufficit quòd natura. Et confirmabatur, quòd in perpetuis non differret esse a posse; secunda dist. primi dictum est, quòd intelligitur ad intra in Diuinis, & non ad extra. Hoc modo conuenienter exponitur, & bene pro nunc: nam ista est productio ad extra, de qua loquimur, & sic nihil habet Henricus.

Tertia rō Henr. deducitur.

TERTIÒ principaliter arguitur sic: Si potest esse ab æterno aliqua creatura: ergo etiam quælibet creatura, potest esse ab æterno: eadem ratione de alia, & sic de omni creatura concedendum est; Tunc sic arguit: Volo quòd Deus produxerit unum asinum, & unam asinam ab æterno, & quod asinus fuisset perfectus ita ut potuerit generare alios asinos. tunc sic, si asinus & asina fuissent ab æterno in esse perfecto, ab illo die potuissent generare: quæro tunc: ab illo die, uel tempore usque nunc, uel generassent asinos finitos in numero, uel infinitos in numero; si illi asini geniti fuissent numero finiti, tunc datis duobus extremis, inter illa extrema, esset dare medium infinitum; consequens est falsum, & impossibile in Philosophia: ergo & antecedens. Consequentia probatur exemplo: capio istam diem hodiernam, pro uno extremo, & illud instans, in quo Deus produxisset asinum, pro alio extremo; tunc inter illa duo extrema esset medium infinitum, scilicet infiniti asini numero; sed hoc est impossibile, ꝙ. s. infinitum claudatur inter duo extrema: quod tamen fit isto casu dato: ergo illud est impossibile scilicet quod mundus potuit esse ab æterno.

Resp. Sco. ad tertium.

Resp. Scotus ad hoc argumẽtũ faciliter, primo ad suppositum: deinde ad illum casum, & ad argumentum in forma.

Ad propositum, quando supponitur, quòd non est maior &c. Illud suppositum bene posset negari: & ratio esset, quia ad productionem alicuius speciei ab æterno, sequeretur aliqua impossibilitas, quæ nulla modo sequeretur, ad productionem alterius speciei, etiam ab æterno productæ, & sic non esset omnino simile, de omnibus speciebus. Si enim Michael produceretur ab æterno, nullum sequeretur inconueniens, nulla multitudo infinita sequeretur. Nam ille non generaret sibi simile in specie, sicut sequeretur, si asinus produceretur, & sic illud suppositum non esset admittendum. Tamen facilius esset dicere, quòd de omni specie, esset idem inconueniens, & impossibile; sed pro nunc admittatur casus ille, & suppositum illud. Et tunc cum quæritur, uel generasset, &c. Dico quod asini geniti essent finiti in numero, & cum arguitur contra istud, nam bene sequitur, asini geniti sunt finiti, ergo totum illud tempus est finitum, quod est contra casum. Dico quòd consequentia non ualet: & ratio fundamentalis est, quòd licet ille asinus fuisset ab æterno, tamen non potuisset generare ab æterno, sed expectasset tempus, sicut nunc, & eodem modo naturaliter generasset, sicut nunc generat, quando est ex tempora productus. Modo naturaliter sic producit asinus asinum, quod genitus, transit de nō esse ad esse: & priuatio formæ asini, prius tempore fuit in materia, quàm forma asini, & si asinus illud fecisset alios asinos, non esse illorum, præcessisset esse illorum, etiam duratione. Nam illi asini non fuissent, ab æterno, sed naturaliter ex tempore geniti, dato quòd primus esset ab æterno, per casum.

Deinde euasio.

Et sic licet illud tempus fuisset infinitum, non tamen illa multitudo. Et si dicas &c. ast una euasio, quam aliquis fortè daret, dicendo, quòd ille asinus genitus haberet prius non esse, quam esse, & quod generans quieuit per tempus infinitum antequam generasset; & tamen quod immediatè genuerit, uidetur satis impossibile. Scotus dicit, quòd illud non fuisset inconueniens, quòd ille asinus quieuisset per infinitum tempus, nam si mundus non potuit esse ab æterno, oportet dicere, quòd non esse mundi præcessisset esse illius, per aliquod tēpus infinitum, imaginarium ad minus, nam ante mundum, non fuit tempus. Deus quieuisset per infinitum tempus imaginarium, antequam crearet res, & illud non est inconueniēs tibi, etiam mihi non est inconueniens dicere, quòd ille asinus productus ab æterno, quieuisset per tempus infinitum necessario, antequam generaret. nam debuisset illum producere æquè bene naturaliter, sicut nunc, & sic illa euasio est nulla, & argumentum bene soluitur, ad mentem B. Thomæ.

Quartum arg. Henr.

Quartò principaliter, arguit Henricus, quod Deus non potuit producere mundum ab æterno, & argumentum est bene intricatum in libro. Nam Henricus in octauo. q. quæstione nona, ad longum format illud, & Scotus. Vno modo format illud primo, deinde in soluendo format illud alio modo. Primo modo formatur sic, creatura necessario prius duratione, habuit non esse quàm esse, ergo Deus illam non potuit producere ab æterno. Consequentia patet. Nam si, non esse, duratione præcessisset esse, necessario non fuisset ab æterno. Antecedens probatur, & hic est difficultas. Arguitur sic; Ab æterno fuit possibilis esse, & non esse. Sed potentia ad non esse præcedit potentiam ad esse, ergo non esse creaturæ, præcessisset esse illius, & sic simpliciter fuit impossibile Deo, facere illam ab æterno. Maior probatur, nam creatura quando est, formaliter non includit esse, nec non esse, sed est indifferens ad illa duo, tam ad esse, quàm ad non esse. Minor supponitur tanquam uera, nam sicut Henricus dicit fortiter, pro fundamento suo, quòd non esse creaturæ præcessisset esse illius, ita etiam potentia ad non esse, præcedit potentiam ad esse, & sic illa non potuit esse ab æterno. Nam tunc potentia ad non esse, non præcessisset potentia ad esse, est fundamentum Henrici.

Solutio Scoti.

Respondet Scotus ad hoc argumentum ad longum: Primò ad materiam: deinde ad formam, aliter formando istud argumentum. Et argumentum peccat multipliciter, de illis potentiis ad esse, & non esse. Immo si quid concludit argumentum, illud est magis contra Henricum, quàm pro illo. Istud argumentum sumitur primo cœli & mundi, ubi Philosophus arguit contra Philosophos antiquos, dicentes, mundum incepisse esse, & tamen futurum esse in infinitum a parte post. Isti erant, Plato, & sequaces eius. Et pro hoc notat Scotus primo, quòd duplices sunt potentiæ. Quædam sunt potentiæ compossibiles suis actibus. Aliæ sunt incompossibiles suis actibus. Exemplum primarum, ut illæ potentiæ quæ sunt alicuius subiecti, respectu contrariorum mediatorum, sunt incompossibiles suis actibus. Exemplum autem

Notandum Sco. potentia in duplici differentia.

de illis secundis, quæ sunt incompossibiles &c. ut animal si comparatur ad sanitatem, & ægritudinem: & ista sunt duo opposita immediata, & respectu animalis: & animal est in potentia ad illa duo. Sic tamen, quòd illæ potentiæ, non possunt stare simul sub actibus suis oppositis, quoniam cum actu unius, non stat potentia ad illud. Sed bene ad suum oppositum. Exemplum, sanitas & ægritudo, sunt actus illarum potentiarum; modo cum isto actu, qui est sanitas, non stat potentia ad sanitatem, sed bene stat potentia ad ægritudinem, quæ opponitur illi. Istæ ergo potentiæ, sunt incompossibiles suis actibus. Animal enim uel est sanum, uel ægrum; sed non sequitur, animal est sanum: ergo est ægrum; sed bene sequitur, ergo potest esse ægrum. Isti ergo duo actus, non stant simul, nec potentiæ utriusque stat cum illis. Ad propositum, esse, non esse, sunt duo opposita contradictoria immediata respectu subiecti, nec stant simul: non enim sequitur, hoc est, ergo non est; nec è conuerso, hoc non est; ergo hoc est; sed bene stant simul ista, hoc est: ergo potest non esse: & hoc non est, ergo potest esse. & sic patet istud membrum.

Potentiæ in compossibiles suis actibus.

Secundò dicebatur, quòd aliæ sunt potentiæ compossibiles cum actibus suis, & sunt illæ, quæ sunt in aliquo subiecto, respectu contrariorum mediatorum. Exemplum, duo opposita respectu parietis, sunt albedo, & nigredo, tamen sunt mediata, & non sequitur, paries non est albus, ergo est niger, nec etiam ualet, ergo potest esse niger præcisè. Consequentia non est necessaria, cum illo ergo actu qui est, esse albū, & actualiter esse sub albedine, stat potentia ad nigredinem, quæ opponitur albedini. Sed non præcisè potentia ad nigredinem, quia etiam est ad alium medium colorem: & hoc facit, quòd argumentum est contra Henricum. Et suppono nunc illud, quòd Henricus dicit, quòd scilicet non esse, uel potentia ad non esse præcedit potentiam ad esse: tunc probo, quod esse creaturæ, præcessit non esse illius, & sic illa potuit esse ab æterno. Arguo nunc, formando aliter argumentum quàm prius. Arguo sic. Potentia ad non esse, stat cum esse; potentia ad esse, stat cum non esse; si ergo potentia ad non esse, præcessit potentiam ad esse; ergo esse præcessit non esse: quod negas. Quod autem potentia ad non esse, stet simul cum esse. Probatur, nam cum actu, non stat potentia ad ipsum, ut cum esse, nō stat potentia ad esse. Sed bene ad suum oppositum, scilicet ad non esse, & cum non esse, stat potentia ad esse, non autem stat potentia ad nō esse: Nam sunt potentiæ incompossibiles actibus suis: & sic, si esse præcedit non esse, sequitur quòd esse creatura potuit esse ab æterno, contra illum. & satis clarè patet illa distinctio.

Potentiæ cō-possibiles suis actibus.

Reflexio Sco. arg. contra Henr. ex supposito suo chidum sententiā eius.

Notandum secūdū Sco.

Secundo notandum est, quòd loquendo de potentia ante actum, subiecto oppositorum, nunquam insunt omnia simul, nec potentia illorum, animal est subiectum ad sanum, & ægrum: Dictum est tamen, quòd illæ duæ potentiæ, nunquam simul insunt animali, sine quocunque actu illorum: quia tunc illa non essent immediatè opposita. Si enim animal simul & semel, nō haberent sanitatem, nec ægritudinem, iam sanitas & ægritudo non essent contraria immediata; & subiectum immediatorum oppositorum. non potest esse denudatum ab utrisque illorum simul, quam semper alterum necessario inest, nec unquam caret utroque illorum; nec simul eniā est in potentia ad illa duo; sed semper est in potentia ad unū, & sub actu alterius, non aliter esset contra naturam immediatorum oppositorum.

Notandum tertiū Sco.

Tertio notandum est, & benè difficile, quòd quando dicimus aliquid esse in potentia ad opposita immediata, non intelligimus quòd actus unius potentiæ sit susceptiuum potentiæ, ad oppositum actum. Exemplum, sanitas, & ægritudo, sunt opposita immediata, & animal est in potentia ad illa; modo quando animal est sanum, est in potentia ad ægritudinem, simul & semel; non tamen sic, quod ille actus, qui est sanitas, recipiat illam potentiam, uel habitudinem ad ægritudinem, ratio est. Dicit Scotus, quoniam tunc. Sequeretur, quòd idem esset prius, & posterius, respectu eiusdem, & sui ipsius, quod est impossibile. Probatur consequentia. Ponatur quòd sanitas uocetur A, & ægritudo uocetur B, tunc A esset prius & posterius respectu suiipsius, si sanitas esset susceptiuum potentiæ ad ægritudinem; nam bene sequitur, sanitas est susceptiuum ægritudinis, uel potentiæ ad ęgritudinem: ergo sanitas uel A, est prius B, siue potentia ad ægritudinem. Probatur consequentia, nam omne receptiuum est prius recepto in ipso, & sic sanitas animalis esset prior potentia, ad ægritudinem, & prior ægritudine, quia nono Metaphys. potentia est prior actu, ergo & sanitas etiam, est prior ægritudine, & quoniam ægritudo est actus oppositus sanitati, etiam ægritudo erit prior potentia ad sanitatem, sicut receptiuum recepto; & illa

& illa potentia præcedit ægritudinem, cùm sanitas causa præcedat, qnate & sanitas præcedat seipsam, & sic idè esset prius, & posterius respectu eiusdem; & etiam seipso præcedet sanitatem, quod est falsum. Ad propositum modo, quærit argumentum. Vtrum creatura habuerit prius non esse, uel acceperit non esse, uel potuerit primo esse. Dico, & est quartum notabile, ꝙ de creatura possumus loqui dupliciter. Vno modo de illa, quantum ad ueritatem. Alio modo de illa, de possibili. Quo ad ueritatem. Illa primo habet potentiam ad esse, prius quam ad non esse, quia non fuit ab æterno, sed primo habuit non esse, deinde habuit esse; quia esse, & non esse, sunt actus incompossibiles, & cum non esse, stat potentia ad esse. Et sic primo habuit creatura potentiam ad esse de facto, quàm habuerit ad nnn esse. Sed de possibili, utrum primo habuerit potantiam ad nnn esse, quam ad esse? Dico primn, quod prius habuisset pntentiam ad non esse, quam ad esse, dato qnòd ipsa esset producta ab æternn. Patet, nam tunc semper babuisset esse, & cum esse stat pntentia ad non esse, ergo ab æterno habuisset potentiam ad non esse. & sic patet difficnltas argumcnti, & hoc da potentia ante actum. Sed de potentia quid dicendum? Pro huius intelligentia notandum est, quòd duplex est potentia. Quædam est pntentia ante actum; & dicitnr alio nomine potentia obiectiua, ut Antichristus habet nunc potentiam ante actum, uel obiectiuam, & illa est prinr. Alia est potentia sequens actum, uel subiectiua, & ista ast in mataria ad formam. Modo si de secunda qnæratur, nel esset quærere, ntrum creatura babuerit primn potentiam ad non esse, quàm ad esse, cum illa creatura fuisset ab æterno, illa fuisset in potentia subiectiua, quia potnisset aliquid recipere. Modo si illa uenisset de potentia ad non esse, ad esse, & hnc de poteotia subiectiua, esset falsum; nam bene sequeretur, hoc ast; ergo ast in pntentia subiectiua. Et ita oportet dicere, quòd loqueretur de potentia ante actum, nel nbiectiua, nam ista non stat cū esse, sicut potentia subiectiua. Et ita illa deductio de illis potentiis in argumento non est multum ad propositum. Dainde ad formam. Respondetur cum arguitur sic, craatura necessario secundum duratinnem &c. Negn antecedens, & cum probatur, creatura ab æterno babuit pntentiam ad nnn esse, & esse. Sed potentia ad non esse, præcedit potentiam ad esse, concedn: igitur esse, præcedit non esse, nego cnnsequentiam. & sic patet quod argumentum non concludit. Sequitur textus.

Notandum quartū Sco.

De creaturæ pōt fieri sermo dupliciter.

Potētia ante actū, est potentia obiectiua.

Obmittendo igitur de potantiis. In quarto locn Henricus uolebat probare, qnòd creatura non potest produci da nnn esse ad esse, sine principio durationis: & probat ultimo de potentia ad esse, & ad non esse, ut dictum est. Scntus obmittendo illam longam prolixitatem, format aliter argumentum, ostendendn quantum ualeat, & arguit sic; Opposita qnæ insunt eidem ordine naturæ, non possnnt eidem simul in esse duratione. Sed sic est, quòd esse, & non esse, snnt opposita secundum naturam, uel ordine naturæ; ergo nō possunt eidem in esse secundum durationem, & per consequens nec simultate temporis: ergo non esse, præcessit tempore ipsum esse, & sic res creata noo potnit esse ab æterno. Prima propositio est, opposita, quæ insunt, &c. Est nera, propter incompossibilitatem oppositorum, nam semper nnum est post aliud, & hoc secundum naturam, mndo repugnat, qnòd ordinata secundum prius & posterius, simul sint in aliquo, hoc est uerum. Secundo dicitur in argumento, ergo non possunt eidem, &c. Probatur illa consequentia, nam illud, quod est prius alio, ordine naturæ, est etiam prius illo, secundum durationem, & tempore, & ad hoc dabit Scotus responsionem. Sed esse, & non esse &c. Istud conceditur ab omnibus, ergo non possunt esse simul &c. Respondet Scotus ad hoc argumentum nunc, per illam distinctionem datam, quòd scilicet opposita secundum ordinem naturæ, sunt duplicia. Quædam sunt secondum ordinem naturæ, priuatiuum. Alia sunt opposita, secundum ordinem naturæ positiuum, unum tamen est prius altero secundum durationem, & ordo naturæ positiuus, ast inter illa. Exemplum animal est homo, habent ordinem naturæ positiuum; animal est prius natura, homo est posterius natura; nam animal potest esse sine homine, non tamen homo sine animali; & extrema sunt positiua, & sic dictum uerum. Alia sunt opposita secundum ordinem naturæ negatiuè, uel priuatiuè, & sunt illa qnæ sic se habent, quòd unum illorum est ens positiuum, alterum uero nō, sed dicit priuationem, nel negationem; sic tamen quòd illud qnòd dicitur prius, non semper inest, sed in esset nisi aliquod agens extrinsecum impediret, præueniendo. Exemplum de gratia & carentia iustitiæ originalis in B. Virgine, unde priuatio gratiæ, & gratia, habent ordinem naturę priuatiuum, nam priuatio, nihil dicit, nec ponit, & prius naturaliter inest priuatio gratiæ, quàm gratia, etiam in Virgine, non tamen prius duratione; nam tunc non fuisset præseruata. Sed priuatio gratię. Dicitur inessa secundum naturam priusquàm gratia, quia si Deus non dedisset illi animæ gratiam, illa quantum est de se, prius fuisset sub priuatione gratiæ, etiam tempore, quàm sub gratia. In ordine naturæ positiuo, aliter attendendus est ille ordo, nam illud quod dicitur prius secundum naturam in illo ordine, semper primò inest, & illud quod est posterius, semper inest pnsterius, & nunquam primò. In ordine autem naturæ priuatiuo, non semper illud qnod est prius in illo ordine primò inest, sed bene inesset, nisi ab aliquo agente præueniretur, & impediretnr. Ad propositum nunc, dico primò, quòd in quocunque ordine naturæ positiuo, nnn inconuenit, quòd illud, quod est prius secundum naturam, & secundum ordinem natura, dicatur prius esse durationa. Exemplum, si una forma secundum naturam est prior in animali quàm alia, etiam illa potest dici prior in illo secundum duratiouem. Ponatur, quòd opinio Ocham sit uera, quòd scilicet in homine sunt tres animæ, realiter distinctæ, esse animalis, præcedit esse hominis, non solum natura. Sed etiam tempore, & duratione; immò anima sensitiua est qnædā proxima dispositio, ad animam intellectiuam, secundum illum. sic, quòd non esset proprium susceptiuum animæ intellectiuæ, nisi sensitiua tempore præcederet intellectiuam. Etiam substantia est prior accidente natura, tempore, & definitione, etiam aliqua est substantia prinr secundum duratinnem ipso accidenta, eius scilicet, cuius est subiectum. Modo dico, qnòd in ordina naturæ priuatiuo, illud quod est prius tali ordine, etiam prius inest; & qnod est posterius, inest etiam posterius. Dictum est in primo dicto, qnòd si illæ formæ substantiales corporis uiuentis essent realiter distinctæ, haberent ordinem naturæ, & ita etiam quando sunt idem realiter babent illum ordinem inter se, naturæ. Tertio dico, quòd in ordine naturæ priuatiuo, non est necesse, quòd illud qnod est prius in illo ordine, prius insit. Patet satis de gratia, & carentia gratiæ in Virgine. Quòd autem non sit necesse, quòd semper priuatio prior secundum ordinem naturæ, præcedat positiuum, posterius, in tali ordine, probatur nam si hoc non esset uerum, seqneretur, quòd Deus non posset simul materiam cum forma creare, quod tamen est falsum. Consequentia probatur, nam si oportet qoòd priuatio semper insit prius secundum naturam, qnàm oppositum positiuum, nunquam mataria posset simul produci cum forma; nam tunc non in esset priuatio, uel illa forma non primò in esset, quod est falsum, quòd scilicet Deus non possit simul creare materiam cum forma, & sic hoc dictum sit quo ad materiam. Mndo ad formam, cùm dicitur opposita, &c. Concedo; ergo nec simul tempore. Cnncedo in proposito, maximà quando sunt opposita secundum naturam priuatiuè. illa enim nullo modo pnssunt eidem in esse simul secūdum duratione, bene autem opposita positiua, &c. Nam idem homo simul tempora, est homo & est animal, licèt non natura. Et cùm subsumitur, essa, & non esse &c. Concedo. Sed dico, qnòd sunt opposita secundum ordinem naturæ priuatiuà. Ergo non possūt eidem, &c. Concedo hoc: ergo. Si simul da eodem &c. Nego conseqnentiam. Et cùm probatur conseqnentia, quia non esse, secundum naturam præcedit esse; concedo: argo secundum durationem, non esse, præcedit esse; nego consequentiam: ratio est, quia non oportet ꝙ ordinata secundum naturam, &c. Ex tartio dicto. Et ita patet quomodo argumentum non concludit.

Sco. solnit arg. secundo a se formatum.

Differentia inter prius & posterius in ordine natura positiuo & priuatiuo.

Primum dictum Sco.

Secundum dictum.

3. dictum.

Ad formam quartū arg. Resp.

Qvinto principaliter, arguit Henricus ad probandum, &c. Si mundus potuisset esse ab æterno, seqneretur ꝙ posset esse multitudo actu infinita. Conseqnens est falsum, est contra Philosophum, argo & antecedens. Consequentia probatur, uolo quòd Deus in quolibet die, præteriti temporis crearet unam animam, conseruando illam; tunc sic, dies præteriti fuerunt infiniti, & in quolibet die Deus creauit unam animam, quam conseruauit: ergo illæ animæ essent infinitæ: & sic esset multitudo actu infinita, quod tamen est falsum. Etiam eodem modo argueretur de asino & asina, & de una muliere, & reliquis. Argumētum istud reputatur difficile, propter diuersos modos dicendi. De facto de Bassolis quadragesima distinctione primi tenet qnòd est dabile infinitum in actu. Oportet ergo primò dicere ad materiam, deinde ad formam. Dico primò, quòd iste casus, non est admittendus, ꝙ Deus creauerit infinitas animas in illis diebus præteritis. Si enim ponesetur quòd Deus in una hora potuisset creare infi-

Quintum arg. Henr. difficola.

Io. de Basso lis tenet posse dari infinitum actu.

nitas

nitas enimes, scilicet in qunlibet instanti unã, sequeretur utique quod in infinitis diebus præteritis potuisset creare etiam infinitas; nam ita bene ptest facere Deus in una hora, sicut io centum millibus annis: sed quia oon est possibile, ꝙ Deus in una hore uel die, producat infinitas animas, etiam nno est possibile, quòd ab æterno produxerit infinitas: nam Deus nõ indiget quiete ad agendum: non eoim fatigatur. Ideo io una hora putlet Deus quantum est ex parte sui, producere infinitas, si illæ essent possibiles. Et si dicas, quod non est simile de infinitis instantibus in una hora, & de illis infinitis diebus, si mundus fuisset ab æterno: nem illi dies fuissent actualiter, & illa instantia tantum sunt in potentia.

Euasio.

Dicit Scotus, hoc noo ualet: nam non minus illa infinita instaotie haberent esse actualitet in illa hora, quàm illi infiniti dies actualites fuisseot, si mundus fuisset ab æterno, probetur, quia instans est in actu.

Reijcitur.

Vtrũ instãs sit in actu. Instans eẽ in actu tripliciter põt intelligi.

Sed utrum instans sit in actu? uidetur Scotus dicere, quòd sic, sicut punctus in linea. Sed Canonicus dicit, quod instans esse in actu, potest intelligi dupliciter. Vno modo quòd sit actu separato; Alio modo quod sit in actu initiante, & terminante; Et tertio modo quòd sit in actu existentiæ. Exemplum primi, sicut nos sumus actualiter in actu, etiam si caput amputaretur alicui, illud haberet adhuc esse in actu. hoc modo dico, quòd instans, punctum, & mutatum esse, non suot in actu: non enim separantur ab illis, quorum sunt. Exemplum secundi, in actu initiante, ut punctus est contiouatiuum unius partis cum alia parte in linea, & mutatum essa, in motu, & hoc modo, instans aliquod utique est. Tertio modo aliquod est in actu inexistendi, quia scilicet inexistit alicui tanquam toti, & hoc modo partes in toto, habent esse in actu: nam inexistunt illi, cuius sunt partes. Modo illa instantia in illa hora æque benè fuisseot in actu scilicet existendi, sicut illi infiniti dies, in toto tempore: nam inexisterent illi horæ, tanquam partes in toto quodam modo.

Infinita eẽ in actu implicat contradictionẽ

Breuiter ergo Scotus uult dicere, quòd implicat infinitam multitudinem esse io actu, & sic nego consequentiam. Et cum probatur per casum illum, dico, quòd in qualibet die potest Deus creare unem animam, & conseruare illam, quentum est ex parte potentiæ Diuinæ: tamen illud repugnat limitationi creaturę, quia scilicet creatura includit limitationem, & finitatem: & ideo illi limitationi repugnat infinitas in creatura, tam secundum numerum, quàm secundum quantitetem continui. & sic illo casu dato, semper fuisset alique anima annihilata, ne esset infinitas in illis.. nam implicat illas esse infinitas, propter limitationem creaturæ, & hoc est fundamentum unum in ista materia ad argumentum Henrici, & unus modus dicendi.

Nõ possunt esse infinitæ animæ intellectiuæ, etiam si mundus asset æternus. ex quo soluitur quoddam argumentum, quod fieri solet de immortalitate animæ, cum pluralitate

Vel aliter dicitur, quòd essent infinitæ animæ a parte ante, non autem a parte post; modo nullum est ioconueniens, si daretur a parte ante, & a parte post: & hoc uult Philosophus. modo illi diee fuissent iofiniti a parte ante, non aurem a parte post: nam semper alia dies ab ista fuisset dabilis, ut dies crastina. & sic de alijs, & ita argumentum bene soluitur istis modis. De Basolis tamen dicit, Quid diceremus secundum Philosophum? Philosophus enim dicit mundum fuisse ab æterno: nam tunc fuissent infiniti dies, & animæ: nisi uelletis dicere, quòd Philosophus dixit illud maximum inconuenieos Auerrois, quòd est unus intellectus in omnibus hominibus, aliter non possimus saluare, quòd non daretur infioitum in actu: quod negat expresse in tertio Physicorum. si autem diceret animam esse mortalem, & aliquem defecisse, tunc facile esset dicere. Illud etiam forte noo esset inconuenieos, quòd in animabus singularibus, esset processus in infinitum: nam sunt ordinatè accidentaliter, & sic patet ad hoc argumentum quinctum.

Quomodo possunt esse infinitæ animæ.

Arg. sextũ Henr.

Sexto probetur qood implicat, mũdum fuisse ab æterno; arguitur sic; si mundus esset ab æterno, sequeretur quod infinitum posset excedi: coosequens est falsum, & contra definitionem infiniti, secundum illud: Infinitum est, cuius quantumcunque accipitur, semper restat aliquod accipere, & nunqoam est totum acceptum, & ideo non potest excedi. coosequentia probatur, nam si mundus fuisset ab æterno usque nunc, fuissent infiniti dies accepti, & ita totum infinitum esset acceptum; & cum hoc restaret aliquid accipiendum, scilicet dies crastina: ergo iofinitum excederetur.

Euasio.

Daret aliquis unem euasiooem; quod fuisseot infiniti dies, & infioita instantia, sed illa essent tantum io potentia, & nunquam essent in actu accepta: si non fuisset aliquis intellectus, signaos illa esse accepta: & illi infiniti dies noo fuissent accepti, quia nulla pars fuisset accepta: quia nullus intellectus esset. Respondet Scotus, quòd hoc nihil est dicere: nam quòd tempus fuerit ab æterno, & quod illud fuerit infinitum, hoc non dependet ab intellectu: quia si etiam nullus intellectus fuisset uel esset, nihilominus unus dies succederet alteri in infinitum: nec intellectus facit infinitum, sed quia semper est aliquid realiter accipiendum.

Reprobatur euasio.

Ad 6. arg. Henr.

Et ideo Scotus aliter dicit ad argumentum. Quando arguitur sic, sequeretur &c. Dico quod Thomas & multi alii teneotes, quòd mundus potuit esse ab æterno, aliter loquuntur de permanentibus, & aliter loquuntur de successiuis, quàm illi qui dicunt oppositum: Vnde omnes Theologi concedunt, quòd mundus potest esse infinitus a parte post, durando io infinitum: & ita hoc argumentum esset contra Henricum. Nam accipiendo illam diem, & aliam diem, nunquam ueniremus ad finem; modo Thomistæ dicunt de permanentibus, quòd considerantur dupliciter: Vno modo quo ad substantiam: Alio modo quantum ad accidentia.

Permanentia dupliciter considerari possũt.

Primo modo secundum substantiam, habent permanentiam, & omnia mensurantur æuo: nam æuum est mensura entis permanentis, & substantiæ: sed quantum ad accidentia sua, scilicet motus &c. mensurantur tempore: & mensura æui non est mensura temporis: & sic patet quo modo istud argumentum bene concludit de permanentibus, non autem de successiuis. Et etiam Henricus benedicit, quòd motus substantiarum, mẽsuretur tempore: & tamen motus non sunt æterni, non tameo sequitur, quod infinitum mensuretur, nec excederetur.

Quid linea conuersa.

Declarat Scotus de linea conuersa: Vnde linea conuersa non est illa, in qua una extremitas conuertitur supra aliam sic: S, uel ☉. non est: sed linea conuersa est, q̃ incipiens a puncto aliquo scilicet A, protrahitur in infinitum, & sic nunquam linea excederetur, ut hic, A ———————— in infioitum: & iterum ab A, similiter, protrahendo unam lineam a parte ante in infinitum, nũquèm excederetur, quia infinitum trahitur ut hic A, —————— hæc linea protracta ab A, imaginatur infinita, & sic non potest excedi: etiam si traheretur alia linea ab A, in profundum, & sursum, uel deorsũ, & hoc infinitum, nũquàm illa linea posset excedi: patet bene hic imaginando, quod omnes protrahantur iofinitum; & sic nulla illarum excederetur. Modo nullum est inconueniens, ꝙ aliquid accipiatur a parte post, ipsius infiniti: nam ut sic, oon esset infinitum, & ita hoc modo excederetur, & oon aliter: & sic non plus concludit argumentum.

|
A
|

Nota quòd A, ut punctus ponitur, a quo potest protrahi linea una ex una parte in infinitum, & sine termino, & significat tempus futurum ab instante signato sine termino, & a parte post altera linea in infinitum, & significat tempus præsentium infinitum, stante mundi æternitate, & sic neutrum poterit pertransiri, & quæ protrahitur a parte post uocatur conuersa.

Septimum arg. Henr.

Aliud argumentum, si mundus esset ab æterno, sequeretur quòd pars integralis esset maior suo toto, consequens est falsum. ergo antecedens. Probatur consequentia, & capio totum tempus infinitum a parte aote, & a parte post, capio meridiem huius diei, & dicatur A, tunc A habet tempus præteritum, & tempus futurum: deinde capio meridiem diei crastinæ, illud dicatur B, etiam B habet tempus præteritum, & tempus futurum. & dies crastioa non est ultima dies, nisi dicatur quod esset dies iudicij ultimi. Et pro fundamento argumenti, est supponendum, quòd unum infinitum, non est maius alio infinito: quia omnia infinita sunt æqualia: & unum non potest excedi ab alio, nec èconuerso, quia oon esset infinitum. modo tempus præteritum ad A, est iofinitum a parte ante; & tempus etiam futurum ad A, est infinitum a parte post; & sic præteritum ad A, & futurum, ad A, sunt duo æqualia: quia infinita. Et idem etiam dicatur de præterito ad B, quod est infioitum a parte post. modo præteritum ad A, est infioitum, & est pars præteriti ad B. Tunc arguo sic: quocunque præteritum diei crastinæ est maius: illo eodem futurum diei crastinæ est maius: quia ambo sunt æqualia, quia infinita: minor. Sed præteritum diei crastinæ est maius præterito præsentis diei. nam præteritum diei crastinæ est totum respectu huius: nam includit istud præteritum scilicet diei præsentis, tanquam partem, ergo est maius eo: nam totum est maius sua parte: ergo futurum diei crastinæ debet esse maius isto præterito: sed præteritum præsentis diei, & futurum præsentis diei sunt æqualia: ergo quod B, maius præterito præsentis diei, est maius futuro præsentis diei: nam sunt æqualia & infinita: sed futurum diei crastinæ, est maius præterito præsentis diei: ergo etiam est maius illo futuro, futurum autem

crastinæ

crastinæ diei, est pars futuri præsentis diei: ergo pars est maior toto, quod est propositum. Respondet Scotus ad hoc, uoico verbo, quando arguitur, sequeretur &c. oego cosequentiā: & cum probatur, capio &c. Concedo, dico tamen quod suppo nis oonm falsum, scilicet quod in infinitis. detur maius, & mi nus, & æquale, quod tamen est falsum. Nam illa solum conueniunt quodlibeto finito, & non quanto infinito, imò repugnat illi. & sic argumentum non concludit, licet habeat magoam apparentiam, & sic patet lectio.

Soluit Sco. ult. Henri.

¶ A d primum argumentum principale &c.] Quærebatur, vtrum possibile fuerit, Deum producere &c. & nihil determinauimus pro Scoto, nam utramque partem tenet probabilem: probabilius tamen teoet modum dicendi B. Thomæ; quia est magis communis. Nominales tenent illum, Ocham, Gregorius, de Ballolis, & qoia utranque partem probabilem iudicat Scotus; ideo oportet soluere argumenta ante oppositum probaotia, quod mundus potuit esse ab æterno, qoæ fuot pro opinione D. Thomæ; & primo arguitur sic. Potuit Deus producere materiam sine principio durationis: ergo potuit Deus producere aliquid ab æterno sioe principio durationis &c. Antecedens probatur secundum Philosophum primo Physic. qui probat quòd materia est ingenerabilis & incorruptibilis, modo arguit sic, uel materia est producta sioa principio durationis, uel non fuit producta, si primum datur, φ fuit proposita, habeo propositum. si ooo; cootra: nam si materia noo fuit producta sine principio durationis: ergo saltem forma fuit producta sine principio dorationis; probatur consequentia. nam materia nunquam fuit sine forma; sed materia est ingenerabilis; ergo forma semper foit io illa; & sic uidetur φ aut neotrū illorum fuit sine principio durationis productum, oel ambo simul, & sic propositum semper.

Primū arg. principale.

Respondet Scotus. ad hoc per unam distinctiooem, φ materiam esse productam sine principio, potest intelligi dupliciter. Vno modo esse sine principio materiali. Alio modo sine principio durationis. Primo modo sensus est, φ ipsius materiæ, nō fuit alia materia ex qua, nec principium materiale, ex quo materia esset; nam ipsa est principium materiale rerum materialium. Secundo modo sine principio durationis, sic φ ipsa non prius oon habuisset non esse, quàm esse secundum durationē; quod scilicet non fuerit aliquando uerum dicere, φ illa prius non erat, & modo est. Primo modo dico, φ materia bene fuit sine principio, nam materia nullum habuit principium materiale; uel materiam ex qua ipsa esset, imò hoc modo ast ingenerabilis & incorruptibilis: nam non de alia materia, tanquā de subiecto, ipsa materia prima fuit creata: nam tunc esset processus in infinitum in materiis; & hoc modo posset exponi Philosophus, φ prodoctio materiæ, non fuit generatio. oā oulla materia præfuit. Secundo dico, quod materia secundum Heoricum habet principium; & hoc modo solumus argumenta, φ materia non est producta sine principio durationis, nec est ingenerabilis secundum durationem. Non enim est dicendum, φ materia semper fuerit, sic, φ non essa illios, noo præcesserit esse: imò habuit noo esse, & sic noo esse, præcessit esse illius; nec semper haboit esse, & sic non fuit sioe principio, isto modo. Tertio dicit Henricus, φ productio primæ materiæ non fuit generatio. Probatur, nam generatio est compositorum materialium, & simplicium non, ex septimo Metaph. & primo de generatione. Primo compositum generatur, quoniam generatio est totios; nam materia prima oon est compositum, sed simplex, & ideo non generatur; citatur tamen secundum Theologos. Vnde in primo Physic. communiter dicunt Scotistæ, φ materia est ingenerabilis, & sic uerum est terminatiuē, noo autem subiectiuē; materia enim non est termini generationis, nec totalis, nec formalis; benè autem est sub iectum, forma enim generator formaliter, & particulariter, totum uerò principaliter & totaliter. Modo quando arguitur sic, materia est producta &c. oego consequentiam; nam est ingenerabilis &c. Concedo materialiter, quia non de alia materia producitur; nego tamē secundum durationem, imò non esse, præcessit essa.

Resp. ad primum materia esse productam sine principio duplici ter.

Quō materia nō sit generabilis, et tamē esse producta.

Secundò arguitur principaliter, φ aliquid aliud a Deo potuit produci sine principio durationis, arguitur sic, tēpus fuit productum ab æterno; ergo aliquid aliud a Deo fuit sine principio durationis, & æternum. Antecedens est Philosophi 8. Physic. & 12. Metaphy. Nam si tempus nō fuisset sine principio durationis, sequeretur φ prius potuisset esse tempus, quàm fuerit, & prius esse, quàm esset. nam priusquam esset, produci potuit, hoc tamen est falsum, & inconueniens; ergo & antecedēs, falsitas consequentiæ probatur, nam istud comparatiuū prius, & ante, & post, dicuot differentias temporis, & sic, si ante tempus fuit aote; ergo & tempus. nam si huiusmodi differētiæ temporis præcedunt tempus: ergo & tēpus præcedit tempus, quod repugnat ueritati, tota uis argumenti stat in ly, aote.

2. arg prin.

Respondet Scotus, ad hoc argumentum, φ si argumentum aliquid ualeret, probaret φ Deus non potest aliquid producere, sine sui mutatione: quod est improbatum. oam arguero tur sic, si Deus ab æterno noo potuit producere, uel ooo produxit creaturam, sequitur φ prius non poterat producere illam; ergo quando illam produxit, fuit mutatus de nō potente producere ad potens producere & de potentia ad producēs actu, quod ast falsum. Et sic argumentum hoc, propter illam in staotiam noo ualet. Sed quoniam dare iostaotiam, ooo est soluere, ideo oportet dicere ad argumeotum per unam distinctionem, φ ly, ante, post, & huiusmodi propositiones, possunt considerari dupliciter. Vno modo imagioariè. Alio modo realiter & uerè. Primo modo, ante, prius, &c. a parte rei nihil dicunt, tantum imagioamur, unum esse prius, & reliquum posterius. Ad maiorem declaratiooem eorum quæ uolumus declarare, quando dicitur antequàm Deus faceret muodum, ly, aute, nihil materiale, oec uerè dicit, sed taotum secundum imaginatiooē sic esse: aliter oon possemus exprimere conceptus multos etiam coordicimus nihil est extra uniuarsum, ly extra, nihil dicit realiter, sed tantum secundum imaginationem ibidē esse locus, ubi tameo nihil est. Secundo modo capiuotur ut dicuot aliquid reale, & uerè, & ante, io loco, prius, io tempore, extra io loco, & c. huiusmodi. modo argomentum bene soluitur. Ad formam, quando arguitur tempus &c. nego antecedens cum probatur, si tempus non foerit, &c. nego consequentiam; consequens est falsum, oego, imò dico, φ est uerum. Et cum probatur quod oon, oam ly, aote, est differentia temporis &c. coocedo temporis imaginati, & ooo temporis realis, uerè existentis, extra causam. Dicimus communiter, multum temporis præcessit antequàm muodus crearetur, cum illud imaginamur, quoniam de facto, nullum fuit tempus, & sic argumentū non plus coocludit.

Ad secundū resp. Sc.

Differentiæ temporis bifariam accipiunt.

Tertiò principaliter argoitur ad idem, φ aliquid potuit esse sine principio durationis, oam primo de generatiooe dicit Philosolophus, φ generatio unius est corruptio alterius; ergo ounquàm fuit aliqua prima generatio, si prima generatio non fuit; ergo mundus habuit esse ab æterno. Antecedens est Philosophi eo in loco, φ non dator prima generatio: ergo semper præcessit aliquid, & illud est corruptibile: nā corruptio illius, est generatio alterius; & sic datur generabile ab alio, & sic nun quam dabitur prima: uel oportet dicere, φ aliqua est corruptio, quam non concomitatur aliqua generatio, qood est contra Philosophum; & ideo argumentum quærit expositiooem illius auctoritatis Philosophi.

3. prin. deducitur.

Respondet ideo Scotus, exponendo illam benè, primo dicit, φ illa propositio, scilicet generatio unius &c. potest dupliciter formari. Vno modo de præteritis. Alio modo de futuris. de futuris formaretur, quando diceretur, corruptio unius est generatio &c. Et non dicitur de futuris, φ in ipsa ponatur verbum futuri temporis, non, sed quia per illum uidetur significari aliquid futurum: nam benè sequitur, boc corrumpitur; ergo aliquid generabitur. Sed illa est de ioesia. Secundo forma eur de preteritis, boc modo, generatio unius est corruptio &c. præmittendo ly, generatio; nam sensus est, φ benè sequitur; hoc generatur: ergo aliquid corruptum est, & sic est de præteritis: & ideo illa propositio ex ista implicatione, dupliciter formando illam, habet ueritatem, uel falsitatem. Et ideo primo de ueritate huius primi modi, scilicet corruptio unius &c. dico de illa probabiliter, φ ipsa est uera, quia corruptio unius, est generatio alterius. nam nullum agens naturale, per se intendit corruptionem alicuius, nec corrumpere aliquid: dictū est de hoc in 2. q. de productionibus, in soluendo, sed benè per accideos; nam agens naturale, semper intendit aliquid producere de per se, & nūquam corrūpere nisi de per accidēs, propter incompossibilitatem illius formæ, quæ præexistit, ad illam formam quam uult de nouo inducere in tali subiecto. Exemplum ignis nolit inducere calorem in aquam: & propter incompossibilitatem frigiditatis ad illum calorem, corrumpit frigiditatem; quia est incompossibile illi calori, aliter non cām corrumperet, similiter etiam forma substantialis aquæ corrumpitur, quando inducitur forma substātialis ignis, in materiam aquæ: propter incompossibilitatem illarum, per accidens ergo corrumpit, &c. & sic ista ast uera, quòd corruptio unius, est generatio alterius. Nam benè sequitur ex hoc, agens naturale intendit generare aliquid; ergo intendit corrumpere illud

Solu. Scoti. Expo auctoritatis Aristo. generatio unius & corruptio alterius quæ potest dupliciter formari

Quō sit propositio uera quadā dicta.

Lib. 1. d. a.

hod,quod est incompossibile &c. Da oppositum :tunc agens na turale non intenderet per se generare, sed per se corrumpere, quod est falsum, & sic uerum dictum.

2. dictum. Secundo dico, quod licet hæc sit uera, scilicet corruptio unius est generatio &c. non tamen sequitur ex illa, aliqua perpetuitas in generationibus: & istud dictum est ad consequens principale argumenti de directo: nullo modo tamen illud sequitur. Probatur; nam potest esse, quòd ultima corruptio, concomitabitur ultima generatio, dando aliquam generationē, ad quam nulla sequitur corruptio: & ideo ibidem erit status: patet, in die iuditii, omnia corrumpentur, & fiet generatio sine immutatio omnium de nouo; ad quam nulla sequetur amplius corruptio: & sic loquimur de futuris. Tertio dico, quod

3. dictum. ad ueritatem illius, corruptio unius est generatio &c. requiritur ueritas unius alterius propositionis; huius .s. quòd illud, quod est generabile tali generatione, sit etiam corruptibile; aliter nunquam illa erit uera; sed erit processus in infinitum, tamen illa est falsa, secundum fidem. nam aliquid est generabile secundum fidem, & producibile propriè, quod tamen non est corruptibile amplius; pater de elementis; etiam multa alia reproducentur, quæ nunquam erunt corrupta, licet bene, possint desinere esse, & sic ex illa de futuro, nunquam sequitur perpetuitas in generationibus. Quartum dictum est: hæc

4 dictum. propositio si formetur in præteritis, scilicet generatio unius, est corruptio alterius: non est ita probabilis, sicut illa, corruptio unius, est generatio alterius, si illæ duæ formentur, prima est magis propria, quam ista de præterito. patet bene attendendo ad rigorem, quem faciunt; ratio est: nam quando dico: corruptio unius &c. uideor dicere, quod agens naturale intendat, per se corruptionem alicuius: & qui dico, corruptio unius &c. uidetur dici, quod agens natura e non intendat per se aliquam corruptionem. modo primum est contra rationem agentis naturalis, quod scilicet intendat per se corruptionem. nam sensus esset, quod agens naturale, in corrumpendo, generat, quod est falsum; quoniam de ratione agentis naturalis est, quod non intendat per se corruptionē, & sic illa est propria, corruptio &c. & alia impropria, scilicet generatio &c. & hoc uult habere Scotus. Quintum dictum est, quod quandocunque illa propositio

5. dictum. formetur, uel in præsentis, non sequitur, quod non detur prima generatio. Vnde generatio capitur dupliciter. Vno modo in

Generatio dupliciter. generali. Alio modo in particulari: sicut de causa, & productione, dictum est supra. Primo modo, generatio est productio, & è conuersu. Secundo modo in particulari, secundum illud. 5. Phys. quando aliquid de non esse ad esse, producitur per mutationem: hoc modo capitur secundum suam rationem specificam, & in particulari, ut distinguitur a productione; modo semper datur prima generatio, idest productio, in qua aliquid

Nota quòd in productione alicuius aliquid corrumpi dupliciter potest intelligi. producitur sic, quod nulla erit corruptio. Sed notandum est, quod in productione alicuius, aliquid corrumpi, potest intelligi dupliciter. Vno modo positiuē. Alio modo aliquid corrumpitur negatiuē: Positiuē illud corrumpitur, quando aliquid præexistens corrūpitur, ut frigus in aqua, quando calor introducitur; etiam quando forma ignis corrumpitur, ad introductione formæ aquæ: &c. Secundo modo aliquid corrumpitur negatiuē, in generatione alicuius, scilicet quādo illud, quod desinit esse, est tantum negatio, uel priuatio: tunc est corrumpi negatiuē. Exemplum quando aqua mutatur a priuatione formæ ignis, ad formam ignis, corrumpitur aliquid negatiuē, scilicet illa priuatio formæ, desinit esse in materia; etiam quādo Deus produxit mundum, aliquid est corruptum negatiuē, scilicet non esse mundi, modo intelligendo positiuē, quod scilicet dabitur generatio quam nulla concomitabitur corruptio, non, sed negatiuē. Modo ad formam, cum arguitur sic, non datur

Ad formā respōdetur. prima &c. nego antecedens; probatur: nā corruptio unius &c. concedo, tamen hoc non impedit, quod in præteritis non detur prima generatio; & cum probatur, quod non: nam illud corruptibile esset, &c. nego, dico quod illa generatio erit talis, quod non corrumpetur nisi negatiue, & non positiuē: & sic soluitur benè argumentum.

Quartum principale deducitur. Quarto principaliter arguitur, probando, quod aliquid potuit produci sine principio durationis a Deo, arguitur sic: Causa non impedita, nec agens per motum potest habere effectum sibi coæuum: sed Deus est causa non impedita, nec necessario agens per motum: ergo Deus potest habere effectum sibi

Respon. ad primum. coæuum: ergo sine principio durationis, quod est probandū. Argumentum est facile: maior est uera in creaturis: nā ideo dicimus, aliquid agere in tempore, quia agit cum motu: nam motus non potest esse in instanti, & quia motus est a contrario ad contrarium, a non esse, ut a termino a quo, ad esse, ut ad terminum ad quem, & ad esse illius: & sic agens creatum, non potest habere effectum sibi coæuum, & in instanti, sed successiuē: & in illa successione præsupponitur terminus a quo. Sed si non agerent per motum, nec impedirentur illæ causæ, cuiusmodi est Deus, benè possent habere effectum coæuum: ergo &c. Respondet itaque Scotus ad hoc argumentum, supponendo unam distinctionem: quod duplex est agens, uel causa

Solu. Scoti. Duplex agens. efficiens, quod est idem: Quædam est causa homogenea: Alia est causa heterogenea; causa homogenea est illa, quæ habet eandem essentiam cum suo effectu, & est eiusdem rationis cū illo: ut homo generans hominem: causa heterogenea est illa, quæ habet aliam & aliam naturam, uel essentiam, a suo effectu: ut sol respectu ranæ. Hoc stante, cum arguitur sic, omne

Quæ causa possit habere effectum coæuum, et quæ non. agens &c. concedo si est agens homogeneum: nego tamen si esset agens heterogeneum. & ista est tota solutio. unde dico primo, quod in Diuinis, pater habet productum coæuum sibi: nam respectu illius est agens homogeneum, & non agit per motum. 9. dis. primi, habetur ista ratio ad longum. Dico tamē, quod si est causa æquiuoca, uel non agens per motum: potest habere effectum sibi coæuum. Modo ita est hic: nam Deus respectu creaturarum ad extra, est causa æquiuoca, & sic patet, quomodo illa argumenta D. Thomæ, benè soluuntur ab Henrico. Sed argumenta Henrici, ueniunt soluenda secundū

Argu post oppositū solutiones pro D. Tho. mentem D. Thomæ. Et primo est una authoritas post oppositum, ex qua arguitur sic, probādo quod creatura nullo modo potuit produci, sine principio durationis, imò quod illud est impossibile: arguitur sic. de ratione creaturæ est, quod non esse illius præcedat esse: sic, quod producatur, de non esse ad

D. Th. resp. pro Henr. Quid creatura secundum D. Augus. esse: ergo nulla creatura potest produci sine principio durationis. Consequentia est nota. Antecedens probatur secundum Augustinum ad Felicianum dicentem: Creatura est, cuius substantia ex omnipotentis Dei uoluntate de non esse ad esse producta est. Est una definitio creaturæ: ergo de ratione formali creaturæ est, quod de non esse ad esse producatur: & sic primo habet non esse, quàm esse: & sic non potest esse ab æterno producta.

Ad primū resp. dupliciter. Respondet Scotus ad hoc argumentum, dupliciter, primo bene clare. Secundo modo benè intellectue. Primo ad meutē D. Augustini dicit, quod B. Augustinus scribens ad Felicianum, uolebat ostendere errorem Arrii dicētis, Filium Dei esse creaturam: & hoc solum, taliter quod sufficit illi, ostendere Filium Dei non esse creaturam, contra illum iniquum hæreticum Arrium: qui non potuit intelligere, quomodo pater generaret filium sibi coæqualem, nam omnis sequebatur sensum. modo arguit contra illum B. Augustinus Creatura est: cuius substantia &c. & tu dicis filium Dei esse uerum Deum: modo impossibile est, Deum esse, & non esse: uel non esse primo, & deinde esse, hoc concedebat Arrius; ergo impossibile est, filium Dei esse creaturam, patet consequentia. nam creatura est, quæ de non esse ad esse &c. Maior est definitio creaturæ. Minor erat concessa ab illo: ergo benè sequebatur. Modo dico, quod illa definitio creaturæ, est tantum sumpta contra Arrium, non autē, quod non esse necessario sit de ratione formali creaturæ: & sic est prima solutio, quæ est utique sufficiens.

Secunda solutio est similis illi, quam etiam dat Gregorius il *2. Solutio.* li auctoritati: quando arguitur sic, de ratione creaturæ &c. nego hoc: & dico quòd falsum est. Et quando probatur secundū B. Aug. dico quòd illa authoritas uera est de facto: eo modo. s. quo creatura producta est. s. de non esse ad esse: quia prius habuit non esse, deinde esse, Nunc autem dico, quod nos loquimur hic de possibili: & Aug. describit illa, eo modo, quo facta est, & non modo, quo ipsa potuit fieri, quomodo quærit quæstio: quæritur, enim de possibili. s. & non de facto. nam si creatura fuisset ab æterno, non fuisset de ratione illius, quòd produceretur de non esse ad esse, sed esset illi accidens: nam accidit illi creaturæ, quod sit producta isto modo, & non ab æterno.

Creatura quod hoc quod ē. Et ad maiorem declarationem istorum Scotus dat unum simile, difficile ad intelligendum Simile est, dicit Scotus, si definiatur incipiēs esse: & quod esse aliud à Deo, incepit esse de facto. Vtrū tunc hoc stante, benè sequatur: omne aliud à Deo est creatura: dico quod non sequitur, sed est fallacia accidentis propter extraneitatem medij ad tertium, inquantum comparatur ad primum. nam medium extraneatur respectu tertij, in comparationem ad primum, ut supponitur hic; & hæc est uis argumēti, & solutionis, quod hic loquimur de creatura, eo modo, quo Aug. definit illam, modo dicto, tūc medium est incipiens esse. nam uirtute illius tenet illa cōsequentia, & primum est, creatura, Tertiū est omne aliud à Deo: incipiens esse est medium: modo incipiens esse, extraneatur a tertio, nempe ab hic: omne aliud à

Deo in comparatione ad creaturam, & non extraneatur à primo oempe à creatura proprie dicta. nā si per possibile aliquod aliud à Deo uerbi gratia angelus, homo, uel cęlū esset ab æterno, tunc defioitio, incipieos esse, non conueniret omni, quod est aliud a Deo. nam positū est, quod aliquod aliud à Deo posset esse ab æterno, & non incipere esse, scilicet post non esse, & ly incipit, non capitur sicut in illa propositione, Christus incipit esse: & in hoc decipiuntur multi. Modo incipiens esse, &c. extraneatur ab omni eo, quod est aliud a Deo p casum, & oō e creatura. Nam creatura dicit priuunon esse, & incipiens esse post non esse ordine durationis. Sed oō necessario omne aliud a Deo. Sequitur nunc in libro. Non oportet autem quicquid &c. capitur ly repugnantia, pro esse extraneum; nō oportet eoim, ꝙ quicquid extraneatur accidens, repugnet subiecto: non oportet eoim ꝙ quicquid est extraneum creaturę, sit extraneum respectu illius quod est esse aliud a Deo, iste est sensus, non oportet, ut si esse, uel produci ab æterno, repugnat creaturæ proprie dictæ, quæ incipit esse, post non esse duratione, quod propter hoc repugnet umni alio a Deo, quia est fallacia accidentis, hoc modo arguendo, & sic patet argumentum.

Vltimū argumentum. Finaliter arguitur, & supponit argumentum, quòd si numerus fuisset ab æterno, quod fuissent infiniti homines, & dies, & alios, &c. si Deus produxisset quolibet die unum, &c. hoc uidetur falsum; ergo &c. *Solutio.* Respondet Scotus, quòd dictum est de infinitis animabus, quomodo ex parte creaturæ repugnasset quotidie producere unam, & cōseruare illam, si dies essent infiniti; licet non repugnet ex parte Dei, & ita patet quid dicendum esset ad illam q. 3.

De creatione in comparatione ad creaturam. ¶VTRVM creatio Angeli sit idem Angelo &c.] In tribus primis quæstionibus dictum est de creatione quantum est ex parte efficientis, & creantis. Consequenter dicendum est quantum est ex parte creabilis, uel creaturæ. Et primo quærit de natura angelica, quæ est nobilissima creaturarum, utrum scilicet creatio sua, sit idem illi. *Primus terminus declaratur.* Creatio capitur dupliciter, Vno modo pro creatione actiua. Alio modo pro creatione passiua. *Creatio dupliciter.* Creatio actiua est duplex, quædam est actiua formaliter, Alia est actiua fundamentaliter; Creatio actiua formaliter, est quidam respectus rationis ipsius Dei creantis ad creaturam, *Creatio actiua dupliciter.* uel rem creatam, quam creat, uel producit. Et dupliciter potest intelligi iste respectus rationis, uno modo quod iste respectus sit rationis, per actum comparatiuum uoluntatis diuinæ, uel Dei ad creaturam; Vel quod ille respectus sit per actum cōparatiuum intellectus creati; Primo modo, non potest intelligi, & nulla noua comparatio potest esse a Deo, uel ab intellectu, uel uoluntate Dei. oam ex 30. distinct. prima. si quis nouus respectus rationis est in Deo, hoc est per actum intellectus creati de nouo comparantis illum ad creaturam. Secundo modo *Creatio passiua dupliciter.* ergo intelligitur, quòd per actum intellectus creati de nouo comparantis Deum ad creaturam producendam ab æterno, licet oō pro æterno, sed pro aliquo tempore: iste ergo respectus rationis dicitur creatio actiua. Alio modo capitur creatio actiua fundamentaliter, & istud fundamentum est diuina uoluntas, uel uelle diuinum, uoluntas diuina, remotum, & uelle, uel uolitio diuina, proximum fundamentum, & hoc modo non loquimur hic de creatione actiua. Secundo modo capitur, pro creatione passiua; & hoc dupliciter, nam quædam est creatio passiua fundamentaliter loquendo. Alia est creatio passiua formaliter loquendo. creatio fundamentaliter, est res, quæ creatur, idest creatura ipsa, fundans illum actum creationis. Secundo modo formaliter passiua creatio, est relatio ipsius creaturæ ad Deum. & de ista quæritur hic. Vtrum ista respectus, qui est rei creatæ, ad Deum, sit idem ipsi creaturæ, uel Angelo. Secundus terminus est idem. Idem capitur dupliciter. *Idem dupliciter.* Vno modo capitur, ut dicit identitatem formalem; quando idem dicit formalem identitatem, notat quòd illud, quod est formaliter idem alicui, est de ratione formali illius, cui sic identificatur, ut animal est idem homini isto modo, ut dictum est. 2. distinc. prima. Secundo modo, quando idem dicit identitatem realem, dicit, quod est eadem res cum illo. cui realiter identificatur: siue sit de ratione formali illius, siue non: ut risibile est idem homini; etiam animal rationale est idem illi. nam sunt una res realiter; & hoc modo capitur ly, idem, in titulo; Creatio enim eandem rem dicit cum Angelo.

Angelus quid. Tertius terminus est Angelus, & secundum Damascenum, est substantia intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera, Deo ministrans, gratia non natura immortalitatem consequuta. Partes declarantur. Primo dicitur, quod est substantia, &c. & per hoc tangitur essentia illius, quia spiritualis. Secundo dicitur intellectualis, id est, habens intellectum, Tertio, dicitur semper mobilis, idest habens uirtutem operatiuam infatigabiliter, non fatigetur, unde natura corporalis non est semper mobilis isto modo, quia fatigatur. Quarto dicitur, arbitrio libera, quo significatur, quod est substantia uolens, nam uoluntas est libera. Quinto dicitur, Deo ministrans. nam Angelus idem est, quod est nuncius, & ad ministerium ordinatus secundum illud: Accesserunt Angeli &c. Sexto dicitur, quod est immortalis, semper existens, non secundum naturam suā. nam secundum illum delectibilis est; tamen gratia speciali datum est illi, semper esse, a parte post. De ista ergo natura, hoc modo descripta, quærimus hic: utrum creatio illius passiua, sit eadem illi. Pro ueritate quæstionis, arguitur quod sic. *Argu. post oppositum.* Nam si oppositum esset uerum, ꝙ creatio, scilicet angeli esset alia res ab illo; uel illa relatio, uel creatio, esset creator, uel esset creatura, uel nec sic, nec sic; sed nullum est dicendum; ergo oportet dicere, ꝙ illa est eadem ipsi angelo. Maior est uera, a sufficienti diuisione. Et minor probatur. Primo, non est creator; nam creatio angeli est noua; nunc creatur, & prius non creabatur, sed creator non potest esse nouus; sed est æternus, & sempiternus; ergo non datur illud membrum. Nec datur secundū, scilicet quod illa creatio sit creatura: eam si esset creatura, esset posterius aliquid ipsa re creata, & adueniret Angelo quod est falsum. nam creatio est uia, & quod creatura accipit esse, sicut factum, factione præintelligitur; ergo ordinem naturæ præcedere, & non sequi; ergo non est creatura. Si dicas, ꝙ non est creator, nec creatura; contra: non est dare medium inter illa, scilicet creatorem, & creaturam; ergo illa pars uera, quod est eadem res ipsi angelo, & sic affirmatiuè dicemus ad istam quæstionem.

De relatione creaturæ ad Deum in cōi gene Sc. ¶VTRVM relatio creaturæ ad Deum sit eadē realiter &c.] Sed quia illa quæstio quærit unum speciale de identitate creationis angeli cum sua substantia, oportet etiam uidere generaliter de relatione omnis creaturæ ad Deum, utrum sit uniuersaliter eadem ipsi creaturæ. Nam supponitur ex 30. dist. patri, ꝙ qualibet creatura refertur ad Deum, tanquam creantem illam, utrum ergo relatio creaturæ ad Deum &c. termini sunt clari. Et ideo pro ueritate arguitur, ꝙ uniuersaliter quæcunque relatio creaturæ ad Deum sit eadem realiter ipsi creaturæ, & supponit argumentum hoc, ꝙ duplex est dependentia, *Dependentia duplex ad causam intrinsecā, & extrinsecā.* Quædam ad causam intrinsecam, Alia ad extrinsecam. Prima est dependentia ad illud, quod intrinsece componit illud: ut totum essentiale, ad materiam & formam: nam illa componunt illud essentialiter & intrinsecę. Alia est dependentia ad causam extrinsecam, & est illa essentialis, qua dependens sic depēdet ab aliquo, ꝙ implicat illud esse sine in illo, a quo dependet, ut creatura a Deo; nam implicat, creaturam esse, & Deum non esse. Modo arguitur sic; non minus dependet *Arg. pro ueritate.* quodlibet causatum ad suam causam extrinsecam, quam dependeat totum essentiale ad suas partes essentiales intrinsecas; sed ista dependentia est idem illi realiter; ergo etiam dependētia illa, qua causatum dependet essentialiter ad causam extrinsecam, erit eadem realiter ipsi causato; sed creatio est dependentia causati ad causam extrinsecam; ergo creatio est eadem rei creatæ. Maior probatur: nam componere intrinsecè, dicit aliquam imperfectionem, scilicet potentialitatem. nā una pars est, & potentia ad aliam. Sed dare esse extrinsecè, nullam dicit potentialitatem, & in productione perfectius dant esse causæ extrinsecæ, q̄ intrinsecæ, nā causæ intrinsecæ non dant esse, nisi cum imperfectione: causæ extrinsecæ non, quantum est de se: & sic maior uera. Minor probatur, nam totum non potest esse sine suis partibus; ergo etiam creatura non potest esse sine Deo: habet ergo suam creationem eandem sibi realiter. Ita etiam concludimus ad istam quæstionem affirmatiuè, quod sic. Scotus ergo soluit istas quæstiones, primò secundam, quia est magis communis; & ex uniuersalibus ad singularia procedendum est, deinde ad primam. Quatuor ad *Ordo. Ad secundam quæst. resp. Henri. Opin. Henr. Ordo procedendi.* secundam quæstionem. Primo est opinio Henrici, cum suis rationibus fundamentalibus. Secundo impugnatio illius ad longum. Tertio loco est opinio Scoti. Quantum ad primam, primo Henricus dat suam conclusionem; quam probat quinque rationibus. conclusio est ista: Omnis relatio cuiuscunque creaturæ ad Deum, siue cuiuscunque alterius ad alterum, est eadē realiter suo fundamento; ita quod illa negatiua est uera, nulla relatio, quæcunque sit, realiter distinguitur a suo fundamēto. probant hanc primo sic: Si relatio esset alia res a fundamento, sequeretur, ꝙ in Diuinis esset compositio, & non summa simplicitas: consequens est falsum, & contra fundamētum Theologorum, & Magistri octaua dist. primi; ergo & antecedens; consequentia probatur. nam relatio eo modo transfertur ad Diuina,

Diuina, secundum Henricum, quo reperitur in creaturis, & secundum rationem propriam relationis; etiam secundum nos. Et relatio distinguitur realiter à fundamento; ergo etiā in Diuinis relatio distinguitur realiter ab essentia, & erit alia res; sed ubi est res, & res, est compositio, & compositio rerū; ergo non summa simplicitas, quod est contra Magistrum loco dicto; ergo istud dictum, quòd nulla relatio &c. est uerum.

Quòd eo modo relatio transferatur &c. Probatur secundum Boetium dicentem, quòd dun prædicamenta maneāt in Diuinis, scilicet substantia, & relatio; & allegatur octaua dist. primi in opinione Alberti de Saxonia, quòd in Diuinis est relatio, & propriè, sicut in creaturis.

Resp. ad primum arg. Henr. Responsiones istorum argumentorum sunt infra, scilicet. Ad primum alterius opinionis, &c. Ad hoc primum respondet, & supponit primò, quòd Deus, uel aliquid dictum formaliter de Deo, non est in prædicamento; patet ad longum 8. dist. primi nec dicitur nihil dictum de Deo absolute: nam aliquid dicitur de Deo, per communicationem idiomatū, quod tamen est in prædicamento: sed dico nihil formaliter, & quidditatiuè dictum de Deo. *Quomodo intelligitur nihil dictum de Deo esse in prædicamento.* Secundo notandum est, quòd dicendo sicut Boetius, quòd duo prædicamenta &c. Scotus nihil dicit: sed illud potest intelligi dupliciter. Vno modo; quòd duo prædicamenta, idest duo modi prædicandi: sint in Diuinis, scilicet ad se, & ad aliud; & hoc modo concedo; & sic intelligit Boetius, quod omne quod prædicatur in Diuinis, est uel ad se, uel ad aliud. Ad se, ut essentia, bonitas, & omnia attributa: Ad aliud, ut relationes communes, & originis; *Duo prædicamenta eē in Deo: pōt dupliciter intelligi.* Ex his dico, quòd relationes transferri ad Diuina eo modo, quo sunt in creaturis, potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum rationem transcendentalem. Alio modo secundum rationem propriam & formalem, unde pro hoc notandum est, quòd relatio in se est unum transcendens, & una regula est Scoti, 8. dist. primi quòd omne illud quod conuenit enti, antequam diuidatur per finitum, & infinitum, est unum transcendens; modo enti, tàm finito, quàm infinito conuenit relatio, & ideo est unum transcendens, in ratione sua formali, & hoc modo potest intelligi, quòd transferatur ad Diuina. *Relationes trāsferri ad Diuina eo mō, quo sunt in creaturis dupliciter. Regula Sc.* Secundo modo, secundum quòd in creaturis dicit limitationem, finitantem, &c. & hoc modo non transfertur relatio, ut paternitas; sed benè secundum rationem formalem, sic quòd illi relationi, uel paternitati, quæ est in infinito, ita benè conuenit hoc prædicatum, scilicet relatio, sicut illi paternitati, quæ est in creaturis; etiam sapientia, bonitas, hoc modo transferuntur ex 4. quæst. quolib. Et quòd multa dicant relationem secundum suam rationem transcendentalem, concedo: si autem ly, eo modo, dicat relationem, secundum quòd relatio est in creaturis, sic nego, quòd eo modo, scilicet cum limitatione; & sic argumentum non concludit.

Confirmatio primæ respōsionis. CONFIRMAT Henricus rationem suam ex medio simplicitatis, quòd scilicet in Diuinis non esset summa simplicitas, si relatio distinguaretur realiter à fundamento; arguit sic. Non est compositius album simile, quàm album tantum; ergo relatio non dicit aliquid aliud à fundamento; unde si non esset nisi unum album in mundo, & deinde crearetur aliud album, illud album prius esset simile illi, & prius non erat simile; tamen ex hoc illud primum album non esset magis compositum quàm prius, patet quia nulla facta est uariatio in illo; & sic patet antecedens, consequentia probatur, quia omnis res distincta à suo fundamento, cum est cum illo, facit compositionem cum eo; sed similitudo non facit compositionem cum illo, cum ius est ex antecedente; ergo relatio non distinguitur realiter à fundamento, &c. *Resp. Sc ad confirmationem.* Respondet Scotus ad hoc argumentum per unam distinctionem communem, quòd album simile non esse compositum, &c. potest intelligi dupliciter; Vno modo compositione ex his; Alio modo compositione cum his, compositio ex his est compositio ex aliquibus partibus intrinsecis componentibus aliquid intrinsecè; vt ego habeo materiam, & formam; corpus, & animam; quæ intrinsecè componunt me. *Albū simile, nō esse cōpositum magis quàm nō similis dupliciter.* Compositio cum his est, quando unum sumptum cum alio quo facit aliquod totum; tamen unum non est pars alterius intrinseca; ut albedo cum suo subiecto, facit compositionem cum his, non ex his: nam albedo non componit intrinsecè, benè autem facit unum compositum accidentale. *Compositio ex his. Compositio cum his.* Etiam album simile, non est compositum compositione ex his; patet benè si non esset nisi unica albedo, non haberet materiam & formam, ut partes, quibus intrinsecè componatur; sed si habet similitudinem, benè est compositum cum his, & prius non erat sine illa, nam illa similitudo cum albedine, faceret unum totum, non tamen componeretur intrinsecè ex illis; & Henricus debet hoc dicere conformiter ad dicta, 5. distinct. 1. quæst. 3. à Scoto de sententia Henrici, qui dicit, quòd essentia Diuina est quasi materia, & relatio est quasi actus; & inter illa, quæ distinguuntur secundum intentionem, est semper compositio quasi actus, & quasi potentiæ, ad minus; cum iuret album, & similitudinem sit distinctio secundum intentionem, illa faciat aliquam compositionem, ad minus cum his; nec hoc erit inconueniens, & ista esset una solutio ad argumentum. Secundo modo possumus dicere, quòd duplex est compositio, quædam est ex absolutis; Alia est ex absoluto & relatione; exemplum primi, compositio albedinis, uel nigredinis cum suo subiecto, materia & forma, in suo composito naturali: nam talia componentia sunt entia absoluta. *Altera solutio.* Exemplum secundi, quando alterum componentium est absolutum, alterum uerò est relatio, ut album simile; dicit enim subiectum cum albedine, quæ sunt absoluta; deinde dicit relationem, scilicet similitudinem. modo concedo, quòd album simile non est compositius albo tantum, compositione ex absolutis; quia non includit plura componentia absoluta; nego tamen compositione ex absolutis, & respectiuis; & non plus concludit argumentum.

Tertiò principaliter arguit Henricus, quod nulla relatio distinguatur realiter à suo fundamento: nam sequeretur, quòd ad relationem esset motus: consequens est falsum; ergo & antecedens, consequentia probatur, nam mutari, ex 5. Physic. est aliter se habere nunc, quàm prius; si ergo relatio est alia res à suo fundamento, cum illa adueniret fundamento, fundamentum illud aliter se haberet nunc, quàm prius; & sic mutaretur, consequentia est bona, consequens est falsum; ergo; probatur, nam 5. Physic. ad aliquid non est motus, etiam secundum Boetium lib. de Trin. & Anselmum in Monologio: constat de Anselmo, quòd de homine nascituro, non dicitur æqualis maior, uel minor, qui homo si postea nascatur, multæ relationes inerunt illi; ergo nolunt habere, quòd mei ad Antichristū natum, erit aliqua relatio, sine mutatione mei; sed si relatio est alia res à fundamento, esset mutatio. *Tertiū arg. Henr.*

Respondet Scotus ad hoc per unam distinctionem, quòd duplex est motus, uel mutatio; quædam est mutatio absoluta, Alia est respectiua: motus uel mutatio largo modo, scilicet absoluta, est illa quæ est ad terminum absolutum, uel ad formam absolutam, ut alteratio, generatio, augmentatio. sunt enim secundum aliquam substantiam, uel secundum accidens absolutum. *Resp. Scot. ad secundū Henr. Motus uel mutatio duplex.* Alia respectiua est, quæ est ad terminum respectiuum, uel ad respectū: ut esset mutatio localis, quæ est ad ubi, sursum, uel deorsum. Vnde sequitur, quòd quando dicitur, mutari est aliter se habere ad se; Alio modo aliter se habere &c. ly aliter, capitur dupliciter. Vno modo aliter se habere ad se; Alio modo aliter se habere ad aliud: ad se, idest secundum formam respectiuam. *Aliter in illa rōne mutari ad aliter se habere.* Ista distinctione soluitur prima. Modo: cū arguitur, sequeretur &c. dicen sc̄dm Simplicium super prædicamenta, quòd ad relationem est motus, uel ad se, uel ad aliud; Etiā Ocham hoc modo soluit argumentum hoc. & alia Henrici in secūdo: primo modo ad relationem esse motum, scilicet ad se; nego. Ad aliud; concedo. Primo modo, negat Philosophus; nā uult ostendere, quòd ad relationem non est motus, eo modo quo est ad qualitatem, uel quantitatem, in quibus est motus ad se, idest ad formam absolutam: hoc modo non est motus in ad aliquid; sed non uult negare Philosophus, quòd in ad aliquid sit motus secūdo modo, scilicet ad aliud. Sed quare Philosophus dicit, quòd ad relationem non potest esse motus; Dico quòd ille habet pro principio, quòd nunquam est motatio, uel nouitas primo, nisi per motationem in absoluto, & sic non potest esse motus primò, & per se propriè, in prædicamentis, nisi in quantitate, & qualitate. *Inquisitio, Responsio.* In substantia uerò non esse motum ostendit Philosophus. Mutationem tamen concedit in substantia, non tamen sine nouitate in absoluto; cōcedit etiam quòd aliquo modo ad quantitatem, uel qualitatem, potest esse motus, uel mutatio, sine nouitate in altero absoluto. Et iden benè dicit Scotus, quòd ad relationem, idest ad respectus intrinsecus adueniētes, non potest esse mutatio uel motus, est duplex: Vno modo primo, & per se: & sic concedo, & hoc modo intelligit Philosophus. Alio modo per se, non primo; & hoc nō est inconueniens. Istam solutionem confirmat Scotus, secundum B. Ambrosium; absit ut in illam hæresim incidamus, ut dicamus, Deum accessiona relationis &c. & sic relatio potest esse noua, & accessio, idest motus ad illam secūdum illam; nec hoc nolunt negare Doctores sancti, licet benè quòd non primo & per se.

QVARTO si esset ita, quod relatio &c.] Arguit Henricus adhuc principaliter, & quarto, quòd relatio nō distinguatur realiter, *4. Respon. Henr.*

liter,

liter, a fundamento, nec dicat aliam rem ab ipso. Nam sequeretur, quod aliam substantiam haberet similitudo ad suum subiectum, & aliam haberet albedo, uel qualitas, in qua fundabitur illa similitudo: consequens est falsum; ergo & antecedens, quod consequens sit falsum, probatur secundum Henricum, quod. sit falsum dicere, quod similitudo habeat suum proprium inesse: probat ille. Nam tunc non bene ordinarentur prædicamenta, quando dicitur substantia, quantitas, qualitas, &c. consequens est falsum, & contra oës doctores, cõtur ordinantes, hoc mõ, etiam Simplicius dat rationem, quare hoc modo debeant ordinari: primo substantia: quia quantitas primo inest substantiæ, quàm qualitas; deinde qualitas inest per quantitatem ipsi substantiæ: & deinde super quantitatem, & qualitatem, fundantur relationes omnes: & sic relatio bene ponitur quarto loco. Si ergo similitudo habeat suum proprium inhærere, iste ordo non bene assignaretur: ergo &c. Secundo probatur esse inconueniens, quod similitudo habeat suum proprium inhærere: nam sequeretur quod genus generalissimum relationis non esset simplex, sed compositum; consequens est falsum. nam cum sit genus generalissimum est primum, nec resoluitur in aliud genus & differentiam: consequentia probatur: nam tunc omnis relatio diceret compositionem, ex, ad, & in; nam esse ad, est de ratione formali relationis, licet non esse ad aliquid, uel aliud; nã aliud, dicit terminum: & terminus non est de ratione formali relationis, sed bene esse ad. Deinde conuenit illi, esse in subiecto: ergo ille conceptus non est simplex, sed compositus, ergo oportet dicere, quod relatio nõ habeat suam inhærentiam aliam ab inhærentia sui fundamenti: & per consequens quod non distinguitur realiter a suo fundamento: & hoc est argumentum.

Ad quartũ argumentũ Henr. Respondet Scotus ad hoc argumentum faciliter: quando arguitur sic, sequeretur &c. concedo antecedens, & consequentiã, de illa relatione, quæ est realiter distincta a suo fundamento. Unde relatio consideratur dupliciter. Uno modo inquantum accidens. Alio modo inquantum relatio. t. q. quarte in fine. Unde relationi inquantum accidens est, conuenit esse in subiecto: nam esse inhabitudinaliter, dicit mihi passionem conuenientem omni accidenti, tam absoluto, quàm respectiuo: non autem, esse in, actualiter; modo relatio, inquantum accidens, non potest esse sine illa inhærentia habitudinaliter, quicquid dicat Franciscus. Secundo modo consideratur relatio, inquantum relatio est sub ratione formaliter relationis: & tũo non conuenit illi esse in, nec sic: sed bene conuenit illi, esse ad, & esse in, consequitur illam: & sic illud consequens non est inconueniens. primum illud uult Auicenna 3. Metaph. quod relatio aliqua habet distinctam inhærentiam. Et ad probationem; si relatio &c. Scotus nihil dicit: nego tamen consequentiam, cum probatur. nam si relatio habet distinctam &c. aliqua posset immediatè inhærere ipsi substantiæ, concedo: nam similitudo, identitas specifica, insunt immediatè ipsi substantiæ. Et cum dicitur, quod Simplicius dicit, quod relatio &c. concedo quod aliqua, ut secundum quantitatem uel qualitatem: sed non omnis relatio de prædicamento relationis. nam relatio, est unum transcendens, & aliqua relatio est in prædicamento substantiæ; patet de creatione passiua, quæ est idem realiter substantiæ creatæ. Modo concedo, quod relatio prædicamenti. sequitur illa, non autem omnis. Sed de ordine prædicamentorum, quare ordinentur illo modo, non est præsentis speculationis. 4. Metaph. Antonius Andr. disputat, istud. Ex illo tamen non peruertitur ordo relationis, cum aliquam ponamus in prædicamento substantiæ. Ad aliam probationem, quod genus relationis &c. Dico quod genus generalissimum relationis dicere aliquam compositionem, potest intelligi dupliciter. Uno modo compositionem ex genere & differentia illi repugnantem: uti species, & genera subalterna, resoluuntur in sua genera generalissima, & conceptus differentiarum suarum. Ista compositio non conuenit generi generalissimo, imò repugnat. nam genus generalissimum est illud, quod non habet superueniens genus. Alia est compositio ex pluribus conceptibus, qui non se habent sicut conceptus generis, & cõceptus differentiæ, sed se habent sicut conceptus formalis, & conceptus propriæ passionis. Prima cõpositio repugnat omni generi generalissimo, nõ autem secunda. probatur de quantitate, quod habeat suam rationem formalẽ quantitatis. s. quidditatem, quia genus generalissimum proprie non definitur, sed benè connotat illi suum esse quidditatiuum; deinde habet suas passiones, quæ formaliter distinguũtur ab illis, tamen hoc non dicit compositionem repugnantem illi, sicut est hic, relatio genus generalissimum habet esse ad, deinde habet, esse in, tanquam passio illius; & esse in, est extra conceptum formalem relationis, sicut passio extra essentiam subiecti; modo esse ad, & esse in, non dicunt compositionem aliquam ex genere, & differentia, sed benè compositionem quidditatis, uel conceptus quidditatiui, & conceptus passionis suæ, unde relatio similitudinis essentialis, identitas specifica, fundantur in ipsa substantia immediate. nam illa sunt eadem, quorum substantia est una, ex 5. Metaphysic. ut dicemus contra Henr. & sic hoc argumentum non ualet.

Relatio dupliciter considerator.

Relationi ut est accidens, conuenit esse in subiecto habitudinaliter, non autem ut relatio est.

De ordine prædicamẽtorũ. Anto. Andreas.

Genus generalissimum relationis compositi, dupliciter potest intelligi.

Quintum arg. Henr. deducitur. Quintò principaliter arguit Henricus, & est argumentum commune. Si relatio esset alia res a fundamento, sequeretur quòd in relationibus esset processus in infinitum, consequens est falsum: ergo & antecedens. probatur consequentia, capio unam relationem, scilicet similitudinem, uocetur, A, modo si, A, est alia res a fundamento, quæ inest subiecto, sua inhærentia propria; & illa inhærentia dicit relationem: ergo etiam ista est alia res a fundamento, uel non. si est alia, quæro uel, ipsa inest alteri, uel non; si non, quare etiam de prima nõ dicitur, quod non inest, sicut ista? si inest, ergo alia inhærentia realiter distincta. Vel aliter deducatur istud argumentum, *Aliter deducitur argum.* capio similitudinem ipsius albi, ad aliam similitudinem; utrũ istæ duæ similitudines sint similes; non uidetur, quod non; si sic; ergo similitudinis est similitudo; & sic de aliis in infinitum. Etiam argumentum deducitur per alietatem, quæ est relatio inter extrema; & sic illa alietas est relatio, quæro: ista inest fundamento, & est alia res ab ipso: ergo ipsius est alia alietas. Responsio ad hoc patet tertia quæst. quarti. arti. 3. ubi *Ad quintũ Hen. Resp. Scot.* soluitur simile argumentum de similitudine ad longum, etiam in quarto de accidentibus separatis. Pro cuius declaratione est *Propositio notabilis Scot.* una propositio, quòd quandocunque est aliqua relatio realiter eadem suo fundamento, illa talis seipsa inest, & seipsa refertur, & non per aliud distinctum realiter ab ipsa; & in illa est status. Secundo suppono, quòd alietas, qua dicimus aliam rem esse similitudinem, a suo fundamento, est relatio eadem realiter illi similitudini, ut qua relatio. nam dicimus, similitudo est alia res. nam impossibile est, quòd dicatur esse similitudo, & quòd non dicatur alia res; & ideo dicemus infra, quòd creatio passiua non refertur alia relatione media inter ipsam creationem passiuam, & ipsam creaturam, sed ipsa est ratio referendi ad Deum ipsam creaturam. Modo, nego consequentiam, nam status est in secundo. Et cum dicitur, similitudo est alia res, & alia similitudo *Ad formã argumenti.* alia res, inter illarum similitudinem est alia similitudo; concedo tamen: illa est eadem res cum ipsis similitudinibus, & ibi est status. nam illa similitudo non refertur una alia tertia similitudine, ad aliam, sed seipsa. Similiter dicitur de identitate, & alietate; & sic non proceditur in infinitum, sed statur in secunda. Et sic aliqua relatio est idem fundamento, & aliqua non; sicut tenet Henricus: Ocham *Quæ. lã relatio est idẽ fundamẽto, & quædam non.* dicit, quòd ita bene deberet tenere Scotus de omni relatione, quòd distinguatur realiter a fundamento, sicut quòd aliqua. Et ipse bene tenaret, & sic patet ad hoc argumentum.

Sextũ arg. Henr. Sextò principaliter arguit Henricus, quòd nulla relatio &c. Si aliqua relatio esset distincta a suo fundamento, sequeretur, quòd illa relatio non posset habere suam unitatem, & distinctionem ab alio, quàm a fundamento, quod non est uerum; patet, nam a quocunque aliquid habet suam entitatem, ab eo habet suam unitatem, & distinctionem; concedo hoc, consequens est falsum. negatur. probo, nam dicimus, Dominium differre a paternitate penes fundamentum, quia aliud est fundamentum unius, & aliud alterius; & ideo dicimus relationes distingui per fundamenta: ergo relatio non est alia res a fundamento. Respondeamus quod relationes distingui, est dupliciter; Uno modo formaliter & intrinsecè, Alio modo fundamentaliter & extrinsecè. Primo modo distinguitur secun- *Relationes dupliciter distinguuntur.* dum rationes suas proprias & formales. nam Henricus ponit etiam prædicamentum relationum, & oportet quòd dicat, illas habere genus & differentias suo modo, & sic istis rationibus formalibus distingui. Secundo modo distinguuntur extrinsecè, & sic bene concedo, quod distinguuntur per fundamenta. Modo cum arguitur, sequeretur quod si relatio &c. concedo hoc, & nullum est inconueniens, & cum probatur quod sic, quia distinguntur per fundamenta, concedo extrinsecè; etiam per *Dubitatio quare relationes non possint intelligi a nobis pro statu isto. Soluitur dubitatio.* suas rationes formales intrinsecè, Homo distinguitur ab asino, per suam rationem formalem; & etiam quia non habet candem. Sed est una difficultas; Vtrum relationes si habent rationes formales, & intrinsecus, ut dictũ, quomodo non possunt intelligi a nobis, pro statu isto? Dico quòd possunt a nobis cognosci, saltem secundum nostrum modum cognoscendi; motiuè & intentionaliter, quantum est

est ex parte fundamentorum illarum; earum enim fundamenta mouent intellectum terminatiuè tamen, & ex natura potentiæ, etiam pro statu isto. terminat enim actum intelligendi; uirtute tamen fundamentorum illarum; nam ens habet communitatem ad fundamenta illarum, sicut dictum est in primo; & possumus dicere, quod sunt intelligibiles ratione fundamenti, & sic argumentum patet benè.

Arguit Sc. contra opinionē Hen. CONTRA istam opinionem Henrici arguit Scotus sex rationibus, & primo probat, quòd ille debeat dicere, relationem esse aliam rem a fundamento. Prima ratio est communis, & ideo difficilis est Scotus. Primo in ista impugnatione facit duo; primo impugnat Henricum directè; deinde nominales directè, ibi.

Rōnes contra Henr. ¶ET QVIA posset proteruiri &c.] Contra Henricum ergo arguit primo sic; per A, intelligendo fundamentum relationis: Nihil est idem realiter ipsi A, sine quo A, potest esse; sed multæ sunt relationes, sine quibus fundamētum potest esse; ergo illæ relationes distinguuntur realiter ab ipsis fundamentis. *Regula Sc.* Arguitur sic breuiter: Quādocunque aliqua duo sic se habent, quod unum potest esse, & manere absque contradictione, alio non manente, illa distinguuntur realiter: sed aliqua sunt relationes, sine quibus sua fundaméta possunt esse; ergo ille ad minus distinguuntur realiter ab illis fundamentis. *Declarat Sco. regulā suam.* Unde Scotus habet multos æmulos in illa regula. Et ideo declarat illam, & secundo minorē. Maior probatur sic: Impossibile est idē simul esse, & non esse, 4. Metaph. est primum principium: ergo maior est uera, probatur consequentia. nam maior illa æquiualet isti: Quandocunque de aliquo dicitur uerè, esse, & de alio dicitur, non esse, simul & semel, simultate requisita ad ueritatem duorum contradictoriorum, illa non sunt idem realiter; imò impossibile est, quòd duo simul & semel, dicantur uerè & affirmatiuè, esse, & non esse. Assumptum probatur nunc; capio fundamentum relationis, scilicet albedinem, deinde relationē illam, scilicet similitudinem, modo pro aliquo instanti, uerum est dicere, albedo est, pro quo est impossibile dicere uerè, similitudo est: ergo illa non sunt idem realiter. Pro quo assumpto notandum est, quod per uiam contradictionis probamus aliqua esse distincta ratione, & aliqua esse distincta formaliter, & aliqua realiter. illa est uera, potissimaque uia, ad inuestigandum distinctionem quamcunque. *Notandum quo per solā uiā contradictionis probetur distinctio efficaciter.* Primo probatur distinctio rationis, quando contradictoria sumuntur inter aliqua, quod non correspondeat illis aliquid a parte rei, sed tantum ex parte intellectus, si illa contradictoria de illis uerè dicantur, illa distinguuntur ratione: exemplum: Socrates est Socrates, ista distinguuntur ratione; nam esse subiectum, non esse subiectum, sunt duo contradictoria rationis, habentia tantum esse, per actum intellectus: modo esse subiectum, dicitur de Sorte, ante copulam non esse subiectum, dicitur de Sorte, post copulam, & sic dicimus illa distingui ratione. Aliquando dicimus, quod distinguuntur formaliter: ut inter hominem & risibile: nam arguitur sic, esse de ratione formali alicuius, & non esse de ratione formali illius, sunt contradictoria: modo de risibili dicitur, quod non est de ratione formali hominis; de homine autem dicitur hoc, quod est esse de ratione formali &c. Ergo illa distinguuntur formaliter: Etiam distinctio realis probatur, capiendo esse, & non esse absolutè, si de uno dicitur nūc quod est, de alio, dicitur nunc, quod non est, illa distinguuntur realiter. Maior illa patet, ea primo principio. Confirmatur illa maior, nam hac negata, non remanet aliquis modus quærendi distinctionem inter aliqua. Nam probatur mihi, quod Sortes, & Plato, distinguuntur realiter, substantia, & accidens, Deus, & creatura, dicens: moriatur Sortes, Plato manet: ergo distinguuntur realiter, negata consequētia, quomodo probabis nisi dicendo, quandocunque aliqua duo, &c. Et si ego negabo illā, quid facies? nihil probabis, & si illa remanet, erit modus probandi distinctionem realem cap. 5. & 9. etiam in Diuinis: & sic illa maior uera. Præterea illa negata, perit omnis doctrina Philosophi 7. Topic. ubi per uiam contradictionis, definit & terminat multa problemata, assumendo quod contradictoriorū &c. & reducendo illa ad contradictoria, altera pars apparet immediatè falsa: altera uera; Maior ergo illa nullo modo est negāda. *Relatio disquiparātia & æquiparātia quæ.* Minor probatur nunc, s. aliquæ relationes &c. Probatur de relationibus disquiparantiæ, quàm æquiparantiæ. Aequiparantiæ autē sunt relationes, quæ habent extrema eiusdē rōnis; disquiparantiæ sunt, quæ habent extrema alterius rationis. Exemplum primi; similitudo, æqualitas, &c. Exemplum secundi: duplex, dimidium causa effectu, unio naturæ humanæ ad uerbum &c. modo probatur de primis, similitudo istius albi ad aliud album, destruatur omne album, præter hoc albū, tunc hoc non est simile. nam cui esset simile, si nullum est aliud per casum? & relatio realis inquirit extrema realia, & sic manet hoc album sine similitudine. similitudo ast & relatio, & si crearetur unū aliud album, fieret simile illi, accessione relationis. Unde Boetius dicit, quod aliquis accessione uerborum fit dominus, sic, quod prius non habebat illam relationem, & nunc habet, quando dantur illi serui; & sic illa seruitus distinguitur realiter ab illis hominibus, qui serui fiunt. & Dominium ab illo homine, qui efficitur dominus. Confirmatur ista ratio; nam si aliqua relatio non esset distincta a fundamento, sequerentur multa inconueniētia in fide, & Philosophia: probatur, nam sequeretur primò, quod non esset incarnatio uerbi. Secundò quod non esset Eucharistia. Tertiò quod non esset aliqua compositio. Quartò quod nulla esset actio, uel causatio agentis naturalis: quæ omnia sunt absurda: ergo &c. Propter duo prima inconuenientia, Ocham coactus est ponere aliquam relationem esse distinctam ab extremis. 2. q. secundi, dicit tamen ipse, quod si teneret modū fratris Ioannis Scoti, quod ipse ita benè teneret de omni, sicut de aliqua contra Henr. nam uniuersaliter dicit, quod omnis relatio est distincta a fundamento. Tamen probatur primum inconueniens sequi. Nam benè sequitur, relatio non est alia res a fundamento; ergo unio naturæ humanæ ad uerbum Diuinum, non est alia res a natura humana, & natura Diuina; & sic, dicere uerbum esse incarnatum, nihil aliud est dicere, quàm naturam humanam & Diuinam esse. patet consequentia: nam unio nihil aliud est per te, quàm fundamentum & terminus. *Confirmatio rationis. Negādo relationes aliquas distinctas ab fundamentis, sequitur incōueniētia, & in Theologia, & in Philosophia. Verba Ochā.* Et si dicas, quod illa unio est natura humana & Diuina unita simul; Contra: Illud esse unitum, nihil aliud est, per te, quàm illa extrema unita: si ergo incarnatio nihil aliud dicit, quàm naturam humanam, & Diuinam, sequitur quod si uerbum Diuinum nunquam assumpsisset naturam humanam, quod non minus illa esset & fuisset assumpta, & incarnatio fuisset: qđ est hæreticū. *Reprobatio.* Probatur consequentia. nam æquè benè erant natura humana & Diuina, ante incarnationē, sicut post. patet de Adam, Abraham: ergo unio erat tunc, quod est falsum. Item etiam si uerbum Diuinum dimitteret naturam humanam, sicut oēs concedunt esse possibile, remanente natura humana, sicut pt, Deo illā conseruante, uel aliquid corrumperetur, uel non; si non, ergo ita benè dimissa est nunc, sicut tunc: quia nihil dimitteretur: & esset incarnatio quando dimitteretur. quod est falsum. Propter hoc argumētum Ocham coactus est ponere relationē distinctam realiter ab extremis. nā si aliquid desinit esse, uel illud est natura humana, quod est contra casum: uel est natura Diuina, quod est impossibile: erat ergo ibidē aliquid pter duo illa: & illud uoco unionē & relationem. Ergo relatio distinguitur &c. Aliud inconueniens de Eucharistia, quod sequatur ex illo, probatur sic: Nam accidentia non inhærent nunc subiecto. prius tñ inhærebant ante conuersionem; uel illa accidentia qñ insunt subiecto, dicunt aliquid ultra esse ipsorum accidentiū; & ipsius subiecti, uel non; si non; ergo ita benè insunt, quando sunt separata: quod uidetur satis implicare contradictionem. Patet consequentia: quia per te nihil aliud penitus dicunt: si aliquid dicunt, illud non est nisi unio illorum ad subiectum, & una relatio: igitur illa relatio distinguetur realiter ab illis. *Secundum inconueniēs de accidentibus in al tari.* Tertium inconueniens est de partibus essentialibus alicuius totius essentialis, ut materia & forma respectu compositi naturalis; probatur consequentia sic: Nam quæro, uel A, & B, dicunt aliquid aliud a seipsis, quando uniuntur ad componendū istam syllabam, ab, uel non; si primū, habeo propositum. Si secundū, contra: nam qñ essent separata A, & B, æquè benè componerent, ab, sicut qñ sunt coniuncta, consequens est falsum, nempe, quod partes separatæ aliquid componant. nam tunc totū esset, qđ partes essent separatæ; quod non uidetur; si aliquid dicunt ultra, habeo propositum. Quartum inconueniens, quod sequeretur, est, quod nulla esset causatio. Probatur consequentia; nam causa, causat quando est approximata passo; modo quæro, uel illa approximatio dicit aliquid ultra causam agentem, & ipsum passum; uel non: si non; ergo æquè benè causat causa remota a longe, sicut approximata: quod est contra experientiam; nam ignis Romæ non comburit stuppā Parisius: ergo illa approximatio dicit aliquid ultra extrema, & illud uoco relationem: ergo relatio distinguitur ab illis.

2. Rō cōtra Henr. ¶PRAETEREA secundo arguitur sic &c.] Consequenter secundo arguit sic contra Henricum, probando distinctionem realem, inter relationem, & suum fundm̄, arguitur sic: nihil finitum continet opposita formaliter per identitatem; sed aliquod fundm̄ continet multas relationes oppositas formaliter: ergo tale fundamentum nō continet illas formaliter, per identitatem, & sic ipsæ sunt aliæ res ab ipsis fundamentis.

Pro

Notandū quadruplex continentia. *Continētia identica.* *Cōtinentia uirtualis.* *Continētia potentialis.* *Continētia essentialis.*

Pro maiore, & minore Notandum est, quòd continentia in materia de subiecto Theologiæ, est quadruplex, Quædam est identifica, siue per identitatem: Alia uirtualis; Alia potentialis; Alia essentialis. Continentia identifica est, que contento sic continentur in aliquo quod sunt idem illi realiter: ut essentia Diuina, continet relationes originis isto modo per identitatem, & omnia alia, quæ sunt in Diuinis. Alia est continentiæ uirtualis, & est illa, qua aliquid sic continet, aliud, quod potest illud producere, uel in esse reali, uel in esse cognito. Exemplum primi, sol continet ranam; & arbor fructus. nam potest illos ponere in esse realiter. Exemplum secundi. subiectum in ratione subiecti, continet suas proprias passiones. Alia est potentialis qua aliquid continet aliqua sic, quòd potest determinari, & contrahi ad illa, quæ continet per aliqua contrahibilia: ut omne superius hoc modo continet sua inferiora, ut genus suas species, nam contrahitur ad illas, per specificas differentias formales. Quarta continentiæ est essentialis, quando contentum est idem continenti in primo modo dicendi per se; & hoc modo definitum continet definitionem; nam est eadem illi. Modo hic loquitur Scotus de continentia per identitatem, uel de ille formali, quæ tantum dicit identitatem realem, non de illa quæ dicit identitatem quidditatiuam. Nam omne quod est idem formaliter alteri, est etiam idem realiter illi, licet non è conuerso.

Secundum notandum. In Diuinis duplex cōtinentia per idētitatem.

Secundo notandum est, quod in Diuinis, duplex est continentia per identitatem. Quædam est absolutorum. Alia est relationum. Vnde essentia Diuina continet absoluta multa per identitatem, ut omnes perfectiones simpliciter, attributa omnia, essentialia absoluta, bonitatem, clementiam, iustitiam; omnia ista sunt idem illi per identitatem. Alia est relationum, qua essentia Diuinæ identificat sibi omnes relationes, tàm communes, quam etiam originis. De istis primo dico, quòd continentia in Diuinis per identitatem absolutorum, non potest esse formaliter oppositorum: nulla enim absoluta, quæ sunt idem realiter essentiæ Diuinæ, sunt opposita formaliter; patet discurrendo per illa. Sapientia, bonitas, clementia, iustitia &c. nunquam sunt opposita formaliter. Sed ex rationibus suis formalibus, sunt compossibilia, & sic dictum uerum. Secundo dico, quòd continentia in Diuinis per identitatem relationum, est bene formaliter oppositorum: patet, nam essentia Diuina continet per identitatem, paternitatem, & filiationem, quæ formaliter repugnant, & opponuntur relatiuè, & sic hoc dictum uerum.

Primum dictum Sco. *Secundū dictum Sco.*

Tertiū Notandum.

Tertiò notandum est, & benè, propter istam rationem, & de hoc diximus septima quæstione, distinctionis tertiæ, primi, in soluendo argumenta secundæ opinionis, quòd nihil est simul, & semel in actu formali, respectu oppositorum, nel in potentia uirtuali respectu oppositorum, hoc est dicere, quòd esse in potentia uirtuali aliquorum, est esse in potentia ad aliquam formam, uirtute cuius recipiens, potest aliquem effectum producere: Vt si calor produceretur, & separaretur ab igne, sicut est possibile Deo illum separare, ignis tunc esset in potentia ad actum illum; quo habito, posset illo aliquid producere, scilicet alium calorem; & sine illo, non posset. Sed esse in actu formali, est actualiter habere aliquam formam, secundum quam actualiter illud tale habens illam, dicatur tale: ut ignis habens calorem, dicitur esse in actu formali: nam dicitur calidus illo calore. Modo, nihil idem, simul, & semel, potest esse in actu & potentia, respectu oppositorum. Modo maior rationis fuit. Nihil finitum &c. & dicit, nihil finitum. Nam infinitum, sicut essentia Diuina potest identificare sibi omne illud, quod non repugnet sibi, ob sui infinitatem, ut essentia Diuinæ identificat sibi omnes relationes originis, quæ sunt opposita formaliter; & non possunt esse in eodem supposito. Sed nullum finitum potest hoc facere, de hoc quinta quæst. quarti: & uigesimasexta distinctiu. primi.

Maior probatur.

Probatur nunc illa maior inductiuè. nam licet essentiæ Diuina contineat opposita relatiuè identicè, tamen in absolutis nulla opposite formaliter identificatur sibi; & si aliqua opposita formaliter contineerentur in aliquo, & identicè, hoc maximè esset in Diuinis: quod non est possibile; ergo nec in quocunque alio finito. Verum in creaturis idem ut Sol continet plures effectus, & oppositos formaliter, hoc scilicet, quod est coagulare, & liquefacere, sed illos continet uirtualiter, & nō per identitatem realem, idest habet uirtutem coagulandi, & dissoluendi: tamen huiusmodi effectus, formaliter oppositi, sunt in creaturis liquefactis, & coagulatis. Maior breuiter nullam habet instantiam.

Minor probatur.

Minor: Sed fundamentum scilicet probatur; nam in eodem albo, dicimus esse similitudinem, & dissimilitudinem fundatam simul & semel; quæ tamen similitudo, & dissimilitudo, sunt opposite, si sunt respectu eiusdem: ut Sortis albi, ad albedinem in lacte, est similitudo: deinde in illo Sorte albo, ad nigredinem in Æthiope, est dissimilitudo, illæ relationes non sunt per actum intellectus, etiam secundum Henricum; illæ relationes non possunt esse idem realiter illi fundamento; nam illud fundamentum est finitum, ex maiori, & in relationibus realibus daretur processus in infinitum, si essent infinitæ illæ similitudines; quod inconueniens est. Illud ergo fundamentum continet illa opposita; & non continet ille identicè, ergo distinguuntur realiter ab ipso, & dicunt aliam rem &c.

Tertia rō cōtra Henr.

Tertiò principaliter arguit Scotus contra Henricum quod relatio sit alia res a fundamento: & arguit sic; Idem uno continet plura eiusdem rationis secundum perfectam identitatem, idest realem, quæ plura eiusdem rationis sint illi realiter eadem, scilicet plures relationes eiusdem rationis sunt in eodem fundamento; ergo illud fundamentum non continet illas relationes per identitatem: & sic illæ relationes sunt aliæ ab illo fundamento. Pro ista ratione quæ est difficilis; supponendum est, quòd identificata realiter alicui, sunt duplicia. Quædam sunt eiusdem rationis inter se. Alia sunt alterius rationis, ab ipso cui identificatur: exemplum primi, humanitas in Sorte est idem illi realiter, tamen est eiusdem rationis cum illo. Exēplum secundi: creatio passiua est idem realiter illi cuius est, tamen est alterius rationis ab eo, cui identificetur. Notandum ideo, quod identificata alicui, esse eiusdem rationis, uel alterius, potest intelligi dupliciter: Vno modo quòd sint eiusdem rationis cum illo, cui dicūtur esse idem realiter. Alio modo quod sint eiusdem rationis cum aliquo, quod etiam illi identificatur. Dico nunc, quòd primo modo intelligitur in maiori, quod scilicet sint eiusdem rationis cum illo, cui identificatur realiter; & non quod sint eiusdem rationis cum aliquo identificato illi realiter: Exemplum: risibile est idem realiter homini; etiam flebile, disciplinabile, &c. modo ista sunt eiusdem rationis cum homine, in quo dicuntur esse idem realiter, & hoc modo fit comparatio in maiori, & non quòd sint eiusdem rationis inter se. Modo dicit illa maior. Idem non continet plura &c. Sortes non continet plures humanitates, nec plures risibilitates, nec plures flebilitates, non, sed unam tantum, hac enim humanitate, est homo, nam que ratione possent esse in illo duæ, eadem ratione & nulla &c. patet nam sunt eiusdem rationis, nec est maior ratio de una, quàm de alia ex 4. Phys. si idem corpus numero potest esse in duobus locis, eadem ratione in pluribus, etiam in infinitis: patet maior. In albedine non est nisi una coloreitas, & una disgregatiuitas, & non sunt plures. Minor probatur, secundum hoc fundamentum, etiam ista minor tangit illam difficultatem, quæ est inter Thomistas & Scotistas. Vtrū in eodem subiecto, actu possint esse plura accidentia eiusdem rationis. loco suo dictum est. Dico tamen pro nunc ex 8 d. tertii ubi est fundamentum illius altercationis quòd non, ex illo Philosophi, quòd a quo aliquid habet suam entitatem ab illo habet suam unitatem; sed ab uno subiecto habent suam entitatem: ergo etiam ab uno habebunt suam unitatem, &c. Scotistæ tamen dicunt oppositum, secundum Scotum ibidem, quòd non est inconueniens, plura accidentia eiusdem rationis, esse in eodem subiecto; ut plures relationes eiusdem rationis; patet. nam accidens habere unitatem a suo subiecto, est tripliciter intelligibile. Vno modo quòd habeant suam unitatem a suo subiecto formaliter; secundo effectiuè, & tertio modo materialiter, aliter non est possibile, accidens habere unitatem a subiecto; nec Philosophus aliter intelligit, quàm uno illorum trium modorum; sed non potest intelligi, quòd habeant suam unitatem formaliter a subiecto, quòd scilicet unitas accidentis sit unitas subiecti, & è conuerso: formaliter, est false. nam alias nunquam Deus posset facere accidens sine subiecto, quod est falsum. nam faceret accidens sine unitate. Etiam impossibile est, Deum facere oppositum illius, quod est de ratione formalis illius, Deus non posset facere, quòd homo non esset animal rationale, & sic illud non est dandum. Nec est dandum secundum, quòd accidens habeat suam unitatem effectiuè t nem arguitor sic, stante unione causæ efficientis, stat pluralitas effectuum: si ergo substantia causat effectiuè unitatem accidentis, stabit subiectum esse unum, accidentia uero plura. Maior patet, in causis efficientibus, idem nunc simul & semel potest generare duos filios, & tunc efficiens est unus. Sol plures ranas, & plures uermes, ex eodem

Notandum primum. Identificata realiter alicui. *Identificata eiusdē uel alterius rōnis dupliciter pōt intelligi.* *Vtrū plura accidentia possint eē in eodē subiecto quod Thomistæ.* *Quid Scotistæ.* *Accidēs habere unitatē à subiecto tripliciter intelligitur.*

luto producit, & ſic iſto modo non eſt intelligendum. Si tertio modo intelligatur, quod accidens habeat ſuam unitatem a ſubiecto materialiter, ſenſus eſt, quòd unitas accidentis materialiter, ſubiectiuè habet eſſa in illa ſubſtantia, nel ſubiecto. & tunc inferre: ergo plura accidentia non poſſunt eſſe in eodem ſubiccto, eſt petitio principij, aſſumendo quod eſt probaodum. & ſic fundamentum Thomiſtarum non nalet. In eodem ergn fundamento, poſſunt eſſe plures relationes etiam eiuſdem rationis, nulli dubium quòd ad multiplicationem fundamẽtorum, ſequitur multiplicatio relationum; nam multiplicato priori eſſentialiter, etiam poſterius multiplicatur. 5. Metaphyſic. paternitas fundatur in genuiſſe: modo idem fundamentom poteſt habere plura genuiſſe, & tunc in eodem eſſant plures relationes non identificatæ realiter illi. quod eſt prnbandum.

Quarta rõ cõtra Hẽr. QVARTÒ principaliter arguit Scotus contra Henricum ſic; Continens aliquid per identitatem, ſi eſt perfectus, etiam cnntentum dicitur eſſe perfectius: ſed ſic eſt, quòd non ſemper perfectius fundamentum, continet perfectiorem relationum, per identitatem realem uel realiter; ergo aliqna relatin diſtinguitur realiter a ſuo fundamento. Notandum pro maiori declaratione, quòd contenta in alio ſunr duplicia Quædam ſic continentur, quòd diſtinguuntur realiter ab illo cnntinente. Aliqua ſic continentur, qnod ſunr idem illi realiter, exemplum primi, totum eſſentiale, continet ſuas partes, ſic, quòd partes realiter diſtinguuntur ab ipſo: exemplum ſecundi; anima intellectiua continet ſuas potentias, ſic tamen, quòd ſunt realiter eædem illi, modo ſi cnntentum & continens ſinr idem realiter; & continens eſt perfectum, etiam cnntentum erit perfectum. Si anima intellectiua eſt perfectior, etiam intellectus eſt perfectior, ut unluntas, & uegetatina & ſenſitiua; nam ſunt idem realiter illi. Ex quo tamen non eſt eliciendum, quòd Scotus uelit dicere, qnòd ſubſtantia ſuſcipiat magis & minus, quòd una ſit perfectio, alia &c. nec articulus Patiſienſis de anima inde, dicit hoc. Vnde animam unam eſſe perfectinrem alia, poteſt intelligi dupliciter; Vno modo ſecundum ſubſtantiam, ideſt ſecundum rationem formalem ſubſtantiæ. Hoc modo non intelligitur, nec articulus hoc modo intelligit. Alio modo qnantum ad nperationes conſequentes naturam illius, & eſſe illius: & ſic concedo quòd una anima eſt perfectior alia; & unus homo perfectior alio: quia unus non eſt ita ingeninſus ad naturales operationes animæ, ſicut alins, patet etiam ſic, unus eſt habilior in corpore ad ſaltandum quàm alins: & ad currendum, & huiuſmodi operatinues naturales exercendum, quàm alius. & hoc modo intelligit Scotus hic. Nos non ponimus in lnmine plures animas realiter diſtinctas; ſed perfectinr eſt anima ſenſitiua in homine quàm in bruto, qnia cnntinens eſt perfectins, & ſic pater maior. Minor probatur ſic, nna albedo. 32. graduum, & aliæ. 4. graduum, eſt ſimilitudo inter illas, non tamen illa albedo ſundabir ſimilitudinem æquè intantum ſicut ipſa albedo. quod nam relatio non ſuſcipir magis, neque minus. Relatio ergo deficit ab illa perfectione fundamenti: ergo illa relatin nnn eſt idem realiter illi, ſed deficit ab illo: & ſic realiter diſtinguetur ab illo, eſt propoſitnm.

Cõtenta in alio ſunt in duplici differentia.

Subſtantia nõ ſuſcipit magis, et minus ſecũdũ S.o.

Aiam unã eẽ perfectio rẽ aliã dupliciter põt intelligi.

Scotiſtæ nõ ponũt ĩ uno hõie plures animas realiter diſtinctas.

Minoris probatio.

5. arg. cõtra Henr. QVINTÒ principaliter arguit Scotus; cnntenta in aliquibus per identitatem, nnn minus differunt in aliquibus conceptibus in continentibus magis diſtinctis, quàm in ipſis minus; ſed relatinnes ſundatæ in duobus generibus, minus differunt quàm relationes fundatæ in eodem genere: ergn illæ relationes non ſunr idem illis uniuerſaliter: imo diſtinguuntur ab illis continentibus. Argumentum bonum, pro quo nntandum eſt ſecundum Philoſophum. 5. Metaphyſicor. tres ſunt modi relatiuorum; primus fundatur ſuper unum & multa, identitas, ſimilitudo, æqualitas. Aliæ relationes ſecundi modi fundantur ſuper potentiam actiuam, & paſſiuã; ut monens, mnbile &c. Relationes uero tertii modi, fundantur ſuper menſuram, & menſuratum: in illis non eſt relatio mutua, nt dictum eſt ſupra.

Notandum primum.

Tres modi relatiuorũ.

Notandũ ſecundum. SECVNDÒ notandum eſt, quòd relationes euins modi diſtinguuntur realiter a relatinnibus alterius modi, quo ad eſſe ſimul, & non eſſe. plus diſtinguuntur duo oppoſita formaliter, quàm duo compnſſibilia ſimul. ſimilitudo, diſſimilitudn, ſunt unius modi, ſcilicet primi, & plus diſtinguuntur hęc duo, ſimilitudo, & diſſimilitudo, quam diſtinguantur paternitas, & ſimilitudo, quæ ſunt diſtinctorum modorum. Nam illæ duæ ultimæ poſſunr eſſe in eodem reſpectu eiuſdem, tamen illæ duæ primæ non. Modo maior dicit, contenta &c. capio hominem, & colorem ex una parte; ex alia parte capio hominem, & aſinum, tunc dico quod plus diſtinguuntur homo, & color; quàm homo & aſinus. Nam homo & aſinus, ſunt in eodem genere; & homo, & color nnn. modo plus diſtinguuntur illa, quæ ſunr idem realiter homini, & colori, quàm illa, quæ ſunt idem realiter homini & aſino; nulli dubium; nam quicquid eſt idem realiter ipſi homini eſt ſubſtantia; etiam quicquid eſt idem realiter aſino, eſt ſubſtantia; ſed quicquid eſt idem raaliter albedini, eſt accidens, & ſic magis diſtinguuntur illa contenta in illis. Pater illa maior, ex hoc qnòd dicit, per identitatem. nam aliter nnn eſſet ita efficax. Minor nunc probatur in re eiuſdem generis, hoc modo intelligitur, ergo illæ relationes non ſunt idem realitar illis fundamentis, nam res diuerſnrum generum magis diſtinguuntnr. Vnde æqualitas fundatnr ſuper quantitatem; ſimilitudo ſuper qualitatem, qnæ ſunt res diſtinctorum generum; ideo magis diſtinguuntnr, qnàm ex alia parte ſimilitudo, & potentia actiua & paſſiua: quæ poſſnnt fundari ſuper res eiuſdem generis; ergo illæ relationes non ſunt idem.

Sextum cõtra Henr. ¶ SEXTÒ: Relatio rationis eſt alia res &c.] Vltima ratio Scoti ad probandum relationem eſſa aliam rem a fundamento, eſt illa. Pro iſta ratione tota, notandum eſt ſecundum Scotum, tertio diſtinctio. primi, duplex eſt relatio. Quædam realis: Alia eſt relatio ratinnis. Relatio realis, eſt illa, quæ habet tria. Primo extrema realia; Secundo illa extrema realia, realiter diſtincta; Tertio quòd illa relatio conſurgat ex natura extremorum: ideſt non per opus intellectus. hæc talis relatio dicitur realis uerè. Alia eſt relatio ratinnis, quæ capitur dupliciter. Vno mndo rationis propriè. Alio modo ratinnis impropriè. Relatio rationis imprnpriè, eſt quandocunque illi deficiunt aliquæ conditiones, ex illis tribns requiſitis ad relationem realem: nam ſi extrema ſint realia, non tamen realiter diſtincta, tunc relatio illa dicitur ratinnis impropriè. hoc modo identitas eiuſdem ad ſeipſum; diceretur relatio rationis: quia non propriè realis: nam nnn habet extrema realiter diſtincta; non tamen eſt ratinnis propriè, qnia non eſt ab intellectu. Vnde relatio rationis propriè eſt illa, quæ eſt per actum comparatiunm potentiæ comparantis; & hnc modo identitas mei, ad me, non eſt ratinnis; nam nnn eſt per actum collatiuum. Hic loquitur Scotus de relatione ratinnis propriè, per actum intellectus: non autem de illa, quæ eſt rationis impropriè.

Notãdũ primo duplex relatio.

Relatio realis hẽt tria.

Relatio rõnis dupliciter propriè, & impropriè.

Relatio rõnis propriè.

Notandũ ſecundum. Diſtinctio duplex realis, et rõnis SECVNDÒ notandum eſt, quòd duplex eſt diſtinctio. Quædam eſt realis; Alia eſt rationis. Diſtinctio realis eſt illa qna aliqua diſtinguuntnr ſecluſo opere intallectus: hoc modo quæcunque diſtinguuntur formaliter diſtinguuntur etiam formaliter, & è conuerſo, ſcilicet præter opus intellectus. hoc mndo capitur diſtinctio realis impropriè. Nam diſtinctio realis propriè, eſt inter rem, & rem. Secunda diſtinctio eſt rationis, quæ eſt per actum comparatiuum intellectus. hoc modo capirur hic. Inter uiam a Thebis ad Athenas, eſt diſtinctio rationis, & ab Athenis ad Thebas; licet eadem uia ſit realiter. tamen intellectus diſtinguit illam. Hnc modo arguit Scotus. Relatio rationis diſtinguirur, & eſt alia res rationis, ab illo fundamento in quo eſt relatio: ergo etiam relatio realis erit alia res ab illn fundamento in quo erit relatio. Antecedens declaratur benè, tertia quæſtione quarti. Vbi quærir, Vtrum relationes rationis ſint entia & terminanter datur diſtinctio; quòd ens, capitur tripliciter in uia Scoti; Vno modo communiſſime pro omni illo quod nnn eſt nihil, etiam per nihil intelligando omne illud, cui repugnat eſſe, ſiue in anima, ſiue extra animam, hoc modo entia rationis, ſunt ens, uel res; etiam ſecundæ intentiones, ſunr ens, uel res: nam illis non repugnat eſſe: ad minus per intellectum. Secundo modo capitur ens, pro omni illo, qnod poteſt eſſe extra animam, & præter intellectum: & hoc modo omnia decem genera, ſunr res, non autem ſecundæ intentiones. Tertio modo dicitur ens, nel res, ut diſtinguatur contra modum rei; & hoc modo ſola ſubſtantia dicitur ens, uel res: quia nullo modn eſt modns rei. Nam modus rei eſt illud, qnod eſt determinatio alicuius, uel ſine quo res poteſt concipi. hoc modo accidentia ſunt modi ſubſtantiæ. Modo in propoſito, ens rationis eſt ens, communiſſime capiendo ens: & ſic patet illud antecedens. Conſequentia probatur: nam ſicut ſe habet

Deducitur arg. ſextũ.

Ens tripliciter in uia Scot.

Quo ſecundæ intentiones ſint entia.

Quo ſola ſubſtãtia ſit res.

Modus rei quid.

relatio

relatio rationis, ad suum fundamentum, eodem modo se habet relatio realis ad suum, ut comparatur ad illud; sed relatio rationis sic comparatur ad suum fundamentum, quòd ponitur distinctio inter ipsam, & suum fundamentum: ergo etiam relatio realis hoc modo comparabitur ad suum fundamentum, quòd ponetur distinctio realis inter ipsam, & suum fundamentum. Maior probatur. nam sicut relatio rationis est modus obiecti, sub quo illud obiectum primo concipitur, etiam relatio realis est modus rei, sub quo illud obiectum, uel res concipitur. Vnde notandum est hic, quòd ex prima distinctione quarti, quæstione secunda, quòd non dicimus nos, quod ex comparatione quacumque obiecti ad obiectum per intellectum, relinquatur secunda intentio, sed requiritur quòd obiectum cognitũ, comparetur ad aliud obiectum etiam directum cognitum, est prima intentio. Intelligo hominem, deinde intelligo animal, & comparo illa inter se adinuicem; ex illa comparatione relinquetur secunda intentio, uel relatio rationis: & sic relatio rationis est modus obiecti cognitiEt notandum est hic, quòd ista relatio rationis non est nihil, in genere intelligibilium; & hic est locus expressus, quod entia rationis sunt intelligibilia; & quarta quæstione, tertiæ distinctionis primi, relationes rationis sunt natæ terminare actum intellectus, licet non moueant per se, sed secundum rationẽ fundamentorum. Iste ergo modus, est modus obiecti cogniti comparati ad aliud obiectum cognitum: & sic intar talem modum, & illud obiectum, intellectus benè potest assignare destructionem rationis: & hoc modo intentiones secundæ intelliguntur per actum reflexum.

Notandum quo fiat secunda intẽtio.

Entia rõnis sunt intelligibilia secũdum Scot.

Vnde notandum est, quòd quando intelligo obiecta, scilicet fundamenta, hoc est, actu recto, tali enim actu intelligo hominem, animal &c. Per speciem aliquem mouentem me, ad illud cognoscendum; & sic actu recto intelligo illa: deinde reflector supra illa obiecta cognoscendo unum in ordine ad aliud, & sic intelligo illas secundas intentiones derelictas ex illa comparatione; & sic modus iste, & secundæ intentiones sunt, in quibus fundatur una distinctio rationis. Est ergo modus fundamenti, a quo distinguitur secundum rationem. Sic etiam relatio realis verbi gratia paternitas, est talis modus sub quo concipitur pater, & est determinatio illius. Vnde modus est adiacens rei determinato: omne quod habet rationem determinantis aliud, dicitur esse modus illius, filiatio est modus, sub quo concipitur filius; paternitas, filiatio etiam sunt modi reales, & sunt aliquid in re: nam quod nihil est, nullius potest esse modus realis extra animam; & sic istæ relationes, distinguuntur realiter ad minus a suis fundamentis. Et sic patet quomodo illa opinio Henrici sufficienter improbatur istis rationibus.

Notandum quo cognoscantur secundæ intẽtiones.

Quid modus.

Consequenter impugnatur quoque auctoritatibus. Prima arguitur sic; substantia &c. distinguitur realiter ab accidente, sed aliqua relatio est accidens; ergo aliqua relatio distinguitur realiter ab ipso fundamento, quod est substantia. De maiori nullus dubitat. De minori etiam, ad minus de aliqua relatione uerum est. hoc dico propter creationem passiuam, probatur tamen de aliqua. In rebus creatis, quod non secundum substantiam dicitur. Restat ut secundum accidens dicatur, idest in creaturis, omne quod est, uel est substantia, uel accidens; relationes omnes non sunt substantiæ; ergo &c. Secunda auctoritas est Ambrosij primo de Trinitate, capitulo quinto, sopponendo quòd generatio actiua est relatio; etiam Henricus dicit, relationes originis esse relationes. Hoc stante arguitur sic, per accessionem generationis actiuæ, aliquid potest mutari; ergo generatio actiua est aliquid realiter distinctum a suo fundamento, probatur consequentia: nam terminus mutationis distinguitur realiter a fundamento illius mutationis: motus per fluxu formæ, distinguuntur subiectiuè ab illa forma. Antecedens probatur auctoritate Ambrosij dicentis: Si prius erat Deus & postea pater generationis accessione mutatus est &c. Tertia auctoritas est Hilarii, nasci quod non erat (loquitur de natiuitate Christi) iam non tantum nasci est, sed est saipsum demonstrare nascendo, quòd iam erat; nam in natiuitate tantum demonstratur, quo ad illam relationem generate, uel genitus, uel filius, & sic, ad minus illa relatio, distinguitur a fundamento. Quarta auctoritas est Aristotelis, in prædicamentis. Ad aliquid sunt (inquit) quæcunque hoc ipsum &c. Vnde differentia est inter aliqua esse aliorum, & ad aliquid. Nam illa dicuntur esse aliorum, quæ sunt relatiua, uel quæ referuntur, ut substantia, quantitas, qualitas &c. hæc sunt aliorum, Sed esse ad aliquid est secundum hoc ipsum quod sunt ad aliud referri. Et est idem dicere, quod ratio formalis illorum, est ad aliud: hoc modo substantia non est aliorum, imo ad se. Ideo lata est differentia. nam ly, secundum hoc ipsum, quod sunt, reduplicat formalem rationem illorum; quæ est esse, ad; & sic relatio est alia res a fundamento. Etiam simplicius dicit hoc expressè; & Philosophus duodecimo Metaphysicę capitulo secundo, quod si principia sunt alia & alia, etiam relationes illorum aliæ &c. Vnius principis ad suum principium, est una relatio; nam nihil esset dicere, si relatio, & principium, essent unum, & idem realiter; si A, & B, sunt duo principia, haberent opposita relationes, non probaretur, si essent idem, a nostro Scoto. Item etiam Auicenna tertio Metaphysicę, relatio habet suum proprium in esse, suam accidentalitatem, aliam ab accidentalitate fundamenti: hoc autem non esset, nisi relatio distingueretur realiter ab ipso. Ex istis omnibus rationibus, & auctoritatibus, relinquitur ꝙ relatio alt qua est alia a suo fundamento, & sic patet iste primus articulus quæstionis.

Arguit contra Henricum auctoritatib. Prima est D. Aug.

Secũda D. Ambro.

Tertia D. Hilarij.

Quarta Arist.

¶SED QVIA POSSET proteruiri &c.] Hic est secundus articulus quæstionis, in quo uult euertere rationes Henrici, & impugnare illas. Nam diceret aliquis, quòd Scotus in istis rationibus omnibus, in quibus probat relationem esse aliam rem a fundamento, supponit semper relationem esse rem aliam a fundamentis, quod tamen est falsum, nam non sunt res, diceret ille; & sic non sunt aliæ res: & hæc est solutio Ocham in tertio distinct. sui primi. tamen primum argumentum contra Henricum, benè ualet. etiam Alphonsus de Toleto tenet Scotum, & ponit illam solutionem Nominalium ad illam primam rationem Scoti, quando dicitur: mortuo uno filio, quem ille tantum habebat, non est pater; etiam dicunt illi, quod paternitas manet, sed non manet paternitas; dicit Alphonsus etiam ego dicam, quod homo, & asinus, non distinguuntur realiter, dices hoc est falsum, probabo, quia corrupto asino, manet homo; dicam ego, manet homo, sed homo non manet. Ibidem dicemus magis. Contra etiam solutionem illorum Arguit nunc Scotus; si relatio nihil esset, sequeretur, quòd nulla esset unitas uniuersi; imò illa destrueretur. Secundo destrueretur quæcunque compositio, tam substantialis, quàm accidentalis. Tertio, destrueretur causalitas causarum secundarum. Quarto, destruerentur omnes scientiæ mathematicæ, quæ sunt maximè reales: Ista omnia sunt falsa & absurda: ergo oportet dicere, relationem esse aliquid. Probatur, quia negando relationem aliã rem, uel aliquid, negatur ordo uniuersi: sed negando ordinem uniuersi, negatur unitas illius; ergo negando relationem alse aliquid, negatur unitas uniuersi. Prima consequentia probatur. nam ordo est relatio prioris ad posterius. Secunda consequentia probatur. nam secundum Philosophum, unitas uniuersi consistit in ordine, sicut unitas exercitus in ordine ad Ducem. Etiam Philosophus est contra illos, qui faciunt inconnexam substantiam uniuersi, quando negant unitatem ordinis. nam nullam aliam unitatem habet, quam ordinis. Ocham dicit, quòd non negatur iste ordo; & cum probatur, quia ordo est relatio, negat ipse & dicit, quòd non est nisi partes unitæ, & ordinatæ. Contra, uolo, quòd Deus de sua potentia absoluta ponat cœlum, ubi est terra, & econuerso; & ignem infra centrum terræ, uel esset idem ordo nunc sicut prius, uel non: si dicas quod sic, hoc est contra casum: ergo est aliter ordinatum nunc, & contra. nam partes sunt eædem numero: si ergo ordo non dicit nisi partes; ergo ille ordo est alius: dicerent illi, per unum taliter se habere, satis leuiter, & ita ordo est alia res. Secundo separetur, quòd nulla esset compositio. nam negata relatione, negatur omnis unio; sed negata unione, nulla est compositio, nec accidentalis, nec substantialis: ergo negata relatione negatur omnis compositio. Prima consequentia probatur. nam dicimus, quòd omnis unio est relatio, & maximè unio naturæ humanæ ad uerbum, unio unitorum, & compositio essentialis, est unio partium essentialium; & accidentalis, accidentalium, etiam de artificialis dicemus, quod differentia est aliqua ab illa re artificiata. Tertium inconueniens probatur. nam negata relatione, negatur omnis approximatio: negata approximatione, negatur causalitas causarum secundarum: & sic negando relationem, destruitur causalitas illarum. Vnde approximatio non uidetur dicere nisi quandam relationem. Si ergo approximatio est nihil, ignis aquè benè aget a remotis, quod est falsum; ergo &c. Quartum inconueniens est, quod scientiæ Ma-

Secundus articulus, Secundus modus dicẽdi.

Quo Ochã soluat rõnes Scoti.

Resp. Ochã.

Deducitur primũ inconueniens.

Deducitur secundũ inconueniẽs.

Deducitur tertiũ inconueniens.

Deducitur quartũ inconueniens.

Mathematicæ non essent reales, quod ipsi affirmant: sed negando relationes, negatur, illas esse reales; patet nam Mathematica est de relationibus; relatio non est nisi per actum intellectus: ergo illa scientia non est nisi de ente secundum rationem: quod est falsum. Quod autem illa scientia sit de relationibus, probatur a prima conclusione Geometriæ. Super datam rectam lineam triangulum æquilaterum constituere, apparet quod æqualitas sit est una passio, quam Mathematicus considerat. Similiter minoritas, maioritas, &c. rectum, curuum, & huiusmodi, quæ omnes sunt relationes: si ergo hæc sunt entia rationis, illæ scientiæ essent de entibus rationis.

Euasio. Et si dicas, quod relationes non sunt entia rationis formaliter, quod scilicet habeant tantum esse per opus intellectus, sed dico, quod relationes sunt extra opus intellectus, ocrum non sunt aliæ res a suis fundamentis; sed sunt quidam modi suorum fundamentorum. Contra istud arguit Scotus, quod licet modus non sit ita res, sicut illud, cuius est modus, tamen modus est aliqua res, & non est nulla res, non est nihil. Dicit primo quod modus &c. Accidens non est ita res, sicut substantia; nec relatio est ita res, sicut absolutum, tertio quodlibet. Relatio & accidens sunt modi: substantia autem proprie dicitur res. Ac modus rei, non est nihil, imò est uera res, secundum Augustinum de doctrina Christiana, signum est aliquid: tamen signu est modus rei: quia concipimus res sub ratione signi, & modus est res, non præcisè per opus intellectus. Secundum dictum, omnia entia, in quæ diuiditur ens, non sunt æque perfecta; patet satis. nam substantia est perfectior quantitate, & qualitate; & tamen in illis diuiditur res, etiam modus est imperfectior, quàm res, cuius dicitur esse modus. Tertium dictum est, quod licet relatio sit modus, & etiam qualitas sit modus, tamen relatio est imperfectior qualitate. Relatio est modus: patet: etiam qualitas est modus substantiæ, quia est accidens: tamen qualitas est perfectior modus, quàm relatio. Quarto dico, quod relatio non est modus intrinsecus sui fundamenti: nam modus intrinsecus nõ est aliud ab illo, cuius est modus. octaua distin. primi. infinitas non dicit aliam rem ab ipso Deo infinito: tamen est modus intrinsecus illi communiter, licet Scotus dicat oppositum, & relatio aliqua dicat aliam rem a fundamento, & sic illa ad minus non est propriè modus. Quinto dico, quòd modus qui est relatio ipsa, est aliquid uere extra. nam modus rei, est res aliqua, alia a suo fundamento: patet capiendo esse generalissime. Illa distinctio de re, tertio quodlibet, est hic necessaria & supponatur. nam nihil propriè dicitur res, nisi substantia. Modus sic capitur relatio, quod est res communiter & modus, illa duo simul stant. Modo cum dicitur, quòd relationes &c. Concedo, sed modus non est res: concedo de modo intrinseco. sed modus: qui est relatio bene, est res generalissimè, & sic arguoientum non ualet.

Reprobatio per quædã dicta.
Primum dictum.
2. dictum.
3 dictum.
4. dictum.
Infinitas & modus intrinsecus Deo secundum cõem opinionem, non tamen secundum Scot. & in hoc auctor.
5. dictum.

Et si dicat quod genus. Consequenter disputando contra Henricum de relationibus fuit ultimus modus, quem Henricus sequitur, quòd relatio est modus, nõ tamen dicitur proprie esse res. probatum est tamen, quòd cum hoc stat, quod est res. Consequenter dat ille unam distinctionem, secundum quam ostendit illas relationes esse res, uel non. dicit quod relatio considerator dupliciter. Vno modo tanquam modus. Alio modo inquantum est illius, cuius dicitur esse modus, scilicet fundamenti. Vnde considerare relationem, inquantum modus, est considerare ut dicit habitudinem ad aliud. ista est modus illius, dicere habitudinem, ut secundo modo consideratur inquantum aduenit ipsi fundamento, & fundatur in illo absoluto. Dicit ille primo, quod si relatio consideratur inquãtum est modus, idest ut dicit illam habitudinem, ipsa relatio non est res, nec est aliquid: sed est ens rationis. Secundo dicit, quod si relatio consideretur in ratione fundamẽti, in quo fundatur illa relatio, dicitur esse res, & aliquid extra animam: sed primo modo est tãtum ens rationis. hoc modo diceret ille ad rationem istam, quando arguitur, modus rei est res. Contra istud primum arguit Scotus una ratione, si illa euasio staret, quòd relatio ut modus &c. sequeretur quod relatio esset in genere absoluto, esset absolutum, & definiretur per ea, quæ sunt generis absoluti, & non per illa, quæ sunt generis relationis: consequens est falsum, & contra Philosophum: ergo & antecedens, uel euasio nulla. falsitas consequentis probatur, nam in genere relationis sunt genera, species, differentiæ, quibus definiantur, sicut in alijs generibus: & non oportet quærere differentias alterius generis, sicut nec ad definiendum substantiam, oportet accipere partes de prædicamento relationis, falsitas ergo consequentis patet. Consequentia probatur. nam omne consideratum sub ratione entis absoluti ponitur in prædicamento absoluto, & ibi definiri potest per illa, quæ sunt illius generis absoluti. Sed per te relatio habet esse absolutum: quia non habet aliud esse extra animam, quàm esse sui fundamenti, quod est absolutum, ergo hoc modo considerando illam, debet poni in genere absoluto. Maior est uera, supponendo quòd prædicamenta sunt impermixta. esse enim prædicamentorum sunt realiter distinctæ, & nihil unius ponitur in alio sub illa eadem ratione; & sunt prima rerum principia, tunc omne ens absolutum, est in absolutis, & nullo modo in relatiuis. Minor est Henrici nam relatio inquantum dicit habitudinem, ad, nihil est, sed tantum eos rationis: Inquantum tamen in ratione fundamenti, bene est aliquid extra animam: sed tunc non est nisi fundamentum illud. Et quod ipsa formaliter dicatur esse. ad, & quod definiatur per illa, quæ sunt ad ea, uidetur satis absurdum in Philosophia, & Logica. Et sic illa euasio non stat: & sic patet solutio ad 2. quæst. utrum relatio sit alia res a fundamento, quòd sic, aliqua ad minus.

Secundus modus dicẽdi Henr.
Henr. nititur soluere rõnem Sco.
Distī. Henr.
Primum di ctum Hen.
2. dictum Henr.
Arguit Sc. contra primum dicta Henr.

¶Sequitur nunc. Hoc ergo uiso &c.] De relationibus in communi &c. Consequenter Scotus respondet ad primam quæstionem, Vtrum creatio angeli &c. & primo inducit modum dicendi Henrici, ad quæstionem illam dicentis dupliciter: deinde secundo de mente sua dicet, & finaliter ad argumenta quæstionis. Quantum ad primum, cum quæritur, Vtrum creatio passiua &c accipit ille unam distinctionem, quod creatura capitur dupliciter. Vno modo secundum se absolute. Alio modo secundum habitudinem, quã dicit ad Deum creantem; & secundum dependentiam illam, quam habet ad Deũ. Primo modo est concipere creaturam inquantum tale ens, ut hominem inquantum tale ens, & hominem inquantum tale &c. Secundo modo, sub illa dependentia qua dependet ad Deum in genere causæ efficientis, formalis, & finalis. Dicit ille primo, quòd concipiendo creaturam simpliciter absolutè, ipsa est aliquid ens, & non est nihil. Secundo dicit, quod concipiendo creaturam secundum illam habitudinem, quam creatura habet ad Deum, & relationem, creatura nihil est aliud, quam illa relatio, uel dependentia, qua ad Deum dependet; est benè mirabilis propositio. Ex quo sequitur hoc, quòd non solum creatio passiua est idem realiter ipsi creaturæ, sed etiam ipsamet creatura, est ipsamet relatio formaliter. Probatur. nam secundum illam habitudinem, quam formaliter dicit ad Deum, est ipsemet respectus. Hoc modo dicit ad quæstionem. Probatur iste modus a simile in tertia distinct. primi, quæstione quinta, de uestigio; dicit iste Henricus, quòd in creatura est ens ratum & firmum, quod esse, non potest habere figmentum: & ratitudo illa in creatura, non est nisi illa relatio creationis, ad ipsum Deum. deinde secundo est in creatura sua aliquitas, & hoc est absolutum esse creaturæ; nam in aliquitate, fundatur illa relatio uestigii ad Trinitatem. hoc modo uidetur hic dicere de relatione passiua, quòd creatura est ipsa creatio, & dicit illum respectum formaliter. Et ideo ad quæstionem dicit affirmatiuè, quòd sic; imo plus dicit, quòd illa creatio est taliter illi idem, quòd nihil formaliter est angelus, quàm sua creatio passiua.

Modus Sco. ad dissolutionem quartæ quæst.
Primus arti. quarta quæst.
Creatura dupliciter secundum Henr.
Primum di ctum Henr.
2. dictum Henr.

¶Contra istam opinionem &c.] Contra istum modum dicendi, arguit Scotus quinque rationibus. Prima est ista: Creatura refertur ad Deum, ergo ipsa creatura non est formaliter ipsa relatio, qua infertur ad Deum. Antecedens conceditur ab omnibus, quòd quælibet creatura est in continua dependentia ad ipsum Deum, ut conseruantem illam. Consequentia probatur, supponendo quòd differentia est inter relatiuum, & relationem: nam relatio est principium referendi, quo aliqua referuntur, secunda quæstione, primæ distinct. primi, articulo primo. paternitas non est ratio, qua pater refertur ad filium, & filiatio est ratio, qua filius refertur ad patrem; & tamen illæ relationes non referuntur. Relatiuum est illud, quod refertur; & relatiuum non tantum dicit absolutum, sed etiam relationem. Et absolutum est illud, quod tali relatione refertur, album non tantum dicit formam albedinis, sed etiam dicit illud, cui illa albedo inest. Probatur hoc auctoritate Augustini septima distinctione tertij sæpe allegatur; omne quod relatiue dicitur, est aliquid excepto relatiuo, idest excepta relatione; capitur relatiuum pro relatione. Aliquando album capitur pro formali tantum; & dicit solam qualitatem; etiam relatiuum capitur pro relatione ipsa, ut patet in illa auctoritate. Si ergo relatiuum dicit aliquid excepta relatione illa

Cõtra Henr. Sco. quinque rõnibus.
Prima rõ.

illa, quâ refertur; ergo creatura, quæ est relatiuum ad Deum, non dicet præcisè illam relationem ad Deum. Argumentum est bonum &c. Item etiam in principio tertii de Trinitate dicit: si nihil est ad se, nihil est quo ad aliud dicatur; quod non est aliquid absolutum, non potest referri: nam, relatiuum, semper dicit aliquid absolutum, aliud a relatione; & creatura refertur; ergo dicit aliquid aliud ab illa relatione; sed requirit fundamentum proprium quod est absolutum; si ergo creatura est formaliter ipsa relatio; quid est fundamentum? si illa relatio; quæro de illo in quo fundatur; si in alia relatione, quæro de illa: & sic in infinitum. Si in aliquo absoluto, habeo propositum, & sic illa ratio prima est efficax, contra illud dictum Henr. Sed hoc quod dicit Scotus, quod relatio non est fundamentum relationis. non est absolutè concedendum; nam in quarto dicta dicit, quod proportionalitas est relatio; & tñ fundat in proportione, quæ est etiam alia relatio; & sic fundamẽtum relationis est relatio, tamen debet intelligi. 3. d. primi absolutum esse fundamentum ultimatum, & principale; nam relatio potest esse fundamentum proximum. Modo si creatura nihil aliud esset quàm sua creatio, illa relatio esset ultimatum fundamentum relationis; quod est inconueniens. & sic ille non potest illud benè dicere. Secunda ratio Scoti est ista, supponendo

2 rõ contra Henr.
Duplex definitio.

ex d. 1. q. 2. 4. quod duplex est definitio. Quædam est quid nominis 4. Metaphysicę ratio quam significat nomen est definitio; & ista est tam entis quàm non entis; tam figmentorum, quàm uerorum: & hoc modo non capitur hic. Alia est definitio quid rei, qua primo essantialia principia formalia rei concipimus. hoc modo capitur hic definitio, quæ nullo modo potest esse figmentorum, sed est entium realium. Modo arguitur sic; definitio lapidis, uel angeli, non includit essentialiter respectum, uel relationem aliquam: ergo lapis uel creatura, non est formaliter relatio, qua refertur. Antecedens patet secundum omnes; nam definitio datur per essentialia, modo nulla relatio est de essentia, uel definitione absoluti; ergo creatura non est formaliter relatio. Probatur consequentia; nam benè sequitur, creatura est formaliter sua relatio; ergo debet definiri per illam. tunc omnis creatura etiam esset ad aliquid; quod falsum est, cum multa sint entia absoluta: ergo illud non est dicendum.

3. responsio cõtra Hen.

TERTIÒ principaliter ad idem arguitur: si creatura non esset nisi illa relatio &c. sequeretur quòd non plus distinguerentur creaturæ a Deo, siue a personis Diuinis, quàm una persona Diuina ab alia persona; consequens est falsum; nam personæ diuinæ sunt idem essentialiter & distinguuntur realiter, quæ distinctio Diuinarum personarum sumitur secũdum Scotum, & D. Thomam, a relationibus originis. relatio producentis, & producti distinguit patrem a filio realiter: & relatio spirantis & spirati Spiritum sanctum a patre & filio. Nota tamen, quod formaliter loquendo, relationes producentis & producti, quæ sunt secundi modi relatiuorum, Vbicunque formaliter distinguitur, æqualiter distinguitur, realiter scilicet. si autem distinguantur per aliquid aliud, quod accidat producenti uel producto, hoc est extrinsicè. cum formaliter tantum distinguuntur æqualiter, realiter scilicet. Modo probatur consequẽtia, nam distinctio creaturæ a Deo, siue a personis, est distinctio producti a producente formaliter; ergo tanta erit distinctio, & præcisè creaturarum a Deo, siue a personis Diuinis, quanta est unius personæ ab alia: consequens est falsum; ergo &c. Antecedens probatur, nam creatura, per te, non est aliud formaliter, quàm illa relatio, & nulla alia distinctio reperitur in absoluti ratione; sed eadẽ distinctio, & nulla alia reperitur inter personas Diuinas, quàm relatio, uel distinctio productionis actiuæ, uel passiuæ; & sic de creaturis dicis; ergo non est dicendum, quod creatura formaliter sit sua creatio; &c. Et si dicas quòd creaturæ non solum distinguũtur illa relatione producentis & producti, sed etiam quælibet creatura habet suam aliquiditatem in alietate naturæ, quam non habent illæ personæ diuinæ: nam sunt idem in natura Diuina dico Scotus, benè dicis, & contra te. nam dicis, quòd creatura formaliter non est nisi illa dependentia; & nunc dicis quod illa dicit aliquid absolutum, ultra illam relationem; & sic illa euasio destruit præcisè positionem: quia non solum est distinctio per illam relationem, sed etiam per aliquam alietatem naturæ; ergo aliquod absolutum est in creatura, ultra illam relationẽ; quod est probandum, simulque contradicis tibi ipsi. Imo quod plus est, sequeretur quòd plus distinguuntur personæ diuinæ ad inuicem, quàm creaturæ ab ipso Deo; quod est maximè falsum. Probatur consequentia: nam inter personas Diuinas est relatio realis mutua, pater ad filium relatione reali refertur, & econuerso filius ad patrem: & inter Deum & creaturam non est relatio realis mutua: benè creatura ad Deum, refertur relatione reali, non tamen è conuerso. modo relationes producentis & producti, plus distinguuntur in illis, quæ realiter distinguuntur, quàm in illis, in quibus tantum in uno extremo est relatio realis; & ita illæ personæ plus distinguerentur. Hoc ergo non est multum catholicum.

Euasio Henrici.
Reprobatur Euasio.

4. rõ contra Henr.

QVARTÒ principaliter arguit Scotus, si creatura nihil aliud est formaliter quam creatio &c. sequitur quòd creaturę non distinguuntur specificè ad inuicem; cõsequens est falsum in Philosophia, & Metaphysica, & ita homo non distingueretur specie ab asino; consequentia probatur, supponendo quòd relationes dicantur distingui, non solum intrinsecè seipsis, sed etiam extrinsecè ab illorum terminis, relationes specie distinguuntur extrinsecè eo quod habent terminos specificè distinctos; modo arguitur sic probando consequentiam; creatura nõ est aliud formaliter, quàm ipsa relatio; & terminus est unus & idẽ formaliter, scilicet Deus; ergo omnes relationes ipsarum creaturarum ad Deum, essent eiusdem rationis; & ipsæ creaturæ sunt illæ relationes: ergo omnes illæ creaturæ essent eiusdem speciei; quod terminus sit idem, patet, quia uelle Diuinum, uel uoluntas Diuina, quæ ita benè efficit asinum, sicut angelum; qui est terminus creationis illius. argumentum est bonum.

5. rõ contra Henr.

Causa exemplaris quo ponitur secundũ Sco.

QVINTÒ formaliter arguit Scotus supponendo unum secundum Henricum, quòd in Deo est triplex causalitas respectu creaturæ. 1. q. huius in principio dictum est, primo est causa efficiens, dans esse illis, secundo est causa finalis, ordinans omnia ad seipsum. Tertio est causa exemplaris, quia omnia relucent in ipso, antequam producantur, tamen secundum Scotum negamus illam causam exemplarem, si ponat illam distinctam a causa agente a proposito; tunc arguitur sic: si creatura esset formaliter relatio, &c. sequeretur, quod una & eadẽ creatura formaliter erit triplex relatio alterius, & alterius rationis; consequens est falsum, consequentia probatur; nam non minus per te dependet creatura ad Deum, in genere causæ efficientis, quàm in genere causæ exemplaris, & finalis; nam eodem modo dependet & necessario in quolibet genere; & sic creatura erit formaliter illa triplex relatio; consequens est falsum; nam illæ relationes sunt specificè distinctæ, & formaliter alterius rationis; modo quod unum & idem sit formaliter plures species, est unum impossibile. Et si dicas, quòd creatura est formaliter illa relatio, qua dependet ad Deum in ratione causæ efficientis. non tamen formaliter est illæ duę relationes, quibus dependet in aliis duobus generibus causarum, O, dicit Scotus, non uidetur maior ratio de causa efficiente, quam de aliis; cum quælibet sit æquè necessaria per te. Arguit Scotus, formando aliter argumentum. Nulla una creatura est formaliter plura, specie distincta; sed quælibet creatura, per te, habet illas tres relationes, specie distinctas: ergo non erit illa, nec una, nec alia; & sic creatura, & si sit sua relatio, idest creatio passiua ad Deum realiter, non tamen sequitur quin habeant aliquod esse absolutum distinctum ab illa, & sic iste modus hic relinquitur.

Euasio He.
Reprobatio

Aliter respõdet Hẽr. ad quartam qõnem.

¶ALITER ponitur quod ista relatio &c.] Ad primam quæstionem dictum est secundum Henricum, quod tanta est identitas creationis passiuæ angeli ad angelum; & ad quamlibet creaturam, quòd quælibet creatura est formaliter sua relatio. tamen quia argumenta sunt magna contra istum modum. Aliter dicit ipsemet Henricus quodlibeto. 9. q. 3. dando unam conclusionem; creatio angeli passiua (nam de illa loquitur ipse, & nos) illa creatio passiua distinguitur realiter ab angelo. Probatur conclusio unica ratione; omne accidens angelo, distinguitur realiter ab illo; sed creatio angeli est accidens ipsi angelo; ergo distinguitur realiter ab ipso. Maiorem dimittit claram, quia de accidente per accidens uniuersaliter est uera, non autem de accidente pro extraneo; Minor probatur ab ipso Henrico, tribus auctoritatibus B. Augustini prima in 5. d. Tri. cap. 5. quod non secundum substantiam dicitur &c. sed relatio angeli, idest creatio non est substantia angeli; ergo est illi accidens. Maior est auctoritas. B. Aug. Minor patet; ergo &c. Secunda auctoritas est D. Augustini. 5. d. Tri. cap. 16. illa sunt accidentia relatiua, quę cum aliqua mutatione rerum, de quibus dicuntur, accidunt &c. sed creatio passiua, uel relatio creaturæ ad Deum, accidit creaturę, cum aliqua mutatione; probatur. Nam cum creatura producitur de nouo, nouitas illa se tenet ex parte creaturę; ergo illæ relationes in creatura acquiruntur cum mutatione, ex illa auctoritate. Tertia auctoritas est ibidem in illomet capitulo in fine, ubi expressè dicit, quod Deus temporaliter incipit esse Dominus creaturæ, non relatione, quæ accidat ipsi Deo, sed relatione, quæ accidit creaturæ.

Concl. Hen.
1. auctoritas.
2. auctoritas.
3. auctoritas.

ræ,nihil clarius;ergo oportet dicere quod relatio creaturæ ad Deum,est accidens illi,& sic minor principalis uera. Scotus non dicit ad formam;nam disputabit, utrum illa sit idem realiter uel non; sed nos dicamus ad formam; Cum arguitur sic, omne accidens,& c.distinguo, uel omne accidens per accidens:& sic concedo,uel omne accidens pro extraneo; & sic nego.Nam illo modo differentia est accidēs, passio est accidens, & omne illud quod non est de ratione formali alicuius , & sic non oportet,quod omne tale accidēr, distinguitur realiter ab illo,cuius est.Modo ad minorē : sed relatio &c.nego, quòd sit accidens per accidens,bene autem est accidens, pro extraneo: nam distinguitur formaliter ab ipsa creatura, sic non includit illam in ratione sua formali.Modo illæ auctoritates D.Augustini capiunt accidens pro extraneo secundum quòd committitur fallacia elenchi.Hoc modo soluit de Bassolis:& sic illa ratio non plus concludit.

Soluit Scotum Hē.

¶CONTRA istud &c.]Contra istam positionem,simul & rationem illius,arguit Scotus dupliciter,primo sic. Si creatio passiua creaturæ distinguitur realiter a creatura, sequitur q̄d creatura posset esse sine illa relatiua ; consequens est falsum; ergo & antecedens ; consequentia probatur, supponendo dictum Philosophi.7.Metaphysic.q̄ substantia est prior accidente,definitione, tempore & natura. Definitione prior,id est perfectione.Nam primo est perfectior cognitione,quia perfectius cognoscibile est substantia,quàm ipsum accidens : secundo est prior definitione. hoc est dicere q̄ substantia cadit in definitione accidentis,non econuerso,accidens in definitione substantiæ, & hoc dico de definitione accidentis, quæ datur per additamentum,quę est quietatio. Deinde substantia est prior tempore,hoc est dicere,q̄ substantia est talis entitas, quæ potest esse sine accidente,non tamen ē conuerso, naturaliter; & non capitur prius tempore proprie, pro tempore,ut in 4.Physic.sed pro posse esse sine contradictione,sine illo accidente,nō accidens sine illa.probatur nunc illa consequentia;nam substātia est prior accidente tempore;ideo substantiæ non repugnat esse sine accidente quocunque,si ergo illa creatio est accidens, creatura quæ est substantia, posset esse sine illa, consequens est falsum,ut patet;ergo &c.ratio est bona.

Sco contra secundā po si tionē Hē.

SACVNDO arguit ad idem,probando, quòd relatio creaturæ ad Deum non distinguatur realiter ab ipsa, nec illud uelit B.Augustinus Pro quo notandum est,quòd accidens capitur dupliciter ; Vno modo pro quocunque mutabili ; & hoc modo omne aliud a Deo, id est omnis creatura est accidens; quia subiecta mutabilitati;quia potest mutari & desinere esse, & hoc modo substantia est accidens , id est mutabilis. Secundo modo capitur accidēs pro amissibili faciliter;ut sunt illa, quæ cadunt sub aliquo,9.generū;ut albedo,nigredo,quātitas, &c. albedo in cygno est amissibilis; quia potest perdere plumas, coruus potest esse nitens cādore , sicut æthiops albus secūdum Porphirium. & nulla est repugnantia;nam est quid prius accidente;& sic non est dicendum,q̄ B. Augustinus capiat accidēs. Secundo modo, q̄ scilicet creatura posset manere, amissa illa relatione , sed primo modo, & illud est accidens impropriè; quia substantia est accidens,hoc modo.Et sic nihil contra nos, & sic ista opinio est minus uera , quàm prima.Ocham dicit q̄ mallet tenere, quòd quæcunque relatio distinguitur realiter a fundamento,quàm quòd aliqua sic.& aliqua non, cum omnis relatio sit aliquid.Scotus tamen dicit,quòd est uerum formaliter,non tamen realiter.

Notādum. accidens capitur dupliciter.

Quid sentiat Ocham.

¶AD QVAESTIONEM istam &c.]Hic Scotus uisis illis opinionibus extremis Henrici. una quòd omnis relatio est eadem &c. Altera quòd omnis relatio distinguitur &c.De mēte sua dicit ad quæstionem,per conclusiones.Prima est,omnis relatio creaturæ ad Deum, communis omni creaturæ , est idē realiter cum suo fundamento,est conclusio Scoti, & dicit, communis. Pro quo nota quòd duplex est relatio creaturæ ad Deum, Quædam quæ conuenit omni creaturæ:Alia est specialis,quæ conuenit alicui creaturę,& non conuenit omni creaturæ.Exēplum primi,est relatio,quia creatura dependet ad Deum,in genere causæ efficientis, uel finalis,hæc conuenit omni creaturæ,omnes creaturæ habent Deum pro efficiente , & fine siue mediatè,siue immediatè omnia reducuntur ad Deum; exemplum secūdi est unio naturæ humanæ ad uerbum,quæ soli illi creaturæ conuenit,nos non loquimur de ista.ideo secludit illam Scotus.per hoc q̄ dicit,communis.ista distinguitur realiter ab illa ; nam uerbum æternaliter fuit uerbum , non tamen semper fuit assumens , etiam potest illam naturam dimittere manifeste. Secunda conclusio Scoti ad quæstionem est ista. Relatio creaturæ ad Deum communis omni creaturæ , non

Soluit Sco. quid quartem per cō clusiones. Opinio Sco. 1.conclusio

Declaratur conclu. duplex relatio.

2.concl. Sco.

est eadem formaliter suo fundamento , nec adæquatè,nec inadæquatè.Pro qua conclusione notandum est, quòd relationem aliquam esse eandem formaliter alicui, potest esse dupliciter.Vno modo adæquatè, Alio modo inadæquatè. Adæquatè dicitur illa eadem formaliter alicui, quando illud,cui talis relatio est eadem præcisè est illa relatio,& non aliud: & dicitur eadem illi adæquate, sicut dicebat Henricus, relationem omnem esse eandem fundamento suo, sic quòd illud fundamentū, nihil aliud est,quàm illa relatio identificata illi,si illud Henrici esset uerum, tunc diceremus illam relationem esse eādem adæquatè Sed inadæquatè illa relatio est eadem fundamento, quæ est eadem illi aliquo modo, sed non est præcisè illud fundamentum , & omnino. Exemplum,relatio creaturæ ad Deū, est eadem creaturæ:tamen creatura nō est præcisē illa relatio, nec est formaliter illa,sed identice. Et sic ista conclusio patet, quòd relatio creaturæ &c.non est sic eadem, quòd creatura sic formaliter idem illi,nec inadæquatè,nec adæquatè , ita quòd creatura sit præcisè illa relatio . Prima conclusio probatur duabus rationibus . Prima est hæc,Illud quod propriè dicitur inesse alicui,sine quo illud non potest esse, sine contradictione, est idem illi realiter:sed relatio creaturę ad Deum, sic dicitur inesse illi creaturæ,quòd sine illa relatione non contingit creaturam esse,ergo illa relatio creaturæ ad Deum,est eadem realiter illi creaturæ. Est ratio fundamentalis Scoti ad istam materiam.Eadem rationem habemus . 3.q.quodlibeti. Maior probatur,a simili; nam sicut una concludendi distinctionem inter aliqua , est, quia est impossibile, q̄ contradictoria pertinentia ad esse, dicantur de illis ; etiam una concludendi identitatem aliquorum est illa impossibilitas contradictoriorū;quæ pertinent ad esse,sine contradictione. Vnde dictum est supra,quòd de quibuscunque dicantur contradictoria,illa sunt realiter distincta;& è conuerso nunc,de quibuscunque circunscripto opere intellectus,non possunt uerificari prædicata contradictoria , illa sunt idem realiter . Sed de relatione creaturæ ad Deum & de creatura,non potest uerificari contradictio:homo & asinus distinguuntur realiter, quoniam contradictoria uerificantur de illis;homo,non homo, asinus, non asinus. Etiam si aliqua sint idem realiter,non dicuntur de illis contradictoria. Vnde probatur la maiore. Notandum est,q̄ quandocunque unum non potest esse sine alio, hoc potest eē tripliciter,uel triplici causa . primo modo potest esse causa prioritas naturæ;Secundo modo finalitas naturæ; Tertio modo identitas realis; Exemplum, sunt aliqua duo , quorum unum non potest esse sine alio. primo propter prioritatem naturæ, quam unum habet ad aliud, dependendo ad illud realiter, tanquam a priori:ut totum a partibus. non enim sequitur , totum non potest esse sine partibus : ergo sunt idem realiter . Nam causa, cur unum non possit esse sine alio, non est præcisè identitas realis, sed requiritur q̄ unum non dependeat ad aliud essentialiter; sed arguendo ab inseparabilitate, identitatem realem, est fallacia consequentis a propositione habente plures causas ueritatis ad unam illarum.Secundo unum non potest esse sine alio, licet non sint idem realiter, propter simultatem naturæ : unde non sequitur, pater in Diuinis non potest esse sine filio , ergo sunt idem realiter, non ualet;quia illa non est tota causa ueritatis,uel identitatis realis.&c. Tertio modo,quia sunt idem realiter, ut homo non potest esse sine animali , uel risibili , non q̄ præcisè homo dependeat a risibili, sed quia sunt idem realiter, unum non potest esse sine alio : & sic est hic , q̄ creatio passiua non possit esse sine creatura,nec à conuerso. Non est ergo sine illa, nam ille respectus creaturæ sequitur creaturam, cuius est. 15.d.primi dicetur quòd in primo instāti est absolutum in causa. Secundo absolutum in effectu : Tertio sequitur respectus effectus ad causam, & quandoque causæ ad effectum. Caola ergo quare creatura non potest esse sine illa relatione, est quia sunt idem realiter:& sic illa maior uera. Minor:scilicet creatura non potest esse &c.probatur:nam bene sequitur, creatura potest esse sine illa relatione,uel dependentia ad Deum; ergo etiam potest esse sine termino illius dependentiæ , scilicet Deo ; sed hoc est falsum,& impossibile, quòd creatura sit sine Deo. & per consequens, nec sine illa relatione ad Deum. & sic illa relatio , uel creatio est eadem illi realiter, & sic conclusio uera. Contra istam rationem arguit Scotus unum argumētū bonum ; Si illa maior esset uera,q̄ scilicet illud sit idem alteri, &c.sequeretur,q̄ quaelibet relatio in Diuinis esset idem realiter essentiæ Diuinæ,consequens est falsum, ut probabitur : ergo & antecedens, consequentia probatur. Pro qua notandum est, quòd qualibet relatio,quæ est in Diuinis,sic inest,quòd essentia non potest esse sine illis. Vnde in Diuinis sunt duplices relationes; Quædam

1.conclusio probatur duplici rōne. Prima rō.

Rū Sco. fundamentalis, Maior probatur.

Notandum Aliquid nō pōt esse sine alio triplici ratione.

Imaginatio

Arguit Sco. contra suā maiorem.

a

Quædam reales, Aliæ relationes rationis. Reales sint ad intra, uel relationes communes, uel originis; communes æqualitas, similitudo: originis paternitas, filiatio, spiratio, relationes pro ducentis, & producti, omnes istæ sunt reales. ex 30. distinct. pri mi & sexti quarti. Relationes rationis in Diuinis sunt ad extra, quibus intellectus Diuinus cōparat ipsum Deum ad creaturas quas producit: illa operatio est ab æterno in intellectu Diuino ad res producendas &c. licet non pro æterno producē das: & intellectus Diuinus nullam comparationem nouam po test habere ad creaturas, licet bene per actum intellectus crea ti. ego bene possum concipere Deum, ut est creator, & compa rare illum ad illam animam, quam hodie produxit: Ista comparatio esset noua, non tamen in Deo. Modo probatur consequentia, nam essentia Diuina non potest esse sine illis relationibus, quia sunt idem illi realiter. Falsitas consequentis probatur: nam tunc illæ relationes rationis, quibus intellectus Di uinus comparatur ad creaturas ab æterno, essent idem realiter essentiæ Diuinæ. Consequens est impossibile, probatur, nam omne illud quod est idem realiter alteri, est res: nam ideo titas realis, dicit rem; sed illæ relationes rationis non sunt res. ergo illa maior falsa, argumentum est bonum. Respondeamus, & demus unam distinctionem, quod impossibilitas separationis unius ab alio, potest intelligi esse dupliciter. Uno modo a causa intrinseca. Alio modo a causa extrinseca. A causa intrinseca, quando est ex ratione formali illius rei, quę nullo modo potest separari ab alia re. Exemplum ratio hominis, non potest separari a ratione animalis, causa est, conceptus formalis illorum, etiam nec risibile ab homine, nec è conuerso, propter rationes formales illorum. Secundo modo a causa extrinseca, ut motus primi mobilis, non potest esse sine illo: nec è conuerso: non ex rationibus formalibus illorum, sed ex causa extrinseca, & aliunde. Non ergo sequitur, cœlum non potest esse sine motu: ergo sunt idem realiter, dico quòd illa causa in cœ lo est extrinseca: scilicet quòd intelligentia continue monet il lud. Modo ad propositum, quòd illæ relationes rationis factę ab intellectu Diuino, non possunt esse sine essentia, non ex cau sa intrinseca, quòd scilicet illæ relationes habeant illud, ex rationibus suis formalibus; sed a causa extrinseca, quia si intelle ctus Diuinus est talis naturæ, quòd non potest habere aliquod, quod non sit idem illi realiter, & essentia Diuinæ, & non ex rationibus relationum ipsarum. Modo ad formam, cum arguitur sic, illud est idem realiter &c. debet intelligi illa pars, sine qua non contingit illud esse ex causa intrinseca, sicut sunt illæ causæ dictæ, scilicet dependentia totius ad partes, simulras naturæ, & identitas realis: & sic motus cœli, non est idem illi, qa impossibilitas separando non ab alio, est tantum a causa extrinseca, & sic est in argumento: & ideo nego consequentiam. Nam illud quod non est propriè res, non potest esse idem realiter alicui. Identitas realis: est idem inter res: illæ relationes fundamentaliter sint uelle Diuinum, formaliter tamen nihil sunt, & sic non possunt esse distincta, nec idem realiter. Et sic illa maior relinquitur uera. & ita conclusio stat in ueritate sua.

Probatio consequentiæ.

1. conclusio probatur pluribus. Prima ri.

Soluit arg. contra Sco. Inseparabilitas unius ab altero, pōt duplici ter intelligi.

Rā Sco. sic contrahit. Maior probatur.

Notandum. A liquo ridē posse esse alio respectu rationem.

SECUNDA ratio principalis. Prima conclusio Scoti ad quæstionem, quæ fuit quòd quælibet relatio creaturæ ad Deum, &c. probata est una ratione. Consequenter probatur alia ratione; & arguitur hunc in modum. Quod uniformiter dicitur de omni alio a Deo, nulli dicto ad Deum accidit. Sed relatio creaturæ ad Deum, uniformiter dicitur de omni alio a Deo: ergo relatio creaturæ ad Deum nulli accidit: & si nulli accidit: ergo est eadem realiter illi cuius est: sed est omnis creaturæ: ergo relatio creaturæ ad Deum est eadem realiter omni creaturæ, quod est probandum. Maior probatur, supponendo, quòd illud, quod est aliud a Deo, potest considerari dupliciter. Uno modo absolutè & simpliciter, ut est extra causam suam, & aliquid in se ipso. Secundo modo inquantum illud, quod est aliud a Deo, est relatum ad Deum, propter illud quod dicit Scotus, & benè, quòd illud quod uniformiter &c. nam multa sunt quæ accidunt omnibus alijs a Deo, uel saltem pluribus, tamen sunt accidentia illis. patet da qualitatib. quæ omnibus insunt, tam angelis, quam hominibus & beatis; omne enim ens habet qualitatem aliquam, & sic uniuersaliter non est uerum, quòd illud quod dicitur de omnibus alijs a Deo nulli accidat, licet bene cum illa determinatione nulli dicto in ordine ad Deum, nam de illis sub illo respectu, quo dicitur ad Deum, non accidunt illi, & sic bene dicit nulli dicto ad Deum: nam simpliciter & absolutè esset falsa, solum ergo loquitur de illo quod dicitur de creatura in ordine ad Deum, quòd illud non est accidens illi. Probatur ista maior hoc mo-

Secūda rā Sco. ad conclusionem primam.

Imaginem

Qd aliud a Deo dupliciter considerari pōt.

Arguit secunda sed maiorem.

do limitata, & arguitur sic: si illud quod uniformiter dicitur de omnibus, accideret alicui dicto in ordine ad Deum, sequeretur, quòd in relationibus esset processus in infinitum, consequens est falsum, ergo & antecedens: consequentia probatur; nam si relatio illa scilicet creatio passiua, esset aliud a creatura, illa creatura esset etiam effectus Dei: nam non esset creatot, sed tantum aliquid finitum & limitatum: modo illa haberet etiam suam depēdentiam ad Deum: nam omnis creatura, dependet ad Deum: tunc quæro, de illa dependentia qua illa creatura, scilicet relatio dependeret; uel esset eadem realiter illi relationi, uel non: si sic, ergo pari ratione, & prima. Si non; quæram sicut prius in infinitum: quod non est dicendum: ergo illud uerum. Argumentum est bonum, & sic patet maior. Minor fuit quòd relatio creaturæ ad Deum, &c. Probatur ista: nam omne aliud a Deo, dependet ad Deum, & dependere ad Deum, nihil aliud est, quam habere illam relationem in se ipso fundatam, & terminatam ad ipsum Deum, & sic talis nul li accidit: & per consequens est substantia unius cuiusque, & sic est eadem realiter illi; quod est probandum. Contra illam rationem arguit Scotus argumento facto supra, contra Henricum; etiam sit in quarto supponendo quòd non esset inconueniens, unam relationem fundari supra aliam decimanona distinct. primi proportio est fundamentum proportionalitatis, quæ est proportio duarum proportionum: modo arguitur sic, probando quòd in relationibus est processus in infinitum, & sic non essent idem illi fundamento, arguitur sic, si Sortes est idem Platoni, identitas Sortis ad Platonem, est eadem identitati, qua Plato est idem Sorti: & iste identitates sunt eiusdē rationis: & sic sunt idem inter se, & super illa identitate Platonis, fundatur una alia identitas, & super illa, alia, & sic datur processus in infinitum in relationibus realibus: & sic illa ratio assumpta, non bene probat, quòd non bene procedatur in infinitum &c. & illo processu dato, non concluditur quòd illa relatio sit accidentis. Respondet Scotus secundum quòd dictum est supra, quòd est status in secunda relatione, & probat exemplo bene obscurò. Sortes & Plato sunt idem inter se specificè. Identitas Sortis ad Platonem, dicatur A, Identitas Platonis ad Sortem, dicatur B, deinde istæ duæ identitates, habent identitatem inter se: dicantur C, D, deinde super C, D, nulla alia identitas fundatur. Sed quare magis super A, & B, fundas ideo titatem, quàm super C, D? Scotus dat rationem. nam identitas prima Sortis ad Platonem, est distincta realiter ab ipso Sorte: & identitas A, ad B, est eadem realiter illi, & sic statur in illa. unde Sortes, potest esse sine A, idest, sine identitate ad Platonem: quia potest esse sine termino illius scilicet sine Platone: nam quandocunque aliqua relatio sic se habet, quòd fundamentum non potest esse sine termino illius, sunt idem realiter. modo, a non esset sine C, idest sine identitate quæ fundatur in A, positis Sorte & Platone. bene tamen fundamentum ipsius A, potest esse sine A, & A, non potest esse sine illa identitate, quam habet ad B, idest sine C, patet, quia A, relatio non potest esse sine suo termino, & ideo non sine identitate ad B, quæ est C, nam sunt simul natura illæ duæ identitates A, ad B, & B, ad A, & propter illam simultatem, sunt unum & idem realiter. & sic statur in secunda, & non in prima: & sic illa ratio probat bene, quòd in illa relatione idest creatione passiua, non fundatur alia relatio, sed seipsa est talis, quòd ipsa, creatura referatur, propter identitatem realem, & de similitudinibus, de inhæreotijs & proportionibus dicatur eodem modo, & sic patet illa prima conclusio, quòd relationes creaturæ ad Deum sunt idem &c. Ad secundam conclusionem nunc, quod relatio creaturæ ad Deum, non est eadem illi formaliter. Scotus dimittit illam deductam in primo de distinctione formali, nam formaliter esse idem alteri est includi in ratione formali illius. Modo absolutum fundamentum, non includitur formaliter in conceptu relatiui; nec è conuerso, relatiuum in conceptu formali absoluti; ergo oportet ut distinguantur formaliter, & sic creatura pro fundamento, non est formaliter ipsa relatio; licèt bene sint idem realiter. Et si quæras quomodo intelligis, quòd fundamentum relationis non est præcisè relatio illa, quæ est tamen eadem illi realiter? Dico quod hoc modo intelligo, quantum ad illa, quæ dicta sunt contra Henricum, quia tunc fundamentum formaliter esset relatio, quod est falsum. Sed quæro, dicit Scotus, quomodo stat quod relatio sit eadē realiter suo fundamento, & unum non sit præcisè reliquum? Respondet Scotus dando unam regulam, quam declarat exemplis, Regula est. Quandocunque in creaturis aliquid continet aliud, uel aliqua plura per identitatem realem, uel unitiuè, talis continentia per identitatem non est ex perfectione contenti,

Minor probatur.

Arguit Sco. contra se.

Solutio S o.

Quid sit esse idem formaliter alteri

Inquisitio.

Responsio.

Inquisitio.

Responsio. Reg. Sco.

ti, sed ex perfectione continentis. Hæc probatur exemplo; anima intellectiua continet uirtualiter uotiuè uegetatiuam, & sensitiuam, secundum illos, qui dicunt unam animam tantum esse in homine; etiam continet illos. Modo, hoc non est ex perfectione ipsorum contentorum, etiam in Diuinis, relationes originis, & communes continentur in essentia Diuina identitate reali, hoc tamen non est ratione illarum relationum, sed ratione essentiæ Diuinæ, formaliter infinitæ, quæ identificat sibi omne compossibile illi: nam illæ relationes non sunt infinitæ formaliter, nec unquam identificarent sibi aliquid aliud sic regula uera. Ad propositum, patet bene, quorum contineos non est præcisè contentum, licet sit idem illi realiter, quia

Continens aliquid idē sibi realiter est perf. illius cōtēto.

semper continens est perfectius contento, quia ex perfectione continentis est, quòd contentum sit idem realiter illi, & non è conuerso. Modo si unum esset aliud præcisè, & secundum unam & eandem rationem adæquatā illis, qua ratione ex parte unius esset continere aliud realiter, & identificē; eadem ratione ex parte alterius. modo hoc est falsum; nam semper attēditur perfectio, ex parte continentis. Vnde attribuere unitatem uel continentiam unitiuam alicui, datur illi maior perfectio, quia potest identificare sibi aliud, & non è conuerso, modo fundamentum relationis identificat sibi relationem eandem realiter, sibi, non e conuerso, immo dicit Scotus, fundamentum propter sui perfectionem, quoad absolutum, quod dicit, præuenit accidentalitatem relationis, impediens ne illa accidat sibi, secundum quod sit idem illi realiter, & est hoc Metaphysice dictum. nam aliter relatio esset accidens, nisi præueniretur ab illo fundamento. ex hoc tamen non sequitur, quòd unum sit præcisè reliquum, sed aliqua distinctio assignabitur scilicet distinctio formalis. & sic patet propositum.

Primum arg. principale aā q. 5

AD argumenta principalia. Contra istam conclusionem, arguit ordo duobus argumentis principalibus, quod relatio creaturæ distinguatur realiter ab illa. Nam si relatio creaturæ ad Deum esset realiter eadem creaturæ, sequeretur quòd omnis creatura esset ad aliquid: quod est contra Philosophum quarto Metaph. contra Heraclitam, & Cratillum discipulum Heracliti, dicentes, quòd ueritates rerum stabant in quadam apparentia, & cito transeunte: modo illa apparentia est quædam relatio, & Philosophus deducit ad hoc inconuenientia, quia tunc omnia essent ad aliquid; quod Philosophus habet pro inconuenienti, modo si relatio creaturæ ad Deum esset eadem omni creaturæ, tunc omnia essent ad aliquid: ergo &c. Respondet Scotus ad hoc dupliciter, prima solutio est bona, secunda uero improbatur primo lib. distinct. 2. quæst. 5. dicit, prima solutio, quòd omnia esse ad aliquid potest intelligi dupliciter. Vno modo identicè & realiter. Secundo modo potest intelligi formaliter, & quidditatiuè, dico primo quòd nullum est inconueniēs omnia esse ad aliquid intrinsecè, quia realiter & identicè, quòd omni creaturæ aliqua relatio identificetur realiter. Secundo dico, quòd inconueniens esset dicere, quòd omne aliud a Deo, sit ad aliquid formaliter & quidditatiuè, id est quod ratio formalis uniuscuiusque rei, dicatur esse ad aliquid. hoc est bene inconueniens & hoc uolebat habere Philosophus contra illos. Nam illi dicebant, quòd rationes formales rerum, non erant nisi quædam apparentia. Concedo consequens primo modo, & nego quòd illud sit inconueniens, uel contra Philosophum: nam ille intelligit formaliter & quidditatiuè, non autem realiter. Alia responsio datur in quæst. 5. distinc. 3. in primo, de uestigio; dicit Scotus contra Henricum, si ratitudo &c. omnia essent ad aliquid &c. Respondet Henricus, quòd uerum est quo ad opinionem, & sensum, secundum illos Philosophos. Scotus tamen reprobat hoc; nam hoc modo dicere, esset pro illis Philosophis dicere, & non contra illos & dimittitur pro nunc.

Solutio pri mu principa lis duplex.
Omnia eē ad aliquid dupliciter.
Quō nō sit inconueniens oia esse ad aliquid, & quō sit.
2. solutio Henr.
Reprobatio secunda solutionis.
Secundum arg. principale.

SECVNDÒ principaliter arguit Scotus, probando, quòd relatio creaturæ ad Deum non sit idem realiter creaturæ, arguit sic: Nihil unius prædicamenti, est res alterius prædicamenti realiter: sed sic est quòd relatio creaturæ ad Deum, est de prædicamento relationis, & creatura est de prædicamento absoluto, scilicet substantiæ, uel accidentis: ergo relatio non est idem angelo, uel homini, uel creaturæ cuicunque. Maior est Philosophi quinto & decimo Metaph. prædicamenta sunt primo diuersa in nullo conuenientia: quomodo ergo res unius prædicamenti erit realiter res alterius prædicamenti? Minor patet, quia relatio illa est intrinsecus adueniens, &c. Respondet Scotus ad argumentum dupliciter. primo ad auctoritatem, deinde ad alia dicta. Pro prima solutione dico primo, quòd prædicamenta esse primo diuersa, potest intelligi dupliciter. Vno modo realitate subiectiua, siue realiter. Alio modo realitate

Resp. Sco. dupliciter.
Quō prædicamēta sint primo diuer

obiectiua, siue formaliter. Vnde illa sunt primò diuersa realitate subiectiua, siue realiter secūdum Canonicum, primo Physic. quæst. 3. in argumentis principalibus, quæ sic se habent, quod nihil unius realiter identificatur cum aliquo alterius; ut homo, asinus, Sortes, Plato. nam quod est idem uni alij realiter, non est mihi idem realiter: nec natura humana, nec accidentia, patet bene. Sed illa sunt prima diuersa realitate obiectiua, uel formali, quæ sic se habent, quòd sunt aliqua formalia obiecta, formaliter distincta, propria uirtute terminantia actum alium, & alium intellectus, & unum non est de intrinseca ratione formali alterius. Modo dico primo, quòd & si prædicamenta sunt primò diuersa realitate obiectiua, & formaliter, non tamen sequitur illa esse primo diuersa realitate subiectiua & realiter, sensus est, quòd nihil eorum, quæ sunt in uno prædicamento, sit de ratione formali, & intrinseca alterius, quod est in alio prædicamento: at non est inconueniens, quòd aliquid unius prædicamenti, sit idem realiter alicui alterius prædicamenti. Modo nego maiorem. & cum probatur, quòd sunt primo diuersa, concedo formaliter: nego realiter, & hoc modo intelligit Philosophus. Secunda solutio est per duas conclusiones, quas Scotus capit pro regulis octaua distinct. primi, & quarti quodli. Prima est, quòd illud, quod conuenit enti, antequam descendat in decem genera, est transcendens, idest omne, quod dicitur de ente in sua communitate ad decem prædicamenta, est unum transcendens, est regula Scoti. Secunda regula est, quòd illud quod conuenit enti tam finito, quàm infinito, conuenit enti ante, quam descendat in decem genera, & sic cum relatio conueniat enti, antequam descendat in decem genera, nam relatio est in Diuinis, & in creaturis. & relatio est unum transcendens, & non est determinati generis: sed tunc descendendo, aliqua relatio est in genere ad aliquid, aliqua in genere actionis, in creaturis stando. Modo cum arguitur sic, uel unius, &c. concedo istam: sed relatio &c. nego istam. ò contra, nam est relatio: concedo. tamen relatio ut genus relationis, non dicitur de illa, & sic istud nihil concludit, & si essent aliquæ auctoritates, quæ uiderentur dicere quòd relatio creaturæ ad Deum distinguitur realiter ab ipsa, &c. quia est accidens: etiam diceremus ad illas sicut heri: quòd relatio est accidens, idest extraneum, non tamen accidens per accidens.

Prædicamēta distingui tur primo formaliter nō realiter.
Ad arg. fo maliter.
a. solutio. Duæ regulæ Sco. prima.
2. regula.
Relatio ut genus est nō dicitur de relatione creaturæ ad Deum.

Modo Scotus dat aliam glosam, quando dicitur: Deus incipit esse Dominus ex tempore, &c. Et quod non secundum substantiam. Et ad similes; dat unam distinctionem; quòd accidens capitur dupliciter. Vno modo propriè. Alio modo impropriè. unde accidens propriè, est illud, quod adest, uel abest, præter subiecti corruptionem: ut omnia accidentia per accidens, albedo, nigredo. Aliud est accidens impropriè, & adhoc requiruntur duæ conditiones. Prima est, si debeat dici accidēs, quod non prædicetur in quid. Ex quo sequitur, quòd nullum prædicatum essentiale, per quod sufficienter respondetur ad interrogationem factam per quid, dicitur accidens etiam impropriè: etiam per quod respondetur ad interrogationem factam per quale, dum tamen dicat quid, ut differentiæ genericæ, & specificæ, non dicuntur accidens, etiam impropriè: nam dicunt quid, dicunt enim quidditatem. hæc est prima conditio. Secunda conditio accidentis impropriè dicti est, quòd scilicet illud tale sit mutabile, idest amissibile, non solum subiecto corrupto (nam illud est accidens per accidens) sed etiam quod illud accidens non maneat, desinente fundamento. modo omnis creatura dicitur accidens, hoc modo impropriè. scilicet: nam potest desinere esse: relationes diuinæ non dicuntur accidens hoc modo: nam impossibile est fundamentum illarum mutari, licet non prædicentur in quid, tum non possunt mutari: hoc modo creatio passiua, uel relatio creaturæ ad Deum dicitur accidens quia non dicitur in quid de ipsa creatura. Et ad omnes auctoritates si essent mille, dicentes, quòd relatio creaturæ ad Deum est accidens, nego propriè; concedo pro uariabili, uel pro extraneo, uel pro potente desinere esse ad desitionem sui fundamenti: & hoc modo capit Augustinus accidens, & omnes alij doctores, si qui sint illud dicentes. & sic patet ad illam quæstionem.

Accidēs dupliciter.
Accidēs impropriè requirit duas conditiones.
2. conditio.
Quō omnis creatura possit dicī accidens.
Quomō doctores aliquando capiunt accidens.

¶ A d primam quæstionem de creatione &c.] Mouebantur simul duæ quæstiones, circa materiam creationis: una in communi, alia in speciali de prima & suprema creatura, scilicet de angelo, utrum creatio sua dicatur esse eadem illi, ad quam pro nunc de mente Scoti respondendum est. dando unā distinctionem, & ponendo aliquas conclusiones, distinctio est, quod creatio dicit duplicem respectum. Vnum ad agens omnino primum. Alium respectum dicit, ad non esse præcedens; primus est respectus ad Deum creantem. Nam quæstione secunda

Ad arg. 4. quæst respō det.
Deducit primum.
Creatio duplicē habeat respectum.

dã dictum est, ꝙ creare est aliquid de nihilo producere. Importatur insuper secundus respectus ad non esse creaturæ præcedens immediatè. Alio modo ꝙ dicat respectum ad non esse præcedens mediatè; ut si Deus nunc crearet unum angelum, ipse esset, & creatio ipsius diceret respectum ad non esse immediatè præcedens; exemplum secundi ut quando ille angelus compararetur ad illud non esse, quod habuit in tempore Abrahæ, Moysi, & huiusmodi, in quo uerum erat dicere, iste angelus non est. Ad non esse ergo indeterminatè & indistinctè, & immediatè, & mediatè diceretur habere respectum, & sic oportet diuersimodè dicere ad quæstionem, secundum istã distinctionem. Et primo dico quòd creatio angeli ut dicit respectum ad ipsum Deum creãtem, est eadem realiter ipsi creaturæ, uel angelo, dicatur idem de creatione passiua cuiuscunque creaturę, quòd illa est eadem realiter ipsi. Secunda conclusio Scoti, creatio angeli, ut dicit respectum ad non esse præcedens immediatè secundum ordinem durationis, non est eadem realiter ipsi angelo uel creaturæ, probatur ista conclusio sic. Illa distinguuntur realiter, quæ sic se habent, ꝙ uno manẽte, aliud non manet; sed hoc modo si habet angelus, uel creatura quæcunque, & ipsa creatio pro isto respectu, quòd uno manente, iste respectus ad non esse, &c. non manet; ergo ipse angelus uel creatura quæcunque, & ipsa creatio hoc modo dicta, non sunt idem realiter, & sic distinguuntur; Maior patet, nam iste est modus Philosophi inuestigandi distinctionem realem inter aliqua. Minor probatur, nam si Deus crearet nunc unum angelum, & conseruaret illum per quinque dies, in secunda die illo habuisset esse, quod tamen non diaisset respectum ad non esse immediatè præcedens; nam immediatè habet ordinem ad illud esse, quod habuit prima die, & sic de aliis diebus, dicamus si Deus creasset me hodie, illa dies non esse mei, præcederet hoc esse, immediate. Angelus nunc, creatus à principio mundi, est sine illo; ergo illud non esse distinguitur realiter ab ipsa creatura. Et nota quod ista conclusio Scoti intelligitur de rebus, quæ durant non solum per instans, sed proprie de illis, quæ durant plusquam per instans. Vnde illæ res, quæ tantum durant per instans, non possunt esse sine illo respectu ad non esse, immediatè præcedens: de hoc tamen magis in quodlibeto .q. 12. articulo. 3. idem ille respectus, est idem illis realiter: & sic patet ista conclusio Scoti. Tertia conclusio est ista; Creatio angeli ut dicit respectum ad non esse præcedens indistinctè, & indeterminatè, ordine durationis, non est idem realiter ipsi angelo, uel creaturæ cuicunque, etiam tenendo ꝙ non est contradictio, angelum potuisse esse ab æterno. Illa est una bona limitatio istius conclusionis, pro hac conclusione est illud dictum. 3. q. de creatione angeli, in quo D. Thomas & Henricus differunt, D. Thomas. n cum Scoto, tenet ꝙ nulla est contradictio, imo simpliciter est possibile, tamen tenendo primum modum, probatur conclusio ista sicut præcedens: Illa non sunt idem realiter, imo distinguuntur realiter, quorum unum potest esse sine alio; modo non implicat angelum fuisse, & nõ habere illum ordinem, uel respectum ad non esse immediatè, & determinatè præcedens secundũ ordinem durationis; ergo ille respectus ad non esse præcedens immediatè, non est idem realiter ipsi creaturæ. Maior patet ex dictis, sicut præcedens. Minor probatur exemplo; nam in quolibet nunc, habet esse, dicit respectum ad non esse pręcedens indistinctè; quia non semper fuit. sed si ipse fuisset ab æterno, habuisset semper esse, non tamen habuisset respectum ad nõ esse: nam fuisset angelus, uel creatura sine tali respectu. & sic patet ista conclusio. Quarta conclusio. Creatio angeli, ut dicit respectum ad non esse præcedens secundum ordinem durationis, est idem angelo, & hoc tenendo quòd implicat angelum potuisse esse ab ęterno. s. tenendo opinionem Henrici: tunc oportet dicere, ꝙ creatio angeli pro illo respectu ad non esse præcedens immediatè, non essent idem realiter, sed pro respectu ad non esse, præcedens mediatè, & indeterminatè est idem realiter. & probatur sic. Illa sunt idem realiter, quorum unum manet necessario, alio manente, & è conuerso; sed sic est ꝙ manente esse angeli, necessario manet ille respectus ad non esse indeterminatè; & hoc tenendo modum Henrici. ergo ille respectus ad non esse immediatè præcedens, est idem realiter ipsi angelo. Notandum est tamen, ꝙ aliquid esse idem realiter alteri, potest intelligi dupliciter. Vno modo positiuè. Alio modo negatiuè. Positiuè illud est idem realiter alteri, quod est res aliqua, uel realitas, uel formalitas aliqua positiua: hoc modo risibile, & homo, sunt idem realiter. etiam animal & homo. Secundo modo illud dicitur idem realiter priuatiuè alteri, quod non distinguitur ab illo, licet non sit entitas positiua; modo

Respectus creaturæ ad non esse præcedẽs è in duplici differentia.

Respon. ad quæstionẽ. Prima conclusio. 2. conclusio.

Probatur secunda conclusio.

3. concl. Sc.

4. concl. Sc.

Esse idem realiter alteri dupliciter.

respectus cuiuslibet creaturę, ad non esse, &c. non est idem realiter angelo primo modo, quia ille respectus non est positiuus, sed priuatiuus. Nam identitas realis, dicit dependẽtiam illius, quod est idem realiter: & sic patet resolutio ad istam quæstionem diuersimode loquendo.

Secundum primam opinionem. Contra illam resolutionem: sunt argumenta ante oppositum, quòd creatio non dicatur esse eadem &c. Arguitur sic secundũ Auicennã æquinitas est tantum æquinitas, ergo angelus est tantum angelus; Antecedens patet, secundum illum, de qua etiam d. 3. q. 1. primi consequentia probatur; nam idem est iudicium de una quidditate & de alia: & sic sequitur ꝙ nullum respectum habet angelus eundem sibi. Respondet Scotus ad hunc argumentum; sicut in principio d. 3. q. 5. ꝙ Auicenna non secludit prædicatũ primi modi, sed illa quæ sunt extra rationem formalem illius; Vnde cum dico, humanitas est tantum humanitas, non intelligitur ꝙ non sit aial, corpus, substantia, &c. sed quare ista non conceditur, animalitas est rationalitas, licet benè ista, homo est animal; rõ dicta est ibidem: quia alius est modus humanitatis, alius est modus rõnalitatis; & qñ dico, humanitas est rõnalitas, tollitur ois ratio identitatis: non tñ quando dico homo, est animal: nam animal est idẽ homini, quia concernit illud & humanitas abstrahit ab homini, quod est extra rõnem formalẽ: & sic abstrahit ab animali. Ad argumentũ nunc, ad forml, cum arguitur sic, æquinitas &c. concedo mñ dicto: sed ad minorẽ, concedo formaliter; ergo angelus &c. nego istã consequentiã, nam ly, tantum, non secludit nisi illa, quæ sunt extra rationẽ formalem &c. & sic patet istud, & sic dicit illum respectum, nõ esse idem formaliter illi, non tamẽ sequitur; ergo non est idem illi realiter. Etiam non ualet consequentia, ista humanitas nõ est formaliter idem ipsi risibilitati: ergo non est idem realiter illi; non ualet, & sic argumentum hoc bene soluitur.

Secundò principaliter arguitur, & probatur, ꝙ creatio angeli non dicatur esse eadem realiter ipsi angelo: & arguitur sic: Angelus potest esse sine illo respectu, quem dicit creatio, ad ipsum Deum; ergo angelus, & ille respectus non sunt idem realiter. consequentia est bona. Antecedens probatur: quia creatio dicit respectum ad non esse immediate præcedens: sed angelus põt esse sine illo respectu, ad non esse immediatè præcedens: probatur de Michaele; nam non habet respectum ad non esse immediatè præcedens, ut dictum est; ergo &c. Respondeamus per secundam conclusionem ad quæstionem, de mẽte Scoti, supponendo illud quod dictum est, quòd. s. creatio, dicit duplicem respectum: Vnus est ad agens primum. s. ad Deum. Alius est ad non esse immediatè præcedens illum; primus respectus, est idem realiter ipsi angelo: secundus uero non, & sic argumentum æquiuocat de illo termino, creatio. Et ideo quãdo arguitur sic, angelus põt esse &c. nego hoc. & cum probatur, creatio ratione illius respectus, non est eadem realiter angelo, uel rei creatæ. sed nos loquimur de creatione, pro illo respectu ad agens primum, qui realiter est idem rei creatæ, & ipsi angelo, & argumentum non plus concludit.

Tertiò principaliter arguitur, quod creatio angeli nõ debeat esse eadem angelo, arguitur sic: Si creatio angeli esset eadem ipsi angelo, sequeretur ꝙ Deus eundem angelum numero, qui annihilatus esset, reparare non posset: consequens est absurdum: ergo &c. consequentia probatur; Nam annihilet Deus Michaelem, tunc bene sequitur, Creationem ipsius Michaelis Deus non potest reparare; ergo nec ipsum Michaelem eundem numero: consequentia est bona per se, quia creatio Michaelis, & ipse Michael, sunt una eadem res numero; si ergo creatio non potest reparari, etiam nec ipse angelus. Quòd autem Deus non possit creationem angeli eandem numero reparare, probatur: Nam Deus non potest motum eundem numero reparare, quoniam interruptio motus impedit illum motum eundem numero reparari; ergo nec illam creationem. patet consequentia, quia non est magis possibile, quòd reparetur creatio, quàm motus. Et sic oportet dicere, quòd creatio angeli, distinguitur realiter ab ipso. Respondet Scotus ad argumentum. Et pro declaratione solutionis, notandum est illud, quòd habet Scotus. 43. d. 4. quæstione 1. quòd omnem entitatem positiuam, siue respectiuam, uel absolutam, potest Deus eandem numero reparare, licet non eodem modo. nam potest reparare angelum in instanti, non tamen ipsum motum: quia motus non est possibilis fieri in instanti. & est expositio de Bassolis. unde in resurrectione Christi, etiam fuit reparatus ille respectus maternitatis Virginis Mariæ ad ipsum, & respectus filiationis. etiam aliæ maternitates, & paternitates reparabuntur in die iudicii. Sed est difficul-

Primũ arg. principale.

Resp. Scot. quomodo intelligitur æquitas est tãtum æquitas.

2. arg. prin.

Resp. ad secundã conclusionem. Creatio dicit duplicẽ respectum.

3 arg. prin.

Resp. Scot.

tas

tas de tempore, & motu, nam communiter tenetur, ꝙ Deus non potest reparare motum eundem numero, & pro hoc arguitur sic. Continuitas motus est unitas ipsius; ergo Deus non potest reparare motum interruptum eundem numero. Et si dicatur, quod consequentia non ualet, quicquid sit de antecedente: probatur ista consequentia: nam motus desinendo esse, interrumpitur, & sic quandocunque est aliqua interruptio motus, iam non est unitas ipsius: & ita si non est unitas motus, nó est etiam continuitas: & per consequens nec motus. Et sic non reparabitur unus & idem motus numero. Argumentum est bonum &c. Respondet de Bassolis ad hoc argumentum per unam distinctionem, quod desinet, uel interruptio, motus, est duplex. Quædam est interruptio motus infra seipsum motū. Alia est interruptio motus non infra seipsum motum. Exemplum primi, uolo quòd ego mouear motu locali usque ad Ecclesiam, deinde uolo quòd in medio uiæ obuiet mihi unus, ego sisto. Tunc motus dicetur interrumpi, infra seipsum motum; quia est intra partes motus, antequam terminetur; nam iste totius motus, debebat esse de illo loco, usque ad Ecclesiā. Exemplum secundi qñ ego sum in Ecclesia, quia sto, ille motus cessat, & interrumpitur interruptione, quæ non est intra seipsum motum, sed illo tantum finito. Modo cum arguitur sic, interruptio motus &c. trāseat hoc, dicit ille doctor, licet oporteret illud probare; & cum infertur; ergo motus &c. nego consequentiam. Et cum probatur quia motus desinendo esse &c. concedo de interruptione, quæ est in termino motus, uel non infra seipsum motum, ꝙ illa est desitio motus; nego tamen de illa, quæ est infra seipsum motum: illa non est interruptio motus, nam cōtinuatur ille motus usque ad Ecclesiam, & illa interruptio non impediret quin Deus si uellet, posset illum motum eundem numero reparare, de hoc loco ad Ecclesiam. &c. hoc modo dicit ille Doctor.

Respondet de Bassolis. Interruptio motus.

Sed dico secūdum Scotum hic ꝙ creatio angeli ut dicit respectum ad non esse immediatè præcedens, non potest eadem numero reparari; patet, nam si Deus annihilaret unum angelum, deinde citius quo posset, recrearet illum, illa creatio non diceret respectum ad non esse præcedens, licet non fieret in illo instanti immediatè præcedēti; tamen ille angelus non habet respectum ad illud non esse, tā quam primum illius: nam etiam haberet respectum ad illud esse quod habuit ille angelus, antequam annihilaretur. Dico ét ꝙ creationem, pro illo respectu quem dicit ad Deum creantem, potest Deus recreare eandem numero. Nam si Deus hodie annihilaret omnes angelos, & cras repararet illos, non minus illi haberent respectum illum eundem numero ad Deum creantem, uel recreantem, quem primo habebat. Et ideo ad argumentum, & ad formam nego consequentiam; & cum probatur de motu propter interruptionem: nego illud, si est interruptio in fine motus, ut benè notat ille doctor de Bassolis; licet benè de illa, quæ est infra &c. & sic istud argumentum non concludit, & semper stat conclusio illa in sua ueritate.

Solutio Sc.

Ad quartum concedi potest. Quartum argumentum principale est, quòd creatio angeli non dicatur esse eadem angelo realiter & hoc sumendo creationem, pro illo respectu, qui est ipsius creaturæ ad agens creans, & arguitur sic. Si creatio angeli hoc modo dicta, esset eadem realiter ipsi angelo, sequeretur quòd ignis generans alium ignem crearet illum ignem genitū: consequens est falsum: ergo & antecedens, falsitas cōsequentis probatur: quia nihil dicitur creatura nisi in ordine ad ipsum Deum creatorem; sed ignis genitus ab alio igne, non dicit respectum ad ipsum Deum, ut ad creatorem, ergo ille ignis genitus non dicetur creatura, nisi in ordine ad ipsum Deum, & non in ordine ad ignem generantem. consequentia tamen probatur quia creatio passiua ignis geniti, & ipse ignis genitus, sunt una & eadem res realiter, & sic ille ignis generás creabit illum; & ignis genitus dicetur propriè creatura, & sic oportet dicere, quòd creatio passiua nō est eadem realiter ipsi creaturæ.

Quartum arg. principale.

Respondet Scotus ad hoc argumentum per duas conclusiones. Una est: Creatio passiua ignis geniti est ab ipso igne generante, probatur conclusio. Nam quandocunque aliqua duo sunt idem realiter, a quocunque est unum illorum etiam ab illo eodem est reliquum; sed sic est, quòd creatio passiua ignis geniti est ab ipso igne generante, & generatio, & ipse ignis, sunt unum & idem realiter: ergo a quocunque est ipse ignis genitus, etiam ab ipso erit eius creatio passiua; sed sic est ꝙ ipse ignis genitus est ab ipso generante illum; ergo etiam creatio passiua illius erit ab ipso igne generāte. & sic hoc dictū patet. Notandum tamen pro hoc, illud quod habet Scotus in 3. d. 11. quæstione. 1. ubi quærit, Utrum Christus sit creatura, illud etiam tangitur hic, dicendo quòd omne aliud a Deo, est creatura. Nota quòd creatura capitur dupliciter, Uno modo propriè. Alio modo impropriè, uel largo modo. Creatura propriè est omne illud, quod a solo Deo accepit esse immediatè. Et hoc modo, nos non sumus creaturę. Nam nos non capimus esse nostrum totale a Deo immediate, sed mediatè, hoc modo anima, angelus, habitus, fidei, spei, charitatis &c. sunt propriè creatura, quia immediatè producuntur a Deo, secundum totale illorum esse quod habent. Secundo modo impropriè illud dicit esse creatura, quod accipit esse suum a Deo, siue mediatè siue immediatè, & hoc modo omne aliud realiter, & essentialiter distinctum a Deo, est creatura: nam ad illorum omnium productionem, concurrit ipse Deus, saltem, partialiter, & mediatè, & hoc modo loquitur Scotus de creaturá hic, quā do dicit, quòd omne aliud a Deo &c.

Resp. Sco. ad quartū arg. principale per duas cōclusiones. Prima conclu. Sco.

Notandū.

Creatura dupliciter. Quid creatura propriè, et quid impropriè.

Secundò dicit Scotus; ꝙ non sequitur; ꝙ licet creatio passiua ignis geniti, sit ab igne generante, ꝙ propter hoc ille ignis genitus dicatur esse creatura, respectu ipsius ignis generantis. Et est egregia conclusio. probatur sic; Nam ad hoc quòd aliquid dicatur esse creatura alicuius, requiritur quòd illud dicat respectum creationis ad illud, respectu cuius dicitur esse creatura, ut ad terminum illius: sed ille ignis genitus, non dicit illum respectum creationis passiuæ ipsius ignis, ad ignem generantem, tanquam ad terminum, sed solum ad ipsum Deum: ergo ipse ignis genitus non dicetur esse creatura, respectu ignis generantis, quod est propositum. Et est bona resolutio doctoris. Ad istam rationem dicitur quòd consequentia non ualet; dat Scotus unum exemplum tale, quia a quocunque est album, uel nigrum, ab ipso non est effectiuè similitudo ipsius albi, ad aliud album, uel dissimilitudo ipsius ad nigrum. propriè enim non causatur illa relatio similitudinis ab illo: est tamen ab ipso consequenter, & ita similitudo est in hoc & in illo albo quod dicitur simile a producente illud album: licet illa similitudo non dicat illum respectum producti ad illud, tanquam ad producent: Hoc modo etiam dicamus de creatione illa passiua: & ego non sum creatura patris mei, sed tantum creatura ipsius Dei; & tamen creatio passiua est a patre meo, inquantum ego, cui illa creatio est eadem realiter, sum a patre meo effectiuè. Ex istis. ad materiam argumenti. Ad formam cum arguitur, sequeretur &c. nego consequētiam, & cum probatur, quia creatio ipsius ignis geniti &c. concedo; ergo est ab illo igne generante concedo effectiuè; ergo ignis genitus est creatura &c. nego istam consequentiam, propter illam rationem datam, & ista solutio est bona, & bene notanda.

Secunda cōcl. Scot. notabilis.

Quintò finaliter arguitur ad istam quæstionem argumento difficili, quòd creatio angeli non dicatur eadem ipsi angelo realiter. Mutatio differt realiter a suo termino ad quē: sed creatio est mutatio; ergo ipsa differt a termino ad quem, per illam acquisito: sed sic est quòd creatura est terminus ad quem acquisitus per ipsam creationem: ergo ipsa creatio creaturæ differt realiter ab ipsa creatura. Argumentum istud est satis facile licet propositiones illius sint generātes. Maior probatur, dicit Scotus; nam mutatio præcedit terminum, ad quē ipsa est; modo nihil est idem realiter illi, quod præcedis ipsum; & ita mutatio non est eadem realiter ipsi termino ad quem. Secundo probatur ista eadem maior; nam omnis mutatio est in genere passionis, & terminus ipsius est in genere substantiæ; sed sic est, quòd illa quæ sunt in diuersis generibus, sunt realiter distincta; ergo ipsa mutatio & terminus ad quem ipsius, distinguuntur realiter. maior huius Syllogismi probatur, quia motus est in genere passionis; ergo etiā mutatio passiua. nam de ipsa loquimur hic, quæ est ipsius mutati; terminus autem mutationis, non est in genere passionis. Pro quo nota, quòd duplex est terminus mutationis. Quidam est intrinsecus. Alius est extrinsecus. terminus intrinsecus primo est illa forma fluens, secundum quam est ille fluxus formæ, ut qualitas in calefactione; nigredo in nigrefactione: sed ille dicitur esse terminus extrinsecus; qui non est forma secundum quam est fluxus formæ, sed est aliquid concomitans illam formam; ut alteratio prima ad generationem substantiæ est terminus extrinsecus illius mutationis. Ad propositum cum dicitur, ꝙ in mutatione est terminus qui realiter distinguitur ab ipsa mutatione; capitur terminus pro forma, illa secundum quam fit ille motus, & terminat illum motum, & illa forma etiam bene est alterius rationis. & generis, ab illa mutatione; & sic illa maior relinquitur uera, his duabus rationibus dictis, illo modo capiendo terminum, ut patet. Ad minorem, ubi est maior difficultas scilicet quòd creatio sit mutatio, probatur: nam non aduenit alicui noua relatio

Quintum arg. principale.

Terminus mutationis duplex.

fine

sine mutatione alicuius, uel illius uel alterius. Sed sic est quod de nouo dicimus creaturam habere esse, & prius non dicebamus: ergo ista noua relatio creationis non aduenit ipsi creaturæ, sine mutatione aliqua. Nam regula est, quod non est transitus de contradictorio in contradictorium, sine mutatione. Modo illa creatio passiue est illa mutatio, que creaturæ aduenies ille relatio, & sic creatio erit mutatio, & sic minor illa uera.

Confirmatur illa ratio secundum Augustinum quinto de Trinitate capitulo ultimo, illa quæ sunt relatiua ad Deum, cum mutatione ipsius, quod refertur, dicuntur referri: uult habere quod omne quod refertur ad Deum, dicitur mutari: sed sic est, quod per creationem creatura refertur ad Deum: ergo creatio est mutatio. Secundo confirmatur illa ratio ad illam minorem probandam, secundum illud decimo Metaphysic. in unoquoque genere, est dare unum quod est metrum, & mensura, & per consequens in genere mutationum dabilis est una prima mutatio, illa non uidetur posse esse nisi ipsa relatio, creatio, quæ est prima mutatio: probatur: nam generatio non est prima mutatio: nam multa mutantur, quæ non generantur: & termini etiam generationis non tantum repugnant, sicut termini creationis scilicet esse, & non esse simpliciter: & per cōsequens creatio est mutatio, & realiter distincta a termino illius: ergo creatio realiter distinguitur.

Respō Sco. ad quintum principale.

Respondet Scotus ad hoc argumentum, licèt sit difficultas, de maiore, & minore, & breuiter de toto argumento. Nam in Metaphysica est difficultas, utrum generatio distinguatur realiter a termino ad quem, etiam de ipsa mutatione, de motu tamen nullus realis negat, quòd non distinguatur realiter a termino ad quem. sed de mutatione passiua dicimus nos quòd realiter distinguitur a termino ad quem, licèt Thomistæ aliqui dicent oppositum, & habent unum argumentum bonum contra nos. Arguunt sic; Omnis mutatio quæ realiter distinguitur a termino ad quem, est uia a termino ad quem. Sed nulla mutatio potest esse uia in terminum ad quem: ergo nulla mutatio distinguitur realiter a termino ad quem. Maior probatur sic: nam uel mutatio est uia in termino ad quem, uel mutatio est complemet terminus ad quem: si des secundum, habeo propositum, quòd non distinguitur realiter. Si mutatio autem est uia in termino ad quem, tunc illa maior est uera, & probatio illa est bona. Minor probatur: nam omnis uia habet terminum ad quem, & terminum, e quo, ratione sui, sed nulla mutatio habet terminum ad quem, & terminum a quo ratione sui: ergo nulla mutatio est uia in termino ad quem. isto modo arguitur syllogisticè, maior patet satis: minor probatur. Et hic est punctus difficultatis: suppono tamen Scotista, quòd mutatio fiat in instanti, & est instantanea. tunc sic, si mutatio habet terminum, ad quem, & a quo, ratione sui, sequeretur, uel quòd mutatio esset diuisibilis: uel quod duo contradictoria essent simul uera. utrumque tamen est falsum, & inconueniens. consequentia probatur, Quia terminus ad quem, & terminus a quo, sunt forma, & priuatio ipsius formæ: & illa simul esse in eodem instanti est impossibile: ergo contradictio: & contradictoria erunt simul uera: Vel illa mutatio erit diuisibilis, quod etiam est falsum, & sic hoc argumentum est satis bonum.

So'uit arg. Thomist.

Respondeamus tamen ad hoc argumentum. Cum arguitur sic, omnis mutatio &c transeat illa maior. Ad minorem, nego illam. dico enim quòd ipsa mutatio est uia in terminum ad quem, & cum probatur, quòd non: quia scilicet omnis uie &c. concedo maiorem: sed minorem nego. Et cum probetur, quia mutatio fit in instanti, concedo: ergo contradictoria &c. nego consequentiam, & ratio est, quod non oportet ad hoc, quòd mutatio fiat in instanti, quòd terminus ad quem, & terminus a quo, sint simul in illo instanti, sed sufficit quòd unus terminus immediatè succedat alteri, sic, quòd unus terminus scilicet a quo, sit in toto tempore præcedenti illud instans, in quo fit illa mutatio: & quòd in illo instanti habeat terminus, ad quem scilicet forma ipsa: quæ ipsa mutatione acquiritur. Exemplum huius est, quia generatio fit in instanti. modo in illo tempore præcedenti illud instans, materia fuit sub priuatione formæ substantialis: & sequitur in termino illius temporis, & sic argumentum illud non ualet, & ita restat illa difficultas.

Sco. Resp. ad arg. per

Et ideo Scotus primo Respondet ad argumentum, per aliqua dicta: primum est istud, inquirendo quomodo mutatio se habet ad terminum, ad quem: & dicit. Primo Scotus: in mutatione naturali, ubi est agens, materia, forma, & compositum, sunt multi respectus. Primo est respectus materiæ ad formam, & èconuerso. Secundo est respectus agentis ad compositum, & èconuerso. Secundum dictum, ex istis multis respectibus prædictis, tres sunt respectus ad propositum, scilicet respectus materiæ ad formam: uel respectus perfectibilis ad suē perfectionem, & respectus passi, ad agens: & tertius est respectus passi, ad oppositum præcedens. Tertio dicit, quòd mutatio passiua, dicit illos tres respectus nunc dictos, scilicet respectum passi ad agens: respectum materiæ, ad formam: & respectum passi ad oppositum. Quartum dictum: respectus materiæ ad formam, & respectus, ad oppositum præcedens, conueniunt illi mutationi passiuæ absolutè sumptæ, inquantum mutatio est, probatur ex definitione mutationis, quæ est aliter se habere nunc, quam prius. Aliter se habet nunc quam prius, quia aliquid accipit, quod prius nō habuit: scilicet nouum actum: quia materia nunc est sub illa forma, quam prius non habebat. Secundo dicit, quod quā prius, dicit respectum ad non esse præcedens: nam illa forma non erat in materia, nunc autem est in materia. Quintum dictum: respectus ad agens, nō conuenit illi mutationi passiuæ, nisi comparatiue: probetur, quia non est respectus ad agens, nisi addatur aliquid scilicet ab aliquo mutante ipsum, tunc significatur ille respectus ad agens, aliter non.

aliqua dicta
1. dictum.
2. dictum.
3. dictum.
4. dictum.
5. dictum.

Ad propositum ergo illius rationis, dico primo, quod mutatio non est idem realiter ipsi formæ: nam manet forma, non manente illa mutatione, ut patet. unde acquisita forma, illa generatio, uel mutatio non est; quia habitis praesentibus, cessat motus &c. Secundo dico, quod illa mutatio non est idem illi respectui, quem habet materia ad formam. Nam ille respectus semper stat, & manet, quamdiu manet totum compositum. & tamen generatio, uel illa mutatio, non est quàm diu manet compositum. ut satis patet. ergo dictum uerum. Tertio dico, quod ille ordo quem habet materia ad formā, uel respectus ille, nō est essentialis, quia distinguitur realiter ab illo. nam potest esse materia sine tali forma, & èconuerso, de potentia diuina. Et sic ad argumentum: concedo maiorē.

1. dictum.
2. dictum.
3. dictum.

Ad minorem, quæ tangit bonam difficultatem, utrum scilicet creatio sit mutatio, dicit Scotus quinque dicta notanda. Primum dictum & cathegoricum. Creatio est productio totius in esse, non præsupposita aliqua parte illius. & hic loquimur de creatione propriè dicta: nam illud propriè creatur, cuius nulla pars præsupponitur, nec aliquid illius: ut anima, angelus, &c. sed simpliciter secundum quamlibet partem illorum accipiunt esse e Deo immediatè. Secundum dictum: Angelus creatus nihil potentiale habet, quod recipiat aliquid accidentale, sub cuius opposito fuerit, probatur. nam angelus est substantia simplex, & nō est in eo materia in potentia quę recipiat formam, sine que prius esset. Tertium dictum, & conditionale. Si mutatio sit habitudo potentialis ad actum nouum, sic quod potentiale præfuerit in se sine tali actu, nulla creatio dicitur mutatio. Quartum dictum, conditionale est, si mutatio sit noua actuatio alicuius potentialis, quod nō prę fuit sub tali actu, nec oportet quòd præfuerit, nec sic creatio est mutatio. Ista est resolutio Doctoris satis dubie: dico tamen, quod de mutatione sunt duo modi dicendi: unus est quòd nihil proprie mutatur, nisi illud habeat unam partem potentialem, & aliam actualem: & quòd potentiale primo præfuerit antequàm informaretur illud potentiale illo actuali. Exemplum, cum homo generetur, dicitur esse quædā mutatio; nam includitur ibi potentiale. s. corpus: & actuale. s. anima & corpus illud præfuit: antequam informaretur illa anima. Hoc modo loquendo de mutatione, dico breuiter, quod nulla creatio est mutatio. simpliciter enim quod creatur nullum habet potentiale: patet de angelis & habitib. infusis; hæc esset resolutio secundum istum modum dicendi. Alius est modus dicendi quod ad mutationem propriè dictam requiritur aliquod potentiale & aliquod actuale: & quod potentiale sit de nouo sub suo actuali, siue illud potentiale præcesserit, siue non. Et est bonus modus dicendi, & secundum istum modū, creatio aliqua posset dici mutatio. nam si crearetur unum totum, puta ignis, illa materia sub illa forma. & prius non fuit, licèt illa materia non præfuerit, quia non requiritur, si esset creatio simplex, nulla esset mutatio.

1. dictum.
2. dictum.
3. dictum.
4. dictum.
De mutatione sunt duo modi dicēdi

Finaliter dicit Scotus, quòd quando dicitur mutatio est aliter &c. ly quàm prius, capitur negatiuè; & nō positiue: nā non refert entitatem positiuam, sed negatiuam; uel priua-

ginam, scilicet non esse. Nam materia quæ nunc est sub forma, prius erat sub non esse illius formæ, & per consequens mutatur, & sic patet illud: utrum creatio sit mutatio uel non.

Ad formam ergo argumenti nunc, quãdo arguitur, &c. maiorem concedo, cum omnibus suis probationibus. Ad minorem dico, quòd ipsa est uera secundum primum modum dicendi de creatione angeli, quia est simplex: tamen creatio compositi esset mutatio, & sic negarem illam, & cum probatur, quia idem esset &c. concedo realiter, nego tamen formaliter, prædicamenta enim non sunt realiter distincta, licèt bene essentia illorum sint impermiata, idest distinguantur formaliter. Ad aliam probationem, concedo illam etiam, ergo non est mutatio propriè dicta, & sic patet quid esset dicẽdum ad quintam quæstionem.

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum angelus, & anima differãt specie.

SEXTÒ ET VLTIMO CIRCA &c.] Vtrum angelus, & anima differant specie. Primus terminus. Declarandus est angelus, de quo dictum est supra, secundum Damascenum, quòd angelus est substantia incorporea, intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera, Deo ministrans, gratia non natura immortalitatem cõsecuta, primo dicitur angelus est substantia, unde sequitur, quòd nullum accidens, nulla qualitas, nullus respectus, nulla relatio est angelus: deinde dicit, incorporea, & tangitur essentia illius, deinde tangitur potentia illius cum dicitur, intellectualis & illius continua operatio, quando subditur, semper mobilis, & huiusmodi conditiones, quæ declaratæ fuerunt supra, de ista ergo nobilissima creatura loquitur nunc Scotus.

Secundus terminus anima quæ definitur.

Secundus terminus declarandus est, anima, quæ secundum Cassiodorum definitur, quòd est substãtia spiritualis, a Deo creata, proprii sui corporis uiuificatrix. Primo dicitur quod est substantia spiritualis, ut excludatur error antiquorum in primo de anima, dicentium animam esse corpus, & quòd anima sensitiua, uel anima uegetatiua, dicebatur aia, dicitur secundo a Deo creata, secundum intentionem fidei Catholicæ, & scripturæ sacræ. Genesis primo, spirauit in faciem eius spiraculum uitæ, idest animam rationalem, & intellectiuam. Creuit, per hoc, excluditur error illorum, qui dicunt quòd anima est sanguis, uel aqua, uel aer, & animam educi de potentia materiæ. Tertio dicitur proprij corporis uiuificatrix, & per hoc excluditur error Commentatoris, Auerrois, dicentis quòd est unus & idem intellectus in omnibus hominibus: unus numero, falsum, quoniam quodlibet corpus organicum, habet suam animam. deinde cum dicitur uiuificatrix, excluditur error, qui imponitur Platoni, primo de anima, quod anima assistit corpori, sicut nauta naui, & non informat illud, nec uiuificat illud, idest non facit illud uiuere. Anima autem secundum istum Doctorem dat esse, & uiuere ipsi corpori, quod informat. & de ista tam nobili natura quæritur hic: Vtrum Angelus differat specie ab anima.

Tertius terminus est differre specie.

Tertius terminus est differre specie, unde aliqua differre specie potest intelligi dupliciter, ut septima distinct. primi dictum est. Vno modo propriè. Alio modo impropriè, uel largè. Vnde illa dicuntur differre specie propriè, quæ sunt duæ species specialissimæ, uel subalternæ. Illa uero dicuntur differre specie communiter, & impropriè, quæ sunt alterius & alterius rationis, hic quæritur de differre specie primo modo

Sensus tituli.

utrum scilicet Angelus sit una species, & anima alia species sic, quòd possint differre specie, sicut duæ species; sicut homo, & asinus.

Pro ueritate arguitur, ad partem affirmatiuam, quòd scilicet angelus, & anima differant specie inter se, arguitur sic. Formæ intellectuales sunt nobilissimæ formæ inter oẽs formas: ergo forma intellectualis mere spiritualis, & forma intellectualis aliqualiter composita, differunt specie, propriè loquendo, de differre specie. Antecedẽs patet. Vnde inter naturas creatas, nulla est perfectior natura intellectuali, etiam secundum illam auctoritatem Augustini: Viuentia non uiuẽtibus, spiritualia, corporalibus &c. consequentia probatur; nam forma quanto est nobilior, tanto magis distinguitur in plures gradus nobilitatis, & species alterius rationis: si ergo forma intellectualis, (si pro quia) est nobilissima, ex primo antecedente. Sequitur quòd ipsa multiplicabitur in plures gradus & species distinctas: Assumptum patet inductiuè, in omnibus formis: plures sunt formæ specie distinctæ mixti, quàm formæ elementorũ: deinde plures uegetatiuæ: deinde plures sensitiuæ: & sic argumentum est una bona persuasio, licèt non sit demonstratio.

CONCLVSIO ISTIVS QVAESTIONIS &c.] Scotus in ista quæstione sic procedit: primo dat conclusionem certam: quam supponit tanquam ueram. Deinde dat rationem illius a priori, & a posteriori, quare illa est uera. Et finaliter respondet ad argumenta principalia.

Ordo Sco. hac qõne.

Quantum ad primum, est cõclusio communis omnibus Doctoribus, & certa Scoto: quòd angelus, & anima, differunt specie. Pro ista conclusione notat Ioannes de Bassolis tertia distinct. secundi quæstione secunda, quod aliqua differre specie, potest dupliciter intelligi. Vno modo negatiuè uel priuatiuè. Alio modo positiuè. Vnde illa differunt specie positiuè, quæ non solum non sunt eiusdem speciei. Sed cum hoc sunt duæ species specialissimæ, uel subalternæ. Exemplum, homo, & asinus, differunt specie positiue, patet. nam sunt duæ species specialissimæ, & positiua etiam. modo in conclusione ista non intelligitur positiuè, quod angelus & anima differant specie positiuè, sic quod sint duæ species: nam non tenemus, quod anima dicatur esse una species specialissima, ab ipso angelo specie distincta, ut homo ab asino; licet bene dicatur anima esse pars speciei, scilicet ipsius hominis, quæ est species: angelus tamen bene est una species completa ab omni alia distincta.

Concl. Sco. Angelus & aĩa differũt specie, & quo . . . Aliqua differre specie intelligitur dupliciter.

Secundo dico, quod ista conclusio debet intelligi de differre specie negatiuè: quod scilicet anima, & angelus, non sunt eiusdem speciei. Isto modo etiam duæ differentiæ materiales, ut Sorteitas, & Platoneitas, differunt specie, idest non sunt eiusdem speciei, & per hoc soluuntur omnia argumenta. Probatur tamen hæc conclusio hoc modo intelligendo illam. Quandocunque sunt aliquæ duæ formæ, quæ dicuntur habere aliam, & aliam rationem informandi, & perficiendi, illæ duæ tales formæ differunt specie: sed sic est quod angelus & anima sunt duæ formæ, quæ habent aliam & aliam rationem perficiendi materiam: nam nullo modo angelus potest perficere materiam informando: & anima utique potest informare materiam: ergo sequitur quòd non sunt eiusdem speciei: & per consequens differunt specie. Nam si haberent eandem rationem perficiendi materiam, non uidentur ratio, quare non essent eiusdem speciei. Vnde ista ratio supponit illud quod habet Scotus nona quæstione quodliberi, utrum angelus potest informare materiam: & breuiter dicit quòd non. Immo est simpliciter impossibile. Probat ipse una ratione tali. Quãdocunque est aliquod ens completum, per se existens, omnino nulli alteri potest communicari per informationem: sed angelus est tale ens in se completum, per se actualiter existens: anima autem non, nam habet illam naturalem inclinationem ad corpus: licèt anima non sit ens in alio existens tanquàm subiecto, est tamen in alio, quia communicatur illi informatiuè, & non est incommunicabiliter existens, sicut angelus, ideo nullo modo angelus potest informare materiam, & tamen ipsa anima bene potest, ut patet loco allegato, istud tamen est una persuasio.

Probatur conclusio.

Sed si quærat aliquis, quæ est causa a priori, quare angelus & anima non sunt eiusdem speciei, & non differunt specie. Nam de ratione a posteriori non quærimus hic. Respondet Scotus, secundum diuersos Doctores diuersimodè assignantes rationem, a priori, quare angelus, & anima differant specie modo dicto, & non sunt eiusdem speciei. Et primo secundum Beatum Bonauenturam, qui talem rationem assignat, & dicit illam esse a priori, & arguit sic, illa quæ sic se habent quod unum est unibile materiæ, aliud uero non est unibile materiæ, differunt specie, sed angelus & anima hoc modo se habent, quòd scilicet angelus nullo modo est unibilis materiæ, ipsa uero anima est unibilis materiæ. ergo angelus & anima differunt specie, hanc rationem dicit Beatus Bonauentura esse a priori, per uniri, uel posse uniri materiæ, & non posse uniri. Scotus non impugnat istam rationem ex eo quòd ipse accipiat aliquid falsum, & male dicat, sed uult ostendere, quod ista non est ratio a priori,

Dubitatio de cã a priori differẽtiæ angeli & animæ.

quare

quare angelus & anima differant specie, quod tamen quærimus hic. Et arguit sic Scotus, magis materia est propter formam, quàm ipsa forma dicatur esse propter materiam. ergo si Angelus, & anima, distinguantur specie per hoc, quòd est uniri posse materiæ, uel non posse uniri materiæ: ergo illa ratio non est a priori, ad probandum ista distingui specie, sed a posteriori; Antecedens est Philosophi secundo Physicorum, forma est finis materiæ: modo quandocunque aliquid ordinatur ad aliud tanquam ad finem, illud, ad quod ordinatur est propter ipsum. Minor huius syllogismi probatur, primo de anima; Membra cerui non differunt a membris leonis, nisi quia anima differt ab anima, hoc modo inuestigat distinctionem membrorum secundum formam, & non secundum materiam; nam forma est finis materiæ, & non èconuerso, materia finis formæ, & sic ista ratio non est a priori.

Confirmatur ista ratio, quia demonstratis duabus materiis, hæc non est illa: ergo ratio perficiendi materiam non est prima ratio distinguendi aliqua specie. Antecedens patet, quia materia asini non est materia bouis, nec èconuerso, materia bouis est materia asini: patet etiam consequentia, quia ratio quare, uel quomodo illæ formæ distinguuntur, non est quia hæc materia perficitur illa forma, uel alia: sed quia hæc est talis natura, & hæc talis natura: ut dicemus infra. Non est ergo ratio ista, nisi a posteriori, nos autem quærimus ratio nem a priori.

Opinio Alexandri Halensis.

Et ideo magister Alexander de Hales, in prima parte summæ, collatione de substantia angeli, quæstione secunda, aliter dicit ad istam difficultatem quare, uel quæ est ratio a priori, quare angelus & anima differant specie: & assumit unum fundamentum; ex quo ad difficultatem dicit, fundamentum suum est tale, quòd gradus intelligendi maior, uel minor in angelo, & anima, est principium distinctiuum illorum secundum speciem. Et Scotus impugnat illum in hoc, quòd dicit, quòd est principium distinctiuum &c. nam ille supponit quòd minus intelligit anima quàm angelus; minus tamen intelligit secundum illud: Minuisti eum paulò minus ab angelis: iste ergo gradus intelligendi maior uel minor, sufficit ad faciendum angelum distingui specie ab anima, & èconuerso, hic est modus istius Doctoris, probat tamen istum modum a simili: nam anima sensitiua in brutis distinguitur specie ab anima sensitiua in homine & anima unius speciei brutorum ab anima altera specie, penes diuersos modos sentiendi. Nam secundum aliquem gradum perfectionis est in boue, secundum alium gradum perfectionis est in leone, uel equo, & sic de singulis.

Fundamentum Alex.

Impugnatur fundamentum a Scoto.

Probatur conclusio.

Breuiter tamen dico, quòd Franciscus de Mayronis in quarto passu quærit istam difficultatem. Vtrum anima sensitiua in brutis sit eiusdem speciei, uel rationis; & uidetur dicere quod non, &c. Finaliter dicit quòd sic: & tunc esset difficultas, quomodo illa bruta distinguuntur specie. Nam non per materiam sensitiuam, & sic oportet aliquam aliam formam proponere distinctiuam illius, & ipse loquitur per fortè, quòd forte non esset inconueniens. Et de Ianduno tenet utramque partem probabiliter. etiam ego. Et sic hoc modo assignaret rationem Dominus Alexander, quomodo angelus & anima differunt specie, a priori.

Quid de Mayronis sentiat de Distinctione animæ sensitiuæ in brutis.

Confirmat etiam Alexander hanc suam sententiam, alio argumento & arguit sic: Formæ intellectuales, quæ sic se habent, quòd una discurrit intelligendo, alia non discurrit intelligendo, illæ distinguuntur specie a priori. Et hoc modo secundo confirmat Alexander animam, & angelum distingui specie a priori.

Sco. arguit contra Alexandrum.

Contra istum modum dicendi arguit Scotus, non quòd dicat aliquid falsi, nisi de angelo, quòd non discurrit, sed probat Scotus, quòd hæc ratio est insufficiens ratio a priori, ad probandum quòd angelus & anima distinguantur specie: & arguit sic primo. Si ratio distinguendi aliqua a priori esset hoc, quòd est posse discurrere, uel non posse discurrere, sequeretur, quòd eadem anima a seipsa distingueretur specie: consequens est falsum: ergo & antecedens. consequentia probatur, nam eadem anima intelligit principia, & conclusiones, & tamen anima circa principia non discurrit, nec potest discurrere: & circa conclusiones bene discurrit, ab ipsis principiis: & sic eadem anima habebit plures intellectualitates distinctas: nam posse discurrere, dicit unam intellectualitatem: & non posse discurrere, aliam per te: ergo ista eadem anima a seipsa differret specie; quod tamen est falsum. & impossibile: ergo illud scilicet posse discurrere, & non posse discurrere, non est sufficiens ratio a priori. Sed communiter Lectores solent quærere hic. Vtrum angelus possit discurrere: ad quod breuiter dico, quòd sic: sicut anima beata, & anima quæcunque. Sed pro hoc nota, quòd ad discursum, principaliter requiruntur duæ conditiones. Vna est, quòd sit unus actus intelligendi circa præmissas, & alius distinctus actus intelligendi, qui est circa conclusionem. Secundo requiritur, quod illo discursu, ueniamus a notitia magis noti, ad notitiam minus noti. De hoc dictum est in prologo primi quæstione utrum Theologia in se, sit scientia: quomodo Deus non discurrit, propter istas duas conditiones, quæ deficiunt illi. Nota etiam secundo, quod ad discursum, non requiritur tempus, uel mensura duratiua, sed sufficit mensura, quæ uocatur æuum: & hoc est bonum ad tenendum, quòd angelus discurrit, & sic patet illa ratio Alexandri.

Secundum argumentum contra Alexandrum.

SECVNDÒ ad idem arguitur, contra illum Doctorem, supponendo, quòd anima beata cognoscit essentiam Diuinam, & res creatas etiam in ipsa essentia Diuina, tanquam in eminentiori. Et potest etiam ipsas res creatas cognoscere in genere proprio, si essent illi approximatæ. unde illud quod dicitur de anima Christi in tertio distinct. decimaquarta patet bene per hoc. Nota etiam quòd probabiliter tenetur, quòd intellectus angeli, & intellectus animæ beatæ, concurrit actiuè ad actum beatificum: obiectum tamen beatificum est principale agens, & intellectus minus principale. èconuerso uero se habet intellectus ad alios actus, quos intellectus & obiectum producunt circa res creatas: quia obiectum in illo actu beatifico est causa uniuersalior, & illimitatior, & ipsum obiectum est causa limitata; istis ergo stantibus tanquam ueris, arguitur sic, probando quòd angelus & anima non differunt specie, per discurrere, uel non discurrere. Anima beata non discurrit in obiecto beatifico, cognoscendo illud; & ipsa anima beata potest discurrere in cognoscendo alia naturaliter: ergo eadem anima secundum quòd ipsa habet intellectionem de essentia Diuina, distingueretur specie a seipsa, inquantum ipsa cognoscit alias res creatas. Consequens hoc est falsum, ut patet bene: ergo & antecedens. Vnde pro hoc, dictum est in Prologo primi, in materia de subiecto Theologiæ, quòd cognitio beatifica, quam beati habent, dicitur notitia, uel cognitio incomplexa, & sic patet quod in illa, ipsi beati non discurrunt, quia notitia discursiua est complexa.

Tertium argumentum D. Alexandri.

TERTIÒ principaliter ad idem contra istum modum arguitur. Supponendo illud suppositum in alio argumento, scilicet quòd intellectus angeli & animæ beatæ, concurrit actiue ad uisionem beatificam, tunc sic arguitur. Si natura intellectualis, que potest discurrere distingueretur specie ab illa, quæ non potest discurrere. Sequeretur, quòd intellectualitas cuiuscunque angeli quantumcunque inferioris, esset perfectior quacunque intellectione cuiuscunque animæ quantumcunque perfectè: consequens est falsum, ut patet; immo hæreticum: ergo illa ratio a priori distinguendi aliqua specie, non est bona. consequentia probatur, quia quodlibet unius speciei, a toto genere, excedit quodlibet alterius speciei: patet, nam homo est perfectior ipso asino, & differet specie ab ipso, etiam quicunque homo quantumcunque imperfectus, est perfectior quocunque asino. Falsitas tamen consequentis probatur, de intellectu animæ Christi; & animæ Beatæ Mariæ Virginis, quia anima Beatæ Virginis, habet nobiliorem gradum cognoscendi, quàm quicunque angelus; quia exaltata est super choros angelorum. Ex ista ratione sequitur, quòd uisio beatifica Michaelis, & uisio beatifica Beati Petri, non differunt specie de eodem obiecto. Probatur: nam uel illa uisio Beati Petri esset perfectior a tota specie, uel illa uisio Beati Michaelis: si uisio Beati Petri esset perfectior a tota specie, nullus angelus esset, tantum beatus, sicut homo beatus, etiam infimus: consequens est falsum, nam uisio Beati Lini esset perfectior quacunque uisione cuiuscunque angeli, quod est falsum, ergo &c.

Beatitudo angelorum in toto genere non est perfectior beatitudine hominum.

Vltimum argumentum contra Alexandrum.

VLTIMÒ ARGVITVR SIC: Contra illam rationem Alexandri inquirendo quid intelligit Doctor irrefragabilis, per hoc quod est, angelum non posse discurrere: uel intelligis illum non habere potentiam, qua ex cognitione principiorum deueniat ad cognitionem conclusionis, uel non discurrit, quia omnia cognoscit actualiter ab instanti suæ creationis, uel tertio non discurrit, quia omnia cognoscit habitualiter; sed nullum istorum impedit, quin angelus possit discurrere: ergo &c. Primum non datur, nam bene sequitur: homo habet illam potentiam, unde ex principiis ad conclusiones possit discurrere: ergo etiam angelus habet illam. probatur ista consequentia. Nam illa perfectio in homine, est

supplens imperfectionem ; nam anima non potest simul æque primo cognoscere principia, & conclusiones : & ad hanc imperfectionem supplendam ponitur discursus in nobis : ergo non est neganda ab angelo. Secundum non datur, nec aliquis (etiam Diuus Thomas) diceret de angelo : quia etiam de anima Christi non conceditur, & tamen ipsa est supra omnes angelos, nec dabis Tertium. nam tunc aliqua anima cognoscens habitualiter, non distingueratur specie ab angelo, quia non discurreret ; patet de anima Christi, quæ omnium cognoscibilium quidditatum habet species : & tamen anima Christi poterat discurrere ; & sic illæ rationes non sunt a priori, ad probandum angelum, & animam, differre specie, & ita relinquitur a Doctore nostro. Sequitur opinio Scoti.

Resp. Scoti ad quæst. iuxta propriã opinionẽ per quædam dicta.

Primum dictum.

2. dictum.

DICO tunc ad quæstionem. Consequenter de mente sua Scotus dicit ad quæstionem ; qua quærebatur, utrum angelus & anima differant specie. Et pro solutione sunt aliqua dicta. Primum dictum est istud, quicquid est potens agere, est aliquod ens habens actum primum ; probatur. nam agere præsupponit esse. Secundum dictum in potente agere secundum naturam, prius est actus primus secundum se, quàm in comparatione ad actum secundum. Pro hoc notandum est, quod actus primus consideratur dupliciter. Vno modo secundum se & absoluta. Alio modo in comparatione ad actum secundum, cuius est principium. dico nunc primo, quod forma substantialis, quæ est actus primus respectu operationis, consideratur dupliciter. Vno modo secundum se absolute. Alio modo in comparatione ad actum, uel ad illam productionem, qua producit illa accidentia consequentia illam : modo actus primus : uerbi gratia memoria fœcunda secundum se, inquantum talis, bene præcedit seipsum inquantum est principium actus secundi. idest inquantum est principium generationis filij. patet inductiuè. Hoc modo intellectus noster, est actus primus, & dicitur esse principium actiuum respectu actus secundi, idest intellectionis : & ipse præcedit seipsum, inquantum comparatur ad illam intellectionem, uel actum secundum. Nam illud, scilicet habere respectum ad actum secundum, sequitur ipsum principium actiuum, inquantum tale est, & sic patet illud dictum. Tertium dictum est, quòd licet in potente agere, uel operari, ipsum, quo illud potest agere, uel operari, sit natura illius, tamen prima entitas illius non est natura sua, secundum quòd est principium actus secundi. Declaratur ista conclusio exemplo, homo dicitur potens agere, quando potest producere sibi simile in specie, uel etiam, quando potest intelligere, & uelle, principium istarum operationum est ipsa humanitas ; & hoc principium remotum quo ; non tamen dicit Scotus: credatis, quòd illud principium, scilicet humanitas sit principium illarum operationum, inquantum habet respectum ad actus illos, uel operationes illas, non inquam, inquantum talis natura absolutè dicitur habere principium respectu illarum operationum, & ista est bona resolutio Doctoris nostri in ista materia. Ex istis nunc sequitur Corollarium de mente Scoti, quòd prima distinctio entitatis alicuius non est per materiam suam inquantum principium talium operationum, sed inquantum est talis natura absolutè : ista est distinctio a priori, de qua est sermo hic. Quarto dico, quòd licet natura animæ, & angeli, sint principium uolendi & intelligendi, tamen principium in angelo, & principium in anima, est hæc natura angeli, & illa naturæ animæ. hoc dictum quo ad primam partem sui patet distinctione decimaquinta huius quæstione secunda. Vtrum potentiæ animæ realiter distinguãtur ab anima &c. & dicemus, quòd non ; imò sunt idem realiter. Et ideo dicit, quòd in anima principium est hæc natura, & in angelo etiam natura sua, & ista est prima. Ex istis sequitur Corollarium. Quòd prima distinctio angeli ab anima, uel e conuerso, non est per principium intelligendi, uel uolendi, sed quia tales naturæ. Hoc dictum est contra Alexandrinum dicentem quòd penes diuersos gradus intelligendi Scotus dicit quòd non, sed quia tales naturæ. Et hoc declarat Scotus exemplo ; nam si quæratur quomodo distinguitur sol a planta, & hoc, distinctione a priori, utrum dicamus quòd ex eo quòd sol est principium generandi uermem, murem &c, & ipsa planta non est principium illorum, utrum ista sit ratio distinctionis ipsorum a priori ? dico quòd non. Sed bene a posteriori, patet. nam si per possibile, potentiæ Diuinæ, uel impossibile, communicaretur ipsi plantæ illa uirtus solis productiua ranæ, & muris, ipso sole manente in natura sua, adhuc ipse sol specie distingueretur ab ipsa planta, & tamen non haberet tunc uirtutem producendi ranam, & uermem, per casum positum. Hoc modo dico nunc de anima, & angelo, quòd non distinguuntur specie a priori, per hoc, quod est esse principium discurrendi, uel non.

3. dictum.

Prima distinctio a'i entitas nõ per materiam suam.

4. dictum.

Cor. prima distinctio angeli ab aïa & e conuerso nõ est per actus secundos, sed per naturã eorum.

Rõ formalis a priori quare angelus & anima differũt specie.

Conclu. Sc. habet tres partes.

Ex istis ergo correlatiuè concluditur conclusio Scoti, quòd ratio, quare angelus, & anima differunt specie a priori est, quia angelus est talis natura, & non quia discurrit, uel non, & nõ differunt specie tanquam duæ species, ex dictis, sed sicut species, & pars speciei, & nulla est alia causa a priori. Ista conclusio habet tres partes, primo per hoc quod ait, quia hoc est hoc, intelligo rationem formalem illorum, quibus ipsa formaliter intrinsecè, & a priori distinguitur. Secundo dicit, quòd non sint duæ species, patet per exponentes ; quæ sunt istæ, demonstrato angelo, dicere: hoc est species una, & demonstrata anima dicere, hæc est alia species & illa species, quæ est angelus, non est ista species, quæ est anima ; & tunc certum est quòd ista exponens de anima, est falsa, quòd anima sit species. nam tantum est pars speciei, omnes uero aliæ bene sunt ueræ ; nam anima non est simpliciter ens incommunicabile, sed communicatur ad minus, ut quo.

Corol. quo habent respondere Sectatores Auer. ro. ad q̃onem.

Ex quo sequitur, quòd tenentes illum modum Commentatoris, quòd scilicet tantum est unus intellectus in omnibus hominibus, habent etiam dicere, quòd angelus & anima differunt sicut duæ species. Nam ille dicit animam esse ens completum, & quod nulli communicatur per informationem, sed tantum per assistentiam, sicut nauta naui. Ista tamen opinio est erronea, & sic ad istam difficultatem dicemus, quòd angelus & anima differunt specie a priori, ex rationibus formalibus ipsorum. & aliæ rationes aliorum Doctorum magis sunt a posteriori, quam a priori.

Dubitatio.

Solutio.

¶POTEST etiam addi &c.] Sed monet interim unam difficultatem Scotus satis problemeticam apud multos. Vtrum scilicet intellectualitas angeli, & intellectualitas animæ, differant specie. Respondet Scotus, quòd de hoc sunt duo modi dicendi ; unus est ad partem negatiuam, tenendo quòd intellectualitas angeli, & animæ, non differant specie; probat iste modus conclusionem aliquibus rationibus probabilibus : primo sic, intellectualitas angeli, & intellectualitas animæ sunt circa obiectum eiusdem rationis ; ergo illæ sunt eiusdem rationis, & non distinguuntur specie. consequentia probatur. Nam quæcunque intellectualitates sunt circa idem obiectum, sunt eiusdem rationis, & non distinguuntur specie. quod autem sint circa idem obiectum intellectus nostri ex natura potentiæ, & ipsius angeli, licet non intellectus nostri pro statu isto. Confirmatur ; nam anima bouis ; & anima aquilæ, distinguuntur specie, non tamen potentiæ uisiuæ in illis distinguuntur specie ; ergo etiam stabit, quòd naturæ angeli & animæ distinguuntur specie, non tamen uis intellectiua illarum ; cum sint circa idem obiectum. consequentia probatur ; nam illæ potentiæ uisiuæ non distinguuntur specie, quia sunt circa idem obiectum : ergo a simili: & istæ intellectualitates angeli & animæ intellectiuæ, non distinguuntur specie, quia sunt circa idem obiectum. Hoc autem est possibile, dicit Scotus, quod duo aliqua continentia, differant specie, non tamen ipsa contenta differunt specie ; ergo stat, angelum, & animam differre specie, & tamen intellectualitates ipsorum, non differre specie ; consequentia uidetur nota a simili ; nam angelus continet suam uim intellectiuam : & anima suam. Antecedens patet, quia multa entia differunt specie, ut homo, asinus, capra, leo, &c. non tamen contenta in ipsis. patet de passionibus entis ; nam passiones entis includuntur in omni ente, lapide, asino &c. illæ tamen passiones entis, ut unitas, ueritas, bonitas, & huiusmodi sunt in omnibus illis idem secundum speciem, & secundum unam rationem, & sic patet illa ratio.

Confirmatur ratio.

Tertia rõ.

Tertia probabilis ratio huius modi est ista. In uno eodem realiter continentur plura per identitatem formaliter distincta ; ergo stat angelum & animam distingui specie ; & tamen contenta in ipsis, non differre specie: huiusmodi sunt illæ intellectualitates, ergo &c. Antecedens patet ; nam in eodem homine, sunt plura realiter eadem ipsi homini, tamen formaliter distincta a seipsis, ut formalitas humanitatis, & animalitatis, & differentiæ indiuiduales &c. Patet consequentia a simili, quoniam de similibus idem iudicandum est. Ex his infert Corollarium huiusmodi dicendi. Si uerum est, quod illa intellectualitas angeli & animæ, non differant specie, tam planum est, quòd angelus, & anima non distinguerentur specie, a priori, nec a posteriori, per huiusmodi intel-

di intellectualitates. Ratio est bona: nam si illæ sunt eiusdem rationis, quomodo facient aliqua distingui, ratione, uel specie? & sic Dominus Alaxander non multum benè distingueret angelum, & animam specie, & sic patet iste modus dicendi. Secundus modus dicendi, probabilis tamen, de quo parum curat Scotus, quòd intellectualitates angeli, & animæ, distinguuntur specie. Pro hoc tamen modo dicendi Scotus nihil addacit, nisi quod si essentiæ sunt alterius rationis, etiam potentię, quæ illas consequuntur: sed illæ essentiæ animæ, & angeli distinguuntur specie, ex dictis; ergo illarum potentiæ distinguuntur specie, & istum modum tenet de Bassolis Cathagoricè. 3. d. 2. q. 2. & sic patet quid dicendum est ad istam quæstionem secundum Scotum.

Secundus modus dicēdi & dubiū est quòd intellectualitatis angeli et animæ distinguūtur specie.

¶ Ad primum argumentum &c.] Contra istam resolutionem, sunt argumenta principalia; & primo arguitur sic: benè sequitur, esse angeli & animæ differunt specie; ergo potentiæ in illis fundatæ differunt specie. Et ultra, potentiæ illæ differunt specie: ergo operationes illarum specie distinguuntur: ergo etiam obiecta illarum operationum, ergo consequens est falsum: ergo & antecedens; Sunt tres consequentiæ, prima est ergo etiam potentiæ & ista relinquitur nota. Secunda consequentia est, ergo & operationes illarum. patet inductiuè, potentia uisiua, & auditiua, differunt specie: ergo etiam uidere, & audire, differunt specie. Tertia consequentia patet satis. quia actus distinguuntur per obiecta. Intellectus angeli, & animæ, sunt alterius & alterius rōnis, ergo & obiecta eorum probatur, nam si est idem obiectum intellectiuum illorum, tam angeli, quàm animæ; ergo angelus & anima non differunt specie, quod est contra te. Respondet Scotus ad hoc argumentum, tenendo primum modum dicendi; quod s. intellectualitas angeli, & animę non differunt specie. Quando arguitur sic, essentiæ differunt specie, concedo, ergo potentiæ; nego consequentiam. Nā stat, aliquas naturas esse specie distinctas, & potentias illarum esse eiusdem rationis. sed est uerum illud, quod dicit primus modus: & consequentia illa non probatur. Ideo argumentum benè soluitur secundum illum modum. Sed secundus modus dicendi aliter diceret, quòd illæ intellectualitates differunt specie. Ad argumentum tū, qñ arguitur, concedo primum consequēs. & consequentiam. Ad secundam consequentiam, nego illā, & cum probatur, dico quòd illas operationes angeli, & animæ, esse specie distinctas, potest intelligi dupliciter. Vno modo quòd distinguantur specie, ex parte obiecti. Alio modo ex parte fundamēti, unde illæ operationes differunt specie ex parte obiecti quæ habent obiecta specie distincta, ut uidere, & audire; & hoc modo benè concedo. Secundo modo potest intelligi potētias illas distingui specie rōne fundamenti, inquantum fundamenta illorum specie distinguuntur: & hoc modo specie distinguuntur operationes hominis & asini ratione fundamenti. Et hoc modo operationes Angeli & hominis distinguuntur specie; quia etiam naturæ ipsorum specie distinguuntur, non tamen rōne obiectorum. Nam est idem obiectum illarum. Et ea his infert Corollarium Scotus. Non enim nos quærimus hic, utrum illæ operationes formaliter distinguantur specie, absolutè secundum se sumendo illas: sed comparando illas ad illam naturam, uel fundamentum illarum uel ad ipsum obiectum. Et ideo pro hoc est Corollarium Scoti, quòd si illæ operationes distinguuntur specie, ratione fundamenti, illæ operationes simpliciter specie distinguuntur. nam identitas quam illæ operationes habent ab obiecto, est identitas secūdum quid; sed diuersitas, quam habent in fundamentis, est simpliciter. Quod autem habeant idem obiectum; hoc accidit. Sed quòd illæ sint ab illis fundamentis, est de rōne ipsarum. Ex istis sequitur secundo, Quòd si ex diuersitate illorum obiectorum, sequatur diuersitas operationum; tamen ex idētitate, non sequitur identitas.

Secundus modus dicēdi ad difficultatem.

Soluit argumentum primum iuxta secundū modum dicēdi ad difficultatem.

Solutio primi argumēti iuxta primum modū dicendi.

Soluit argumenta principalia.

Sed tunc est difficultas contra Scotum; quæ fiebat contra Alexandrum ducendo illum ad metam falsi. Quoniam, si angelus habebit perfectiorem modum cognoscendi, quàm quæcunque anima quantumcunque perfecta: quod tamen est falsum, modo arguitur sic, dicis quòd intellectualitas angeli, & animæ, specie distinguuntur: contra, nam tunc uel intellectio angeli esset nobilior, quàm intellectio animæ; & tunc quæcunque intellectio cuiuslibet angeli esset nobilior quacunque intellectione cuiuscunque animæ. consequens est falsum, de anima Christi, & Virginis Mariæ, & sic difficultas est contra te. Respondet Scotus ad hoc argumentum licet faciliter posset responderi, tenendo quòd intellectus animæ, & angeli, ad actum beatificum illorū merè passiuè concurrit. nam tenendo hoc, difficultas non cogit, nam quòd illa s. cognitio beatifica, uel alia Christi, sit perfectior, quàm cognitio multorum angelorum, hoc est ratione

Mouetur difficultas contra Sco.

Soluit Sco. difficultatē tenendo intellectum creatum cōcurrere ad actum beatificum merè passiuè.

obiecti causantis illam plenius in Christo, quàm in quocunque alio beato, & non est ex parte aliæ potentiæ Christi, uel angeli. Ita difficultas non habet nisi tenendo hunc modum. Sed Scotus non tenet illum modum; etiam secundum de Bassolis, imo dicit, quòd actiue se habent intellectus &c. tunc diceremus ad istam difficultatem; cum quæritur &c. 8. quæstione tertia d. primi quòd quando obiectum concurrit cum potentia, obiectum dicatur causa minus principalis; & hoc in creaturis: tamen quando obiectum infinitum concurrit cum potentia nostra, illud obiectum principalius concurrit, quàm potentia, ad causandum actum illum intelligendi. Modo, cū arguitur; operationes &c. concedo istam: ergo quælibet operatio &c. concedo de illis, quæ ab illis potentiis merè naturaliter producantur, tanquam a causis partialibus principalibus, non tamen de illis, quæ ab ipso obiecto, tanquam a causa principali dependet, sicut est actus ille beatificus. Hoc modo dicerem ego, & sic illud argumentum non cogit. Confirmatur tamen istud argumentum per quandam auctoritatem; angelus & anima sunt natura pares, officio tamen impares; tunc sic argun. Illa quæ sunt paria in natura, sunt eiusdem rationis, & speciei: sed angelus & anima sunt natura pares, impares tamen officio; ergo non differunt specie; sed sunt eiusdem speciei. Maior est nota. Minor probatur; nam officium angeli, est ministrare Deo, semper uidendo faciem patris; officium autem animæ non, ergo &c. Respondeamus ad hoc, quòd angelum & animam esse pares natura, potest intelligi dupliciter. Vno modo in essentiis illorum quòd scilicet angelus, & anima, secundum essentias suas, dicantur omnino esse æquales; & hoc modo non intelligit D. Augustinus quòd habeant eundem gradum perfectionalem. Alio modo quòd sint natura pares ad beatitudinem habendam: & sic concedo; & hoc modo intelligit D. Augustinus: hoc est dicere, quòd sicut ipsa natura angeli quietatur in ipso obiecto infinito, & in nullo alio; ita etiam anima quietatur in illo & in nullo alio. De hoc tamen habet Scotus. d. 49. quarti quæstione. 1. in corpore quæstionis, quomodo creatura rationalis est capax beatitudinis. & 1. d. primi, quomodo ultimus finis est obiectum infinitum, &c. & sic argumentum soluitur.

Cōfirmatur primum argumentum principale.

Soluit secūdum princ.

¶ Ad tertium concedi potest &c.] Tertio loco probatur quòd angelus, & anima, non differunt specie: nam sequeretur quòd uel quæcunque beatitudo cuiuscunque angeli beati, esset maior quacunque beatitudine cuiuslibet animæ beatæ, uel sequeretur econuerso, quòd quæcunque beatitudo cuiuscunque animæ, esset maior quacunque beatitudine cuiuslibet angeli: utrunque consequens est falsum; ergo & antecedens, falsitas consequentis patet. Nam beatitudo animæ, & angeli se habent sicut excedens, & excessum; aliqua beatitudo animę est maior beatitudine angeli; & è conuerso, aliqua beatitudo angeli est maior beatitudine alicuius animæ: nam beatitudo animæ Christi; & B. Virginis, est maior, quàm beatitudo cuiuscunque angeli, etiam beatitudo B. Michaelis, est maior quàm beatitudo Lini: consequentia probatur in libro, & arguitur sic; benè sequitur, Angelus & anima differunt specie, ergo uel quilibet angelus est perfectior qualibet anima: uel econuerso, quælibet anima, est perfectior quocunque angelo, probatur: nam species sunt sicut numeri; semper una excedit aliam, & quodlibet indiuiduum unius excedit quodlibet indiuiduum alterius Consequentia prima probatur; bene sequitur. quilibet angelus est perfectior qualibet anima, uel econuerso: ergo capacitas cuiuslibet angeli, dicitur esse perfectior & maior capacitate cuiuslibet animæ, uel conuerso; nam capacitas naturæ consequitur ipsam naturam: si ergo hæc natura est maior illa, etiam capacitas huius est maior capacitate illius: tunc si arguitur, & hic est punctus difficultatis. Beatitudo, ad hoc quòd sit beatitudo, requirit totam capacitatem ipsius naturæ satiari: ergo si capacitas angeli sit perfectior, & maior capacitate cuiuslibet animæ; ita beatitudo cuiuslibet angeli est maior beatitudine cuiuslibet animæ: sed hoc est falsum: ergo etiam falsum est, quòd angelus, & animæ differant specie, est argumentum in sententia, licet sit longum. Respondet Scotus ad hoc argumentum, primo admittendo illud, quòd quodlibet indiuiduū perfectioris speciei, est perfectius quocūque indiuiduo cuiuslibet alterius speciei; etiam quantumcunque perfecto; & hoc est uniuersaliter uerum in omnibus indiuiduis cuiuscunque speciei. Sed quæ est illa species nobilior, anima uel angelus? de hoc Scotus remittit se ad Tertium. lib. de anima Christi. Dico tamen Cathegoricè, quòd natura ani-

Tertiū principale deducitur.

Soluit Sco. tertium prīcipale.

Ala Christi secundum essentiã est inferior natura angeli.

mæ Christi est inferior in essentia animæ, quàm natura angeli: secundum illud: Minuisti eum paulominus ab angelis, &c. de quacunque anima dicatur, nullus est error. Ad argumentum ergo, cum arguitur, si Angelus, & anima differant specie &c. nego consequentiam. Et cum probatur, angelus & anima differunt specie, concedo, ergo maior est capacitas &c. ad hoc Scotus nihil dicit hic. Tamen in tertio libro, distinct. decimatertia quæst. 1. in soluendo unum argumentum principale illius quæstionis, dicit quòd duplex est capacitas, Quædam naturalis. Alia est obedientialis. Naturalis capacitas, est illa quæ consequitur quamlibet naturam: qua unaquæque natura potest recipere perfectionem sibi conuenientem: hoc modo, intellectus est capax omnium intellectionum, tam naturalium quàm supernaturalium. Capacitas obedientialis est illa, quæ unaquæque natura, & creatura, est capax omnis perfectionis, quam Deus sine contradictione aliqua donare decreuit illi naturæ. Vnde sequitur, quòd nullum est inconueniens, quòd anima Christi habeat maiorem gratiam, quam quicunque angelus.

Duplex capacitas alæ uel angeli naturalis & obedientialis.

Q. anima Christi habeat maiorẽ gratiam capacitatis quàm quicunque angelus.

Et tunc quando arguitur sic, quod non potest esse beatitudo &c. nego istud: ista est falsa simpliciter, nec ad beatitudinem requiritur capacitas naturalis; satis patet quadragesima nona distin. quarti quæst. 5. Nam multi beati sunt capaces maioris beatitudinis, quàm habeant: & ad maiorem inclinantur etiam naturaliter, hoc etiam patet loco allegato tertio libro. Secundo dico quòd ad beatitudinem perfectam uniuscuiusque beati, sufficit capacitatem illius naturalem satiari, per correspondentiam ad sua merita, quæ habent: licèt naturalis inclinatio illius, dicatur esse ad maiorem perfectionem & beatitudinem: tamen appetitus liber non semper conformatur illi, nisi inquantum ille appetitus naturalis est conformis regulæ Diuinæ, & uoluntati Diuinæ. Ex quo sequitur, quod licèt in beatis omnibus æqualis dicatur esse capacitas naturalis, tamen beatitudo illorum est inæqualis, secundum quantitatem, tamen est æqualis secundum proportionem, nam tantum quantum ad meritum requiritur, datur illis, & non plus. nam scriptum est, quòd reddet unicuique secundum opera sua. Et illa est falsa, quòd scilicet ad beatitudinem requiratur, &c. quod autem cum hoc stet, quòd animæ beatorum sint contentæ & quietæ, & quòd non habeant beatitudines tantas, uel tales, quales possunt recipere, de hoc in quarto. Et sic hoc argumentum non cogit, & sic patet quid sit dicendum ad istam quæstionem, & per consequens ad totam primam distinctionem.

DISTINCTIO SECVNDAE.

QVAESTIO PRIMA.



E ANGELICA itaque natura &c. Consequenter accedendum est ad secundam distinctionem, in qua Magister agit de creatione angelorum, quando fuerunt creati, & vbi, & quales, & communiter disputantur tria. Primum de existentia & esse angelorum. Secundo de loco ipsorum. Et tertio de motu angelorum. & secundum ista, Scotus format decem quæstiones in ista distinctiona, Et primo de esse illorum, quærit unam talem quæstionem. Vtrum in actuali existentia angeli sit ponenda successio formaliter.

Primus terminus existentia.

Primus terminus declarandus, est existentia, & illa capitur multis modis. Vno modo ut distinguitur ab essentia, sexta distinct. tertii, essentia, & existentia, non distinguuntur nisi penes diuersos modos significãdi, & non aliter, nisi sicut concretũ & abstractũ, uel quasi concretum, &c. Contra Thomam. Secundo modo capitur existentia, uel existere, ut distinguitur contra inhærere. Vnde prima quæstione quarti: Illud existit, quod non in alio existit, uel nulli inest: & hoc modo habere existentiam, conuenit omni substantiæ, tam communicabili, quàm etiam incommunicabili. Tertio modo capitur existentia, ut distinguitur contra subsistentiam, uel subsistere. & hoc modo existentia dicitur de illis, de quibus esse potest dici in propositione de secundo adiacente. Et hoc modo omne ens extra causam suam, siue sit substantia, siue accidens, dicitur existere. & subsistentia est unum inferius ad illam. Nam subsistere addit incommunicabilitatem, & hoc modo capitur hic. angelus enim est suppositum per se subsistens. Quarto modo capitur existentia, ut distinguitur contra esse obiectiuum, quomodo omnes creaturæ habent esse in mente Diuina. nam non existunt in illa. hæc enim esset falsa, pro esse subiectiuo, Sorte non existente, Sortes est homo: licet bene esset uera de esse obiectiuo, & hoc modo potest capi existentia hic, nam dicit, actuali, ad differẽtiam illius, quæ est in esse obiectiuo, nam non subsistunt. Angelus, dictum est sæpè, quid est. Successio capitur dupliciter. Vno modo propriè. Alio modo impropriè.

Successio dupliciter capitur.

Successio propriè, est ordo quidam duarum partium ipsius continui, sibi inuicem succedentium, quæ partes habent sibi inuicem incompossibilitatem: ut motus & tempus, nam duæ partes motus, & temporis, prior & posterior, non possunt esse simul, hoc modo capitur successio quarto Physic. ubi dicitur, quòd in indiuisibilibus, impossibile est esse successionem, quia scilicet non habent illas partes, secundum quas attenditur illa successio, & ordo ille. Secundo modo capitur successio communiter, & impropriè, pro omni illo quod continuè accipit esse, uel pro omni illo, quod alia & alia actione accipit esse. Et hoc modo non inconuenit, quòd ens permanens habeat successionem: quia substantia in primo instanti, accipit esse, tamen deinde continuè accipit esse, uel conseruatur in esse: siue una & eadem actione, siue alia & alia: & hoc modo capitur hic successio. Argumenta tam ante, quàm post soluuntur. nam uterque modus est probabilis, tam Bonauenturæ, quàm Henrici.

Duo modi dicendi ad quæstionem.

¶ Hic dicitur &c.] In ista quæstione sunt duo Doctores. Vnus ponens successionem in angeli existentia. Et alius negans illam, & Scotus probabiliter tenet utramque partem, & parum se determinat. Quantum ad primum est conclusio Beati Bonauenturæ cum suis motiuis.

Opinio Bonauenturæ primus modus concl. B. Bonauenturæ.

Conclusio illius est: In existentia actuali angeli, ponenda est successio formaliter. Duratio angeli, uel mensura duratiua eius consistit in quadam successione: quia semper conseruatur in esse. Istam conclusionem probat Beatus Bonauentura. Quatuor rationibus. Prima est ex parte conseruationis. Pro qua supponit duo. Vnum est secundum Augustinum super Genesim ad literam. libro octauo capitulo decimonono, sicut aer non est factus lucidus a sole, sed continuè fit lucidus, sic etiam creatura continuè fit ab ipso Deo. nam si aer esset factus lucidus ad præsentiam solis, sole absente, adhuc aer esset lucidus, quod tamen est falsum, ut patet. Nam manente causa, manet effectus, & non manente sole, etiam nec lux in medio.

Suppositum secundũ ex D. Aug. &c.

Secundum suppositum Bonauenturæ est, secundum Augustinum super Genesis cap. 12. Deus non se habet ad creaturam, sicut ædificator ad domum. nam ædificator ad domum ita se habet, quòd ipsa facta manent, siue hoc quòd conseruetur ab ipso domificatore. Nam ita accidit sæpè, quòd domus manet, ubi tamen domificator non est, immo est mortuus, hoc modo non se habet ipse Deus ad creaturam: nam si dimitteret me, postquam semel creauit me: ego non essem amplius. Istam eandem auctoritatem reperiemus duodecima quæstione quarti. Ex istis nũc suppositis, arguit sic.

Arg. D. Bonauentura.

Beatus Bonauentura: Semper creatura fit a Deo, & non est facta, sed est in continuo fieri: ergo creatura continue ponitur in esse a Deo: & sic creatura semper est in continua successione. Antecedens patet ex illis suppositis. Consequentia probatur. nam si semper fit, uidetur quòd in existentia illius dicatur esse continua successio: quia illa continua acceptio esse creaturæ ab ipso Deo, uidetur dicere quandam successionem in ipsa existentia angeli. Ratio ista habet bonam apparentiam.

Cõfirmatur arg. Prima confirmatio.

Confirmatur dupliciter, & pro prima confirmatione, notandum est, quòd aliquid conseruare aliud est dupliciter. Vno modo negatiuè. Alio modo positiuè. Primo modo, Deus dicitur conseruare res, quando non annihilat illas. hoc modo quilibet nostrum conseruat lucem in medio negatiuè, quando non extinguit candelam accensam. Secundo modo illud conseruat, quod continuè agit ad illud conseruandum. modo arguitur sic. Si angelus continuè non acciperet esse: Sequeretur quòd Deus non conseruaret esse angeli: probatur consequentia, nam angelus per se non accipit continuè esse, ergo Deus nihil facit ad esse angeli, ergo non conseruat angelum. Et non ualet dicere, quod non destruat illum: nam istud est conseruare priuatiuè: sed positiuè, oportet quòd det illi continuè esse, adhoc quod dicatur illud conseruare positiuè. modo si conseruaret præcisè ex eo, quod non destruit illum, etiam dicam ego, quòd ille qui annihilat, agit positiuè: Consequens tamen est falsum, probatur consequentia. Annihilare est non agere.

igitur

2. Confirmatio.

igitur qui conseruat, agit aliquid. Secundò confirmatur illa ratio, & arguitur sic: Nulla creatura dicitur esse simpliciter in dependeos: ergo angelus contione dependet, & est io ficri secundum suum esse ab ipso Deo. Antecedens petet: oam omois creatura compooitur ex actu, & potentia, & est finita octaua distinct. primi quæstiona secunda. Sed creaturam componi ex actu & potantia, potest dupliciter iotelligi. Voo modo positiuè. Alio modo priuatiuè. ptimo modo componitur aliquid ex uoa parta quæ est pars poteotialis, & alia quæ est pars actualis, hoc modo falsom est uniuersaliter de omni creatura, qoòd omnis creatura componatut ea actu, & potentia: patet de angelis, cootra Thomam. Alio modo iotelligitur prioatiuè, quia quælibet creatura est fioita, & priuetur aliquo gradu perfectionali, qui gradus oon repugnat ills in ratione entis: ut patet da taipa, qoæ in ratione animalis est cæca, quia sibi oon repognat uisio. Etiam angelo inquantum ens, uoo repugnat infinitas, oel necessitas: nam illa compatiuntur se cum ente, hoc modo dicaremus angelom componi ex actu, & potentia, & ita hoc modo continuè depandet ad ipsum Deum, & est soccessio io illius exilteotia, &c. Dat tamen Scotus unem eoasionem, quæ tamen est uera solutio. dando unam distinctionem, & solutio istius est infra. Distinctio est, Quòd actio capitur dupliciter. Voo modo pro actiona immanenta. Alio modo pro actiona transeunta, uel successioa. Actio soccessiua est illa, quæ non est una, sed plures sibi inuicem succedeores secundum aliquos. oam dicunt illi quòd actione alia inducitur uous gradus caloris eb igne io aqoam: alia actione alius gradus: & deinceps: ista enim dicitur actio successioa, includens illas partiales actiones, hoc modo noo diceremus nos, sed quòd est una actio propter illam continuam successionem ad iooicem, & tamen quia calor ille non ioducitur totus simul, sed successiue, dicetur actio successiua, non quòd fiat plures. Et iden dicetur actio permanens, quæ tota simul est, uel qua totom simol acquiritur aliquid: ot generatio formæ substantialis dicitur actio permanens, nam tota simul acquiritut. Ex his ad argomentum, ad formam dico, quòd Deus conseruando creaturam, agit positiuè. Vode sequitur quòd concedimus omnia antecedentie sumpta io illo argumento, & hoc ast primum dictum. Secundum dictum Scoti, pro Henrico, Deus non agit actione aliqua positiua conseruando creaturam: & maximè loqoendo de conseruatione angeli, nam de illo maximè loquimur hic. probatur hoc dictum, quia nolla est forma in tali conseruatione, secunduoi quam posset attendi illa successio, uel cootinue cõseruatio. nam da mihi illam formam, nõ enim est angeli, quia illa est tota simul, & indiuisibiliter, si aotē sumas illam ex parte Dei conseruantis, iam noo est in ipso aogelo formaliter: quod tamen dicis. Etiam Deus est omnino indiaisibilis. Et si dicis quòd quando Deus producit in tempore calorem in aquem, est ibidem successio, ratione illios formæ, qoæ successiuè acquiritur; concedo, dicit Scotus, taman in substantia angeli omnino indioisibili, nollo modo attenditur illa successio formaliter. Tertium dictum est, quòd io conseruationa angeli, non est alia & alia successio, uel actio, sed semper est una & eadem actio, unde sequitur quòd respoodendo ad formam istius argumenti, & confirmetionis, consequentia illa, & accideotia, sunt omoia falsa, & sic fiois lectionis.

Creaturam componi ex actu & potentia dupliciter.

Datur euasio ad argumentũ, quæ ueram solutionẽ dicit.

1 dictũ Scoti.

2. dictum.

Refellitur responsio.

3. dictum.

CONTRA hac actione non habetur &c.] Ad probandum quòd in existentia Angeli esset formaliter soccessio, sumebatur argumentum ea Augustino, quomodo creatura uoo semper est facta, sed contiouè fit, & dictum est ad illud, quod duplea est actio. Contra hoc nunc arguit Beatus Bonauentura, & beoè difficulter, tamen soloemus. arguit autem probando, quòd illa creatione qua angelus accipit esse in primo instanti, non habeat esse illa eadem, io secundo iostanti, sed alia, & arguit sic: Angelos non habet formaliter ultimatum esse illa actione, qua posita, potest angelus non asse; sed sic est, quòd posita illa creatiooe qua angelus accipit esse, angelus potest oon esse; ergo angelus noo habet formalitar esse illa eadem creatione cras, qua accipit esse hodie, & tamen cras angelus habet asse; ergo alia & alia creatione, & sic successiuè, quare tandem dabitur soccessio in existentia Angeli. Pro ista ratione declaranda, oolo quòd unus Angelus debeat produci hodie, & quòd conseruetur in esse suo per tres dies, iste angelus in secunda die non erit, illamet creatione qua angelos fuit productus pridie, nec tertia dia illa idem angelus, erit illamet creatione, qua productus fuit secunda die, uel prima, sed alia & alia creatiooe, uel actione, & sic successiuè, & tamen illa idem angelus erst cras, & post cras. per casum istum; ergo in existentia angeli est formaliter successio. Probatur etiam per modum confirmationis: oam causa causans hac creatione io prima die, est causa ultimatè applicata ad producendum effectũ in esse, quando enim Deus creat illa creatiooe prima, ipse est causa ultimatè applicata, sufficiens ad producendum illum effectũ, & illa creatione posita, pooitur effectus, verbi gratia, angelus non est; Ergo non habet angelus illa creatiooe esse formaliter, & ultimatè. Antecedeos patet, nam posita illa creatione angeli hodie, potast angelus destrui cras; & sic argumentum stat bene. Ad istam rationem dator una responsio, quam tamen impugnebimus; solutio est in una distinctione, quòd angelum non habere esse cras, illa eadem creatiooe, qua hodie ponitor io esse, potest dupliciter intelligi. Voo modo, qoòd dies crastina noo coeaistit illi creationi, que primo angelus accipit asse: Alio modo quantum est ex sa, & aa parte illios angeli, uel essentiæ illius. dicunt oooc primo, quòd angelus non potest esse illa creatione, qua primo accipit esse, ex hoc quòd illud tempus diei crastinæ, non coexistit isti creationi, patet. hoc modo diceret Henricus, qoòd illa dies crastina, quando iste angelus productus est prima productiooe, non coexistebat hodiernæ diei, ideo angelus noo habet esse hodie, illa aadem creatiooe qua cras, secundo dicunt illi, quòd engelus, illa creatione qua primo accipit esse hodia, habet esse cras, qoantum est de sa, & ex parta illius essentiæ; licet illud tempus successiuum noo coexisterit illi creatiooi. Et hoc sufficit, dicoot illi, esse quando creatur, & quaodo conseruatur: solotio est satis booa.

Arguit D. Bonauẽtura contra responsionẽ Sc.

Declaratur ratio D. Bonauentura ponendo casum.

Soluitur r. D. Bonauenturæ angelum habere hic eẽ hodie & cras eadem actione potest dupliciter intelligi.

Primum dictum pro solutione.

2. dictum.

Cootra istam tamen arguit Scotus. Nam ex ista solutione; sequitur quod nulla esset differentia ioter æuom, & æternitatem; consequens est falsum; ergo ista solutio oulla. quid tamen isti termini significeot, dicemus infre, etiam dictum est, uuoa distinct. primi. Aeternitas coexistit omni parti temporis: præsenti, præterito, & futoro; pater geoerat filium, patar genuit filium, pater generabit filium; omnas istæ sunt oeræ, & æternitas est mensura entis noo deficientis, nec potentis daficare. consequentia probatur, quia dicis, quòd angelus quantum est ex se, coexistit omni tempori; tamen noo est cum illo; qoia illud tempus non est. Hoc modo dicam ego de æternitate, quòd pater generabit filiom, qoia scilicet illud tempus, in quo uerum est dicere: generauit, non est, sed transiuit in præteritum, & sic hoc non ualet.

Sed contra arguit.

Aeternitas coexistit omni tempore.

Aeternitas quid.

SECVNDÒ ad idem argoitur supponando, quòd angalus coosideratur dupliciter. Voo modo qoo ad illud absolutum, inquantum talis substantia. Secundo modo secundum illam coexistentiam, quam essa suom habet ad tempus præsens, præteritum, & futurum, dicit nunc Scotus quòd ista solutio non est ad illud argomentum · nam ego arguo sic: illod oon habet esse &c. tu respondes de esse absoluto, oel pro absoluto; & ego arguo de illa coexistentia: & sic illud argumentum stat, & ideo Scotus aliter dicit ibi.

2. rõ contra solutionem.

Supponitur quod angelus põt cõsiderari dupliciter.

¶ AD argumeota pro prime opinione &c.] primo ad fundamentum: unde argumentum habet pro fuodamento illud Augustini, creatura noo est facta &c. primo ad illud dicit secundum Beatum Bonauenturam. Secundo secundum Henricum. disputant enim ad inuicem. Primo Beatus Bonauentura dicit duas conclusiones. Prima est: creatura contiouè fit a Deo, & est in cõtinua depẽdẽtia, & iõ cõcedo Aug. qđ est una contioua actio, uel plures actiones, quibus ipsa creatora semper est ab ipso Deo, hoc est dicere, quòd tõ qoare creaturæ continuè dependent a Deo, & fit, est, quia Deus contiouat illã creationem, qua ipsa creatura est, uel quia sunt plures actiones Diuioæ, una hodie, alia cras, &c. secundum illos modos dicendi dictos. Secundum dictum B. Bonauenturæ semper Deus actualiter causat esse creaturæ, sicut etiam in primo instanti causaoit, quæ actio tunc dicebatur creatio. in tempore uero sequenti post illud instans, dicitur conseruatio; istud dictum habet duas partes, & unaquęque bene dicit. t 2. q. quodlibeti. patet, quomodo Deus creat men positiuè; & quomodo creatio, & conseruetio dicontur actio passiua, Vnda inter conseruari, & creari, est conuenientia, & differentia: conueniont primo in hoc, isti doctores, Henricus, Scotus, Bonauentura, quòd creari dicit duplicem respectum, Vnus est realis creaturæ ad Deum creeotem; Alius est respectus ad non esse immedietè præcedens, quia est productio de nihilo. Conseruatio etiam dicit doos respectus: Vnos est ad causam primã conseruentem; & in in isto respectu sunt idem realiter. Secundo. Conseruatio dicit respectum tertionis ad esse immediatè præcedens, & ideo in illo instanti, quo res creatur, ooo dicitur conseruari; nam to illo instanti creatioois, ooo est illa ra

Q̃ño B. Bonauentura saluet dictũ B. Augustini: creatura non est facta.

1. dictum D. Bonauenturæ.

2. dictum D. Bonauenturæ.

spectus

spectnt ad esse, sed beoe ad noo esse. Et ideo creaturā continuè fit ab ipso Deo. nam continuè conseruatur ab ipso Deo, & hoc modo intelligit Beatus Augustinus secundum expositionem B. Bonauenturæ. Secundo, exponitnt illa auctoritas beati Augustini secundum mētem Henrici Gādauensis, aliter quàm secundum beatum Booauenturam, licet sententia sit eadem, tamen Henricus noo uidet, quomodo in existentia actuali Angeli, sit illa continua successio. Dicit ergo Henricus, quòd Angelus habet totum suum esse simul, & est simpliciter indiuisibilis, quomodo ergo successiuè creabitur? Nec etiam ex parte Dei, illa continuatio attendi potest. Ideo aliter dicit, quòd beatus Augustinus est hoc modo intelligēdus, quia una & eadem actio semper manet, qua producitur creatura, ideo creatura dicitur continuè creari ab ipso Deo, non quia illa actio continuetur; sed quia illa eadem unica numero semper manet, qua primo creatura ponebatur in esse, & nunc etiam ponitur in esse. Secundum dictum Henrici est, quòd illa causatio, inquantum coexistens illi nunc temporis, quod præcessit non esse creaturæ, dicitur creatio, & in hoc dicto conuenit cum B. Bonauentura. Tertium dictum est, quòd illa eadem actio existens partibus temporis quæ sequuntur ipsum nunc, in quo res primo accipit esse, dicitur conseruatio; & illa actione, Angelus habet esse in omnibus illis partibus temporis, hoc satis patet. Ex hoc sequitur, quòd actio qua producitur creatura, potest dici continuatio esse præhabiti, inquantum scilicet dicit illam habitudinem ad esse præhabitum, Vnde illa actio qua Angelus producitur, potest dupliciter considerari: Vno modo in comparatione ad esse Angeli, ad substantiam illius. Secundo modo ad coexistere, uel coexistentiam ad partes temporis, quibus dicitur coexistere. Exemplum, Angelus nunc producitur, & deinde conseruatur: il la actio dicitur continua, non per comparationem ad existentiam Angeli, sed quia illa actio eadem omnino numero coexistit diei crastinæ, & omnibus aliis diebus, quibus Angelus durabit. Et istud est fundamentum Henrici, & resolutio. Modo difficultas est ad argumentum illud Bonauenturæ, quā do arguebatur sic: Illud non habet esse completiuè aliqua causatione, cuius oppositum uidetur stare illa causatione posita. Respondit Scotus ad hoc, distinguendo antecedēs, quòd illud potest dupliciter intelligi; Vno modo in sensu diuiso: Alio modo in sensu composito: in sensu composito est uerum, in sensu diuiso est falsum. Vnde sensus compositus est, quod hac actione existente Angelus non est illa creatione, & est uerum, hæc causatio est, & Angelus non est; ergo hac causatione Angelus non est. Sensus diuisus est, quòd hæc causatio est, & Angelus est, & cum ista causatione posita stat, Angelum posse non esse, hoc est falsum. Non sequitur ergo: Angelus nō habet esse illa creatione posita, & ideo si quis dicat, ergo non habet esse illa conseruatione, non ualet. nam sensus est diuisus. nam cum actu unius, stat potentia alterius. nam sicut illa causatio, qua Angelus producitur, potest non esse, etiam ego possum non esse, & Angelus similiter modo stat, quòd ego habeam esse, & tamen actio qua productus homo non fit, & qua habeo ultimatū esse, & sic patet ad istud, & ideo ad formam argumenti cum arguitur sic concedo antecedens primo modo, non go tamen illud secundo modo, & sic patet quid Hēricus diceret ad istud argumētum, quomodo sequitur, & quomodo nō. Et ex hoc soluitur argumentum, quod creatio, & conseruatio differunt, & non sunt idem. Et etiam Gregorius hoc tenet, ult. quæst. primæ distinct. sui secundi, & arguitur sic: non stant simul creari, & annihilari. ista stant simul conseruari, & annihilari, quia soluit argumentum; distinguo, uel in sensu composito, uel diuiso, quando res creatur, non annihilatur, & quando res conseruatur, potest annihilari: ergo non sunt idem conseruari, & annihilari. Respondetur ad istud sicut prius, cum arguitur sic, non stant simul &c. Distinguo, uel in sensu composito, uel in sensu diuiso; primo modo concedo. Secundo modo negn. Vnde sensus compositus est, quòd illud quod creatur, non annihilatur, hoc concedo, etiam ista non stant simul, quod conseruatur, non annihilatur. Sensus diuisus est, quod quando aliquid creatur, illud non potest annihilari; & iste est falsus, patet. nam sensus esset. quod creatura pro illo instanti, pro quo creatur, non habet potentiam ut annihiletur, quod tamen est falsum. nam tunc habet potentiam ut possit in nihilum redigi, in tempore sequenti, illud instans, ut patet 12. quodlibeti ad longum, etiam si illa res tantum duraret per istans annihilari posset in tempore, nec hoc est inconueniens secundum Scotum, & cum dicitur: Ista sunt simul conseruari; & annihilari, nego in hoc sensu compo

Expositio auc toritatis D. Aug. secundū Hēr.

1. dictum.

2. dictum.

3. dictum.

Corol. Hēr. actio qua producitur creatura pōt dici ciō[illegible] *regulariter producitur pōt dupliciter considerari.*

Fundamētū Henr.

Soluit Sco. arg. D. Bon. per distinctionem.

Greg. & cum Her. & arguitur sic.

sito, nam sensus esset, quòd illud quod conseruatur, annihilatur, & hoc est falsum. In sensu diuiso, est uera. & sic cum actu unius, stat potentia alterius, & sic patent fundamenta istarum solutionum, etiam 40. dist. primi. da illa, prædestinatus potest damnari.

Ad secundum dicitur, quòd non &c. Ratio secunda B. Bonauenturæ principalis ad probandum, quòd in existentia Angeli est formaliter successio, est ista: esse Angeli est simplex & immutabile: ergo Deus non potest facere illum non fuisse; nel non fore, consequens est falsum: ergo & antecedens, falsitas consequentis deducetur. Antecedens est ex opinione opposita, contra quam arguitur, quæ dicit, quòd nulla est successio in existentia Angeli, sed totum esse Angeli est simul; ergo ex hoc sequeretur, quòd Deus non posset facere illum non esse, consequentia probatur. nam si Angelus habet esse immutabile, non posset aliter se habere, nec Deus illum posset facere nō esse; & sic consequentia patet, consequens est falsum, patet; ergo oportet dicere, quod esse Angeli, non est omnino indiuisibile, uel immutabile, sed quòd habebit aliquam successionē, quod est propositum pro B. Bonauent. Resp. Scotus pro Henrico, primo ad argumentum; deinde ad suam confirmationē. Ad argumentum sunt duæ conclusiones fundamentales, deinde soluit, & replicat consequentia illud, & sic disputādo procedit. Prima conclusio fundamentalis est. In Angelis idem est esse fore, & fuisse. nam esse illius, est indiuisibile, & sic nō possumus dicere. quòd aliqua pars esse illius præcesserit, & quòd aliqua sit futura, & sic oportet dicere, quòd sint omnes simul. Secunda conclusio: fuisse, & fore dicunt aliam, & aliā habitudinem ad tempus. nam dicimus Angelum fuisse, quia a se illius coexistit tempori præterito. Angelus Michael fuit quando coexistit tempori, in quo apparuit in monte Gargano, & etiam nunc est, quia coexistit tempori nostro, quod nunc est. Hoc modo dicatur etiam, de omnibus Angelis, tam malis, quàm bonis, sicut etiam dictum est, 9. dist. primi. quæst. unica de generatione filij in diuinis. Ex istis nunc dicitur solutur argumentum, cum arguitur: esse Angeli est simplex; datur ad hoc una distinctio, quòd duplex potest esse sensus consequentis, scilicet Deus non potest facere Angelum non fuisse, uel non fore; unus sensus, quod Deus non possit facere rem significatam per illud, quod est angelum non fuisse, idest quòd non possit annihilare illam rem. Secundò sensus est, quòd non possit facere quòd illud, quod factum est, non fuerit factum. Primo modo sensus est falsus; & consequentia est neganda. Secundo modo, quòd non possit facere præteritum non esse præteritum; concedo, saltem pro formali; tamen illud esse angeli, est idem cum fuisse, & fore. Contra istud replicatur; Præteritum non potest non fuisse, per te; sed esse angeli est præteritum; ergo Deus non potest facere angelum non fuisse. Maior patet. Minor etiam; cum idem sit esse, & fore, & fuisse; sed esse angeli non est præteritum; ergo non fuisse. Datur unum exemplum; pono quòd Pater in Diuinis genuerit filium, dando illi aliam naturam ab ipsa, quæ est patris, quod tamen est falsum, & impossibile. Nam pater in identitate naturæ genuit illum: tamen hoc posito, comparetur esse filij, ad non esse præcedens ipsius, ad minus ordina naturæ; tunc diceretur generari de præsenti, & quando illa generatio diceret habitudinem ad esse illius immediatè præcedens, diceretur genitus, diceremus itaque quod generatur, quando est ordo ad non esse præcedens: deinde genitus, inquantum dicit ordinem ad esse præcedens, sic quod inter generari, & genitum esse, non esset ordo, uel relatio rationis, sicut conseruatio & creatio. Hoc modo etiam dicam hic, quod esse Angeli, non est præteritum, nec est idem esse illius, & fore, & fuisse; & ita illa minor est neganda. Sed contra, est una alia replicatio, arguitur sic. Præteritum non potest non coextitisse isti Angelo; ergo Angelus non potest non fuisse; & sic illa consequentia fuit bona. f. Deus non potest facere &c. Antecedens patet. nam Deus non potest facere tempus Moysi, non coextitit se illi Angelo; & sic esse illius non est simplex. Respondemus ad hoc concedendo antecedēs; & negādo consequētiam. nam est fallacia figuræ dictionis, scilicet arguendo, Deus non potest facere illud præteritum, non coextitisse illi Angelo: ergo &c. est fallacia. nam mutatur quale, uel quando in quid. nā antecedens dicit, quando; deinde consequens dicit entitatē de prædicamento substantiæ; patet. nā antecedens est, Deus non potest facere præteritum non coextitisse, præteritum est differentia temporis; & in consequente dicitur esse quid, scilicet substantia ipsius Angeli; & sic illa replica nulla, ut patet. Confirmatur hoc, confirmatione communi, primo supponendo,

Ad secundam D. Bon.

Resp. Sco. pro Henr.

1. Concl. Sco. pro fundamento solutionis argumentationibus.
2. Concl. Sco. fundamentalis.

Replica cōtra solutionem.

Applicatio ad propositum.

Arguit Sco. contra solutionem.

Soluitur replica.

Cōfirmatio D. Bonauenturæ.

do quòd ſicut in inſtanti temporis non dicimus duo contradictoria eſſe uera de aliquo; etiam in æternitate contradictoria non poſſunt uerificari de eodem: nam ſemper duo contradictoria eſſe ſimul uera, de uno & eodem, ſecundum idem, eſt impoſſibile. Ex quo ſequitur, quòd in uolentate Diuina, uel uolitione Diuina, nulla conceduntur contradictoria, ut ſic, nam ſemper declaratur quomodo contradictoria concedatur, & quomodo nulla eſt contradictio ut ſic, modo arguitur ſic, uolo quod Deus ab æterno uoluerit angelum fore, uel eſſe; & deinde illum non eſſe; ſicut de nobis; quia nunc ſumus deinde nõ erimus ſecundum totum ad minus; uolo ergo quod id ergo uoluerit Deus de angelo; tunc ſic, Deus uoluit ab æterno angelum eſſe, & Deus non uoluit angelum eſſe: quia ſcilicet uoluit illum non eſſe, quæro, tunc dicit B. Bonauentura, quomodo ſaluabitur quòd in illis, nulla ſuit contradictio? oportet ergo habere aliquas conditiones, quibus tollatur illa contradictio. non tamen oportet dicere, quòd illa tollatur per coexiſtẽtiam ad tempus, in quo angelus erit, uel non erit; nam ab æterno non erat tempus, uel in illo priori in quo non eſt iuncta habitudo ad tempus, quæro quomodo ſaluabitur illa contradictio? nullo modo poteſt ſaluari, dicit B. Bonauentura niſi comparando eſſe angeli, ad aliud, & ad aliud nunc æui; ergo in exiſtentia angeli, eſt illud aliud, & aliud nunc æui: & per conſequens eſt ſucceſſio aliqua in eſſe illius, & actuali exiſtentia, quod eſt propoſitum, & hic eſt uis ſolutionis: quia ſcilicet illa nunc æui, continuantur ad inuicem.

Resp. Scot. ad cõf. B. Bonauenturæ pro opinione Hen.

Reſpondet Scotus ad illam confirmationem, quando arguitur ſic, Deus uoluit &c. dicit primo ad materiam deinde ad formam. Dat duas ſolutiones, Primo ad materiam dicit, ꝙ ſine quacunque habitudine ad tempus, oportet quærere modum, quo illæ non ſint contradictoriæ oppoſitæ, ſcilicet Deus uult, me ſedere, Deus nõ uult, me ſedere. nam Chriſtus ſedens docebat, quia loqui ſedendo pertinet ad magiſterium. modo non tollitur illa contradictio ab Diuinis, recurrendo ad tempus; nam in illo priori, nullum eſt tempus.

Dicit Scot. quòd cuilibet angelo reſpondet proprium æuum.

Ad hoc tamen Scotus dicit, quòd cuilibet angelo, correſpondet proprium æuum, id eſt propria menſura ſuæ durationis, licet ſit alius modus dicendi quod æuum eſt idem realiter ipſi angelo, & non diſtinguitur realiter ab ipſo. Et ideo ſecundum primum modum diceremus, cum arguitur ſic, Deus uoluit &c. concedo illas: ambæ ſunt ueræ, & cum dicitur, illarum contradictio non tollitur &c. Hoc eſt negandum ſecundum illum modum: nam eſt unum & idem nunc æui ipſius angeli, & non plura nunc. Quomodo autem tollitur illa contradictio tunc ſecundum illum modum dicendi? Dico quod hoc modo ſcilicet ꝙ Deus uult ab æterno angelum eſſe; & pro illo nunc, quando eſt; & cum dicit aduerſarius, non uoluit ipſum eſſe, &c. nego hoc, dicit iſte modus; dico quòd uoluit illum non eſſe: quia uoluit illud nunc æui proprium angelo, non eſſe; & conſequenter uoluit illum angelum non eſſe, nec illud uelle non eſſe tranſit ſupra angelum tanquam obiectum illius; ſed ſupra illud nunc æui, & ſic nulla ſequitur contradictio. Si enim Deus uellet me eſſe, & me nõ eſſe: me eſſe, quia ego ſum: deinde uellet me non eſſe, quia uellet viſibile meum non eſſe: & conſequenter uellet me non eſſe; quia illud eſt idem realiter mihi, tamen illa non eſſent contradictoria, hoc modo etiã ſaluatur, quomodo ſecundum hunc modum dicendi, tollatur illa contradictio.

Replicatur contra reſponſionem.

Contra iſtud replicatur, & textus eſt benè difficilis, arguitur ſic, uolo quod in illo nunc æui in quo deſinit eſſe angelus, Deus uoluit per te illud nunc æui Michaelis, non eſſe; ideo conſequenter uoluit angelum Michaelem non eſſe, & ipſe Michael deſinit eſſe, producatur in illo eodem nũc, unus alius angelus a Deo, tunc in illo eodẽ nunc erit eſſe unius angeli, & non eſſe alterius angeli; & ſic eſſe & non eſſe, erunt pro eodem nunc: & Deus pro eodem nunc uult eſſe, & non eſſe; & ſic contradictoria erunt uera, pro eodem nunc.

Soluit Sco. replicã iux ta primum modũ dicẽdi de æuo.

Reſpondet ad hoc Scotus, ꝙ iſte caſus non eſt admittẽdus, quòd pro uno eodem nunc &c. ſecundum illum primum modum dicendi, nullo modo eſt uerum, nam eſt unum & idem nunc ipſius angeli proprium, & unum & idem nunc, non poteſt eſſe plurium angelorum. Et ideo illa angelus qui producitur, haberet ſuum nunc proprium: & ille qui deſinit eſſe, ſuum proprium nunc æui, & ita ſecundum illum primum modum dicendi, benè tollitur illa contradictio. Aliter tamen reſpondetur ſecundum alium modum dicendi de æuo angeli, quod non dicatur realiter eſſe diſtinctum ab ipſo angelo, ſed idem realiter. Hoc modo tenendo, non poſſemus dicere quòd uult me eſſe, uolendo illud nunc eſſe; ſed diceremus concedendo illas duas propoſitiones, & cum dicitur, quòd non, quia illæ contradicunt. Oportet hoc negare. Et cum probatur, quia illa contradictio non poteſt tolli &c. nego hoc, dico enim quòd illa contradictio tollitur per habitudinem ad æternitatem; quòd Deus uult ab æterno angelum eſſe, id eſt Deus ab æterno uoluit angelum habere coexiſtentiam ad æternitatem: & Deus uoluit angelum non eſſe. i. Deus uoluit illum nõ habere coexiſtentiam illam ad æternitatem, modo iſta non contradicunt.

Aliquid habere coexiſtentiam ad æternitatẽ põt dupliciter intelligi.

Vnde pro hoc notandum eſt, quòd aliquid habere coexiſtentiam ad æternitatem, poteſt dupliciter intelligi, Vno modo ſecundum omnem præſentialitatem æternitatis, ſcilicet quod illud ſemper eſt quando æternitas eſt, & hoc modo ſolus Deus dicitur habere coexiſtentiam ad æternitatem, & nihil aliud. licet propriè non dicatur illi coexiſtere, ſed largo modo, nam nihil propriè coexiſtit alteri, niſi realiter diſtinguatur ab illo, cui coexiſtit. modo Deus non diſtinguitur realiter a ſua æternitate, ſed eſt ipſamet æternitas ſua realiter, ſed hoc tranſeat gratia exempli. Alio modo aliquid dicitur coexiſtere ipſi æternitati, ſecundum aliquam differentiam temporis, quæ exiſtit illi æternitati, hoc modo nos omnes coexiſtimus æternitati. nam ſumus in aliqua differentia temporis, quæ eſt, quando æternitas eſt; licet nec nos, nec illa differentia temporis ſumus quãdocunque æternitas eſt. Modo in prima propoſitione, ſcilicet Deus uoluit angelum eſſe &c. intelligunt ur per coexiſtẽtiam ad aliquam partem æternitatis, uel differentiæ temporis coexiſtentis alicui parti æternitatis. Et in ſecunda propoſitione intelligitur, quod Deus uult angelum non eſſe, ſcilicet uult illum habere coexiſtentiam ad aliquam aliam partem æternitatis, & ſic hoc modo nulla eſt contradictio, & non ponitur aliud & aliud nunc, & ſic argumentum illud utroque modo benè ſoluitur.

Secundo arguitur pro D. Bonauentura.

TERTIO principaliter arguitur pro B. Bonauentura ſupponendo ꝙ ſecundum illum, & illum etiam, angelus durabit in infinitum, idem quoque credimus etiam de anima rationali, Deo conſeruante illam, & hoc aperte poſt. modo arguitur ſic. Si in exiſtentia angeli, uel eſſe illius, non eſſet formaliter ſucceſſio, ſequeretur, ꝙ ipſe angelus nunc haberet ſuam totã durationem, & totam exiſtentiam, quam nunquam habebit, conſequens eſt falſum, & contra ſuppoſitum. conſequentia probatur, nam illa quæ non habent ſucceſſionem, ſunt omnia ſimul: & eſſe illorum, eſt totum ſimul, conſequens eſſe falſum, probatur. nam ſequeretur quòd angelus eſſet ens infinitum, conſequens eſt manifeſtè falſum, probatur conſequentia. Nam illud, quod habet totam durationem ſuam ſimul, quæ duratio dicit coexiſtentiam ad durationem infinitam, illud dicitur infinitum; & dicitur eſſe durationis infinitæ: ſed illa duratio angeli tota ſimul, dicit coexiſtentiam ad infinitam durationem, nam ad infinitam diſtantiam, & ad infinitum tempus, ſemper durabit: ergo illa ſimultas dicit illam exiſtentiam angeli eſſe infinitam: quod tamen eſt falſum, ergo oportet dicere, ꝙ in exiſtẽtia angeli, eſt ſucceſſio formaliter.

Resp. Scot. ad tertium ſuppoſitum ꝙ duplex eſt quantũ.

Reſpondet ad hoc Scotus, ſupponendo ꝙ duplex eſt quantum. Quoddam eſt uirtutis, Aliud eſt quantum molis, de quibus dictum eſt. 9. d. primi q. 1. & 6. q. quodlibeti. Quantum uirtutis, eſt perfectio intrinſeca & entitatiua uniuſcuiuſque rei. nam in illis, quę magna mole non ſunt, idem eſt magnum eſſe, quod melius eſſe, id eſt bonum eſſe. Quantum autem molis, eſt quantum quantitate dimenſionata, longa, lata, & profunda. Dicit nunc Scotus unam concluſionem, quam benè declarat.

Concl. Sco. notabilis coexiſtentia quãti uirtutis ad quantum molis q̃ñ concludat infinitatem.

Quod coexiſtentia alicuius quanti uirtutis, ad coexiſtentiam ad aliquid quantum molis, non concludit infinitatem, niſi illud quantum uirtutis, neceſſario coexiſtat omnibus partibus ſimul, illius quanti molis. eſt concluſio Scoti, quæ eſt bona ad multa argumenta ſoluenda in iſta materia. Declaratur iſta concluſio exemplo, angelus eſt unum quantum uirtutis; nam eſt unum ens perfectum & bonum, bonitate entitatiua, tanquam propria perfectione & intrinſeca illius: & tempus eſt quantitas molis; modo per coexiſtentiam angeli quanti, quantitate uirtutis, ad ipſum tempus quantum, quantitate molis, non concludere angelum eſſe infinitum, niſi concludamus ꝙ angelus coexiſtit neceſſario per omnes partes illius temporis, iſte eſt ſenſus concluſionis Scoti. Nunc probatur iſta concluſio, hoc modo declarata; Quantum molis non eſt infinitum, niſi habeat omnes ſuas partes ſimul: ergo quantum uirtutis, per coexiſtentiam ipſius ad quantum molis, non poteſt concludi eſſe infinitum, niſi etiam concludatur neceſſario, illud quantum molis, habere omnes ſuas partes ſimul, & illud quantum habere uirtutis coexiſtentiam, ad omnes illas partes., antecedens patet de tempore, & motu ꝙ non dicũtur entia infinita, niſi partes omnes illorum coexiſtant ſimul, & nunquam omnes partes temporis ſunt ſimul; ideo etiã non poteſt tempus eſſe infinitum, & ſic patet illa concluſio, &

regula

regula Scoti. Ex hac nunc ad argumentum, quando arguitur sic, si in existentia angeli &c. nego consequentiam; & cum probatur, quia habet coexistentiam: dico quòd non ualet ex illo consequentia, nam oportet probare, quòd angelus necessario coexistit illi toti tempori, & omnibus suis partibus simul, & semel, quæ tamen omnia falsa & non probata. Et sic argumentum istud non ualet. Confirmatur ratio, & arguitur sic, si angelus esset in omni loco; esset infinitus secundum locum: ergo si angelus simul posset coexistere omnibus partibus temporis, esset infinitus secundum tempus, & durationem, quod non uidetur probabile: datur ad hoc una enasio, quòd angelum posse existere omnibus locis, potest dupliciter intelligi, Vno modo a seipso, sicut Deus; Alio modo ab alio, quòd Deus, scilicet poneret in omni loco; quia est creatura limitata. modo ad formam, negando est illa consequentia. nam benè sequeretur, si angelus posset eē in omni loco a seipso mer, quod esset immensus, non tamen nunc, quia esset in omni loco ab alio: & ista solutio est satis bona. Sed dicit Scotus, quòd ipse non curat, siue ipse angelus dicatur esse in omni loco a se, siue ab alio; illa enim semper esset immensus secundum locum; quæ tamen immensitas non esset tanta, quanta est immensitas Diuina intensiuè, licet benè extensiuè: & nullum esset inconueniens. Deus tamen esset ubique, per essentiam, præsentiam, & potentiam. Et ideo ad argumentum istud aliter respondet Scotus, negando consequentiam: quia non est simile de immensitate secundum locum, & de illa coexistentia ad tempus. Nam si unus angelus diceretur esse in omni loco simul, ille coexisteret illis omnibus partibus simul: nam omnes illæ partes dicuntur esse simul, sicut illa omnia loca; modo quando coexisteret omnibus partibus illis temporis, hoc esset successiuè, & non simul, scilicet dependendo a Deo conseruante illum angelum, per omnes illas partes, & sic nulla sequitur infinitas intensiua. Sed contra est una alia replica, arguitur sic: Illud quod est finitum, non potest coexistere toti tempori, quod est infinitum; sed iste angelus coexistit toti tempori: ergo non est ens finitum, sed infinitum, quod tamen est falsum. Respondet Scotus ad hoc, quòd duplex est infinitum, Quoddam est in quadam successione, quod habet partes suas sibi inuicem succedentem in infinitum; Aliud est infinitum in entitate intensiua, ut Deus, qui est formaliter infinitus, de cuius ratione formali est infinitas, tanquam modus intrinsecus illius: Dico nunc, (inquit Scotus) unam ueram conclusionem, quòd finitum formaliter, eadem actione semper habet esse, si coexistat infinito in successione, non tamen propter hoc debet dici formaliter infinitum, proportio est benè fundata, modo angelus est ens finitum, quod eadem actione, qua primo habet eē & accipit esse, etiam semper habet esse, secundum Henricum, sic quòd si illa actio non esset, etiam angelus non esset, & ita negandum esset illud antecedens, de infinito in successione. Finaliter confirmatur illud argumentum B. Bonauenturæ, quòd angelus habeat infinitatem in duratione sua, &c. & quòd posset habere esse simul, quòd etiam posset coexistere omnibus partibus temporis: supponendo, quòd negatio negationis est affirmatio affirmationis, quòd enim una negatio negat, alia affirmat, quando una negatio cadit supra aliam, ut nonnullus homo, ualet sicut aliquis homo, modo negatio in proposito, est ista, angelus non coexistit diei crastinæ: & negando illam, oportet dicere, angelus non habet non existentiam &c. tunc negatur illa negatio; & sequitur affirmatio affirmationi, modo arguitur sic, negationes infinitarum negationum, sunt affirmationes infinitarum affirmationum, uel unius affirmationis quæ est formaliter infinita, conuenit omnibus illis affirmationibus: sed angelus habet illam coexistentiam per infinitatem uel infinitas negationes, scilicet infinitæ partes temporis futuri non sunt, & illis non coexistit angelus; ergo oportet ponere infinitas affirmationes oppositas illis infinitis negationibus, quæ dicuntur de ipso angelo: & sic illis conuenit una infinitas affirmatiue & successiua, ut probat argumentum.

Ad hoc Scotus nihil dicit; nam soluitur sicut prius; quando arguitur sic, negationes infinitorum, transeat hoc. sed de angelo dicuntur &c. dico ad hanc, quòd si negationes negationum infinitarum dicuntur de angelo necessario, benè sequitur, quòd aliqua affirmatio infinita dicatur de angelo, si autem illæ negationes infinitarum negationum non dicuntur de angelo necessario, non oportet quòd affirmatio opposita dicatur necessario. Istud est fundamentum, & fundatur in illa regula; sicut ¶ positum in opposito, sic propositum in proposito, de illa coexistentia dictum est, quod nisi illa sit necessaria, non infert infinitatem, hoc modo etiā dico hic, illæ negationes non dicuntur de angelo necessario: ideo nulla sequitur infinitas in angelo. & sic patet tertia uia, &c.

Refellit Sc. enasionem.

Aliter respondet Sc. ad argu.

Resp. Scot. duplex est infinitum.

Cōfirmatur argumētū.

Sco. non solnit hanc cōfirmationē. Sed soluitur ab auctore.

¶ QVARTA uia est ex ordine eorum &c.] Quarta ratio B. Bonauenturæ ad probandum quòd in actuali existentia angeli dicatur esse formaliter successio, est, suppositis duobus casibus; primus est, quòd Deus potuit creare angelum sub innocentia, & ille angelus potuit postea peccare, & non peccare, in sensu diuiso, ad minus: sic quòd in illo angelo creato, in innocentia; & cadente ab illa per culpam, est dare prius & posterius: ergo in actuali existentia angeli, dabilis est successio formaliter, quod est propositum. Antecedens patet, consequentia probatur. nam in primo instanti, dicimus, quòd angelus ille erat in gratia & innocentia, & in illo instanti non dicitur esse sub culpa, sed post, & ita successio, quod est propositum.

4 argu. D. Bonauenturæ.

Respondet Scotus ad illos casus, peruertendo ordinem, primo ad secundum, deinde ad primum; tamen dicemus ad primum in ordine arguendi, quando arguitur sic, angelus primo &c. primo ad materiam dat Scotus unam conclusionem; deinde quærit illam difficultatem casus, quomodo scilicet dicatur esse in illo casu. Primum dictum ad materiam est, quòd potest concedi, quòd angelus primo habuerit existentiam sub innocentia; deinde sub culpa, breuiter admitto illum casum. Pro qua notandum, quòd Scotus imaginatur tria signa, primum A, secundum, B, Tertium C, primum signum A, in quo angelus existit in puris naturalibus, in quantum indifferens ad esse in gratia, & ad esse in culpa. potuit enim in illo priori peccare, & mereri. In secundo signo, ponitur angelus in peccato, uel culpa, & in tertio signo, scilicet C, dicatur angelus ille esse in peccato semper; & non alius angelus, sed unus & idem angelus. Dicit nunc Scotus, quòd existentiæ illius angeli sub innocentia, succedit existentia illius sub culpa. nam sub culpa est in secundo, sicut patet per casum, quando autem angelus est sub innocentia, dicitur esse sub opposito illius, idest est cum opposito illius; quod est eē sub culpam. nam quando est sub innocentia, conuenit illi non esse sub culpa. nam bene sequitur: est sub culpa, ergo non est sub innocentia: & e conuerso. & cum illa angelus dicitur esse sub culpa, dicitur esse sub opposito primi, scilicet sub non innocentia, hoc est dicere, angelus est sub peccato, & culpa; ergo est sub opposito primi, scilicet est sub non innocentia; quia ponendo in illo angelo culpam, remouetur ab ipso non esse culpæ, hoc modo etiam dicendo illum esse sub culpa: diceremus illum non esse sub innocentia, hoc ergo concedit Scotus. sed quomodo tunc est ibi distinctio? Scotus ad hoc dat unam distinctionem, Quòd in angelo esse successionem, eo modo, quo primo dicitur esse in gratia, deinde in culpa: potest dupliciter intelligi, Vno modo quòd illa successio tie ex parte actuum; Alio modo, quòd illa successio sit ex parte existentiæ angeli. primo modo intelligo, quòd angelus primo est sub gratia, deinde est sub culpa. & primo uiuere sub innocētia; deinde uiuere demeritorie. Secundo modo non intelligitur. & sic patet ad materiam huius argumenti. Modo ad formā cum arguitur sic: Angelus ille &c. concedo ex parte actuum: nego, si quo ad existentiam, &c.

Resp. Scot. ad quartū.

Resp. Scot. ad primum casum positum a D. Bonauentura. Scot. imaginatur tria signa.

SECVNDVS casus & primus in resoluendo, est talis. Volo quòd Deus producat unum angelum; deinde annihilat illum, post eius annihilationem, producat alium angelum, & quòd ille primus angelus nunquam fuerit isto secundo existente. Volo etiā quòd sit unus alius angelus coexistens illi, qui producitur, & destruitur; & ille, qui producitur post primi annihilationem, & hic, non annihiletur, sed semper coexistat productioni, annihilationi primi angeli, & productioni alterius angeli: sequitur tunc, quòd in illius angeli existentia, formaliter est successio. probatur sic, illud nunc in quo primus angelus producitur & annihilatur; & illud aliud nunc, in quo secundus angelus producitur, non sunt simul; ergo in illo angelo coexistēte illis duobus nunc, est formaliter successio; quòd autem illa duo nunc, nō sint simul, patet. nam repugnat illi casui posito. nam primo producitur unus, deinde alius. Sed quòd illa duo nunc coexistant illi tertio angelo. patet: nam coexistit illis duobus nunc, in quibus unus angelus producitur & annihilatur, & alius angelus post primi annihilationem producitur. & per consequēs est successio in illius tertii angeli existentia.

Resp. Scot. ad secundū casum positum ab D. Bonauentura.

Respondet Scotus ad istud per duas conclusiones ad materiam: Prima est. Vnum æuum succedit alteri æuo, & una existentia uiuus æuiterni, succedit suo opposito. & unū æuiternū succedit alteri. & nota hic, quòd loquimur secundū illū modum dicendi, quòd cuilibet æuiterno, correspondet suum proprium æuum,

Resp. Scot. ad hoc prima conclu. Scot. unum æuum succedit alteri.

multos produxit angelos. Etiam probabile est, ꝙ potest hodie producere unum alium angelum, & quotidie alium, sicut animas producit. hoc non est inconueniens. Nam etiam animæ sunt æuiternæ: Et ideo si cuilibet æuiterno correspondeat unum æuum, si angelus unus producetur hodie, etiam ille habebit suum proprium æuum, & ille creabitur de non esse ad esse, ad minus secundum naturam: secundum illum modum dicendi, qui ponit mundum potuisse esse, uel esse ab æterno, tunc istud non esse, esset oppositum esse illius: & unum æuiternum succedit alteri, in illo casu, ꝙ in qualibet parte unius diei producat unum angelum, uel unam animam; & sic patet illa conclusio.

Secunda Sc. Secunda conclusio Scoti, licet concedatur illa successio, tamen non est simile, ꝙ in existentia angeli, concedatur aliqua successio formaliter, modo cum dicitur nobis, ꝙ Deus &c. concedo istum casum, deinde cum arguitur. Illud primum &c. concedo; nam unum æuum succedit alteri æuo; & unū nūc, alteri. Ex hoc respondet ad consequentiam, qua dicitur: ergo in existentia tertii angeli &c. nego hanc consequentiam: nam licet illud æuum illius angeli, uel aliud nunc alterius angeli producti succedant sibi inuicem, esse tamen illius tertii angeli, est unum, & idem, manens omnino inuariatum. Datur instātia, non enim sequitur, diei hesternæ succedit dies hodiernæ; ergo in aliquo existente illis duobus diebus, dicitur esse formaliter successio: patet ꝙ non ualet sic, ꝙ illud secundum unam partem sui dicatur coexistere diei hesternæ, & secundum aliā partem diei hodiernæ; patet ꝙ consequentia ista non ualet: & ista est omnino similis tuæ: ideo non ualet, & sic istæ rationes B. Bonauenturæ non concludunt.

Ad arg. respondet.

Authoritas quibus D. Bonauentura probat suam opinionem. CONSEQVANTER B. Bonauentura adducit authoritates, ad probandum, quod in existentia angeli, dicatur esse formaliter successio; & primo est authoritas B. Augustini lib. confes. Si nunc temporis semper staret & non flueret, non esset tempus, sed æternitas, ex hoc arguo sic. Si illud nunc æui semper stat & non fluit, illud nunc æui erit æternitas: & sic oportet dicere, ꝙ illud nunc æui, est in continuo fieri, & fluxu; quod est propositum.

Resp. ad primam authoritatem nūc æui semper fluere dupliciter pōt intelligi. Respondeamus ad hoc per unam distinctionem, quod nunc æui fluere potest dupliciter intelligi. Vno modo secundū continuam dependentiam ad aliud. Alio modo secundum successionem. Primo modo, ꝙ illud nunc æui sit in continua dependentia ad aliud, scilicet ad Deum, sicut ille angelus, cuius est. Secundo modo ꝙ succedat illi, sicut instans instanti, mediante tempore: primo modo concedo, & hoc modo intelligit B. Augustinus, non autem secundo modo &c.

2. authoritas. Secunda authoritas est Augustini quarto super Gen. ad literam super illo uerbo: Pater meus usque modo operatur. Quærit Augustinus. Et quare dicis usque modo. & non dicit, nunc operatur? & dicit, ꝙ ly usque modo, significat continuationē operis; modo illa productio Angeli, & omnium creaturarum, dicit quandam continuitatem; & hæc rectius dicitur usq; modo, quam nunc, ut sit quædam continua acceptatio esse a Deo &c.

Respondeamus, ꝙ Cōtinuatio capitur dupliciter. Vno modo secundum continuam dependentiam ad Deum; Alio modo secundum continuam successionem eiusdem nunc, uel diuersorum nunc æui. Primo modo non est inconueniens. Secundo modo nego, nec isto modo cōcedo successionem aliquam; & hoc modo ad omnes, & similes authoritates dicimus, & si essent mille millia, & nulla sequitur successio formaliter, ut patet &c.

Hen. contra Bonauen. Primum argu. Henr. cōtra D. Bon. CONSEQVANTER Henricus quodlibeto 13. quæstione 5. contra D. Bonauenturā, probat, ꝙ illa positio non est rationabilis, nec ualet. Et primo arguitur sic. Illa positio nunc dicta, implicat contradictionem: ergo non est rationabilis. consequentia patet. antecedens probatur. Nam ubicunque est successio, ibi est prius, & posterius, quæ nullo modo poterit esse simul; sed in existentia Angeli non est prius, nec posterius; & per consequens nec successio, quod est propositum. Maior patet. Nam successio est ordo prioris, & posterioris, quæ nullo modo poterit esse simul. Minor probatur secundum dicta. Nā totum esse illius, est simul; quia est substantia simplex, & indiuisibilis, & sic non est formaliter successio in ipso. Datur una euasio. Quæ esset bona solutio, si quis uellet tenere partē

Resp. ad argu. pro D. Bonauen. D. Bonauenturę, Quòd in existentia angeli esse successionem, potest dupliciter intelligi: Vno modo quo ad mensuram Angeli. Alio modo quo ad existentiam, & substantiam illius. Modo cùm Henricus dicit, ꝙ in existentia Angeli nulla est formaliter successio: Concedo de substantia Angeli, nec ego dico, (dicit D. Bonauentura) ꝙ in substantia Angeli, & essentia illius dicatur esse successio, quia illa est substantia simplex, & indiuisibilis. Sed primo modo bene concedo, ꝙ in Angelo est successio; in mensura illius, & mensura illius consistit in quadam successione formaliter; quia illa nunc, non sunt simul isto modo; & sic semper stat illa successio.

Replica duplex contra responsionē. Prima replica. Contra hoc replicatur dupliciter. Primo authoritate illa Philosophi 4. Physicorum cap. de tempore. Quod uō est prius, & posterius in tempore, nisi quia est prius, & posterius in mensurato, scilicet: Nam motus mensuratur tempore. hoc modo etiam nulla est successio in mensura Angeli, nisi quia est successio in essentia, uel existentia eius. & sic illa solutio nulla.

Secunda replica. Secundò arguitur sic. Illa solutio est contra Philosophum, 10. Metaphy. ubi dicit, ꝙ Mensura, & mensuratum, debent esse unigenea, idest eiusdem rationis; & si in mensura est ratio prioris, & posterioris: ergo etiam in mensurato. Respondet

Resp. Scot. pro opinione D. Bon. Scotus pro illo, qui uellet tenere modum dicendi Bonauenturæ ad argumentum Henrici; Nam Scotus est problematicus in ista materia; dicemus ergo ad argumentum, dicit Scotus, Quando arguitur sic. Illa positio &c nego istud antecedēs. Ad probationem, cum dicitur ubicunque &c. Concedo istā, ad minorem. Sed in existentia Angeli &c. nego. Dico, quòd in mensura Angeli est successio illa, & nullo modo in illius essentia, uel esse, ut patet benè ex dictis. Est ergo successio in mensura, non tamen in mensurato. Ad Philosophum Scotus dat unū exemplum tale; & fundamentum est, Dans, ꝙ potest esse alietas partium in quantitate, & nulla erit alietas partium in substantia, quæ subest illi quantitati. Exemplum. Pono ꝙ dicatur esse substātia aliqua, & indiuisibilis; gratia exempli. Caro, quæ est quanta, tamen ponatur, ꝙ sit indiuisibilis: ista caro tunc habebit alietatem partium secundum quantitatem, sed non secundum substantiam. Hoc modo etiam bene stat, ꝙ sit alietas partium in illa mensura Angeli, non tamen in eius substantia, uel existentia. Ad Philosophum ergo cùm arguitur sic. Et cætera. Cōcedo Aristotelem: ergo etiam in mensura, &c. nego consequentiam: nam illa est una consequentia materialis. nā est prius, & posterius in mensura Angeli, idest in æuo, non tamen in substantia illius, licet ergo illa consequentia bene sequatur de tempore, & motu, tamen in proposito est neganda.

Exemplum quo possit esse successio in mensura, nō in mensurato.

Declarat hoc Scotus per modū probationis; probando, ꝙ non bene sequatur uniuersaliter, ꝙ si est prius, & posterius in mensura, ꝙ etiam dicatur prius, & posterius in mensurato. arguitur sic. Quandocunque est distinctio in aliquo, quæ non est distinctio prima, sed secunda, illa distinctio in alio potest esse prima. Exemplum in tempore est prius, & posterius, & est alietas, & distinctio illarum partium: Illa alietas, uel distinctio, potest esse secunda. nam supponit alietatem in partibus motus. Illa distinctio, quę non est prima in partibus temporis: in aliquo alio potest esse prima. nam distinctio inter partes mensuræ erit prima, ubi non sequitur distinctio mensurati. Declarat exemplis, ꝙ distinctio, quæ in aliquibus est secunda, in aliis sit prima. Primū exemplum. Ignis calefacit, & desiccat, & habet ista duos effectus. Dico, ꝙ Calor, & siccitas, sunt duę formę in igne adinuicem distinctam; & tunc illæ duæ actiones, calefacere, & siccare, etiam distinguuntur: tamen distinctio inter calefacere, & siccare, non est prima sed secunda, uel non prima. nam præsupponit illam aliam distinctionem, quæ ponit esse inter istas formas. nam distinctio effectuum, præsupponit distinctionē suarum causarum; & nunquam distinctio effectuum est prima, quando causæ illorum possunt esse distinctæ. Sed hinc non sequitur, ꝙ ubicunque est distinctio effectuum, ꝙ illa sint secunda: patet per secundum exemplum de Sole desiccante, & calefaciente, ubi distinctio effectuum est prima. nam illi duo effectus, non distinguuntur ratione sui principii. nam unum & idē principium est. In ista enim comparatione nulla est distinctio principiorum, & sic distinctio illorum effectuum in Sole est prima, & respectu ignis, est secunda præsupponēs aliam. Hoc modo etiam dico hic, ꝙ illa distinctio temporis, & mensuræ, non est prima, quia distinctio motus, & mensurati est prior: comparando tamen æuum, non ad tempus, sed ad ipsum æuiternum, stat distinctionem esse in mensura, & non in mensurato; Et distinctio mensuræ in tempore respectu motus, non est prima, at in æuo, respectu æuiterni, erit prima. Et sic consequentia illa Philosophi est materialis. nam licet teneatur in illis esse bona, non tamen in proposito nunc. Et sic hoc modo argumentum benè soluitur.

2. rō Henr. ad idem. SECVNDÒ Arguit Henricus, ꝙ in existentia Angeli dicatur esse formaliter successio. Nam D. Bonauentura concedit, ꝙ in æuo, uel mensura Angeli est formaliter successio, non tamen

men

mcn in illius existentia, uel esse. Contra hoc arguitur sic. Nulla potest esse successio in æuo, uel mensura, nisi dicatur esse successio in mensurato, uel æuiterno. Si ergo per te, in mensura Angeli dicatur esse successio etiam in ipso æuiterno, uel mensurato. antecedens probatur. Nā nunc æui nō potest corrumpi: ergo in æuo nulla potest esse successio. Antecedens patet. nam si nunc æui corrumpitur, uel hoc esset ad corruptionem subiecti, uel ad corruptionem actiuam contrarii agentis. sed nullum illorum est dicendum: ergo nullo modo corrumpitur illud nūc æui. Non ad corruptionem subiecti. nam nullum habet subiectum; nam substātia Angeli est simplex, & indiuisibilis; & forma simplex subiectum esse non potest, secundum Boetium &c. Nec ad corruptionem contrarii. &c. Nam, da mihi illud contrarium agens, corrumpens illud nunc æui, & sic nulla est successio in æuo, uel mensura Angeli: ergo nec in Angelo æuiterno, uel mensurato: quod est propositum.

Resp. Scot. pro D Bon. Respondet Scotus ad hoc argumentum cum arguitur sic nulla potest esse successio &c. nego: cum probatur. Nā nūc. &c. Nego, q nō corrumpatur. Et cum probatur q non. quia uel hoc esset &c. Cōcedo, sed nullum est dicendum. nego. Et cum probatur q non ad corruptionem subiecti, &c. concedo. & illud est primum dictum Scoti, & probatur. Nam semper manet idem subiectum, scilicet substātia Angeli. Secundo dico, q illud nunc æui raptim transit. Declaratur hoc. 12. quod ibi articulo. 3. Ratio est bona. Nam instans est tātum duratio per instans, & per consequens oportet, q hoc raptim transeat, nā secundum naturam suam est tale ens, q non durat, nisi per instans. Tertio dico, q potest poni illud nunc æui corrumpi ab agente contrario, & hoc per accidens, ab agente producente aliud nunc æui. patet. Nam agens naturale, inducendo formā, primo & per se non intendit corruptionem alicuius, sed tantum inducere formam: per accidens tamen aliquando corrumpit, inquantum, scilicet illa forma præexistens aliquando contrariatur formæ inducendæ ad esse simul. hoc modo etiam dico de istis nunc æui. Nam secundum nunc, producitur ab agente, & est incompossibile illi primo nunc, ad esse simul: ideo illud agens, producendo secundum corrumpit primum & sic per accidens, & sic concedit Scotus, q illud nunc æui corrumpitur ab agente. &c.

Qua sit dicta Sco. Primum dictum. 2. dictum. 3. dictum.

Scot. arguit contra solutionem. Et si arguatur. Nam uel illud nunc æui corrumpitur in alio nunc æui a seipso, uel in seipso nunc æui. hoc modo arguit Philosophus in 4. Phylic. de eodem, nunc, in tempore. nam sequeretur q idem simul esset, & non esset, si corrumperetur in seipso nunc. consequens tamen est falsum. Si in alio nunc cum illud aliud uideatur esse incompossibile isti: non uidetur dicendum, q illud nunc æui corrumpatur &c. Similis difficultas est hic de illo nunc æui.

Soluit Sco. obiectionem. Propositio de definit exponitur dupliciter. Regula Scoti. Respondet tamen Scotus ad hoc. in quolib. bene, per unam talem conclusionem. Propositio, de definit, dupliciter exponitur. Vno modo per positionem præsentis, & negationem futuri: dicendo, hoc nunc est, & immediatè post hoc, non erit. Alio modo per negationem præsentis, & positionem de præterito, dicendo, hoc nunc non est, & immediate ante hoc fuit. modo pro regula habet Scotus ibidem. In propositionibus de illis rebus, quæ tantum durant per instans. & de isto uerbo definit, est regula, q illæ exponuntur per positionem præsentis, & negationem de futuro. Hæc res nunc est, & post hoc non erit: ot illa exponitur, scilicet instans definit esse, instans nunc est, & immediatè post hoc non erit. nam datur primum instans sui non esse; & ultimum sui esse. nec authoritas Philosophi est contra nos. nam loquitur de illis rebus, quæ durant plusquam per instans. hoc modo ergo exponendo, nullum sequitur contra nos inconueniens. nam nunc qui corrumpitur, exponitur sic. Nunc æui est, & immediatè post hoc non erit. Et si quæratur, quid sit illud primum non esse illius nunc æui; Dico, q nullum habet, nec datur; benè tamen datur ultimum sui esse, sed non primum sui non esse, non enim dicimus de illo: Nunc non est, & ante fuit. Sed de illo dicimus: Nunc est, & immediatè post hoc non erit. Si esset dabile primum sui non esse, benè sequeretur; non esse, quando est, & quòd esset, & non esset in uno, & eodem instanti, ut patet. Vnde & ista ratio, non concludit &c.

Tertium arg. Henr. ad idē. ¶Praeterea si est hic aliqua &c.] Hæc est alia ratio Henrici ad probandum, q in existentia Angeli nulla dicatur esse successio formaliter. Nam si in existentia Angeli formaliter esset successio, sequeretur q Angelus diceretur mutari. cōsequens est falsum: ergo & antecedens. Falsitas consequentis patet. Nā si Angelus quotidie renouaretur, sequeretur, quòd mutaretur, & ueterasceret. patet. nam mensura mutationis est instans temporis, consequens tamen est falsum, quia si Angelus mutaretur, mensuraretur uel in tempore, uel in instanti, ut patet. consequentia probatur. Nam mutari est aliquid aliter se habere nunc, quam prius, ergo &c. Scotus non respondet ad hoc argumentum. Dico tamen secundum aliquos, quòd Aliquid mutari, potest intelligi dupliciter. Vno modo terminatiuè. Alio modo subiectiuè. Illud dicitur terminatiuè mutari, quod scilicet est terminus mutationis. Et subiectiuè illud mutatur, quod est subiectum mutationis. Primum dictum. Licet Angelus in suo esse habeat continuam innouationem, non tamen dicitur mutari terminatiuè. probatur. Nam Angelus non habet nunc aliud esse, & nunc aliud; sed semper manet unum, & idem esse illius, omnino inuariabile, conseruatum tamen, alia, & alia actione. ideo non dicitur mutari hoc modo. Secundum dictum est, q concedi potest Angelum posse mutari subiectiuè, a non uolitione ad uolitionem, a non intellectione ad intellectionem, potest nunc esse subiectum unius intellectionis, & illam recipere in se, cuius prius non erat subiectum; ut patet, potest etiam esse subiectum motus, quando mouetur de loco ad locum. Modo cum arguitur sic. Si in existentia Angeli, &c. Concedo antecedens subiectiuè, non tamen terminatiuè: Et debes probare, q continuè accipiat aliud, & aliud esse; hoc tamen modo non imaginamur nos, secundum D. Bonauēturam, quia semper habet idem esse. Ista solutio esset bona. Vel aliter uno uerbo dicamus ad hoc, cum arguitur sic. Si in existentia Angeli. &c. sequeretur &c. Concedo consequens, & consequentiam. Et cum dicitur: consequens est falsum. nego hoc cum probatur quòd Mensura mutationis. &c. Concedo hoc in generabilibus, & corruptibilibus; sicut de motu & tempore dicitur. Hoc modo diceremus ad Aristotelem, quomodo est renouatio in tempore, ratione motus. & sic hoc argumentū non concludit.

Scot. non respondet sed author. Aliquid mutari dupliciter.

Angelus mutatur subiectiuè.

Altera solutio.

¶Consequenter ad idem arguit Henricus quibusdam authoritatibus contra D Bonauenturam probando, q in existentia Angeli non dicatur esse formaliter successio, primo authoritate D. Augustini. 11. de ciui. Dei. c. 11. quæ authoritas reperitur ad longum in additionibus, quæ uult habere, quod nulla est renouatio, uel noua successio in esse Angeli. & c. Ad istā, & similes authoritates, si essent nullæ, dicamus, quòd uerum est quò ad esse illius Angeli, uel mensurabile; non tamen quo ad ipsam mensuram æui tantum. & hoc modo intelligit. D. Augustinus; & ita tenendo illum modum B. Bonauēturæ, oportet dicere consequenter hoc, ergo patet &c.

4. arguit Henr. ad id authoritatibus.

¶Hanc cōclusionē sequere nunc, tenendo negatiuè &c.] Consequenter tangit modum dicendi Henrici, in cuius prima positione ponitur una distinctio dans differentiam inter æuiternitatem, æuum, & tempus: & sunt aliqua dicta Henrici. Primo ergo notandum est, quòd inter æuiternitatem, & æuum, & tempus est triplex differentia, ut patet bene in additionibus libri. primo modo differunt, quia æternitas est mensura rei non desinentis esse, nec potentis desinere esse: & rei, quæ nulli, scilicet subest mutationi. Aeuum uero, est mensura rei non deficientis, uel desinentis esse, potentis tamen desinere esse, & subesse mutationi, & etiam tempori, ut patet. Aeternitas enim est mensura Dei; sed tempus, & æuum sunt mensuræ creaturarum, Angeli, animarum, & rerum temporalium. secunda differentia est. Nam æternitas dicitur esse indeficiens, & indefectibilis: æuum uerò dicitur esse indeficientis, defectibile tamen; Tempus uero est deficiens, & defectibile mensura, & desinat semper; nam iurauit per uiuentem in secula, quòd amplius tempus non erit &c. Tertia differentia est, quia Aeternitas est permanens necessario a se. Aeuum uerò est permanens ab alio. Tempus uerò non est permanens, sed successiuum. Ex istis ergo nunc sit Primum dictum Henrici Angelus licèt continuè dependeat ad Deum, habet tamen totum suum esse simul, prima pars patet. nam Angelus est creatura. secunda pars probatur. nam Angelus est substantia simplex in diuisibilis. Secundum dictum Henrici. Aeuum Angeli habet necessariam coexistētiam ad tempus, ita quòd benè sequitur. Aeuum est: ergo tempus est; nam contradictio est, quòd esset æuum, & non esset tempus. Tertium dictum Henrici. Illa coexistentia necessaria æui ad tempus, est propter ordinem inter æuum, & tempus. Nam æuum est perfectius, & tempus est imperfectius: & perfectius continet imperfectius: ergo coexistit illi necessario, sic quòd oppositum aste est impossibile. Et ad istud dictum sequitur Quartum dictum. Aeternitas, & æuum, & tempus, se habent sicut excedens, & excessum, ita etiam æuum, & tempus, se habent sicut excedens, & excessum. Quintum dictum Henrici est. Instans æui potest corrumpi per quod dam instans temporis, & in hoc fundatur ratio Scoti prima.

Differentia inter æternitatē, æuū & tempus triplex.

Primum dictum Henr.

2. dictum Henr.

3. dictum Henr.

4 dictum Henr. 5. dictum Henr.

Sextum

6. dictum Henr. *7. dictum Henr.*

Sextum dictum. Impossibile est Angelum eraatom durara per instans. Septimum dictum. Esse Angeli quaotum est de se, habet terminari. Ex istis est Corollarium ed titolum quæstionis. In axistentia Angeli, non est poneuda formaliter successio aliqua, probarur. Nam ea primo dicto Angeli, esse, est simplex; & indiuisibila maoens, contra Diuom Bonauenturam.

Prima rō Sc. contra Henr. Ostēdit Sc. Henr. ubi non contra dicere.

¶ Contra istum modum &c.] Scotos contra istam opinionem Henrici, arguit duabus rationibus: & primo quod Henricus contradicat sibi ipsi. arguitur sic. Bene sequitur, io Angeli eaistentia, uel æuiterno, non ast successio formaliter; ergo qund babet Angelus io præsanti nunc, habet etiam io quolibet alio nunc: & ista consequentia est bona. Et si Henricus eam coocedit. sequitur contradictio io dictis Henrici, ut dicit bic Scotus. probatur sic. Nam dicit primo quòd iu existeotia, uei esse, nuila est successio; & nunc ex illa consequentia tenetur illam successionem ponere, contradicit sibi ipsi, probatur tamen supponeodo illud septimum dictum, quod scilicet esse Angeli habet tarmioari quantum est de se. tunc si in eaistentia Angeli oulla pooatur successio. ergo idem esse habet ounc Angelus, & in quolibet alio nunc; sed io aliquo nuoc, Angelus habet tarminari, quantum est de sa: ergo quantum est de se non habet idem esse io isto nuoc, & io quolibet: ergo oportat dicere, quòd idem esse accipit in hoc nunc, & io qnolibet alio; & per consaquans soccessio. hoc ergumentum est ad hominem ca dictis suis; aliter non haberet tuim, & tamen nullam ponis succassionem in Aogelo: ergo con tradicis tibi ipsi.

2. rō Sc. cōtra Hen.

Secundò Arguit Scotus contra Henricum, nolendo probare, quòd Henricus noo bane dicat in soo secundo dicto, quòd Aeuum dicat necessariam coexistentiam ad tempus. Contra hoc argnitur sic, suppooendo secundum Bonauenturam ꝙ Illa ioconuenientia, quæ adducebaotor in quarta uia, qoòd omnia illa uideotur sequi ad positionem Henrici. Nam dicit, qoòd D. Booauentura negat illam necessariam coexistentiam æui ad tempns; & si illam posuisset, ista cootradictoria oon sequerantur nam aotecedeos illud, uel contradictoria illa tolluntur, per istam oecessariam coexisteotiam æui ad tempus; nam quia illud tempus succedit, dicitur essa successio io ipso Angelo, aliter oon. Ea ista negatione coexistentiæ illius, sequuntur illa inconuanientia, non tamen contra me, quia pono illam; & ideo arguitur sic. Quicquid est prius natura aliquo, quantum est de se, potest esse priua duratione, & sine illo, quod dicitur esse posterius ipso; sed æuum, & æoiteroum, quaotum est de se, est prius natura, quàm tempus: ergo non est contradictio, quòd ponatur ipsum ænum, sine cocxistentia illius ad tempus; & sic istud dictum secundum falsum est. Maior patat, etiam secundum Henricum; nam oos bene concedimus illam; tamen capio subiectum, & passiooem suam. Subiectom est prius natura, sua passiooe; & ita ooo repugnat subiecto, qnantum ast de se, essa prius duratiooe ipsa propria passione: & si non est prius duratione illa, hoc non est, nisi propter identitatem realem, quam habet ipsum subiectum ad soam propriam passinoem, & oon propter hoc, quòd illi repugnet; nam nullo modo repugnat quantnm est ea parte subiecti. vnde capitulo de prioti quinto Metaphy. dicitur, quòd illa suot prius natura aliis, quæcunque coutingit esse sina aliis, alia uero non sioe ipsis, & sic patet maior. Mioor ounc probatur. Nam habitudo ad tempus, est respectus quidam & relatio; modo suodamentum respectus, præcedit natura ipsam relationem, ut patet, & ideo illa ætcrnitas potest asse sine tempore; sioe aliqua contradictione; & nulla sequitur cootradictio, nisi per locum aatrinsecum, & non iotrinsecum. oude post iudiciom sioale, æuiternitas erit, & tameo oon erit tempus.

Soluit Sco. rōnem Hen.

Ad illam rationem Henrici io tertio dicto, quæ fuit. Propter ordinem ioter æuum, & tempus, quia æuum est parfectius, quàm tampos, &c. Dicit Scotus, quòd duplex est contineotia. Quædam quentitatiua. Alia ast continentia quidditatiua. Prima est mensuræ ad mensuratum, de qua dicemus io quæstione sequenti. Alia est, quando contioens est da ratione sui conteoti, ut superius continet ioferius quidditatiuè. Modo cum dicit, quòd Aauum contioet tampus, hæc non est continentia quidditatiua; patat bena, nec potest esse mensuræ quantitatiuæ; uel si etiam illa ponatur, noo repugnat æno, adhuc esse sine tempore. nam noo repugnat superiori esse sine inferiori, dato quòd illud inferius contineat illud superius quidditatiuè, ut non repugnat animali esse sine homine, licèt homo contineat animal, quidditatiuè; & ita iste modus dicendi noo nalet, ut patet.

Duo modi dicendi secundum mētē D. Bon. primus habet tria dicta. Primum dictum Sco.

Et ideo Scotus dat alium modum sustinendi B. Bonauenturam; & sustinet illum duplici modo, ut satis probabilis uterqua. Pro primo modo dicendi sunt tria dicta, atiam secundum meotem D. Bonauenturæ. Primum quomodo esset successio io Angelis sustinendo primam opiniuoem, scilicet quòd io Angelis est successio formaliter? debet dicere, qood æoum est quantitas. Ea hoc dicto est Corollarium Scoti; quòd Si æuum ponatur quaotitas, illud habebit suam propriam diuisibilitatem. Notandum tameo, quod duplex ast diuisibilitas. Quædam permaneos. Alia successiua. Prima est illa qua diuiditur eos permanaos; ut diuisio, qua hoc contiouum diuiditur, ut istud ligoum, uel ista tabula, & huiusmodi similia. Alia est, qua diuiditur ens successiuum; vt diuisibilitas, qua diuiditur tempus, motus. oportet ergo con sequentar, quòd ille dicat, quòd æuum habet suam diuisibilitatem, & succassiuam, scilicet noo permanentem. ut patet. Secuodum dictum Scoti pro D. Bonauentura est, qoòd

2. dictū Sc.

Dicens æuum esse quantitatem, & habera suam propriam diuisibilitatem successiuam, habet dicere consequenter, quòd io æuo, vnum indiuisibile succedis altari indiuisibili; ita quòd debet dicere, quòd illud nunc æui est rapum transiens; sicut instans in tempore nostro &c. Tertium dictum

3. dictū Sc.

Scoti, & hic aliqualis est difficultas, quòd asse æuiterni, ex vi positioois, habet esse præcisè io ounc æoi. Vnde notandum est secundum D. Bonauenturā dicimus, quòd Angelus, uel æuiternum, pooitur io nunc æoi illa positio est, quòd sic ponitur istius nuoc æui, quòd si Daus noo ponarct esse ipsius Aogeli in alio nunc æui, & alia positiooa ab illa, qua ponitur io primo oooc æui; quòd illud nunc æui Aogeli desinaret essa; & per conseqoens ille Angelos ea consequenti; non tamen quòd esse Angeli sit aliud in uno nunc æui, & aliud in alio onoc æui; sed idem penitus, & omoino uoom oumaro essa Aogeli ponitur a Deo io vno nunc æui; deiode in alio nooc; & alia positiona ab illa, qua ponebatur io præcedenti nunc; tot ergo positioeibus ponitor illud esse Aogeli idam, quot sunt illa nunc æui, esse Angeli maoente tamen ono simplici, & inuariato in se: & est boons modus dicendi de facto.

Corol. ex di ctis primū.

Ex isto infert Scotus Corollarium, quòd Deus dicitur conseruare positiue illum Angelum, & noo solum priuatiuè, uel oegatioè. Vnde conseruare negatiuè, est non deserere illud, cum posset. quando autem Deus alia, & alia noua positiooe ponit illud oooc, uel esse Angeli, io alio, & alio nunc; dicitur illum conseruara positiuè. Secundum infert Scotus Corollarium, quòd illa causatio, uel positio, qoa Angelus ponitor io hoc oooe, & deinde illa, qua Angelus ponitur in alio nunc, potest dici creatio, & cooseruatio. unde pro hoc ootandum est, quòd ut dictum est supra, quòd creatio, conseruatio, differunt ratiooe connotati; nam creatio dicitur, quæ dicit respectum ad non essa immediatè præcedans: Conseruatio tamen dicitor, quia dicit respectum ad esse immediate præcedens; ut hic est teatos Scoti modicum incorrectus. Dicit taman Scotus onum varbum, quod non dixit supra, qoòd scilicet esse Angeli in tertio nnoc, dicit ordioē ad oon esse præcedens immediatè, de illo non esse, quod præcedit ordine dnrationis, noo tamen iotalligit illod, de illo essa, qnod præcedit ordina oaturæ, sed dicit ordinem ad illud oon esse oatura. prima pars patet. nam anta primum instans, fuit non esse; deinde secuodo fuit, & hebet respectum ad asse præcedens, comparando tamen ad illud non esse ordine naturæ, quando Angelus est in secundo onne æui, non habet asse in alio tartio nonc, quantum est de sa, nec etiam io illo, tertio nisi a Deo, & alia actione poneretur in esse, modo illud non esse, non in, fuit; sed io fuisset, nisi agens extrinsecum oempe Deus, dedisset illi essa, & ideo dicit habitudinem immediatè. Exemplom istorum. Nam dicimus, quòd Angelus potest asse io loco diffinitiuè, & sic hic, quòd non alibi; & illo stante hic, eadem oirtute non potest esse elibi; sed oporter, quòd Deos, uel agens aatrinsecum mooaat illom ad aliud ubi. nam quantum est de se, non esset in illo hoc modo dicimus hic, da illius esse in diuersis nunc; quomodo est successio in illius mensura, & noo esse, uel substantia illius, & ita relinquitur iste modus tanquam probabilis &c.

Sctū scūmo dus dicēdi.

Alio Modo posset conclusio sustineri. Cósequente, ponit secundum modum sustioendi conclusionem D. Bonauenturæ

Secundus modus dicendi quorundam aliorum. Primum dictum Scoti.

qui tamen modus dicendi, non est ea principiis D. Bonauenturæ, nec ex dictis illius; sed probabiliter Scotus hoc modo sustinet illum: & istius modi dicendi sunt aliqua dicta. Primum dictum est. Tota existentia Angeli manet secundum esse absolutum considerata, dicitur secundum esse absolutum. Considerator enim Angelus dupliciter. Vno modo secundum esse absolutum. Alio modo secundum esse respectiuum. secundum esse absolutum consideratur, quoniam Angelus est substantia incorporea, intellectualis; & omnis substantia est aliquod absolutum: ergo illud dictum uerum pro prima parte. Alio modo secundum esse respectiuum. nam distinctione prima quæstione quarta & quinta huius, dictum est, quomodo relatio creaturæ ad Deum est eadem realiter ipsi creaturæ: & realiter omnis creatura habet esse respectiuum identificatum realiter sibi; & ita dicit istud dictum, quòd in existentia &c. Vnde sequitur quòd idem esse absolutum habet Angelus Michael hodie, quod esse absolutum habuit in prima die suæ creationis. nam illud esse Angeli est absolutum, & existentia absoluta non uariatur in Angelis. Secundum dictum pro hoc modo dicendi.

2. dictum Sc. Existentia Angeli manens eadem, potest sumi secundum nouum, & nouum respectum, quem habet ad causam suam. hoc patet ex primo dicto: quia si habet respectum ad Deum, qui respectus est idem realiter illi, istud uariatur secundum aliam, & aliam creationem: iste item respectus ad causam continuè est alius, & alius. Tertium dictum Scoti est.

3. dictum Sc. Existentia Angeli sub nouo respectu ad causam suam, succedit sibi ipsi, sub alio nouo respectu ad illam causam. hoc patet benè, quia si hodie alius respectus est ipsius Angeli, & alius cras ad suam causam, ille respectus crastinæ diei succedit respectum, qui est hodie; & sic natura, uel existentia Angeli sub illo respectu. Ex hoc sequitur, quòd in existentia Angeli dicitur esse formaliter successio, secundum successionem respectus ad respectum. patet, quia dicis, quòd est nouus respectus hodie, & cras succedet alius nouus: & hoc modo intelligitur in existentia Angeli esse formaliter successio. secundum B. Bonauenturam. Si quæras, quis istorum duorum modorum sit probabilior ad sustinendum D. Bonauenturam, Vel ille, qui dicit, quòd illud esse Angeli idem, infinitis causationibus ponatur in alio, & alio nunc. uel iste, qui dicit, quòd secundum alium, & alium respectum &c. Respondeamus ad hoc, quòd est primus modus: nam ille est secundum dicta D. Bonauenturæ. & de mente illius; tamen iste secundus modus est facilior ad sustinendum; & pauciores habet instantias. tamen difficile est etiam istum tenere; nam difficile uidetur in uia Doctoris nostri, quòd ponatur successio, & nouitas in respectu sine successione, & nouitate in absoluto. Et contra hoc arguit Scotus, & argumentum est benè difficile, & ideo Scotus arguit contra istos modos probabiles sustinendi opinionem Diui Bonauenturæ, & quòd nullus istorum possit probabiliter teneri, quomodocunque dicatur & primò contra primum modum, secundò contra secundum.

Arguit Sc. contra opinionè D. Bonauenturæ. Primò arguitur sic. Dicis, quòd in existentia Angeli secundum D. Bonauenturam dicitur esse successio, quia idem omnino esse &c. Contra arguitur supponendo, quòd de nunc æui est duplex modus dicendi. Vnus est, quòd æuum non distinguitur realiter ab existentia Angeli, sed est ipsamet existentia; ut dicemus in quæstione sequenti. Alius modus dicendi est, quòd æuum est aliquid absolutum distinctum ab existentia Angeli. Vterque modus probabilis. Modo quæro. Vel illud nunc æui, est idem realiter cum existentia Angeli; uel est aliud ab illa: quodcunque dicas, habeo contra te, quòd modus ille primus non ualet. Si dicas, quòd æuum est idem realiter ipsi Angelo. Contra hoc arguitur sic.

Arg. primũ Sco. contra D. Bonauenturam iuxta. Primum modum dicendi. In existentia Angeli, nulla est successio formaliter, per te: ergo nec in illo æuo, uel nunc æui: patet consequentia. nam sunt idem realiter per te. Si autem dicas, quòd illud nunc æui distinguitur realiter ab ipso Angelo, tunc sic arguitur. Nam qua ratione Deus potest conseruare illud esse Angeli sine quacunque successione, etiam potest conseruare illud nunc æui: & sic non est necesse ponere ibi aliud, & aliud nunc succedentia sibi inuicem, sicut dicis.

Ponitur euasio pro D. Bonauen. Et si dicatur pro Diuo Bonauentura, quòd si primũ nunc æui conseruaretur, hoc esset in alio nunc. nam secundum illum: esse Angeli conseruatur in hoc nunc; deinde alia conseruatione conseruatur in alio nunc, & si Deus nellet conseruare illud nunc æui, oporteret conseruare illud in alio nunc æui, & sic sine successione, non uidetur dicendum, quòd Deus conseruet illud nunc æui, sicut conseruat illud esse Angeli, uel æuiternum. nam illud esse conseruatur in diuersis nunc successiuè. nec oportet ponere tertium æuum æui Angelorum, sicut ponis, hæc esset una euasio.

Reijcit Sc. euasionem. Contra tamen istam euasionem arguit Scotus, replicando. Capio illud nunc æui: Dicatur A, illud est entitas absoluta, distincta ab illa entitate absoluta ipsius Angeli, & existentiæ illius: ergo ita frequenter potest poni in existentia Angeli, uel in esse, sicut ponitur in esse illud absolutum, Angeli continuè in alio, & alio nunc; & tunc si ponitur in esse continuè in alio, & alio nunc, esset processus in infinitum. Exemplum. Quæro. Vtrum Deus posset conseruare tempus totum simul? Si dicas, quòd sic. quæro, uel in alio, & alio tempore, uel in seipso. Si in alio tempore, quæro de illo; Vel Deus illud potest conseruare sine alio, uel non. Si non, etiam nec de primo; si sic, ergo in alio tempore, & sic in infinitum. nisi dicas, quòd potest conseruare sine tempore totum illud tempus simul, sicut ipsas res temporales. Esset simile argumentum de æuo, uel de illo nunc quod; si Deus conseruaret illud nunc æui; uel hoc esset seipso nunc, uel in alio, & alio nunc; ponendo illud nunc, quæro de illo nunc, in quo illud ponitur: Vel Deus potest conseruare illud nunc sine hoc, quòd ponatur in alio nunc, uel non. Si dicas, quòd non, sed in alio, quæro de illo, & sic in infinitum: ergo sicut existentia Angeli sine successione potest conseruari, etiam illud nunc; & sic non uidetur illa necessitas ponendi illam successionem ratione positionis illius esse in alio, & alio nunc. Item etiam dicamus, quòd (sicut infra dicemus) non est ponenda aliqua entitas absoluta, realiter distincta ab existentia Angeli. nam probabilior modus erit, quòd æuum non distinguitur ab Angelo. modo si in Angelo nulla est successio, nec in esse illius etiam ulla erit successio in æuo, nel mensura illius. & sic iste modus non est necessarius, sed benè probabilis.

Arguit contra eundem iuxta. Secundum modum dicendi. Contra secundum modum probabilem ad sustinendum Diuũ Bonauenturam per successionem respectus ad respectum nonum &c. Supponendo, quòd Duplex est respectus. Quidam est intrinsecus adueniens. Alius est respectus extrinsecus adueniens. Intrinsecus adueniens est, qui necessario consurgit positis extremis; ut creatio passiua, paternitas, similitudo. Respectus extrinsecus est, qui non necessario consurgit, ut actio transmutantis ad transmutatum. nam non necessario ponitur, posito actiuo, & passiuo. nam potest esse impedimentum.

Notandum secundum Scotum. Notandum etiam secundum Scotum hac distinctione & 13. quolib. quòd ad relationem intrinsecus aduenientem, non est per se motus primò: quia neque est nouitas, in relatione intrinsecus adueniente sine nouitate in absoluto. fundamento, uel termino. tamen non est inconueniens de respectu extrinsecus adueniente, quòd sit in ipso nouitas, sine nouitate in absoluto. nam per motum localem acquiritur nouus respectus, tamen absolutum semper manet idem; ut sedens acquirit alium respectum, quem non habebat stando, & è conuerso. modo hic loquitur Scotus de respectu intrinsecus adueniente, & non de respectu extrinsecus adueniente: aliter illa ratio non ualeret; & ideo arguitur sic. Non est nouitas in respectu sine nouitate in absoluto; ergo iste secundus modus dicendi ad sustinendam opinionem Diui Bonauenturæ est falsus. Item etiam ille respectus Angeli ad Deum, est idem realiter existentiæ Angeli si est, ergo successio in illo respectu, tunc etiam erit successio in illius existentia; quod tamen negas. iste ergo modus non ualet, & ideo Scotus

Problematicus é Sco. remanet problematicus usque nunc; quia neutrumque modus istorum est sibi probabilis: & quomodocunque dicatur, nihil contra illum.

Duæ concl. Sc. ad quæst. Prima conclusio. Et tamen Scotus ad istam quæstionem de mente sua, dat duas conclusiones. Prima est hæc. Non est necesse in existentia Angeli, nec in aliquo, quod est in Angelo, ponere formaliter successionem. non est necesse, dicit, non negat tamen, quòd nõ sit probabile, quia omnes rationes ad illam ponendam soluuntur; ut patet benè ex dictis.

2. concl. Sc. Secunda conclusio Scoti ad quæstionem. Non est necesse ponere illum nouum respectum ad primam causam, probatur. nam est idem esse, idem terminus, & idem fundamentum illius respectus: ergo oportet dicere, quòd ille respectus est idem, & non nouus, uel alius, & alius. Scotus nihil aliud dicit ad istam quæstionem. Vtraque tamen opinio est Scoto probabilis.

Soluuntur arg. principalia pro utraq; parte. Restat ergo soluere argumenta principalia, tam ante oppositum, quàm post oppositum. quia quælibet opinio est Scoto probabilis. Et argumenta post oppositum sunt pro opinione

nione Diuus Bonauenturæ, quòd in existentia Angeli ponitur formaliter successio, quæ oportet soluere, si uolumus tenere modum Henrici, & ideo pro Diuo Bonauentura arguitur primo principaliter. Pono per casum, quòd Deus creauit omnes Angelos simul, hoc tamen non est necesse: nam Deus potuit creare unam speciem Angelorum, deinde aliam, sicut sibi placet; tamen probabile est, quod omnes simul creauerit; ponatur ergo pro nunc, quòd creauit unum Angelum prima die, & alium alia die. &c. modò arguitur sic. Angelus, qui primo fuit cum non esse posterioris Angeli, & qui etiam est cum esse posterioris Angeli, succedit sibi ipsi secundum suum esse: ergo in existentia Angeli dicitur esse successio. consequentia est bona. Nam si succedit, successione dicitur succedere. Antecedens probatur per casum. Nam hodie Deus creauit Michaelem, & Raphael per casum hodie habet non esse; deinde cras Deus creabit Raphaelem, qui habebit esse; igitur Michael fuit prior Raphaele, cùm fuerit illo non existente; & est illo existente: ergo & esse Michaelis, ut est cum non esse Raphaelis, præcedit seipsum, ut est cum esse Raphaelis; & per consequens idem esse succedit sibi ipsi formaliter. quare patet antecedens.

Primũ arg. principale ad oppositũ per D. Bonauentu. & de ducitur.

¶ Ad argumenta principalia &c.] Respondet Scotus concedendo casum, & cùm arguitur sic. Angelus ille. &c. Concedo illud antecedens: nego tamen consequentiam. & ad probationem huius, solutionem habet respondendo ad tertiam rationem Diui Bonauenturæ, ubi ponebatur casus, quòd esset unus Angelus productus, alius annihilatus, & deinde unus tertius Angelus coexistens illis duobus; quomodo in esse illius nulla est successio, licet illius esse coexistat illi non esse & esse alterius; & illud idem esse succedat, & nullo modo uariatur. modo adhoc, quod dicatur esse successio formaliter in esse alicuius, oporteret quod esset aliud, & aliud esse; & sic argumentum istud non concludit.

Solutio Sco. primum pro Bonau.

Secundò arguitur principaliter pro Diuo Bonauentura quod in esse Angeli dicatur esse successio formaliter, arguitur sic. Angelus potest annihilari. quæro in quo nunc; uel in nunc temporis, uel in nunc æternitatis, uel in nunc æui: quodcunque dicas, uel habebo propositum, uel contradictio sequitur in dictis tuis. Si dicas, quòd annihilatur in nunc temporis, contra: hoc nunc, non est, nam ponatur, quòd tempus non sit, sicut est possibile; & post iudicium non erit; nam iurauit per uiuentem. &c. quòd amplius tempus non erit; tamen Angelus æquè bene annihilari potest, sicut nunc, & non in nunc temporis, uel ergo in nunc æternitatis: sed hoc non, nam Angelus non habet esse in æternitate; sed tantum ipse Deus dicitur esse mensuratus æternitate; ergo relinquitur, quòd annihilatur in nunc æui. tunc sic. Deus potest annihilare Angelum in nunc æui: ergo in eodem nunc æui, uerum erit dicere, quòd Angelus habet esse, & quod non habet esse: & fuit argumentum in confirmatione ad secundum argumentum Diui Bonauenturæ, & solutum est.

Secundum principale ad idem.

Respondet tamen Scotus ad istud per aliqua dicta. Primum est. Angelus potest annihilari in eodem nunc æui negatiuè, tenendo, quod habeat suum nunc quilibet Angelus, negatiuè annihilabitur, uel ex consequenti: quia illud nunc æui desinit esse, & in uno eodem nunc potest annihilari negatiuè; & posset tamen Deus illum conseruare, si uellet illum Angelum esse, sic, quòd obiectum uoluntatis Diuinæ erit ipse Angelus; deinde uolet ipsum non esse, quando annihilabit illum, negatiuè tamen; illa uolitio terminatur supra illud nunc æui. Et sic nulla est contradictio. Secundo dico, quòd tenendo, quòd æuum sit idem cum existentia Angeli, Deus potest annihilare Angelum cum æternitate diuina: & facere illum esse cum æternitate. Notandum tamen, quòd Angelum habere esse cum æternitate, est dupliciter: Vno modo secundum omnem præsentiam æternitatis. Alio modo secundum aliquam præsentialitatem æternitatis. Primo modo non est intelligendum, quòd Angelus sit præsens æternitati, sed ipse Deus solus dicitur esse cum æternitate. Secundo modo quæcunque creatura dicitur coexistere ipsi æternitati, & habere præsentialitatem aliqualiter: nam quando æternitas est, non semper fuit, nec est quæcumque creatura, & isto modo intelligitur, & sic illud argumentum non ualet.

Solutio Sco. secundum principale per dicta.

Angelum habere esse cum æternitate stat dupliciter.

Tertiò finaliter pro opinione Diui Bonauenturæ arguitur sic. quòd in Angelo est formaliter successio, (littera est modicum difficilis, arguitur tamen sic) ponendo casum; quòd Deus producat Angelum Michaelem, ille est, deinde uolo, quod annihilet suum, ille non est; uolo tertio quod reparet esse illius annihilati. tunc arguitur sic. Esse reparatum ipsius Michaelis, & esse creatum, quod prius habuit, quod est nunc reparatum, per casum, non est unum, & idem esse. ergo in alio nunc est esse reparatum ipsius Michaelis, & in alio est esse ipsius, quod habet per creationem: ergo si semper mansisset sine interruptione, post fuisset in alio nunc æui, quem modo: ergo in illo esse & quòd ipse habet, diceretur esse formaliter successio: quod est propositum; Antecedens patet; nam inter illud esse, quod Michael habuit per creationem, & istud, quod ipse habet per reparationem, fuit interruptio; & sic non est idem esse, ut patet per casum. consequentia illa probatur, nam sic arguitur. Si esse Michaelis stetisset sine aliqua interruptione, aliud nunc ipsius æui fuisset quando fuit creatum, & aliud nunc æui fuisset quando est reparatum. & sic fuisset successio formaliter, sicut prius. consequentia ista probatur. Nam tanta mora fuisset in illa natura Angeli, quanta fuisset in illa quiete, uel mensura quietis; & in illa fuisset aliud nunc: patet. nam si ego quieui duabus horis, bene sequitur, quies est duarum horarum: ergo ego quieui per duas horas. illud etiam uult habere illud antecedens: & sic hoc argumentum est satis bonum.

Tertiũ arg. principale ad idem.

Respondet Scotus ad hoc argumentum. Et litera est bene intricata, nisi bene legatur. Pro cuius declaratione ponamus aliqua dicta. Primum dictum. Non esse creabilis, præcessit esse creati; patet. Siquidem creatio, est productio de non esse ad esse. Secundum dictum. Esse creati præcessit non esse annihilati. nam ponebatur quòd primo crearetur, deinde quod annihilaretur. Tertium dictum. Non esse creati præcessit esse reparati. patet. nam isto modo ponebatur in argumento. Quartum dictum. Idem est non esse annihilati, & non esse præcedens esse creati; unde dicebamus, quòd haberet esse antequàm annihilaretur. ego habui non esse antequam crearer. Vnde si Deus annihilaret me, haberem simpliciter non esse, sicut prius antequàm crearer. Quintum dictum. Esse reparatum est idem cum esse creati. Si Deus crearet me, ego haberem esse, deinde si Deus annihilaret me, & post me reproduceret, ego iterum haberem esse. Dicit Scotus, istud esse, esset unum, & idem cum illo priori esse, quod habui. Ex quo sequitur Corollarium, quòd cum esse creati, & esse reparati, sit unum, & idem esse, nulla est successio, uel continuatio in esse illius. Nam dicit Scotus: Continuatio, uel successio, requirit alietatem inter illa, uel partes illius, in quo dicitur esse continuatio, uel successio. nam omnino unius, & eiusdem ad seipsum, nulla est successio. Secundo sequitur, dicit Scotus, quòd in esse reparati, & esse creati, est dare successionem, quæ est successio ad suum oppositum. nam esse creati, succedit ad non esse, creabilis; esse reparati, succedit ad non esse reparati; & ista est successio ad oppositum, non tamen ad unum, & idem. Sed contra, & est una replica. Si non est aliqua successio inter esse reparatum, & esse creatum: ergo ita esset, si nulla fuisset interruptio. Respondet Scotus, & est sextum dictum in ordine. Si non esset in existentia Angeli creati, & reparati successio ad oppositum, quod mediat inter illa duo esse, esset tanta simultas in existentia Angeli, sicut si non fuisset interrupta. patet hoc exemplo. Capio esse creatum, deinde esse reparatum, inter illa esse, mediat non esse, quia esse annihilatum, quod est non esse, dicit nunc Scotus, quod si illud non esse non mediaret inter illa esse, illa duo esse, essent unum & idem penitus. Secundum dictum, uel pars illius scati dicit, quod quia illud non esse, quod est oppositum ad esse creatum, & esse reparatum, mediat inter illa esse; ideo non est tanta simultas, quanta esset inter illa duo esse, si nullum non esse mediasset: sicut si nunquàm fuisset interrupta existentia Angeli.

Pro solutione aliqua dicta.
1. dictum.
2. dictum.
3. dictum.
4. dictum.
5. dictum.
Corollariũ primum.
Corollariũ secundum.
Replica.
Solutio replicæ. 6. dictũ Sc.

¶ Ex his nunc ad formam, cum arguitur. Sequeretur quòd &c. Nego consequentiam. nam aliud est dicere esse simultatem eandem, & aliud est dicere, esse identitatiuè eandem: bene concedo, quod est tanta identitas, inter illa duo esse, quando illud non esse fuit medium, quanta identitas fuisset, si nulla fuisset interruptio; non tamen tanta simultas: quia illa tollitur per interruptionem, & hic est punctus solutionis. Et sic si tenetur quòd æuum est aliquid realiter distinctum ab Angelo,

Ad formã arg.

gelo, uel æuiterno, non est necesse dicere, quòd illud nunc æui annihiletur, ad annihilationem Angeli, uel æuiterni: uel è conuersu; uel quòd crearetur in illo, sed in alio, & alio nunc æui, potest aliud annihilatum creari, & creatum anuihilari. & hoc bene seruit pro materia de resurrectione in quarto. Modo ad formam. Cum arguitur ponendo casum, conceдо totum casum; & cum dicitur. Esse succedit &c. nego huc, nam est idem esse numero, nec est tanta simultas, ut bene probat argumentum, & tamen tanta identitas; & nihil contra nos, nam semper manet idem esse &c.

Argumenta principalia ante oppositum. Soluuntur pro D. Bon. ¶A n argumenta pro prima opinione. &c.] Restat exponere argumenta ante oppositum quæstionis, quæ fuut pro opinione Henrici. Et primo arguitur sic. Quantitas non potest recipi in non quanto; sed successio est quantitas. ergo successio non potest recipi in Angelo, qui non est quantus, imo est non quantus. & sic in Angelo nulla est successio formaliter. Maior patet. Minor probatur. Nam quantitas diuiditur per continuam, & discretam; sed nulla illarum recipitur in non quanto: ergo &c.

Soluitur primum pro Henrico. Respondemus ad hoc argumentum per principia D. Bonauenturæ si uolumus tenere modum ipsius: cum arguitur sic. Quantitas &c. Distinguo. Nam duplex est quãtitas. Quædam, quæ habet partes diuisibiles, ut est quantitas molis. Alia est quantitas, cuius partes sunt indiuisibiles, ut æuum. nam omnia nunc æui, sunt indiuisibilia; modo cum dicitur quantitas non potest &c. Concedo de illa, cuius partes sunt diuisibiles; nego de illa, cuius partes non sunt diuisibiles, sed indiuisibiles. Dico nunc, quòd Angelus non mensuratur tempore, nec anima, nec aliæ substantiæ incorporeæ. nam mensura esset diuisibilis, ubi tamen mensuratum esset indiuisibile. Sed dico, quòd loquendo de quantitate, cuius partes sunt indiuisibiles, & nullum est inconueniens, quòd ipsa recipiatur in non quanto. Nam æuum est quantitas successiua, indiuisibilis, consistens in illo nunc indiuisibili; & illud benè recipitur in Angelo, tanquam mensura illius, secundum ipsum D. Bonauenturam. Alias tamen babuimus unam solutionem ad hoc argumentum quòd argumentum benè procedebat de quantitate continua, non tamen de discreta. Sed dictum est; quomodo illa solutio non erat de mente D. Bonauenturæ. nam ille non dicit, Aeuum esse quantitatem discretam, sed quantitatem continuam, ut patet &c.

Cõfirmatur arg. Henr. Confirmatur tamen istud argumentum de mente Henrici, quòd Quantitas permanens non possit recipi in non quanto, arguitur sic. Quantitas permanens non potest recipi in indiuisibili. patet, quia longitudo, latitudo, & profunditas non possunt recipi in puncto. punctus enim non est longus, nec latus, nec profundus, ergo etiam quantitas successiua non potest recipi in indiuisibili. sed sic est, quòd Angelus est indiuisibilis, æuum est quantitas successiua. ergo in Angelo nullum est æuum, nec successio aliqua. Respondeamus concedendo antecedens, & consequens. & consequentiam de illa quantitate successiua, cuius partes sunt diuisibiles, & succedunt sibi inuicem, ut patet de motu, & tempore; non tamen de illa quantitate, cuius una pars indiuisibilis succedit alteri parti indiuisibili. Et æuum non est quantitas successiua, sicut tempus, & motus; & sic non est simile. &c.

Soluitur cõfirmatio.

2. principale ad idem. S e c v n d ò Principaliter arguit ipse Henricus, probando, quòd in existentia Angeli nulla dicatur esse successio. Nam si in existentia Angeli esset successio, sequeretur quòd existentia Angeli mensuraretur tempore; consequens est falsum, ut benè patet secundum omnes: ergu & antecedens, probatur consequentia. Si in existentia Angeli poneretur formaliter successio, in illa erit dare prius, & posterius: sed ubi est dare prius, & posterius, ibidem est dare tempus; quia tempus est numerus motus, secondum prius, & posterius. Si ergo in existentia Angeli dicatur esse successio, ipsa mensurabitur tempore, quod tamen est falsum.

Soluitur secundũ principale. Respondeamus ad hoc argumentum per unam talem distinctionem: quòd Prius, & posterius considerantur dupliciter. Vno modo absolutè. Alio modo comparatiuè, & in quadam comparatione. Primo modo absolutè, non comparando ad ali quod tertium, Secundo modo comparando ad aliud; ut quando dicimus. primogenitus, secundogenitus: ex illo ordine, quem habent adinuicem, dicitur unus primogenitus, alter secundogenitus; uel posterius genitus. Secundo modo quando dicimus, prius, & posterius in tempore, secundum prius, & posterius in motu, quia nisi esset prius, & posterius in motu, etiam nullum esset prius, & posterius in tempore. ista distinctio est bona. Modo cum arguitur sic. Vbi est dare prius &c. Concedo, quòd ubi est dare prius, & posterius comparatiuè, & in ratione motus, quia ibi etiam est dare tempus; non tamen ubi est dare prius, & posterius absolutè præcisè, propter ordinem, quem aliqua dicuntur habere adinuicem. nullum enim arguitur ibi tempus. modo sic est inter illa nunc æui, quia unũ nunc æui est prius, aliud est posterius, ex illo ordine, quem habeot adinuicem, nõ tamen ratione alicuius motus; & sic argumentum benè soluitur.

T e r t i ò arguitur sic principaliter ad illud idem aucto- ritatibus, & probatur secundum Heuricum, quòd in Angeli existentia nulla ponatur successio. & primo auctoritate D. Augustini lib. 83. Quæstionum quæstione septuagesimasecunda, faciantis differentiam inter æuum, & tempus; dicit quòd æuum est stabile, tempus uero non; sed est mutabile. si ergo æuum est stabile, sequitur, quòd nulla est successio in ipso, (ut dicit) nam aliter non esset stabile, quod uidetur esse contra. D. Augustinum. *Tertium principale pro Henr. per authoritatem.*

Respondeamus ad illud Beati Augustini, quòd ipse uult habere, quòd æuum est stabile, ad hunc sensum, quòd nunquam desinet esse. Dico etiam quòd dicit, quòd Tempus nõn est stabile, sed mutabile, quia, scilicet aliquando definet esse, nec semper durabit, secundum illud Apocal. Iurauit per uiuentem in sæcula, quòd amplius tempus non erit. non tamen uult negare, quòd æuum non dicatur esse successiuum modo expositu. *Soluitur authoritas D. August.*

Alia est auctoritas B. Dionysii de Diuinis nominibus cap. 5. Hæc cum ibi uidentur ibi dicontur esse. sed æuum Angeli ibidem uidetur: ergo dicitur esse permanens, & non successiuum. nam successiua non uidentur esse. nam præcisè dum fiunt, fiunt, nullum tempus uidetur nisi ratione motus, nec motum primo & per se uidemus; licèt illa uideantur benè fieri, non tamen uideri esse. Respondeamus ad huc, quòd nullum est inconueniens, quòd existẽtia Angeli uideatur, inquantum continuè accipit esse in aliu, & aliu nunc. Et sic ista quæstio reli nquitur terminata. *Soluitur argu. ex D. Dion.*

Q V AE S T I O S E C V N D A.

V T r u m In Angelo actualiter existenti sit necesse ponere aliquid aliud ab ipsius existentia mensurans illius esse &c. *Vtrum aeuũ distinguatur realiter ab existẽtia Angeli.*

C o n s e q v e n t e r Scotus, uiso quomodo esse Angeli nullam dicit successionem, licet benè æuum, uel mensuram illius secundum D. Bonauenturam, & non secundum Henricum: Quærit nunc de mensura illius esse, & quæ est, & titulus iste habet tres terminos declarandos. Primus est, Angelus. Pro quo notandum est illud, quod habet Scotus trigesimanona distinctione primi de futuris contingentibus. quòd Possibile capitur dupliciter. etiam dictum est octaua distinctione primi, quæstione ultima. Quoddam est possibile subiectiuum, & est illud, quod est ens extra causam suam, potens aliquod incipere, ex se tamen formaliter dependens, & possibilitatem dicens; ut nos omnes dicimur possibiles. Nam subsistimus extra causas nostras, cum dependentia tamen ad primam causam, & possibilitatem ad non esse; & possumus multa incipere, ut patet. Aliud est possibile obiectiuum. & istud est duplex. Quoddam est, quod aliquando erit, Aliud est, quod nunquam erit. Exemplum primi. Est, Antichristus. nam ille habet esse possibile, & esse cognitum in mente Diuina, sic tamen, quòd aliquando erit. Exemplum secundi. Alios mundos esse, possibile est; illos tamen esse nunquam faciet Deus. alios Angelos ab illis, qui modo sunt, tamen nunquam alii erunt. Iudam saluari, est unum possibile, quod tamen nunquam erit. Modo Scotus uult loqui in quæstione, de illis Angelis qui sunt, non de illis qui possunt esse, & nunquam erunt. De existentia Angeli dictum est in alia quæstione, quomodo capitur multipliciter. & sic patet ille primus terminus. *Termini declarandi. Angelus 1 primus terminus. Possibile dupliciter. Possibile obiectiuũ duplex.*

Secundus terminus est, mensura; de qua dicemus ad longum in secunda parte quæstionis. dico tamen pro nunc, quòd Duplex est mensura. Quædam est quidditatiua. Alia est duratiua, Quid- *Mensurã 2 duplex terminus.*

Quidditatiua mensura est illa, de qua Philosophus loquitur. in. Meta. quando dicit, quod in omnium genere, è dare unũ, quod est metrum, & mensura omnium. &c. idest perfectionalis mensura per accessum, & recessum, ad quam attenditur omnis perfectio, uel imperfectio omnium illorum, quæ illo genere continẽtur, ut homo in genere animalis, & huiusmodi. Alia est mensura duratiua, quæ dicit durationem alicuius entis, & continuationem illius in esse; & dicit, quantum durat illud ens, ut bene dicit In. de Bassolis. & secundum istam mensuram duratiuam, nullo modo attenditur perfectio, uel imperfectio alicuius rei intrinseca, & formalis, & si secundum istam, alicui conueniat aliqua perfectio, scilicet magis, uel minus durare, hoc non est nisi perfectio extrinseca, & accidentalis. nam æque perfectus est infans unius diei intrinsecè, & formaliter, in ratione hominis, & animalis, sicut ipse Mathusalem, qui uixit noningentis sexaginta nouem annis. unde pro illa mensura notandum secundum de Bassolis, quòd Triplex est genus entium. Quoddam est simpliciter inuariabile, & necesse esse. Aliud est inuariabile actu, potentia tamen uariabile. Aliud est genus entium uariabile simpliciter, tam actu, quàm potentia. Ex istis tribus generibus entium correspondet sua mensura distincta unicuique illorum. Primum genus entium est ipse Deus; cui correspondet pro mensura duratiua, ipsa æternitas; quæ secundum Boetium, est interminabilis uitæ tota simul, & perfecta possessio. de qua dictum est 9. distinct. primi & 6. quolibet. quomodo illa descriptio habet tres partes. prima est, quia dicitur, quòd est interminabilis uitæ. per quam excluditur omnis decisio a Diuina Maiestate, nunquam enim Deus desinet esse, nec desinere potest, nec secundum actum, nec secundum potentiam; etiam nec duratio illius. Secundo dicitur, tota simul. per quam secluditur ab ipso Deo & a mensura sua omnis successio nam Deus est permanens, & non successiuum; & omne, quod est in Deo. Dicitur insuper & tertio. Perfecta possessio. per quod excluditur ab ipso Deo omnis dependentia. nam possidens aliquid, & ab alio dependens in possidendo; illud non dicitur perfectè possidere illud. Deus tamen nullo modo dependet ab alio. ideo habet illam æternitatem pro mensura. Aliud genus entium est inuariabile secundum actum, uariabile autem secundum potentiam, ut ipse Angelus; substantiæ separatæ, omnes etiam animæ intellectiuæ. De substantia autem corporali, Vtrum dicatur existentia, dicemus quæstione. 3. huius. Isti generi entium correspondet pro propria mensura, ipsa æuiternitas, uel æuum; quia est mensura, quæ nunquam actualiter desinet esse; potest tamen desinere esse. Vnde æuum, secundum de Bassolis, uel mensura, uel duratio entis non deficientis, uel desinentis, potentis tamen desinere esse; & sic est mensura Angelorum, & animarum, & huiusmodi. Tertium genus entium est, quod desinet esse actualiter, & potest desinere esse. si desinit, benè potest desinere. quia ab ipso posse ad esse non semper est consequẽtia bona, sed utique ab esse ad posse semper est bona consequentia. huius generis sunt homo, asinus; & uniuersaliter omne temporale; nam omnia transeunt in tempore, & senescunt in tempore. Huic generi entium correspondet mensura duratiua, quæ dicitur tempus, quæ etiam mensura deficiet, secundum illud Apoc. & de ista mensura loquitur hic Scotus. Et si quæratur, (extra modicum) quæ est mensura quidditatiua ipsius Angeli, uel perfectionalis: Dicunt ad hoc Nominales benè breuiter. Gregorius nihil dicit;) dicunt tamen aliqui quòd est supremus Angelus, quicunque sit ille; & nullam aliam mensuram ponunt in ipsis. tamen de perfectionali dicunt illum esse supremum Angelum, quicunque sit ille; Lucifer communiter assignatur, per cuius recessum ab illo, & accessum, illi alii mensurantur secundum perfectionem intrinsecam, & sic patet de isto termino.

Tria genera Entium, secundũ de Bassolis.

Aeuũ quid secundum de Bass.

TERTIVS terminus declarãdus est, Aliquid aliud ab existentia Angeli. aliud declaratum est distin. 4. primi quæstione. 1. Vtrum Deus genuerit alium Deum. ubi dicit Scotus, quòd aliud dicit distinctionem essentialem, & accidentalem, & realem. Vtrum ergo in Angelo sit ponendum aliquid realiter, & essentialiter distinctum ab existentia Angeli, quod sit mensura illius duratiua. Hic est titulus quæstionis clarus. Breuiter tamen sunt duæ quæstiones partiales. Vna est. Vtrum in existentia Angeli sit dabilis aliqua mensura. 2. quæstio est. Vtrum illa mensura distinguatur realiter ab Angelo, uel sit eadem illi realiter. ista duo simul quæruntur.

Tertius terminus.

Et primo pro ueritate arguitur, quòd Mensura Angeli non distinguatur realiter ab existentia illius Nam si mensura Angeli distingueretur realiter ab ipso Angelo, uel ab existentia illius; nempe æuum ipsum; Quæro, quomodo illa mensura habeat in suo esse; & habeat suum esse? uel illa mensura habet esse in seipsa, uel in alia mensura. tertia: si in seipsa ergo pari ratione ipsa existentia Angeli dicetur habere esse in seipsa; & non requiritur alia mensura realiter ab illa distincta. Si dicas secundum, quòd in alia mensura, tunc erit processus in infinitum. Nam quæram de illa alia mensura, quomodo habet esse, uel in aliqua alia mensura, uel in seipsa, & sic illa pars relinquitur uera.

Argu. ad partẽ uerã.

¶Respondeo. patet &c.] In illa quæstione Scotus hoc modo procedit per duas partes principales. Prima ad quæsitum secundo loco: secunda ad primum quæsitum. primo declaratur, Vtrum illa mensura distinguatur realiter ab Angelo. Et pro primo sunt tres articuli. Primo ponit modum dicendi D. Bonauenturæ & Henrici. Secundo loco arguit Scotus contra illos. nam nullo modo Scotus est cum ipsis in ista quæstione; & arguendo contra illos, probat conclusionem præcedentis quæstionis, quòd scilicet non est necesse ponere successionem in Angelo, & quòd non oportet ponere æuum distinctum ab Angelo. nam ista quæstio connectitur cum quæstione præcedenti. Tertio loco. Vtrum sit idem nunc in toto tempore. propter argumentum Philosophi in quarto Physicorum. Vtrum idem nunc maneat secundum substantiam in toto tempore.

Assignat ordinem procedendi Sc.

Quantum ad primum est solutio D. Bonauenturæ, qui tenetur dicere conformiter ad dicta. quòd æuum est quantitas successiua, & distinguitur realiter ab ipsius existentia: hoc modo debet ipse dicere. Probatur ista conclusio dupliciter. primo sic. Illud, quod est successiuum, & diuisibile, distinguitur ab illo, quod est permanens, & indiuisibile; sed æuum est quantitas successiua, & diuisibilis. Angelus autem est ens permanens, & indiuisibile: ergo æuum distinguitur realiter ab Angelo, & Angelus ab æuo. Maior est nota. nec aliquis diceret oppositum. Minor patet secundum D. Bonauenturam quomodo illud nunc æui succedit alteri nunc; etiam Angelus est ens permanens, & indiuisibile, nullus etiam hoc negat: ergo illa consequentia fuit bona, & uera. Secundo probatur hæc eadem conclusio, quòd D. Bonauentura teneatur hoc modo dicere, arguitur sic. Angelus potest esse sine uno nunc æui, & sine alio, & sine alio, & sine quocunque nunc æui, demonstrando quodlibet illorum sigillatim: ergo Angelus distinguitur realiter ab ipso æuo; & è conuerso, æuum ab Angelo, si æuum ponatur quantitas successiua. Antecedens patet secundum illum. nam dicit, quòd ipse Angelus, uel esse Angeli, ponitur in uno nunc, deinde illud idem esse Angeli ponitur sub alio nunc. Modo si Angelus esset idem realiter ipsi æuo, esset etiam idem realiter, cum quolibet nunc ipsius æui, quod tamen est falsum. nam non oportet tunc, quod esse illius, poneretur nunc sub uno nunc æui, & deinde sub alio, quod tamen dicis. ergo illa conclusio uera, & necessario tenenda conformiter ad dicta in quæstione præcedenti. sequitur nunc in textu. &c.

Quid tenetur dicere D. Bon. ad qõnem.

2. rõ pro D. Bonauen.

¶SIMILITER Aliqui tenentes &c.] Hic est modus dicendi Henrici ad quæstionem, dando suam conclusionem. quòd ponentes æuum esse quantitatem; sicut indiuisibile potest dici quantitas, illi habent dicere, æuum realiter distingui ab existentia Angeli. probatur hæc conclusio supponendo, quòd ipsa intelligitur, quia punctus non pertinet propriè ad genus quantitatis. sed reductiuè, inquantum est principium lineæ, uel continuatiuum illius; sicut instans temporis, non dicitur esse tempus formaliter, sed tantum reductiuè. hoc modo etiam æuum est indiuisibile, tamen istud æuum est quantitas, sicut aliud indiuisibile reducitur ad genus quantitatis. modo arguitur sic: Illud, quod est in genere quantitatis, uel ad minus reducibile ad genus quantitatis, distinguitur realiter ab illo, quod non est in genere quantitatis, sed in genere substantiæ: sed Angelus est in genere substantiæ, æuum est in genere quantitatis ad minus reductiuè; modo dicto: ergo æuum distinguitur realiter ab Angelo, & è conuerso.

Quid tenetur dicere Hen. ad qõnem.

Argu. pro Henr.

CONTRAQVANTVR imaginatur Henricus, quòd sicut ex omnibus indiuiduis unius speciei resultat ratio specifica ipsius speciei: (nam plures homines sunt unus homo participatione speciei, secundum Porphirium) etiam ex pluribus Angelis in eadem specie, habetur ratio illius speciei, similiter ex pluribus nunc æui habetur ratio specifica,

& quidditatiua ipsius speciei; sicut ex multis unitatibus resultat ratio numeri. Etiam secundum principia Henrici, æuū distinguitur realiter ab ipso Angelo, sicut numerus ex multis unitatibus resultat; similiter hoc æuum ex multis nunc indiuisibilibus sibiinuicem succedentibus resultat. Et sic patet ad hanc quæstionem secundum istos Doctores.

Arguit Sco. contra D. Bonauent. & Henricum. Regula Sco.

¶CONTRA illud arguitur &c.] Consequenter arguit Scotus contra istos Doctores, & istæ rationes Scoti probāt intentum Scoti in alia quæstione, & dictum illius. Et pro istis rationibus est una regula talis. Quòd quandocunque aliqua duo sic se habent, quod unum est prius realiter, uel naturaliter aliò, sine contradictione, illud prius potest esse sine illo posteriori: & si est impedimentum inter subiectum, & suam passionem, illud tantum est propter identitatem realem: Etiam si est impossibile animal esse sine suis speciebus, illud non est, quia implicet, sed propter identitatem realē illius cum illis; uel aliquando est propter dependentiam essentialem ipsorum adinuicē. ideo ipsum totum non potest esse sine suis partibus, quia depēdet essentialiter ad illas; licet non è conuerso. Ista regula est uniuersaliter uera. Secundo pro istis rationibus capio unam aliam propositionem ueram. Si Angelus, & æuum ponantur duo realiter distincta, Angelus erit prius, uel habebit rationē prioris, & æuum habebit rationem posterioris; patet. nam mēsura extrinseca est posterius natura ipso mensurato: motus est prior ipso tempore, quod est mensura extrinseca eius; & sic æuum est mensura extrinseca existentiæ Angeli. Ex istis nunc deducitur ratio Scoti sic, inquisitiuè. Vel æuum est idem realiter cum substantia Angeli, uel æuum distinguitur realiter ab ipsa substantia Angeli: quodcunque dicas, habeo aliquid contra te. Si est idem realiter, habeo propositum. Si autem est distinctum, sequitur tunc, ꝙ posset esse Angelus sine æuo. Nam si non potest esse sine illo sequitur, ꝙ non distinguitur realiter ab illo. Tunc enim Deus posset conseruare Angelum sine æuo, quod est falsum. consequentia probatur. Nam nunquàm repugnat priori secundum naturam esse sine posteriori suo secundum naturam, nisi propter identitatem realem, quam habent adinuicem: ergo non potest dici, ꝙ Angelus, & æuum illius distinguantur realiter, ideo hæc est bona consequentia ex illa regula præmissa.

Propositio uera pro fundamēto rōnum Sco. Prima rō Sco. contra D. Bon. & Henr.

Cōfirmatio ratis.

Confirmat Scotus hanc rationem sumendo pro fundamento unum. Pro cuius declaratione notandum, ꝙ distinctio realis inter aliqua concluditur tripliciter. Vno modo ex separatione potentiali eorum abinuicem, & ex actuali separatione eorum. Alio modo concluditur ex proportione, quam illa duo habent ad aliqua, quæ sunt realiter distincta. istis duobus modis concludimus aliqua esse realiter distincta. Exemplum primi. Bene sequitur, Sortes potest esse realiter existens, dato ꝙ Plato non existat realiter; ergo Sortes, & Plato realiter distinguuntur, & demonstrato quolibet illorum, uerum est dicere, actualiter, hoc est sine illo: ergo hoc realiter distinguitur realiter ab illo. Secūdo modo arguitur. Distinctio realis ex comparatione illorum inter quæ uolumus probare distinctionem realem, ad aliqua duo, quæ clarè uidentur realiter distingui. Pro quo Scotus dat unam parabolam, uel unum simile ipsius Socratis iunioris dicentis, ꝙ Materia non pertinet ad quidditatem formæ specificæ, quam hodie sequitur Albertus magnus, & ad illud probandum summit aliqua, ex quibus sequuntur multi errores in Philosophia. Ex una parte, ille capit triangulum, ex alia parte ponit, ꝙ Triangulus ille fit in ære, uel ligno, non curat; tunc dicit, ꝙ æs, uel lignum non est de diffinitione, & essentia trianguli. & a simili infert, ꝙ Caro non est de essentia, & diffinitione hominis; & licet homo non sit sine carne; & per carnem ipse intelligit materiam hominis, dicit ipse nunc Caro, uel materia hominis non sunt realiter idem homini, ut arguatur sic; sicut se habet æs ad circulum, uel ad triangulum, sic se habet caro, uel pars materialis hominis ad ipsum hominem: sed æs non est de diffinitione, & formali ratione ipsius circuli, uel trianguli: ergo nec ipsa caro est de diffinitione. & formali ratione ipsius hominis. Et sic pars materialis nō est de quidditate rei, uel compositi materialis. hoc modo arguebat ille Philosophus, comparando materiam hominis, ad materiam trianguli, uel circuli; nam quando circulus est in ære, æs est materia illius; & quando in ligno, lignum &c. & exinde concludebat multos errores, quos Scotus cōtra Albertum magnum deducit. 23. dist. tertii, tamen hoc simile seruit nunc ad inuestigandum, quomodo aliqua realiter distinguantur. Capio unum lapidem, qui dicitur adamas, est rubeus multum, deinde capio coruum, est niger multum. modo probatur ꝙ rubedo realiter distinguitur ab illo lapide; similiter nigredo a coruo. probatur comparando illa duo ad aliqua alia duo, in quibus illa duo realiter distinguuntur; & arguitur sic. Sicut se habet rubedo in pariete ad ipsum parietem, sic se habet rubedo adamantis ad ipsum: & magis uidetur ꝙ rubedo in pariete distinguitur realiter ab ipso. Nam ponatur ꝙ modo fiat albus, modo rubeus, modo niger &c. Sed rubedo in pariete est accidens illius, & distinguitur realiter ab illo: sic ergo rubedo in illo lapide realiter distinguitur, & erit illi accidens per accidens, & hoc modo de similibus similiter est iudicandum. & sic patet illud suppositum Scoti.

Modo ad propositum, probatur ꝙ inter æuum Angeli, & ipsum Angelum, nulla sit distinctio realis, sed ꝙ sint idem realiter. arguitur sic. Nihil potest concludi esse distinctum ab alio realiter, nisi uel propter actualem separationem illorum, uel potentialem, uel propter comparationem illorum ad aliqua duo realiter distincta: sed sic est, ꝙ inter æuum Angeli, & ipsum Angelum, non potest concludi esse distinctionem realē, ex separatione actuali illorum adinuicem, nec ex separatione potentiali; nec ex comparatione illorum &c. ergo nulla est distinctio realis inter illa, & sic sunt idem realiter. Maior patet ex dictis. Minor probatur inductiuè; non ex actuali separatione. nā nunquam separantur adinuicem: sed semper actualiter simul sunt, nec propter separationem potentialem, nam implicat Angelum posse esse sine æuiternitate, uel æuo diuisibili, uel indiuisibili secundum illos, nec propter aliquā comparationē ad aliqua &c. nam æuum non dependet essentialiter ad ipsum Angelum, sed ad primam causam, & ad Deum, sicut ipsemet Angelus. Nulla ergo dependentia essentialis potest esse causa non distinctionis realis ipsorum adinuicem. bene patet. nec illa sunt adinuicem inseparabilia, quia unum sit altero posterius; nam licet repugnet æuo esse sine Angelo, non tamen repugnat ipsi Angelo esse sine æuo. Et ita relinquitur, ꝙ illa non possunt adinuicem separari, quia sunt unum, & idem realiter. Et ista bene assumatur ex illo argumento longo.

Obijcit contra se de mō inuestigandi distinctionem realē.

Contra istud arguit Scotus. nam est alia difficultas nunc, & probo, ꝙ illa ratio Scoti non ualet. Nam dicis, ꝙ inuestigatur aliquando distinctio realis inter aliqua propter comparationem ipsorum ad aliqua duo, quæ realiter distinguitur, & tamē dicis, ꝙ hic nulla sunt talia, ad quorum comparationem arguatur distinctio realis inter æuum, & Angelum. Contra istud arguitur nunc; uolendo probare, ꝙ sunt dabilia aliqua duo, per quorum comparationem possumus inuestigare distinctionem realem inter æuum, & Angelum; & illa duo erunt nunc temporis secundum substantiam, & ipsum mobile. arguitur sic.

Ratio.

Sicut se habet nunc temporis secundum substantiam ad ipsum mobile, sic se habet æuum ad Angelum, uel æuiternum; sed sic est, ꝙ illud nunc temporis secundum substantiam realiter distinguitur ab ipso mobili, ergo & æuum sic se habebit ad Angelum, quòd realiter distinguetur ab illo, quod est propositū. Maior declaratur. Nam sicut indiuisibile est mensura Angeli, etiam nunc temporis est mensura mobilis, maximè in mutatione nunc secundum substantiam. Istud uidetur satis simile. Minor supponitur pro nunc secundum Philosophum quarto Physic. Vtrum idem instans, uel nunc maneat secundum substantiam in toto tempore, & uidetur dicere Philosophus, ꝙ sic. non tamen secundum esse idem. & quomodo hoc debeat intelligi. citò dicemus, tamen pro nunc supponitur tanquàm uerum. uidetur ergo sequi, ꝙ æuum realiter distinguitur ab Angelo, quod est propositum.

Solutio.

Respondet Scotus ad hoc argumentum hoc modo procedendo. Primo impugnat, & arguit, quòd illa non est opinio Philosophi, quòd scilicet sit unum, & idem nunc secundum substantiam in toto tempore, & quòd illud non fuit aliquo modo de mente Philosophi. quomodo tamen ipse Philosophus intelligit illud, quòd unum, & idem nūc dicatur esse &c. declarat. Quantum ad primum arguit rationibus Philosophi in quarto Physic. cap. de tempore, assignando proprietates ipsius nunc, dicit quinque esse, quarum prima est, quòd ipsum nunc est mensura temporis, & primo probatur hoc, deinde ad propositum Scoti dicemus. arguitur sic. Illud est mensura temporis, quod est maxime notum in tempore; sed ipsum nunc temporis, uel instans, est maximè notum in tempore; ergo ipsum nunc, uel instans temporis, est mensura ipsius temporis. Maior patet, nam mensura notificat mensuratum; & ideo semper mensura dicitur esse notior mensurato. Minor probatur. Nam sicut se habet mobile ad motum, sic se habet ipsum nunc, uel instans temporis ad tempus; sed propter ipsum mobile cognoscitur motus; & non è conuerso: ergo propter ipsum nunc cognoscitur tempus: ergo maximè notum in

ipso

ipsu tempore, dicitur esse ipsum nunc. ergo propositum. maior huius syllogismi probatur, quia uideo nunc mobile in una parte, deinde in alia, iudico illum motum, & unam partem illius esse priorem, & aliam esse posteriorem; & sic ipsum nunc est mensura temporis.

Pro ista ratione notanda sunt duo, vnum, quòd quando dicimus, mobile esse causa cognoscendi motum: non loquimur de ipso mobili absolutè, sed de ipso inquantum scilicet est sub motu, & actuali motione, unde nunc moueor actualiter, ego notifico illum motum, non tamen quando quiesco. & tamen tunc secundum unum & idem mobile. Notandum secundo, quòd ut dictum est, per hoc, quòd mobile sit sub alio, & alio motu locali, cognoscimus aliam, & aliam partem motus, ut patet.

Ex istis nunc probatur, ꝙ non est intentio Aristotelis, ꝙ sit unum, & idem nunc secundum substantiam in toto tempore. Sicut se habet mobile ad motum, sic nunc ad tempus, sed non est unum & idem mobile in motu: ergo etiam non est unum & idem nunc in tempore. Minor probatur. Nam non loquimur hic de mobili absolutè, ut dictum est: sed de illo inquantum est sub actuali motu, & mutatione: modo istud mobile sub una & alia mutatione, nó est unum & idem mobile, immo ad minus differt ratione a seipso, ut patet: ergo non est unum, & idem nunc de mente Philosophi, &c.

2. rō ad idē

SECVNDÒ ad idem arguitur ex secunda proprietate ipsius nunc, & arguitur sic: Mobile non est idem in toto motu: ergo nec instans, uel tempus, est idem in toto tempore. Consequentia est bona, quia secundum Philosophum, Sicut se habet nunc ad tempus, sic se habet mobile ad motum. antecedés probatur supponendo, ꝙ secundum Philosophum, mobile potest esse sine motu, quia ego sum unum mobile, tamen ego non moueor. tunc sic: dicimus ꝙ mobile sub mutatione, nó potest esse sine motu: nam si ego moueor, necessario sum cũ illo motu, quo moueor, quia ista consequentia est necessaria. moueor ergo sicut sub motu, tunc sic. mobile non potest esse sine motu: ergo non potest esse idem nunc in toto tempore secundum substantiam; etiam de mente Philosophi.

3. rō ad idē

TERTIÒ ad idem arguitur. Bene sequitur, nunc indiuisibiliter fluit secundum aliud, & aliud esse: ergo totus fluxus ipsius nunc, componitur ex indiuisibilibus. consequens hoc est falsum secundum Philosophum sexto Physicorum, consequẽtia probatur. Nunc fluit secundum aliud, & aliud esse; & secundum quodlibet est indiuisibile: ergo etiam ille totus fluxus cõponitur ex indiuisibilibus. declaratur hoc a simili sexto Physicorum secundum Philosophum. Si indiuisibile moueretur, totus motus componeretur ex indiuisibilibus; declaratur ponendo casum, ꝙ unum indiuisibile moueatur supra unum spatium: tunc, cum omne mobile prius pertranseat spatiũ æquale sibi, uel minus se, quàm pertranseat maius, cum omne spatium æquale ipsi indiuisibili sit indiuisibile, nam aliter non esset illi æquale: oportet dicere, quòd illud totum spatium, componeretur ex indiuisibilibus; & hoc modo arguit Philosophus, & habet istud consequens pro inconuenienti: ergo oporret etiam esse plura nunc secundum Philosophum, & non unũ tantum, &c.

4. rō ad idē

QVARTÒ ad idem arguit Scotus, quòd non possit dici de mente Philosophi, ꝙ sit unum & idem nunc secundum substã tiam. arguitur sic. Nam si illud esset uerum, sequeretur quòd illi homines qui erunt post millesimum annum, & fuerunt ante millesimum annum, essent simul nobiscum. consequens hoc est satis falsum. probatur tamen consequentia. Nam secũdum Philosophum, illa dicuntur esse simul, quę sunt in eodem indiuisibili; sed per se, si tantum unum & idem ponatur instans in toto tempore, illud esset indiuisibile, & omnia illa essent in eodem instanti; & hoc uidetur esse falsum, & irrationabile dicere: ergo de mente Philosophi non est, ꝙ sit unum tantum nunc.

5. rō ad idē

QVINTÒ ad idem arguitur; quòd non sit unum & idẽ &c. Sumendo hoc scilicet quòd cuiuslibet continui sunt duo termini distincti, hoc persuadetur sic, quia cuiuslibet lineæ, sunt duo puncta, & cuiuslibet superficiei sunt duæ lineæ terminantes illam; & cuiuslibet corporis sunt etiam duæ superficies ad minus terminantes illud; tunc sic arguitur inquisitiuè. Vel illud unum & idem nũc quod ponis in toto tempore, est idem realiter cum substantia mobilis, uel distinguitur realiter a substantia mobilis: quodcumque mihi dicas, habeo propositum: uel contra te. Si est idem cum illa, tunc hæc disputatio esset nulla, dicere, quod esset unum, & idem nunc idest una eadem substantia mobilis. &c. Si autem dicas ipsum nunc esse distinctum a substantia mobilis. contra hoc arguo sic. Illud nunc est unum indiuisibile de genere quantitatis: uel ergo est terminus quantitatis discretæ, uel est terminus quantitatis continuæ: nullum potes dicere. patet. non quantitatis discretæ: nam cum ipsum nunc sit terminus ipsius temporis, tunc tempus esset quantitas discreta; quod nullus diceret. nec est istud nunc terminus quantitatis continuæ: nam arguitur sic. Est alia, & alia pars continua in toto tempore: ergo est alius terminus; & illud nunc est terminus quantitatis continuæ: ergo habeo propositum, scilicet quòd non sit unum, & idem nunc in toto tẽpore, quòd autem non sit idem continuum. patet, nam est una pars præsens, alia præterita, alia futura, & in qualibet illarum partium est dabile unum indiuisibile, quod est terminus illarum.

Adfertur euasio ad rōnem.

Datur tamen una euasio, quam daret aliquis ad istam rationem; cum dicitur. Cuiuslibet continui, &c. Concedo, dico, ꝙ illud idem nunc secundum substantiam, est terminus illarum partium; & ut sic, est aliud & aliud nunc, secundum esse suum. Iste est modus communis illorum, qui tenent illam uiam ad soluendum istud argumentum.

Scotus arguit contra euasionem.

Scotus arguit contra illa diuersa esse. Nam si illud idem nũc secundum substantiam esset terminus continui, secundum aliud, & aliud esse, sequeretur quòd illud nunc non esset per se terminus quantitatis, nec per se pertinet ad genus quantitatis. consequens utrumque est falsum, & hoc maxime de primo consequenti, quòd nunc non sit per se terminus ipsius quãtitatis. probatur tamen consequentia. Nam illud, quod est terminus alicuius, per aliquid quod accidit illi, non dicitur esse per se terminus illius, & illud per se terminare. Sed illa diuersa esse ipsius nunc, accidunt ipsi nunc: si ergo illud nunc continuat illam quantitatem ratione illorum diuersorum esse, iam non continuabit per se: quòd autem illa diuersa esse accidant ipsi nunc probatur. Nam illud nunc idem secundum substantiam, habet modò unum esse, deinde aliud esse, & tamen substantia illius semper manet unica, & eadem, & sic per se non terminabit, quod est falsum. ergo &c.

Arguit Sco. contra illa diuersa esse in uno nunc secundũ substantiam.

Item etiam contra illa diuersa esse arguitur sic. Quæro, uel illa diuersa esse ipsius nunc pertinent ad genus quãtitatis, uel ad aliquod illorum generum? quodcunque dicas, habeo contra te. Vel dic mihi, quæ entia sunt illa diuersa esse? Si pertinent ad genus quantitatis; Contrà. Nam illa diuersa esse sunt indiuisibilia: ergo illa possunt terminare illas partes continui, & tunc non solum ipsum nunc temporis erit continuatiuum illarum partium quantitatis continuæ, & successiuæ: sed etiam ipsa diuersa esse quod non uidetur dicendum. Si autem dicas illa esse pertinere ad genus qualitatis, sequitur incõueniens, quòd ipsum nunc terminabit partes ipsius quantitatis, per aliquid, quod est qualitas, & in genere qualitatis; quod nullus uidetur dicere: ergo non est aliud, & aliud nunc secundum substantiam in toto tempore, differens tantum secũdum esse; & hoc de mente Philosophi.

2. rō ad idē

Item ad idem arguitur inquisitiuè. Quia si illud nunc temporis esset unum, & idem, sequeretur, quòd illud nunc, non posset corrumpi. probatur consequentia. Nam illud, quod manet unum & idem secundum substantiam, non corrumpitur. Et tunc ad quid Philosophus disputaret de corruptione ipsius nunc? ergo dicendum est, quòd est aliud, & aliud nunc secundum Philosophum.

Arguit Sco. ꝙ non sit unum, & idē nũc totius tẽporis.

FINALITER arguitur, quòd non sit unum, & idem nunc. Suppono tecum, quòd illud nunc est unum accidens, sicut tempus, & substantia, uel subiectum illius, est ipsum mobile. Modò quæro. Vel illud nunc idem secundũ substantiã, &c. habet esse in uno mobili tantum, uel habet esse in pluribus mobilibus, quæ sint substantia illius. Si in uno, tunc illud nunc tantum erit mensura unius mobilis, scilicet illius, in quo erit tanquàm in subiecto, & non mensurabit mutata esse aliorum mobilium, hoc tamen est falsum. Ergo non dabis hoc, &c. Si autem dicas, quòd illud idem nunc, est in multis mobilibus tanquàm subiectis, sequitur, quòd unum, & idem accidens numero est in diuersis subiectis, quod tamen est erroneum in philosophia. Ergo non est dicendum, quòd sit unum, & idem nunc secundum substantiam. Sed ꝙ sunt plura nunc secũdum Philosophum.

Sequitur nunc, ad Philosophum. dico, ꝙ non intelligis, &c. propter quandam instantiam quærebat Scotus de illa propositione Philosophi. Vnum & idem nunc manet in tempore secundum substantiam, tamen probatum est, illa non esse de mente Philosophi, immo illam esse falsam secundum ipsum. Sed quia Philosophus uidetur illam dicere, oportet sibi satisfacere,

cere, exponendo illam, primo de mente Philosophi, & Scoti; deinde expositione illa secundum Doctores.

Quantum ad primum Scotus, primo notat, q; in tempore ponitur aliquid, quod dicitur instans: & secundum Io. Canonicum, dicitur ab in, quod est non, & stans, quasi non stans, hoc modo instabiles homines dicimus, quia faciliter mutantur, uel dicitur instans, quia imminens. nam hoc modo dicimus, imminet tale festum, idest de præsenti, uel proximo adest. modo de tempore nihil imminet, idest ipsius est, nisi ipsum instās, uel nunc. & hoc nunc consideratur dupliciter. Vno modo secundum se absolutè. Alio modo comparatiuè, in ordine ad aliud. Primo modo consideratur instans, uel nunc, quando comparatur ad seipsum, & ad nullum aliud prius, uel posterius se; sed inquantum est una talis absoluta entitas, & ad se. Secundo modo consideratur comparatiuè in ordine, quē habet ad partes temporis præsentes, & ad partes temporis sequentes. Dico nunc secundum Scotum hic, q; instans, uel nunc temporis absolute sumptum, est unum & idem secundum substantiam in toto tempore. patet. nam si esse suum est indiuisibile, nec patitur uariationem secundum suum esse, est omnino inuariabile, & hoc modo intelligit Philosophus, quòd instans est unum, & idem &c. Secundo dico, q; Instans, uel nunc temporis, comparatiue sumptum, non dicitur esse unum, & idem. patet. nā hoc modu sumendo, illud nunc est indiuisibile, uel inuariabile, sed uariatur; quia dicitur finis præteriti, & principium futuri; & ita uariatur sub ratione principii, & finis, & quando uariatur secundum aliud & aliud esse, respectu præteriti, & futuri, illud aliud & aliud esse, quod dicitur finis præteriti, & initium futuri, hoc est respectu diuersorum, non arguitur ex hoc alia, & alia entitas partium, uel ipsius, sed simpliciter est indiuisibile. & hoc modo intelligitur, quòd est unum & idē & c. est unū & idem substantialiter, est tamen aliud, & aliud secundum esse, idest secundum rationem, uel per intellectum considerantē illud, inquantum habet rationem principii respectu futuri: & rationem finis, respectu præteriti. Declarat istud Scotus uno exemplo de mobili. Mobile enim comparatum ad motum est semper unum, & idem secundum substantiam, & secundum rem. tamen hoc modo dicitur aliud, & aliud secundum esse, & mobile communiter consideratur secundum aliud, & aliud esse, quod habet in motu. & hoc modo ipsum mobile mensuratur tempore, & non secundum substantiam considerando illud. Consideratur etiam illud mobile secundum se absolutè, & non est nisi tale ens. habens substantiam talem, tamen comparatiuè, idem mobile in medio motus, est finis motus præcedentis, & principium motus sequentis: semper tamen est idē absolutè, imò quod plus est, mobile sub ista comparatione habet esse aliud, & aliud, etiam habet esse in alio, & alio loco, & aliter, quia omne, quod mouetur, partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem. & hæc est expositio ad Philosophum de mente Scoti.

Exemplum Scoti de mobili.

Sed est quadruplex modus adhuc exponendi illam authoritatem Philosophi. Vnus est, quem sequitur Aureolus, qui dicit, q; quando Philosophus dicit, q; est unum, & idem nūc, nō loquitur Physicè, uel ut Philosophus, sed loquitur secundum Mathematicos. Vnde Mathematici imaginantur, quòd ex fluxu puncti causatur linea, etiam illi dicunt in successiuis esse unum instans fluens, ex cuius fluxu derelinquitur ipsum tempus, & sicut semper est idem punctus, qui causat lineam, etiam semper dicunt illi esse idem instans, causans tempus. hoc modo exponunt illi probabiliter ipsum Philosophum.

Quadruplex modus exponendi Philosophū secundū alios Docto. Expositio Aureoli.

Alius est modus dicendi, quem tenet Aegidius in 4. Physi. quòd Duplex est nunc, Quoddam est intrinsecum, Aliud est extrinsecum. Nunc extrinsecum est ipsum primum mobile. nā per situm illius, & motum illius, causatur tempus. nam tempus est passio motus, loquendo de motu primi mobilis. Ideo dicitur, quòd primum mobile, dicitur nunc temporis. & hoc extrinsecè. Aliud est nunc intrinsecum, & istud est unum indiuisibile in tempore, quod nomine commun dicitur instans, continuans partes temporis adinuicem. Dicit iste Doctor nunc, primo modo manet idem in toto tempore, loquendo de nunc extrinseco. hoc modo est unum, & idem secundum substantiā. nam tale nunc, est primum mobile. dicit tamen, q; est aliud, & aliud nunc, inquantum consideratur secundum aliam, & aliam partem, & respectum, quem habet ad ista inferiora; ideo dicitur esse nunc extrinsecum. Secundum dictum istius Doctoris est, Non est intelligendum, quòd sit unum, & idem nunc in toto tempore, loquendo de nunc intrinseco; nam plura talia indiuisibilia sunt in tempore, & omnibus partibus temporis correspondent ista indiuisibilia raptim transcendentia, & iste modus est satis probabilis.

Aegidij expositio. Duplex nūc secundum Aegid.

2. dictum Aegidij.

Tertius modus est ipsius Burlei super 3. Physic. qui arguit contra modum Aegidii de Roma. Dicit autem Burleus, q; est unum & idem nunc in toto tempore secundum substantiam, differens tamen secundum esse. vnde imaginatur iste Doctor, supponendo, quòd totum tempus consistit in præterito, præsenti, & futuro, quòd nulla est alia differentia temporis. modo dicit iste, quòd est unum, & idem nunc secundum substantiā, quod primo est præteritum, deinde est præsens, & postea est futurum. & hoc modo dicitur esse aliud, & aliud nunc secundū esse, licet tantum sit unum & idem in re, & est idem in qualibet parte temporis. Hæc expositio benè placet mihi; dicitur tamē aliud, & aliud, quia quando est futurum, dicitur tantum esse in potentia; & quando est præsens, dicitur actualiter esse; & quando est præteritum, non dicitur esse, nec actu, nec potentia; hoc modo ergo glossat iste Philosophum.

Burlei expositio.

Alius est & quartus modus, quem probabiliter tenet Ioannes de Magistris, quòd ista est uera probabiliter. Est unum, & idem nunc substantialiter &c. Pro quo declarando ille supponit, q; Totum capitur dupliciter. Vno modo Cathegorematicè. Alio modo Sincathegorematicè. Totum Cathegorematicum est ens completum; tunc dicit, q; ista propositio capitur dupliciter. Vno modo Cathegorematicè. Alio modo Sincathegorematicè. Sincathegorematicè sensus est, q; est unum & idem instans in toto tempore, idest qualibet parte temporis. dicit, quòd hoc modo est uera. Capiendo totum Sincathegorematicè; nam quacunque parte temporis data, uel signata, est uerum dicere, quòd in ipsa est unum nunc. & hoc modo intelligit Philosophus. Dicit secundo q; illa non est uera. Capiendo ly totum Cathegorematicè. nam sensus esset, quòd in toto tempore, quod est unum ens completum, & perfectum, non esset nisi unum instans, & iste sensus est falsus. nam plura sunt. nec hoc modo intellexit Philosophus.

Io. de Magistris expositio. Totū dupliciter secundum Ioan. de Mag.

Alius est modus, & quintus ipsius Domini Petri Tartareti, eodem loco, q; illud nunc, est substantia mobilis, uel est ipsum mobile. breuiter tamen expediendo, modus Scoti, & Burlei uidentur mihi probabiliores. & sic patet quid dicendum esset ad illam authoritatem semel, pro semper secundum istos diuersos modos &c.

Petri Tartareti expositio supra nūc. ipse autem probauit modum Burlei, hoc addito fuit ab eo, qui scripsit dictamet.

Consequenter quærit Scotus, quæ est intentio Philosophi in illo. 4. Physic. ubi mouet illam difficultatem. Vtrum sit unū & idem nunc in toto tempore. &c. Multi multa dicunt, ad hoc, ut patuit, sed quid Philosophus diceret ad hoc. Ista difficultas Scoti nunc. Et primo Scotus dicit, q; sæpè Philosophus mouet multas quæstiones, quas tamen non soluit. & ideo nullus posset uerè dicere, quid ipse diceret. nam hanc etiam quæstionem non soluit. Nominales tamen negant istam quæstionem, quam Philosophus etiam mouet ibidem. Vtrum Tempus sit. ipsi dicunt, quòd non. Ocham. 1. 2. quæstione secundi sui simpliciter negat illud esse solum. Reales dicunt illud esse. etiā dico, quòd Philosophus mouet istam quæstionem, quam tamen non terminat, licèt arguat ad utramque partem. & sic unus istorum modorum esset tenendus probabiliter respondendo pro Philosopho.

Secūdū Sc. Philosophus mouet multas difficultates quas nō soluit.

Ex omnibus his dictis ad materiam illius argumenti dicamus ad formam, cum arguitur: Sicut se habet. &c. Dicit Scotus ad hoc, quòd uel argumentum supponit, quòd illud nunc sic idem realiter cum substantia mobilis: uel supponit, q; distinguatur realiter ab illa, secundo quòd diuersimodè potest dicere de illo: etiam diuersimodè dicatur ad argumentum. Si primo modo, Concedo totum argumentum & similitudinem illam. Si secundo modo dicas: ego nego illam similitudinem: & sic nihil contra me. Nam sicut nunc est idem realiter cum ipsa substantia primi mobilis, ita etiam oportet dicere, quòd ipsum æuum est idem realiter cum substantia Angeli. & nullum sequitur malum contra me: nisi uelles dare unum indiuisibile de genere quantitatis, quod diceretur nunc, & quòd illud, nunc, mensuraret illud mobile, antequam moueretur. nam mobile est, tamen hoc dicit Scotus, esset una fictio, & absurdū; q; nullum indiuisibile de genere quantitatis potest mensurare mobile ante motum. Bene potest Deus annihilare illud, ut actualiter est sub motu, aliter non. & sic illud argumentum non concludit.

Resp. ad formam arg.

Inquit quā dam responsionem.

Reprobat responsionem.

Contra hoc tamen arguit Scotus, replicando contra illud, quod nunc dictum est, quòd ipsum nunc, non dicitur esse mensura mobilis ante motum. probatur ergo quòd mobile antequàm moueatur, mensuretur ipso nunc, quod tamen negatū est, supponendo, quòd mobile consideratur tripliciter. Vno mō ut est sub medio mutationis, uel mutationum. Alio modo inquan-

Sco. arguit contra solutionem.

inquantum est sub terminis ipsarum mutatiooom. Tertio modo consideratur inquantum ipsum mobile est prius ipsis, scilicet mutatiooe, & motu. Exemplum huius: Moueatur istud mobile, ab hinc ad Conuentum nostrum; istud mobile tunc consideratur istis tribus modis dictis. primo secundum ꝙ est inter istos terminos, nam præcesseruot multa motata esse; & adhuc restant molta, quæ sequuntur, transeuntie inter termioum ad quem, & e quo: ut patet bene. Secundo modo consideratur istud mobile, inquantum est sub termino ad quem, & a quo, uel sub illo moto. & ut sic consideratur sub terminis illius. Tartio modo consideratur, ut dicitur esse prius illis, & hoc est antequàm moueatur: nam est prior etiã duratiooe illo motu, & mutatione. Dico oune primo quòd mobili sub medio mutatiooum, correspondet una mensura, quæ sunt diuersa io stantia, uel nunc: uel unum & idem nunc, secundum substanciam, diuersum tamen secundum esse; secundum quòd dictum est probabiliter supra, de eodem nũc. nam tunc, partim est sub termino a quo, & partim sub termino ad qnem, & tunc mensuratur illo eodem nuoc, secundum tamen illa diuersa esse. Secuodo modo considerando mobila, correspoodet ipsi mensura quædam, quæ uocatur tempus. uem motus uniuersaliter & necessario fit in tempore, sic, quòd non potest fieri in instanti. Tertio modo considerando ipsum mobile, nihil correspondet elli tanquàm mensura illius, nisi idem nuoc secundum substantiam, quod est indiuisibile secundum quantitatem, & secundum gaaus quaotitatis: & sic a sufficienti diuisiooe, sequitur, ꝙ mobile ante motom, mensuratur illo nunci quod tamao nagas. ergo &c.

Soluit Sco. replicã suã. primo ad materiã, de inde ad formam.

Respondet Scotus ad istam replicam, dendo unem conclusionem ad materiam, quam declarat ad longum. Ex qua dicemus ad formam. Conclusio ast ista. Si oportet tempus differre realiter a moto, & instans a mutatiooe, temeo non oportet propter hoc, ꝙ aliquid differens a substantie Angeli realiter, ponatur, quòd sit meosura illios; ista conclusio probetur bene simul, & declaratur. quæ est etiam ad propositum argumenti ante soluti. primo de prima parta. quòd si tempus distioguitur realiter à motu, [illegible] instans a murationa. hæc consequentia est satis clara, tamen antecedens ast aliqualiter difficile. Dico tameo pro illo, qoòd Duplices sunt partes motus. Quædam sunt eiusdem quantitatis. Aliæ sunt eiusdem proportionis. Nam sic dicimus in soccessiuis, sicut communiter dicitur in quantitatibus permanentibus: partes eiusdem quaotitatis, quæ habent scilicet æqualem quantitatem, ut doæ lineæ bicubitæ, vel pedales. &c. quando una lioea bipedalis diuiditur in illas; sed illæ dicuotur partes eiusdem proportionis respectu totius, quæ sic se bebeot ad ipsum totum, quòd qualis est proportio unius illarum ad ipsum totum, talis est proportio alterius partis, etiam ad totum. Exemplum. Capio motum localem ab isto loco ed Ecclesiam oostram. iste totue motus potest diuidi in duas partes æquales, ut saris pãtet; dèiode illæ partes se habebunt ad ipsum totum modo dicto. Primo modo dicentur partes aiusdem quantitatis. Secundo modo dicoutur babere proportionem subduplam ad totum, & dicuntur partes aiusdem proporrioois; etiam partes illarũ partium, si diuidaotur &c. & sic in infinitum possumus procedata in illis.

Partes motus sunt duplices.

Vtrũ motus distinguatur a tẽpore

Modò probatur quòd tempus, & motos distinguantur realiter, licet Scotus dicat forte, saltem de motu parricula si. probatur quòd mobile distinguatur ab ipso tempiore. arguitur sic. Quendocunque sunt aliquæ duæ quidditates, quæ sic sa habent, quòd partes proportionabiles uoius noo adæquaotur partibus proportionalibus alterius, illæ quantitates possunt dici distingui realiter. Sed partes proportiooabiles motus, & partes proportionabiles ipsius temporis, quæ sunt duæ quantitates, sunt huiusmodi. ergo tempus, & motus distinguuotur realiter. & hæc ratio suppooit, quòd motus, & tempus, sunt aliquid extra animam. aliter nihil ualeret. Maior probatur satis, & minor probatur ponendo casum, quòd sit onos motus, cuios sont sex horę, vel decem partes eiusdem proportionis, scilicet motus ab Ecclesia ad Scholam istam diuidatur iste motus in duas partes æquales & illarum quælibet diuidatur in duas; & quælibet illarum io duas proportionabiles semper; istis decem partibus motus localis proportionabilibus correspondet decem partes temporis proporriooabiles mensurantes illas. Insuper. quòd sint duo qui moueaotur ab Ecclesia usque ad Scholã, unus, qui parum curat de lectione, moueatur grauiter, & lentè: alius, qui bene curat, ne perdat lectioné suam, mooetur ualocius. dupliciter tunc spatium illud, soper quod fit ille motus, est unum & idem, ut patet bene. tamen unus motus est altero uelocior in duplo. tunc illis partibus eiusdem proportiooꝭ in tempore correspondant decem pertes motus, respectu illius mobilis tardi, & respectu illius, qui mouatur in duplo uelocior, corraspondent illæ partes medii, & simul non pertransit illas, sed successiuè. & illis decem partibus temporis respectu mobilis uelocioris, correspondent decem partes temporis inæquales, illis partibus, quæ correspondebant respectu mobilis tardi: ergo illæ partes proportionabiles motus, & temporis, sunt realiter abinuicem distinctæ; cùm illæ siot ioæquales, & sic illa propositio uera.

Sed quid ad argumentum? Dicit Scotus, quòd in argumento fit comparatio ab aota permaoente, ad ens successiuum. uel èconuerso: entis successiui, ad eos permanẽs. oam capitur primo mobila sub medio mutationum; deinde sumitur sob toto motu. modò motus est eos successiuom, & mobile ante motum, est ens permanens. ideo oon bene arguitur, sed est fallacia conseqoeotis. Arguitur sic. Toti motui &c. nego coosequentiam propter fallaciam; oam arguando a maiori ad minus affirmatiuè, noo ualet: ooo bena sequitur. Rex potest expugnare Castrum: ergo miles. hoc modo arguitur hic. Aliter tamen dicit Scotus ad formam. Si uolumus ponere mensuram mobilis esse motum, oon tantum illud nunc æui indiuisibile de genero quantitatis, tonc diceremus, ꝙ noo distinguitar realiter ab illis. Et dator una distinctio, ꝙ Mobile coosideratur dupliciter. Vno modo absolutè, & in se.

Mobile consideratur dupliciter.

Alio modo inquaotum est susceptiuum motue. Primo modo inquantum talis substantia ast, ut ego sum unom mobile motu locali, secuodum istam ratiooem. Secundo modo inquantum ego possum istum motum locelem suscipere in me. & asse subiectum istius. Modò quærit Scotus. Vtrum sit alia mensura ipsius mobilis inquantum consideratur absolutè, alia ab ipsa mensura, quæ est ipsius mobilis, inquantum susceptiuũ motus. Val vtrum sit eedem mensura. Scotus tamen dicit, ꝙ noo est alia, & alia; sed una, & eadem. & declaratur istud, quia Soperficies consideratur dupliciter. Vno modo secuodum sa absolutè, inquaotum talis quentitas. Alio modo inquãtom ast susceptiua albedinis, & oigrediois, successiuè tamen, quomodocunque ipsa superficies coosideratur, semper habet unam, & eandem mensuram: boc modo etiam dico (dicit Scotus) da illo mobili anta motum, siuè ut est prior naturaliter omni motu: & ut est susceptiuum motus, semper est una, & eadem mensura; licèt bene quando est sub motu, mensuretor tempore. Et si dicas, ꝙ ad mious habebis, ꝙ mobile habet aliam mensuram, inquantum qoiescit, & aliam inquantum mouetur; de hoc dicet Scotus iofra quæst. 4. & ita ouoc dimittitur; & sic patet istud.

Superficies dupliciter.

Resp. ad secundũ quæsitum.

¶ Ad secundam partem, qua quæritur, &c. Præmisimus, ꝙ in titulo quæstionis quærebantur duo. Primum vtrum io existentia Aogeli, &c. Deinde, utrum illud distinguatur realiter ab ipso Angalo, dictum est de secundo, nunc Scotus dicit de primo, breuiter sumendo, Quid est mensurera. & dicit quòd Mensurare est quantitatem ignotam par quaoritatem magis notam certificara. Notandum pro hoc, ꝙ Qoinqua sunt mensuræ. Quædam uocatur perfectionis; alia causationis; alia coordioetiooꝭ, alia est innotescentiæ, alia est duratiooꝭ. Primo modo est perfectionis mensura, de qua dicitur 8. meth. tex. x. ꝙ species sunt sicut numeri, nam in speciebus, & formis est una ratio mensuræ, inquantum. s. una perfectior est alia hoc modo mansura omoium rerum est ipse Deus. Alia est causationis; de qua Philosophus dicit, ꝙ scibila est mensura scientiæ, ioquantum. s. causat de se scientiam, de isto modo mensurandi habet Scotus ad longum. t3. quioti. Alia est coordinationis mensura; da qua dicitur. x. Meth. tex. 7. ꝙ in unoquoque genere est unum, quod est metrum, & mensura, aliorum illius generis, per coordinationem ad illud; ut omnis substantiæ ad substantiam ipsam genus generalissimum, & sic da singulis aliis prædicamentis dicetur. Alia est mensura ionotescentiæ, qua. s. uenimus io cognitiooem alicuius ignoti, per aliud magis notum; & de ista mensura datur propriè illa diffinitio Scoti, qua dicitur, quòd mensurare est quantitatem, &c. Alia est mensura duratiua, de qua Philosophus quarto Phisic. cap. de tempore dicit, quòd est mensura motus, & quietis. quomodocunqoe tamen capiatur ista mansuræ descriptio, uel diffinitio data à Docture nostro, bena epplicaretur illis, ut patet ingeniosè discurrenti, & sic patet iste primus puoctus. Secuodus punctus oidendus est, in quo sunt aliquæ distinctiones de isto termioo, mensura. Primo, quòd mensura est duplex. Quædam est ex natura rei, Alia est secundum imaginatiooem, uel secundum Io. Canon. 6. quæstione 4. Phisico. quædam est in nobis. nam secundum hanc differentiam, perfectus

Quid sit mensurare.

Primus pũctus menturæ.

Q̃ũo Deus est mensura omnium rerum.

Secũdus pũctus.

Mensura duplex.

fectus Geometra mensurat numerum lapidum in Turri secundum imaginationem tantum; & sine quacunque mensura reali ad extra, sed tantum mensura, quæ est intra se; illa uocatur mensura in nobis. Sed mensura ex natura rei. dicitur esse triplex. Quædam est secundum quantitatem excedentem. Alia est secundum quantitatem excessam. Tertia uerò est, secundũ quantitatem æqualem. Vnde mensura secundum quantitatẽ excedentem, dicitur esse illa, quæ est maioris quantitatis, quàm illud, quod mensuratur illa; ut est ulna, qua mensuratur quarta panni, quamuis totus pannus sit multo maioris quantitatis, quam illa ulna, & per illam certificatur quantitas illius quartę panni. Alia est mensura excessa, ut quando mensuratur pannus per replicationem ipsius supra se. &c. dicitur etiam mensura reduplicationis: hoc modo etiam minor motus dicitur mensura maioris motus replicando. Nam ponatur casus, quòd sint duo socii, qui æquali motu moueantur tribus, uel decem leucis; unus ambulabit illas in tribus horis, alius tamen remanebit in uia. & cum alius fuerit in hospitio, ipse incipiet computare, ille tantum ambulauit mecum, deinde quieuit, dicamus, per horam; & postmodum ambulauit sicut prius, debet nunc esse tantum, uel tantum longè, parum plus, uel minus. Tertio modo fit mensura secundum quantitatem æqualem, quando scilicet ipsum mensuratum est tantæ quãtitatis, sicut ipsa mensura; & è conuerso æqualiter se habent. Exemplum. Duo homines habent unam bonam pintam uini, ne unus bibat plusquam alius, diuidunt illam in duabus copinis, & tunc illa mensura est æqualis uino mensurato, & sic patet ista distinctio. Canonicus tamen illam eandem distinctionem dat sub aliis uerbis. Aliquid dicit ipse) dicitur mensurari quadruplici, uel triplici mensura. Vno modo replicatiuè. Alio modo explicatiuè. Tertio modo replicatiuè, & explicatiuè simul, est tamen eadem sententia. Sequitur nunc in libro Textus.

Sententia Ioã. Cano.

¶ET QVIA Illud, quod est mensura &c.] Notat Scotus, quòd illud, quod est mensura ex natura rei, habet hanc conditionem, ꝙ semper est notius mensurato per illud, uel secundũ illam mensuram. Vnde pro hoc, duo sunt notanda. Vnum est secundum Io. Can. quæstione 7. libri allegati. Multæ sunt conditiones mensuræ. Vna est, quia mensura habet rationẽ prioritatis ad mensuratum; unde mensuratum dependet ad mensuram, & non è conuerso mensura ad mensuratum; & hoc in ratione mensurati. Secunda cõditio, quam etiam tangit hic Scotus, est ista: quòd mensura est notior mensurato, idest est magis nota. Et pro hoc notãdum secundum Occham libro secundo, quæstio. 11. Aliud est loqui de mensurato secundum suam quantitatem. Aliud loqui de mensurato secundum suam naturam, & essentiam. unde quando dicit Scotus, quòd est una conditio mensuræ, quòd sit notior mensurato, intelligitur, quò ad quantitatem. nam stat, quòd ego sciam bene bonitatem, & naturam panni, non tamen sciam illius quantitatem; hæc duo bene stant simul; nam mercatoribus semper ulna est notior in ratione mensuræ, non tamen in ratione naturæ suæ; nam illi nesciunt quid est lignum, uel ulna secundum suam quidditatem; & sic patet ista conditio. Tertia conditio est simplicitas. nam quanto aliquid plus accedit ad rationem simplicitatis, tanto plus habet rationem mensuræ; nam magis simplex dicitur minus cõfusum; & magis compositum, uel minus simplex est magis confusum. hæc conditio bene, & rectè conuenit illi. Quarta conditio est uniformitas; nam semper ipsa mensura est uniformis. Quinta conditio dicitur esse independentia, non quædam absolutè, quòd a nullo uniuersaliter dependeat. nam omnis creatura est dependens ad Deum ad minus; & omnis mensura est creatura; sed intelligitur, quòd sit independens in ratione mensuræ: quia isto modo mensura a nullo dependet. unde scientia bene dependet ad scibile, non tamen è conuerso, scibile ad scientiam. Sexta conditio ipsius mensuræ est unigeneitas; quòd scilicet mensura, & mensuratum habẽt unitatem uniuocationis. dicit tamẽ Occham, quod bene difficile est, ꝙ mensura, & mensuratum debeant esse unigenea, idest unius rationis, & speciei specificæ; est bene difficile saluare. tamen ipse dat unum modum dicendi, ꝙ Mensura, & mensuratum capiuntur dupliciter. Vno modo in ratione quantitatis, inquantum utrumque est quantitas; & hoc modo dicuntur esse unigenea, & eiusdem rationis. & hoc modo intelligitur ista conditio, non tamen inquantum talis res absoluta; & sic patet ꝙ una de conditionibus illis, quæ hic ponuntur est ꝙ mensura est notior mensurato. Ex illis sequitur secundum Occham, & Io. Canonicum. ꝙ Aeternitas nõ est propriè mensura Dei. probat hoc Occhã in tertio, quæstione 13. ꝙ ista est falsa. Deus mensuratur æternitate. nam, uel per ly, æternitate, intelligimus aliquid creatum, uel aliquid increatum; neutrum est dicendum. patet, ꝙ non creatum. nam esset manifeste falsum, si aliquid increatum, scilicet essentia Diuina, tunc nihil est dicere; nam habet ille Occhã ex principio suo, quod inter mensuram, & mensuratum debet esse distinctio realis: modo Deus non distinguitur realiter a seipso, & ideo glossat ipse omnes authoritates, quæ uidentur dicere, ꝙ Deus mensuratur æternitate, & est sensus, ꝙ Deus habet necessariam coexistentiam ad omne tempus, quod est, & esse potest; aliter illa nõ est concedenda, & bene dicit in hoc; & sic patet illud notabile. Tertio notandum est secundum Scotum, ꝙ illud, quod non est mensura ex natura rei alicuius, potest esse mensura per intellectum: modo ulna non est mensura ex natura rei. nam aliter semper esset mensura, quod tamen est falsum: sed tantum dicitur esse mensura ex intellectu, uel uoluntate instituentium illud lignum tantæ quantitatis, ad mensurandum, & non aliud. & hoc est benè dictum, & sic patent istæ distinctiones de mente Scoti.

Duo notanda pro dicto Scoti.

Dictum Occham difficile.

Aeternitas nõ ẽ Dei mẽsura secundum Occhã, et Canonicũ.

Glossa Occhã ad propõnem uulgatã. Deus mensuratur æternitate.

¶AD propositum nostrum &c.] Nunc respondet Scotus cum quæritur. Vtrum existentia Angeli &c. & breuiter est cõclusio Scoti negatiua. Quòd non. hoc probat, uel persuadet ex illis dictis ad primam partem quæstionis, scilicet ꝙ nihil distinctum realiter ponitur in Angelo, nec æuum, nec aliquid aliud. Et si quid esset in essentia Angeli mensurans illius existentiã, uel illud esset mensura excedens existentiam Angeli, uel esset excessa ab illa existentia, uel esset æqualis illi existentiæ. Non excedit illam; iam tunc non esset intrinsecum illi, nec etiam aliqua natura creata est suprema Angelo; nec excedit illum in perfectione essentiali, nec excederetur ab Angelo, nã tunc non doceret nos in cognitionem Angeli, quod est una conditio mensuræ: ergo est illi existentiæ æqualis, & quid est tunc æquale intrinsecum Angelo, nisi ipsiusmet existentia, & naturæ suæ? ergo non est ponendum aliquod distinctum ab Angelo realiter, tanquam mensura illius.

Prima conclusio Scoti ad secundũ articulum.

SECVNDÒ arguitur ad idem. Non est ponenda pluralitas sine necessitate, sed omnia æquè bene de Angelo possumus saluare, non ponendo aliquid realiter ab ipso distinctum esse mensurã illius, sicut ponendo aliquid, ergo &c. Sed Venerabilis Inceptor aliter probat istam conclusionem, & bene sic. Potest Deus creare Angelum in primo instanti suæ creationis sine aliquo absoluto, uel respectu, excepto illo respectu, qui est ad Deum creantem, qui est idem realiter ipsi creaturæ, sine quo ipse Angelus, uel quacunque creatura non potest esse, licet bene sine quocunque alio: ergo Deus per totam durationem illius Angeli sequentem illius creationem, potest conseruare illius existentiam, & naturam, sine quocunque tali absoluto uel respectu realiter ab ipso Angelo distincto. argumentum est bonum, maior patet. nam aliter esset uilipendere potentiam Diuinam, si non posset facere, ꝙ iste Angelus esset sine quocunque absoluto, uel respectiuo ab ipso realiter distincto: ergo hoc non est necesse. quicquid sit de facto nescio; tamen de possibili hoc non est necessarium ponere.

e. rõ Sc. ad cõclusionẽ.

Probatio Occham.

Secunda conclusio Scoti ad illam difficultatem est, ꝙ nõ solum non est necesse ponere aliquid absolutum in Angelo ab existentia illius realiter distinctum, mensurans existentiam illius, sed etiam nõ est necesse ponere aliquam relationem mensurantem illius existentiam. Conclusio habet duas partes. Prima patet ex dictis. Secunda probatur. Nam, Nulla relatio est necessario ponenda in Angelo nisi illa, quæ est eadem ipsi realiter, scilicet creatio passiua, & sic, nisi illa ponatur mensura Angeli, nulla alia est necessario ponẽda; ergo &c. Occham tamen ad istam difficultatem respondet, dando istam distinctionem de mensura, ꝙ scilicet est duplex mensura: Quædam extensionis, qua quantitas extensa mensuratur; Alia est mensura multitudinis, qua scilicet quantitas discreta mensuretur, & cognoscitur multitudo, ut unitas. Alia est mensura durationis, ut dictum est; & alia mensura est perfectionis, etiam dictũ est de illa; dicit iste primo, Angelus non mensuratur mensura extensionis; patet hoc, nam non habet quantitatem molis, nõ est magnus, uel grossus. Secundo dicit, ꝙ Angelus potest mensurari mensura multitudinis: unde secundum illum Doctorẽ, Numerus non tantum reperitur in quantitatibus, sed etiã in substantiis; & non solum ex diuisione continui habetur numerus. nam dicimus, decem homines, decem Angeli. & huiusmodi, & cum allegatur illud 4. Metaphysic. ꝙ Vnitas est principium numeri, & ꝙ numerus tantum competit quantitatibus; dicit ipse Vener. Inceptor, quòd Philosophus in illo loco per quantitatem, intelligit illa omnia, quæ sunt seorsum accepta

2. concl. Scoti.

Sol. Occham.

Numerus reperitur & in substantiis secundũ Occham.

biliã

bilia, ut decem Angeli est unus numerus, & includit illos decem, qui seruum possunt capi, & hoc modo dicit ad similes authoritates, & bene. & sic patet istud dictum. Tertium dictum est, quòd loquendo de ipsa duratiuue Angeli pro principali significato; Nihil dicitur esse mensura illius, quod sis realiter distinctum ab ipso; de conuotato autem loquendo, ipsum tempus est mensura illius, quod tamen distinguitur realitet ab ipso Angelo. Vnde formaliter existentia Angeli non mensuratur aliquo realiter ab ipsa distincto: sed pro connotato, dicit coexistentiam ad tempus, & tempus est mensura illius. Quartum dictum illius. Mensura Angeli perfectionis est ipse Deus, sicut etiam de uubis. & sic ad utranque partem illius quæstionis diceret breuiter Scotus, quòd non. Contra illud arguitur duplicitet.

Argumentum primum principale.

PRIMÒ arguitur sic. Sicut se habet tempus ad motum, sic æuum ad substantiam Angeli, sed tempus realiter distinguitur a mutu: ergo etiam æuum realiter distinguitur a substantia Angeli. Antecedens pates. nam uidetur simile esse, quia sicut tampus est mensura motus, sic æuum ast mensura Angeli, uel æuiterni. Mmor probatur. Nam tempus nun est uelox, uel tardum, sient motus est uelox, uel tardus: ergu distinguitur realiter etiam secundum Philosophum: ergo &c.

Soluitur primum principale.

Respondeamus, sicut dictum est in quæstiuue, quaodu arguitur sic sicut se hēt &c. nego istud simile. dico enim, quòd dato ꝙ tempus & motus distinguantur realitet, non oportet propter hoc, quòd æuum, & Angelus distinguantur realiear. nam dictum est, quod arguitur a maiori ad minus affirmatiuè, & ita committitur fallacia consequentis. nam aliqua ratio cogit nos ad faciendum differentiam inter sempus, & motum, non tamen inter æuum, & Angelum, uel æuiternum, & sic istud argnmentum non cogit.

Secundum argumentum principale. Quantitas duplex.

SECVNDÒ arguitur sic ad idem. Pru quo supponitur, quòd duplex est quantitas. Quædam permanens. Alia successiua. patet satis, tunc sic. Quantitas permanens, & quantitas successiua dicuntur esse eiusdem generis, sed quantitas successiua dicitur esse aliquid realiter distinctum a suo subiecto, & æuum est quantitas successiua, existentia autem Angeli est quantitas permanens: ergo æuum distinguitur realiter ab existentia Angeli. Hoc argumétum supponis multa dubia, uel assumit Raspódet Scotus ad argumétũ, ꝙ argumétũ supponit unũ falsum de mente tñ Henriei cóstra D. Bonauenturã, & unum falsum de mente Henrici, & uerum secundum D. Bonauenturam. Falsum est, quòd æuuni sis quantitas successiua, non oportet hoc pónere ex dictis Henrici, quòd scilicet sis ibi unum indiuisibile de genere quantitatis; & ita propter falsum suppositum, neganda est consequentia, & sic patet quæstio.

Solutio secundi principalis.

QVAESTIO TERTIA.

TERTIÒ quæro. Vtrum omnium æuiternorum, &c.] Consequenter tertio loco quærit Scotus. Visu quomodo in existentia Angeli nulla est successio formaliter, & quomodo illud, quod est mensura illius existentiæ Angeli, non distinguitur realiter ab ipso. Est nunc una quæstio de unitate mensuræ illius. Vtrum omnium æuiternorum, &c. Pro cuius declaratione notandum est, quòd differentia est inter æuum, & æuiternum, dictum est. nam æuum dicitur duratio illius rei, quæ licèt non desinat esse, potest tamen desinere esse, & ideo in diffinitione Angeli secundum Damascenum dicebatur gratia, non natura immortalitatem suscipiens; & anima intellectiua a speciali priuilegio habet, quòd non desinat, licet possit desinere esse, & illa res, quæ mensuratur ista mensura, dicitur æuiternum. & ideo non est differentia, nisi sicut inter durationem, & illud, cuius est duratio, uel sicut inter mésuram, & mensuratum. Notandum secundo, quòd aliqui imaginantur, quòd æuum non est mensura illius æuiterni, cuius dicitur esse æuum; sed est mensura illorum æuiternorum, quæ sunt inferiora ad illud æuiternum, cuius dicitur esse æuũ, & ista est imaginatio ipsius Ioannis de Bassolis, saltem recitat illam; sicut da mensora perfectionis, homo est mensura in genere animalis, non tamen ipsiusmet; sed est mensura respectu ipsorum imperfectiorum ipso, etiam hoc modo est unus modus dicendi de æuo. Sensus ergo quæstionis est: Vtrum sis dubilis aliqua una durasio alicuius existentiæ æuiterni, quæ quidem duratio sit mensura omnium aliarum existentiarum omnium aliorum æuiternorum. istud quærit quæstio, Argumenta tàm ante, quàm post, soluuntur. nam quæstio soluitur diuersimodè.

Quærit Sc. de unitate mensuræ æuiternorũ.

IN ista quæstione tangit primo modus Henrici, quem dimittit sine impugnatione. Secundu, secundum diuersos modos dicemus ad quæstionem. Tertio, Scotus facit unam instantiam ratione cuius tangitur quidam modus dicendi Henrici, quem Scotus impugnatur; deinde soluit instantiam de mente sua. Finaliter ad argumenta. Quantom ad primum ast concilio Henrici ad illud primum, quòd. Quot sunt æuiterna numeraliter distincta, tot sunt æua etiam numeraliter distincta. Declaratur prima quæstionẽ huius distinctionis. Io quolibet æuiterno est aliquid indiuisibile de genere quantitatis, quod uocatur æuuo illius æuitenij, mensurans illud. modu ex huc arguitur sic. Vnum æuum per aggregationem, sicut decem homines, est una multitudo; hoc modo etiam plura æua dicuntur unum æuum, non tamen omnium æuiternorum; sed tot, quot sunt æuiterna. Scotus dicit, quòd ista opinio uidetur ponere pluralitatem sine necessitate ea hoc, quia ponit illa indiuisibilia realiter distincta ab illis æuiternis, qđ non est necesse. Nos tameo probabiliter dicimus, quòd sunt tot æua, quot æuiterna. non tamen realiter distincta ab illis æuiternis, & sic non ponimus illam pluralitatem æuorum realiter distinctè; sicut iste facit, ut dictum est in quæstiune præcedenti.

Ordo dicendorum.

Opinio Henrici.

Notandum tamen, quòd pro ista quæstione soluenda de æuo, sunt tres modi probabiles dicendi. Vnus est, quòd æuũ nun est aliud, quàm actualis existentia Angeli; & æuum nullã dicit entitatem realem actualem realiter distinctam ab existentia Angeli. & istam opinionem sequitur Scotus; magis, quam quamcunque aliam. & hoc mudo dicendo de æuo. patet bene quæstio, ual ad istam quæstionem, quòd non; sed quòd cuiuslibet Angeli æuum, est existentia illius, quælibet actualis existentia Angeli dicitur æuum, & tot sunt æua, quot Angeli, quia etiam tot sunt existentiæ actuales Angeli, quot sunt Angeli, & sic secundum hunc modum, ad quæstionem dicendum esset breuiter, quòd non. Alius est modus dicendi probabilis de æuo, ꝙ æuum est aliquid intrinsecum existens Angelo mésurans existantiam ipsius Angeli existentia. Notandum tamé pro hoc, ꝙ cum secundum istum modum dicendi, dico, ꝙ æuũ est aliquid intrinsecum existens existentiæ Angeli existentis, &c. Noo capio, ly; intrinsecum, ut tantum ualet, sicut quidditatiuam, uel de quidditata; sed ut tantum ualet, quòd non extrinsecum, idest ꝙ non alia res ab ipso, Vnde albedo dicitur mihi intrinseca. nam ego dicor albus denominatione intrinseca, quia albedine, quæ ast in me, & non dicor albus quidditatiuè albedine. hoc modo capitur hic intrinsecum, quia non ast extra existentiam isto modo loquendo, non quæritur, Vtrum omnium æuiternorum sit unum, & idem æuum. nam æuum isto modo nihil est, nihil reale positiuum dicit, sed secundum Scotum dictum est, quomodo in actuali existentia Angeli nulla res ponitur, quæ mensuret illius existentiam. Tertius modus dicédi de æuo est, quòd æuum dicit aliquid intrinsecum illi existentiæ Angeli, distinctum tamen ab illa existentia; & mensurat existentiam illius. hoc modu ponit D. Bonauentura, ꝙ æuum est aliquid extrinsecum, idest realiter distinctum. & multi alij hoc modo dicunt, & est quantitas successiua secundum Bonauenturam, uel quantitas indiuisibilis, secundum Henricum.

Tres modi probabiles de æuo. Primus modus.

Secundus modus Intrinsecũ dupliciter.

Tertius modus.

Et iste modus diuiditur in tres modos, unus est, ꝙ istud æuũ sit aliquid extrinsecum realiter distinctum ab existentia Angeli. Et potest tripliciter intelligi. Vno modo breuiter expediendo, sicut dicunt nominales, ꝙ nihil sit, & Scotus etiam uidetur hoc negare, & tunc non est difficultas. Notandum tamen pro hoc, ꝙ sæpè dictum est, ꝙ duplex est mensura. Quædam quiddisatiua. Alia duratiua. Mensura quidditatiua dicitur esse mensura perfectionis, secundum quam attenditur maior, uel minor perfectio entitatiua alicuius; per cuius accessum ad illud, uel per cuius recessum, indicatur intrinsecá, & formaliter perfectio illius, ut albedo est mensura omnium colorum isto modo. Alia est mensura duratiua, quæ ostédit, quantum una res durat, uel durare potest. modò cum negamus aliquid mensurans existétiam Angeli realiter distinctum ab ipsa, non intelligimus negare mensuram quidditatiuã Angeli. nam illam ponimus; & illa est Deus per accessum ad qué attenditur perfectio intrinseca entitatis rei. modò inter omnes creaturas, Angelus maximè accedis ad Deum; ideo ast perfectissima creaturarum, & hoc modo sumendo mensuram, dicit de Bassolis, ꝙ est aliqua mensura realiter distincta ab existentia Angeli, mensurans illius existentiam, & istam ponie, & bene; etiam quoad Angelum perfectionem; & ipsius mensura est Deus, loquendo tamen de mensura duratiua; dicimus, ꝙ

Tertius modus subdiuiditur in tres modos.

Mensura duplex.

Deus mensura quidditatiua omnium creaturarum.

æuum

æuum non dicit aliquam entitatem duratiuam aliam ab existantia Angeli. & hoc modo loquendo, quæstio est nulla; nam præsupponit, ꝙ æuum distinguatur realiter ab Angeli existentia, quod tamen est falsum. Alius modus dicendi est, quilibet Angelus superior est mensura Angeli inferioris, magis inferiores sunt Angeli, & ideo Archangeli sunt mensura Angelorum: & Troni, sunt mensura Arcangelorum; & sic de singulis, ascendendo secundum istum modum dicendi; tunc non esset una tantum omnium æuiternorum mensura; nec essent tot æua, quot essent æuiterna: quia nec primum nec ultimum haberent æuum; aliter tamen, & aliter. nam supremus Angelus nullum haberet tunc æuum, uel Angelum superiorem, quo mensuraretur; nec ipse inferior esset æuum, sed tantum æuiternum. nam nullum ponimus Angelum inferiorem infimo, & ita non mensuraret. Angeli autem intermedii haberent sua æua, & sic non essent tot æua, quot essent æuiterna, si æuum dicat aliquid realiter distinctum ab ipso æuiterno, scilicet Angelum superiorem.

Secundus modus dicendi.

Tertius modus dicendi probabilis, quòd æuum inquantum dicit aliquid realiter distinctum ab existentia Angeli, non dicit quemcunque Angelum superiorem esse mensuram inferioris, sicut dicebat modus præcedens; sed dicit iste modus, ꝙ suprema natura Angelica, quæcunque sit illa, est mensura omniũ æuiternorum: & hoc modo dicendo de æuo. ad quæstionem dicimus benè, ꝙ sic; & tunc si in illa suprema specie, uel natura Angelica ponantur plures Angeli, sicut nos ponimus, tunc non erit unum omnium æuiternorum, sed plura; quia omnes illi plures Angeli in illa natura. Si autem in illa suprema specie non ponatur nisi unicum indiuiduum, uel unus Angelus sicut Thomistæ dicunt, tunc benè erit unum, & idem æuũ omnium æuiternorum, scilicet Angelus ille. sed quicquid dicatur ad quæstionem, est probabile, & probabiliter dicitur; cum hoc tamen stat, ꝙ semper supremus Angelus nullum habet æuum; quo eius existentia mensuretur in creaturis; & sic non essent semper tot æua, quot essent æuiterna. nisi uellemus dicere, sicut dicit Occham, ꝙ Deus esset mensura illius. Quilibet istorũ modorum est probabilis; teneatis quem uultis. & ideo Scotus soluit argumenta tam ante, quàm post oppositum.

3. modus dicendi.

Et primo arguitur sic, ꝙ sit tantum unum æuum omnium æuiternorum, contra istud primo arguit. Dictum est, ꝙ supremus Angelus nullum habet æuum mensurans illum. & contra hoc arguitur sic. Sicut se habet motus ad tempus, sic se habet æuiternum ad æuum; sed primus motus potest dici mensurari tempore: ergo etiam primum æuiternum, scilicet supremus Angelus potest dici mensurari suo æuo: & sic habere æuum suum; quod tamen negas, & malè. Maior, uel similitudo patet. nam sicut tempus est mensura motus, etiam æuum est mensura æuiterni, & si illud æuiternum supremum, uel ultimum nõ est mensuratum ipso æuo; etiam nec primus motus mensurabitur tempore, uel erit mẽsurabilis tempore, quod erit falsum.

Scot arguit contra ultimum dictum.

Respondet ad hoc Scotus, primo de mente Henrici, ꝙ scilicet primus motus non mensuratur tempore, sicut nec illud primum æuiternum mensuratur æuo. ratio Henrici est, ꝙ omne, quod mensuratur tempore, exceditur ab illo; sed primus motus nõ exceditur a tempore; nam tempus est passio motus; modo passio non excedit subiectum, cuius est. Antecedens est Philosophi. 4. Physic. Omnia, quæ sunt in tempore, tabescunt, & desinunt esse in tempore, & senescunt &c. & sic entia necessaria non mensurantur tempore; & sic non est inconueniens, ꝙ primus motus non mensuretur tempore. Scotus dicit, ꝙ ista ratio non ualet. nam primus motus mensuratur primo tempore, & hoc modo debet dicere Henricus. deinde Henricus dicit unam conclusionem falsam, scilicet ꝙ illud, quod mensuratur tempore, exceditur a tempore, hoc falsum est. probat Scotus. Nam aliquid esse in tempore, est aliquid esse in numero: modo de ratione existentis in numero non est ꝙ ipsum excedatur a numero, etiam non est de ratione ipsius existentis in tempore, ꝙ excedatur ab ipso tempore. Exemplum: Capio numerum adæquatum alteri numero; puta decẽ, illa quæ sunt in illo numero, sunt scuta decem, illud tñ numeratũ, nempè decem scuta, non exceditur ab isto numero; nec è cõuerso: & hoc ad minus secundũ se totũ, licet benè excedat secũdũ suas partes. hoc modo ẽt dicendũ est de illo, quod est in tpe. nã exceditur ab illo secundũ suas partes, nõ tñ secundũ se totũ. Unde notandum est, ꝙ motus primi mobilis. consideratur dupliciter. Uno mõ secundũ se totũ, inquantũ est unus motus regularis, & uniformis. Secundo mõ consideratur secundũ suas partes, secundũ unam, & secundũ aliam. &c. & hoc modo est alius, & alius motus, & ex diuersitate sua motus, s. secũdũ suas partes,

Scot. soluit primũ principale.
Primus motus non mẽsuratur tempore secundum Henr.
Scot. contra Henr.
Non ẽ de rõne mensurabilis, ut excedatur à mensura.
Notabile.
Motus primi mobilis cõsideratur dupliciter.

sequitur diuersitas in rebus naturalibus, generabilibus, & corruptibilibus. Modo ille motus primi mobilis, est in tempore, & exceditur a tpe secundum suas partes, & non secundum se totum. & hoc sufficit pro illo modo. cum arguitur sic. Si primum æuiternum. &c. Nego consequentiã. dico, ꝙ non est simile & rõ est duplex prima secundũ illam uiam, quæ dicit, ꝙ motus realiter distinguitur a tpe, & tempus realiter distinguitur a motu; nec est aliquid incõueniens, ꝙ mensura realiter distinguatur ab illo, quod mensurat. mõ æuum non distinguitur ab illo Angelo. ideo non est simile. Secunda ratio ẽt est, ꝙ non est simile secundum illam uiam, quæ dicit, ꝙ Tempus, & motus sunt idem realiter; rõ est, dicunt isti. nam quilibet motus habet talem naturam, ꝙ licet secundum suas partes uarietur, põt esse mensura alicuius secundum unam partem sui, & mensura sui ipsius & illius, quod est idem realiter cum illo: modo nunquam est possibile, ꝙ unus, & idem Angelus secũdũ unam partem sui possit esse mensura sui ipsius, & non secũdum aliã. Exemplum ꝙ motus secundum partes sui mensuretur, patet. nam qñ uado ad Angliã, intra mare in duaria, ambulabo sex miliaribus in duabus horis, & per illum motum æquè uelocẽ, & uniformem ambulabo iterum duabus horis, & dicam, dato ꝙ nullus dicat mihi, nec aliquis, quærat etiam, quot ambulaui sex miliaribus. &c. motus ille fuit unus, & cõtinuus, tamẽ per unam partem sui, etiam mensurando aliam partem sui, modo in Angelo non possum sic facere, nam ille est simplex, & indiuisibilis; ideo non est simile.

Ad formam argumẽti respondet Scotus.

Ad quæstionem ergo dictum est, ꝙ nulla est mensura duratiua omnium. &c. arguitur sic, ꝙ non sit unum æuum omnium æuiternorum. Nam illud æuum esset accidens, modo nullum idem accidens numero est in diuersis subiectis, sed in uno: tũc sic. Si esset unum, & idem æuum omnium æuiternorum sequeretur, ꝙ si illud æuiternum, in quo illud æuum esset, cum sit accidens, mutaretur, ꝙ etiam omnia alia æuiterna mutarentur, quod satis est absurdum, Imo, ꝙ plus est illud æuiternum quod esset subiectum illius æui, mutaretur. nam primo haberet illud æuum, quando mensuraretur illo, deinde non haberet illud, quando aliud æuiternum, cuius etiam illud æuum esset mensura, mensuraretur illo. ista omnia uidentur falsa, & absurda; ergo &c.

Argumẽtũ principale ante oppositum.

Respondet Scotus ad hoc per unam distinctionem talem. ꝙ Duplex est mutatio. Quædam absoluta. Alia respectiua. unde. 2. q. q. & in distinctio. 1. huius secundi. q. 5. dictum est, quòd ad relationem nulla est mutatio absoluta, benè autem est mutatio respectiua, unde illa est mutatio absoluta, quæ est a termino absoluto, ad terminum etiam absolutum; ut dealbatio, & denigratio. ab albedine, ad nigredinem, uel è conuerso, quæ formæ sunt termini absoluti, ut patet. Mutatio tamen respectiua est, quæ ab una relatione est ad aliam, ut quando moueor ab uno ubi ad aliud. modo cum arguitur, sequeretur. &c. Concedo, ꝙ mutaretur mutatione respectiua, & non absoluta. modo illa mutari illa mutatione, non est inconueniens, non tamẽ mutatione absoluta mutatur. nam tunc benè esset inconueniens. omnia alia æuiterna mutari. Et quando dicitur, ꝙ etiam illud, in quo esset. &c. Dat Scotus unam aliam distinct. ꝙ Duplex est mutatio, Quædam realis, quando aliquid mutatur per decisionem alicuius entis realis, siue absoluti, siue non absoluti, ut nos omnes, immediatè mutabimur reali mutatione, qñ ibimus ad cameras nostras; & perdemus istud ubi reale, quod modo habemus. Alia est mutatio rationis, non realis; modo si illud æuum corrumperetur, mutaretur illud æuiternum mutatione rationis, & non reali, quod nullum est inconueniens, scilicet mutatio a mensurati ad mensuram, quia amplius non esset mensura illius, quia non esset, etiam Deus illa mutatione rationis mensurati ad mensurã, dicitur mutari. quando ego morior, iam amplius non est mensura mei. &c.

Respondet Scotus: Mutatio est duplex.
Mutatio iterum duplex.

Secundò Arguitur sic principaliter probando, ꝙ est unũ æuum omnium æuiternorum. arguitur sic. Sicut se habet temporale ad tempus, sic etiam æuum ad æuiterna: ergo est unum æuum omnium æuiternorum. argumentum est, clarum in litera. Respondet Scotus ad istud secundum diuersos modos dicendi de æuo. Et primo secundum illum modum, qui dicit, ꝙ æuum dicit aliquid intrinsecum ipsi æuiterno, secundum hũc modum dicemus, ꝙ æuum nihil est, & sic, ꝙ consequentia argumenti non ualet; nec est simile, nam æuum non esset aliquid aliud ab ipsis æuiternis, sicut temporale est aliquid aliud ab ipso tempore; ideo non ualet. Alius modus dicendi fuit, quòd Quilibet Angelus superior, dicitur esse æuum alicuius inferioris; & sic etiam illa consequentia non ualet; quia non possumus assignare æuum primi, & ultimi Angeli uel æuiterni: si-

Argumentũ principale post oppositum.
Respondet Scotus multipliciter.
Prima responsio.
Secunda responsio.

Tertia responsio.

cut oium tpalium assignatur tps.iõ oon est simile. Tertius modus dicendi fuit, ꝙ superior Angelus in spé, uel numero, & pfectior, est æuũ, & mẽsura aliorũ: & uia æuitatna ab illo primo hñt unum æuum, & tunc, cum arguitur sic. Oium tpaliũ &c.

Tẽpus est duplex.

Dico ad istam propositioné scdm Io.Can.& Ant. And.ꝙ duplex est tps: Quoddam est cõe. Aliud ast particulare. Ex hoc ẽt outandũ est, ꝙ duplex ust motus, quidam cõis, alius particolaris.

Motus duplex.

Motus cõis est motus primi mobilis. & motus particularia est motus oium istorũ ioferiorum. mõ ẽt tps cõe est illud tps, qđ mensurat motum primi mobilis. Et similiter tps particulare est illud, qđ mensurat istos motus partiales istorum inferiorum. Mõ dico, ꝙ oium rerũ tpalium est unum tps, loquẽdo de tpe cõi, dico ẽt, ꝙ oõ oium rerum tpalium est unum, & idem tps particulara. patet, quia oium rarum tpalium non est unus motus particularis, sed plures, & oportet, ꝙ quælibet habeat suum tps, ẽt particulara, quo mẽsuret. Vñ sequitur cõtra Aureolũ, ꝙ male dixit, ꝙ non datur uuum tps oium tpaliũ. si intelligẽt de tpe cõi, & uniuersali faisum est, de tpe aũt particulari bene sumus cum ipso. de boc multum bena loqnitur Io: Canon.in 4. Physic.c. de tpe, & sic illud bene soluitur ex illis.

QVAESTIO QVARTA.

Quæris de operationis Angeli mẽsura.

QVARTÒ, & ultimo q̃tumad istam materiam &c.] Ista qõ unum querit, & aliud supponit, uñ ista qõ supponit, ꝙ Angelus hẽt aliquam operationẽ; & deinde q̃rit, quo tanquã mensura mensuretor illius operatio. de hoc supposito nutum est apud Doctores Theologos, ꝙ Angeli habent aliquas opationes, ẽt Philosophus concedit, ꝙ intelligentiæ, quas Angelos noiamus, habent suas operationes. s. intellectiones, & uolitiones, ut habet Scotus 1.q.1.dist.4. ꝙ intelligẽtiæ spũales, nõ possunt operari oisi mediante intellectu, & uoluntate. Et pro ampliori declaratione. est notandum, ꝙ duplices sunt operationes Angeli. Quædam sunt iotrinsecæ, & immanentes. Aliæ sunt extrinsecæ, & transeuntes. patet ista diuisio, quia non est rõnabile dicere, ꝙ Angelus tñ operetur p intellectum, & uoluntatem: oportet ẽt dicere, ꝙ ipse Angelus hẽt aliquã opationem, q̃ inest illi scdm potẽtiã executiuã, & motiuã, qua mouet corpus, & hmõi res corporales: q̃ operationes dñr extrinsecæ, & trãseũtes. De opationibus aũt immaoẽtib. uidebitur dist.9. parte ultima huius, qũo. s. Angelus põt tripliciter intelligere. Vno mõ p spẽs acquisitas naturaliter a rebus. &c. Alio mõ per spẽs iofusas, & illi a Deo concreatas. Tertio mõ põt intelligere in uerbo, uel in essentia diuina. Et Scotus in ista qõne uniuersaliter quærit de omnib. operationib. Angeli. & hoc maxime de immanentibus, de quibus est maior difficoltas.

Arg. pro opposito.

Pro ueritate aũt arguitur sic. Operationes Aogeli nõ mẽsurant æternitate, nec tpe: ergo mẽsurãtur æuo. patet cõsequentia. nã nõ ponũtur plures mẽsuræ ipsorũ Angelorũ, uel rerũ, q̃ illæ tres. mõ intelligẽtiæ nõ sunt æternæ scdm fidẽ. Sed aliquã inceperunt esse, & fuerunt de nooo creatæ; nec ẽt mensurãtur tpe: nã si per impossibile non esset tps, non minus Angelus posset intelligere, & uelle. & hac rõne cõcludit Henricus, ꝙ ipsæ operationes Angelorum oõ mẽsurãtur tpe. & arguit illu sic. Inter mensurã, & mensuratũ debet esse pportio, & cõformitas, & non disproportio, uel oppositio: sed sic est, ꝙ in opationib. Angelorũ, & partes tpis, non est proportio, & conformitas, sed oppositio, uel incompossibilitas. nam partes temporis hñt oppositionẽ, & incõpossibilitatẽ adinuicẽ: ergo operationes Angelorum non mensurantur tempore, & ita oportat dicera, ꝙ mensurentur æuo. & sic pars affirmatiua uara.

Ordo dicendorum.

¶Hec dicitur, ꝙ operatio &c.] In ista qõoa Scotus pmittit unã opinionẽ ipsius Henrici, q̃ ẽt uidetur eẽ ipsorum Thomistarum, ut dicit Io.Canon. 2. loco Scotus de mẽte sua dicet ad qõnem, arguendo contra suam resolusionem, & mouẽdo difficultatem du quiete. Et deinde ad argumẽta principalia. Quãtum ad primam opinio ust ipsius Henrici quolib. 12.q6.8. quæ stat io una conclusiooe tali. Operatio intrinseca cuiuslibet Angeli mẽsuratur tempore discreto, p cuius declarationẽ Scotus pmittit aliqua dicta de mente ipsius Hẽrici. Primũ dictũ. Cum mẽsura durationis dabeat mensurara rem, oportet esse aliquã pportionẽ ipsius mansuræ ad ipsum mensoratum: & ẽconuerso. unde notat ipse, ꝙ triplex est existẽtia. Quædã entis successiui habenns partes extra partes, ut est exiſtẽtia motus. alia ast axistentia entis non permanentis, sed raptim trãsauntis, sicut est ipsa mutatio. tertia ast existentia rei permanentis & potentis dasicere, & desinere esse: ut sunt operationes Aogelorum, patet, ꝙ ipsæ deficiunt, & desinunt esse. Ideo oportet mẽsuras illarum existentiarum, habere proportionem ad ipsas existentias suo mõ: & ideo prima existentia habet mensuram, uel p mensura aliquid habens partes extra partes successiuè. Secunda existentia habet mensuram, q̃ raptim transit, sicut ipsa existentia, quam mensorat.

2. dictum Henr.

Secundum dictum principale ipsius Henrici est: Operationes Angelorum, ut cogitationes, uel intellectiones, uel nolitiones, sunt transeuntes, & desinunt esse. Probatur. nam Angelus non hẽt oẽs suas intellectiones, & uolitiones simul, & semel, q̃uas aliq̃n habuit: sed una post aliam desinit, sicut ẽt una incepit post aliam: & una ueniente, alia desiuit; maxime si sit intensa.

3. dictum.

Tertium dictum Henrici. Cognitiones Angelorum non fiunt per successionem, uel per cõneaionem, sicut nos cognoscimus conclusiones pp pmissas, & post illas: nõ sic Angeli, dicũt isti. nam ipsi tenẽt, ꝙ Angeli nõ discurrunt. Quartum dictum. Cognitiones Angelorum fiunt absque successione; unde sequitur immediatẽ, ꝙ cognitiones Angelorũ non sunt entia successiua; Ex quo iterũ sequitur, ꝙ ipsis cognitionib. Angelorum correspondebit aliquid p mensura, qđ habebit partes ordinatas, quarum una succedet alteri ordinate. unde ẽt & tertio sequitur scdm Hẽricũ, ꝙ dabile est tps discretum.

Datur tempus discretum secundum Henr.

Pro cuius declaratione notandum ast, ꝙ tps discretũ, est quoddã totũ habẽs eẽ ex plurib. indiuisibilib. mẽsurãtib. intellectiones Angelorum, ex quib. oib. fit unum tps discretum. unde qñ Angelus intelligit hoiem, illa intellectio habet unum indiuisibile, mensurans illam: & similiter dicat qñ intelligit .6. & hoc mõ de oib. aliis, ex quib. omnib. indiuisibilib. mensurantib. intellectiones, uel operationes intrinsecas Angeli fit, & componitur tps discretum secũdum imaginationem ipsius Henrici. Et probat Henricos suam imaginationem secundum D. Augustinum dicentem, ꝙ Deus mouet creaturas per tps, sed sic est, dicit Henricos, ꝙ Deus non mouet creaturas per tempus nostrum: ergo oporter dicere, ꝙ mouet illas per aliquid aliud tempus; & nullum tempus aliud uidetur assignandam, quàm illud tempus discretum.

Tertia quærit Sco. ab Henrico.

Consequenter Scotus q̃rit tria ab Hẽrico, ad quæ ipse tanetur respõdere tenẽdo istum modũ. Primum quęsitum est, quid est illud tps diseretum, qđ ponis, domine Henrice? Et respõdet Henricus ꝙ illud tps discretũ nõ est aliud, quàm quædã quãtitas discreta, realiter distincta a numero, orationa, & motu. Verè distinguitur ab illis, dicit Henricus, & non tantum per imaginationẽ: differt ergo ab illis, licẽt, dicit ipse, illud tps discretum aliquando conueniat cum uumero, & oratione, distinguitur tamen primo a numero, quia partes numeri possunt esse simul; partes autem istios temporis discreti non possunt esse simul, patat. nam unum instans illius temporis discreti pcedit aliud, differt ẽt ab oratione, & cõuenit cũ oratione uocali, cõuenit qdẽ, quia sicut in oratione est successio, nec posśũt eẽ oẽs partes simul, iõ mensuratur tpe, & cõsistit in quadã successione, ẽt cõuenit cũ oratione, q̃a partes orationis nõ possunt eẽ simul, similiter nec partes ipsius tpis. Similiter cũ numero cõuenit, quia numerus est quantitas discreta, similiter atiam istud tempus discretum est quantitas discreta; realiter tamẽ distinguitur ab illis, & tali tempore mensurantor operationes Angelorum secundum Henricum.

Scdm q̃sitũ, qđ q̃rit Scotus ab ipso Henrico est istud: Quare Philosophus nullã mentionẽ fecit in oib. libris suis de isto tpe discreto, cùm plenè, & completè determinauerit de reb. naturalib. & maximè de tpe? quare uidetur, ꝙ istud tempus nõ est ponendum. Resp. Henricus p duo dicta. Primum est. Philosophus dixit, iotalligentias, quas nos Angelos uocamus, eẽ quosdam Deos, & habere, necesse uẽ, ut dictum est dist. 8. primi qõ. ult. Secundum dictum Henrici: Philosophus consequenter diceret, ꝙ operationes Angelorum non mensurantur tempore, nec æuo, sed æternitatu, quæ est mensura entis habentis necesse esse. Nam sicut dixit, illos esse æternos, & habere necesse esse, etiam dedisset illis mensuram illis correspondentem. & iõ nullam fecit mentionem de isto tempore discreto. Ego tamen pono illud, quia oon uidetur mihi posse assignari alia mensura illius existentiæ. Tertium quæsitum est, quod facit Scotus ipsi Hẽrico est istud. Quæ differentia est inter instans temporis discreti, quod ponis & inter instans temporis cõtinui, successiui, siue nostri? nam si nulla est differentia uidetur, ꝙ idem tempus, & disputatio esset de illa uoce tantum. si aũt est aliqua differẽtia, assigna illã. Resp. Hẽricus, uel Scotus scdm Hẽr. p aliqua dicta. Primũ dictũ est. Differentia est inter instãs &c. quia instans tpis discreti, põt coexistere partib. suis, & sui temporis discreti: instans aũt temporis nostri, nunquã posset coexistere partibus ipsius temporis continui, & nostri. unde pbat primũ. Nã si Angelus intelligeret unum obiectum intelligibile per tres dies continuos, illa intellectio mensuraretur quodam

instanti indiuisibili illius tpis discreti, quod instans duraret ét per illus tres dies. Et si per annum duraret illa iotellectio, ét illud iostans; & sic iste cum Thomistis ponit instantiam bó loogam, noo sic aût illud instans tpis oostri, uel cootiooi, ut bñ patet. [Et si q̃ratur a dño Henrico.] Quare dicit hoc mô, & ad qd inuenit istum modum dicendi de isto tempora discreto, & da ipsius instantibus? Respondet ipse Henricus, q iden dicit, ue salnet, q Angelus post nnam intellectionem, pt habera aliam immediatè, alitet non uidetur illi, qûn boc posset saluari. Ná si illud inllaos, & indiuisibile, quo mensnrantur intellectiones Angelnrû, esset ita raptim transiens, sicut instans temporis nostri, & continui, postq Angelus io primo instanti habuisset uná intellectinnem, non posset aliam habere in ali o instanti immadiatè sequenti: sed oportnisset ipsum, uellet, nollet, expectare per tps ad habendam aliam. iste est modus dicédi istius. Ex his est unum Corollarium ipsius Heorici, q Instantia temporis discreti habent quandam motam, per quam pñt cnexistere alicui parti temporis nostri, & magnæ. Secundum Corollariû ipsius est tale. Tps discretum est tale, q partes ipsius sunt discretæ, sicut ét nperatinnes Angelorum, quas mensurat, sunt discretæ; nam quælibat una succedit alteri, & una noo continuatur alteri, quare ramanêt discreræ. Tertium Corollarium est, quòd Nulla est proportio instantis tpis discreti, ad instans temporis continui, uel nostri; nec ê cnnuerso. patet ex illa differentia assignata inter illa, qûo instás tempotis discreti pt cnaxistere magnæ parti ipsius tpis nnstri, & continui; & nô ê côuerso. s. partes, uel instans tpis nostri, nnn pt coexistere minimæ partis téporis discreti, quia raptim transit, ut dictum est. & sic patet modus dicendi ipsius Henrici, ad istam qônem, qûo, & quid diceret ad illam. Sequitur nunc contra positionê, uel côclusionê.

Instantia longa.

Solutio instantiæ.

Corollaria Henr,

Scot, arguit côtra Henr,

¶CONTRA Conclusionem huius positionis &c.] Quærebatur, Vtrum operatio intrinseca Angeli mésuraretur æuo, sicut ipsius existentia; & dictum est de mente Heorici, q nec mensuretur tpe continuo nostro, nec mêsuratur æuo, tn quo ad suas iotellectiones, q ipse mensuretur tépore discrato. &c. Contra hanc positionem arguit nunc Scotus; & deinde arguet, q illud tps discretum nullo mô sit ponendum. Et prima rô est ista. Dicis, q operationes Angeli mensurantur tempore discreto. Côtra hoc arguitur. & probatur, q meosuretur æuo, & onn isto tempore discreto, arguitur sic. Quæcunq; hñt uniformeo modum manendi, dum manent, hñt mansuras ooiformes, & eiusdem rônis. ét in morádo, & manendo, & mêsurando, licet una mora diutius duret, quàm alia; sed sic est, q mora Angeli, & operatio illius ét iotrioseca, & ipsius existeotia, hñt uniformen modum maneodi, dum manent, licet unum diutius duret, s. existentia, qnàm aliud. s. ipsius operatio: ergo illa babebût etiam uniformes mensutas, & eiusdem rónis, sed sic est, dñe Henrice, q per te axistentia Angeli mensuratnr æuo: ergo etiam oparationes Angeli mensurabuotur æoo, quod est propositum, rô est bona. Maior declaratur, & probatnr ex primo dicto opinionis Henrici, ubi dicebatur, q oportet esse aliquam proportiooem intet mensuram, & mensuratum, sic q illa, quæ hñt existentiam raptim transeuntem, etiam hñt mensuram indiuisibilem, & raptim transeuntam. modo ex hoc patet maior Scoti, scilicet quæcunq; habent uniformem, &c. Minor probatur sic. Existentia Angeli est permanens, oon habens succassiooé partis ad partem, etiá operationes Angeli sunt permanentes, ooo habentes partes post partes; & licet operatio Angeli sit accidens; & ipsius existeotia dicatur esse substaotia; & in hoc oon dicantur similia, hoc tñ nó facit ad propositum oostrum, imò nobis sufficit, q ambo siot eotia parmanentia; & nos loquimur de mensura duratiua: ideo si mansura existentiæ Angeli duratiua est permanens, & æuum: cum habaant similem modû durandi, maximè secundum Henricum, qui dicit, q nulla est continuatio partis ad partem in illis operationibos, sicut nec in existentia Angeli: sed existeotia Angeli mensuratur æuo, hoc concedit Henr. in qône præcedenti. ergo & oparationes.

Resp. Scot. pro Henr,

Respondet Scotns pro Henrico, dando unam euasionem ad istam ratiooem; & dicit, q minor est falsa. s. q Angeli existentia, & ipsius operationes babeaot similem modum durandi, rationem assignat, quia Angelus semper est ex speciali priuilagio diuioo côseruante, & tñ operatiooes illorum non semper manent. nam probabile est, q nnnc cognoscât orariones, quas illi afferimus, & fortè dominica die noo cognosceot, & ita non habeot uniformem modum essendi ipsi Angeli, & iplorû operationes; & ita illa minor est falsa. Contra hoc tamen arguit Scotus probando, q hoc nihil faciat ad propositum, q non impediat, quin sit eadem mensura ipsorum Angelorum, & operationnm ipsorum. Nam pono casum, q unus Angelus fuarit creatus hodie de mana, & annihiletur post prandium; & unus Angelus qui semper sit, sicut ounc multi sunt; tnnc certum ast, q eadem erit mensura illius Angeli, qui tantum per medium diam durabit, & illius, qui duraret per sæcula sæculorum; & ideo illud semper assa Aogeli, ual illud non semper esse, sicut ipsius operationes, non impedit, quin ipsius nperatio mensuretur æuo, sicut ipsius existentia; rô ast bona, & ió quia illa maior Henrici noo ualet, datur alia enasio. Quando arguitur. Quæcunque alia &c. dicitur, q noo est simile; nam Angelus potest diligere hoc, & illud, & hoc, & non illud, quia est agens liberum: existentia tamao illius, nal onn existentia. oon est io potestate sua. Nam Angalus oon potest se occidere, & ita existêtia illius nó est in ptâte sua. ió uoo ualet, q a si existentia Angeli mensuretur æuo, quòd ét ipsius nperatio. &c.

Scot. arguit contra responsionem.

2. euasio ad rônem Sco.

Contra tamen arguit Scotus. Primo sic. Nam aliqó oon fore, non uariat rônem existeotiæ, dum illa est: ergo hoc, qđ est Angelum posse esse, uel non esse ab alio, nel seipso: nó facit, q Angelus nno sit eiusdem speciei, & rónis, qó est. ego possûda sioere esse crastina die, sed non desiná esse: ooo sequitur, q ego nnn mensuser. illa eadem mensura, qua bodie: nec illod uariat rationem mensuræ meæ, nam hoc est uoum extrinsecû, quòd scilicet Angelus non possit se facere esse, uel non esse; & sic patet illnd argumentum, quomodo non concludit, nel enasio; & ita ratio Scoti manet.

Arguit Sc. contra secundam enasionem.

Secundò arguitur sic contra illam eandem conclusionem. probando, q operatio Angeli mensuretur æuo, supponêdo, q Aogelus habet duas cngnitiones, una est beatifica, qua uidet Deum, & fruitur illo. Alia est oaturalis, qua multa cognoscit in genete proprio, & per motioné ipsorum; ut patet satis. Secundo supponitur probabiliter secûdum Scotum, q Angelus in suo actu beatifico, & uisione beata, concurrit actiuè aliqualiter, sic, q illa uisio beatifica noo tm est ab ipso obiecto beatifico, & uirtute ipsius, sed ét a potentia ipsius Angeli actiuè côcurrentis ad illam; & inquátum ipsa causatur ab iotellectu ipsius Angeli qui est potentia natutalis, ipsa uisio diciter esse naturalis. tunc sic arguitur: Operatio beatifica Angeli mensurat æuo: argo ét operationes omnes Angeli naturales maosurabûtur æuo. añs est D. Augustini de fide ad Petrum. Firmissimè tene. &c. consequentia probatur. Nam impossibile est in operatione mensurata æuo, ipsum æuiternum præsupponere aliquid, quod noo mensuretur æuo: Si ergo ipsius operatio beatifica mansuratur æuo, etiam ipsius operatio naturalis mensurabitur æuo; mô operatio beatifica Angeli præsupponit operationem ipsius Angeli naturalem; nam ipse iotellectus Angali coocurrit actiuè, licèt mious priocipaliter: ergo illa naturalis operatio Angeli mensurabitur eadem mensura, qua mensuratur operatio ipsa beatifica, & per consequens ipso æuo, & oon tempora illo discreto, & sic illa conclusio Henrici est falsa.

2. rô contra secundâ solutionem.

CONSEQVANTER Scotus secundo loco arguit contra positionem, & modum dicendi ipsius Henrici, q. s. illud tempus discretum est ponendum. Contra hoc arguit Scotus probando, q oullo mô est pooendum, quo meosureotor operationes Angeli. arguitur sic. Si operatiooes mensureotur illo tpe discreto sequeretur, q tot essent tempora discreta quot sunt Angeli; & q plus est, sequeretur q essant in duplo plura tpa discreta, q̃ sunt Angeli ista uñr salsa, & absurda: ergo mala dicis. pbat consequentia, quò ad primum, per unum easum. Volo, q oés Angeli siot decem io numero, continoet autem onus illorom suam operatiooem per uigiotiquioque dies, & unus alius per decem dies, iam per te, est minus iostans istud, qoo mensurabitur ista operatio decem dierum, quàm esset illud, quo mensurabitur operatio primi, quæ durat per xxv. dies. Continuet insuper unus aliam suam operationem per diem unum, & unus aliam suam per dimidium diem, alius per boram; omnib. istis operatiooibos correspondet sigillatim suum instans temporis discreti, quod quidem instans dorat per istud totum tempus nostrum, quo ponitur illa operatio cootinuari. aliud ergo eric tempus illud, qood componetur ex illis paruis instantibus, ab illo tempore etiam discreto, qnod componetur ax illis magois instantibus, & sic eruot tot tempora, quot Angeli. Secunda pars consequentis probator q sequatur, eode uolo, q Angelus Michael côtiouet onam intellectionem, quam habet de aliquo per diem, & habeat deinde de aliquo alio obiecto onâ nolitionem, quæ tantum duret per iostaos: tunc certum est, q operationi illius correspôdet unnm tempus, & nolitioni aliud tempus: & sine comparatiooe, illa operatio secundum intellectum durat plusqnàm operatio secundum noluntatem. & ita illud tempus multiplicabirur, & diminnetur sicut uolueris, hoc tamen non est dicendum. ergo &c.

Arguit côtra modum ponêdi Henrici.

Secundò

Arguit secūdò ad idē.

Secūdò ad idem urguitur, ꝙ illa opinio sit falsa, & absurda. arguitur sic. supponendo illud dictū Henrici, ꝙ æuu sunt alterius rónis, scdm ꝙ æuiterna; uel Angeli qui mensurantur illis, suut alterius rónis, & differūt spé; uam scdm illum æuū bonorum, differt spé ab æuo Archāgelorum. Scdo supponit ꝙ similiter dicere dēt de operationib. Angelorū, ꝙ si ipsæ diuerāt spé, ét ipsæ mensuræ, quib. ipsæ mensurabuntur, differunt spé: nam dicit, ꝙ mensura sequitur mensuratū. Ex istis oib. núc arguit côtra illum. Nulla una quantitas côponitur ex plurib diuersarum rónum, sed sic est, ꝙ unus Angelus in una die pôt habere plures opationes diuersarum rónū: ergo tps illis diuersis opationib. correspondens, non est unius rónis, sed diuersarū. Añs patet, ual maior, nam numerus senarius côponit' ea trib. binariis; nā bis tria, faciūt sea; una quátitas sit ex alia, licèt Philosophus uideatur hoc negare, tn hoc est uerū, ꝙ qñcunq; ex plurib. diuersarū rónū sit unū, illud nó est unum per se. ꝙ sufficit Scoto: mô Angelus in una hora pôt habere côsiderationé de rosa, in alia hora de lapide, in alia de asino, in alia de hoie: q̃ differunt spé: quare operationes ét spé distinguuntur, sicut obiecta, de quib. sunt. deinde uolo, ꝙ habeat unam unius rónis per unum diem, aliam eiusdem rónis per horam, aliam per instans; illa instantia non habent proportionem adinuicem. nam unum est magnum, aliud paruum: etiam nullam proportioné habent ad tempus suum discretum. quô ergo ea illis pôt fieri unum tempus discretum unius rónis, & speciei, ea omnibus illis meusuris, cum ipsa distinguantur specie, & sint diuersarum rónum, & ita oportet dicere. ꝙ opinio non ualet.

Arguit Scotus contra quoddam dictū Henrici.

Consequenter spāliter arguit Scotus côtra unū, qđ dicebat Henricus. i. ꝙ illud nunc tpis discreti, nullam hebat proportionem ad hoc nunc tpis nostri. ét dicit Scotus, ꝙ istud est una fuga. & cautela. Nam tunc oporteret dicere, ꝙ tps continuum essei discretum. patet. nam tps compositum ex illis instátibus, est discretum, sicut tps nostrum est continuum ea illis instantibus continuatis, & ita uidetur esse fuga. Quòd aūt hoc ualeat, arguitur sic. Quæcunque intelligibilia, quæ ego possim intelligere in uno die, ét illa eadem pôt Angelus intelligere, & multo perfectius in illo eodem tempore; sed intellectus meus pôt habere unam intellectionem in aliquo uno instanti: deinde aliam: ergo ét illud idem pôt angelus, & sic non est necesse, ꝙ unum & idem instans correspondeat illi tpi discreto toti: maior patet. nam Angelus non pôt simul omnia intelligibilia cognoscere, uel intelligere. sicut nec ego: tamé plura intelligit, q̃ nos: qa est ingeniosior nobis, & ét inter ipsos, scdm ꝙ sunt ingeniosiores aliis, ét plura perfectius intelligunt. minor núc patet satis. quia ego nunc habeo unam intellectionem de ista, q̃ dico: deinde habebo aliam circa ista cognoscibilia, & hmôi.

Ponitur una euasio ad argumētum.

Datur una euasio Henrici per unā distinctioné talē ad istam rónem Scoti q. intellectum nostrum posse habere unā intellectionem, post aliam immediatè, pôt intelligi dupliciter. Vno mó post tps habitum. i. sequens immediatè aliud instant, ꝙ habeat aliam. Alio mó ꝙ habeat illas intellectiones sine quocunque tpe medio. Primo mó concedit iste, ꝙ Angelus pôt unam intellectioné hére immediatè post aliā, secundo mó nó: nā semper oportet expectare per tps: quia intellectio fit in instanti, mó unum instans non est immediatum alteri, illud ergo nó uidetur ualere, nec esset dabile primum illius intellectionis secūdæ, quod est falsum. nam permanentia 8. Physic. habent primú sui esse, & successiua nó. mō intellectio est ens permanés; aliter instás eét immediatum instanti, & ita immediatè in tempore sequenti illud instant, hébit istam intellectionem, & nó in illo instanti mediato alteri: quia nullum tale datur.

Refellit Sco. euasionem.

Dicit Scotus; ꝙ ista euasio héret uim, si diceretur, ꝙ intellectio indifferéter posset mensurari instanti, uel tpe: sed hoc nó dicimus, nam si mensuraret una intellectio instanti, & alia tépore, daretur aliqua una intellectio, cuius non daretur primú sui eē, qđ est falsū. & nó diceremus nos, ꝙ nó possumus dicere, ꝙ intellectio mēsuret tpe, uel instāti: sed æuo: & opatióes immanétes, & existétia Angeli, & q̃cúque substátia. & túc nó est ista difficultas. de hoc tamen magis dicemus infra.

Quarto cōtra Henricū.

QVARTÒ principaliter arguitur. Nam uidetur ꝙ Henricus non dicat consequenter cum illo tpe discreto. nā bene sequitur, operationes Angeli immanentes mēsurantur isto tpe discreto: ergo ét nostræ opationes immanentes mēsurant isto tpe discreto. consequens est falsum, ut declarabitur. Cósequétia probatur. nam intellectiones meæ sunt totæ simul, sicut intellectiu Angeli: ergo bét mensuratiua proportionata illis, ꝑ te: nó tpi nostrum. qa hoc non ꝑmanet: nec instant, qa rapiim transit: ergo illud tps discretum, qđ ponis; hoc tñ est falsum: ergo &c.

Resp. Henr.

Resp. Henricus, ꝙ non est simile: nam operationes Angeli nullam habent coexistentiam, uel connexionem: quia Angeli non discurrunt, sicut operationes nostræ habent istam cónexionem, & fiunt cum discursu. Ob, dicit Scotus, hoc nó ualet, nam argumentum stat; arguitur sic. Connexio operationū nostrarum nullam arguit continuationem in ipsis: ergo nullam arguit continuationem, sequitur ꝙ possunt mensurari tépore discreto, sicut operationes Angeli. Vnde quando intelligo conclusionem per principia, bene connectuntur istæ duæ intellectiones, non tamen continuantur adinuicem. deinde ego possum habere unam intellectionem sine alia; nam intelligam hominem; deinde cras animal; & illa cognitio est incomplexorum: & ideo non est cum discursu; & ita una non continuatur alteri, & per consequens Henricus tenetur dicere, ꝙ si operationes Angeli mensurantur tempore discreto, & operationes nostræ: quod tamen est falsum, ut patet. ergo hoc non est dicendum. nam Philosophus libro de Memoria & Reminiscentia dicit, ꝙ nos intelligimus cum continuo & tempore; & non cum discreto. & ita relinquitur iste modus dicendi sufficienter impugnatus ea dictis.

Scot. reprehēdit differentiam quam assignat Henricus inter hoc tempus discretum, numerum, & orationem.

PRAETEREA quod dicitur ultimo de differentia. Consequenter Scotus arguit contra illud, quod dicebat Henricus de differentia, quam faciebat inter istud tps discretum, & ipsam orationem, & numerum, q̃ sunt quantitates discretæ. nam dicebat ꝙ differunt &c. Contra dicit Scotus. Supponédo, ꝙ duplex est differentia alicuius ab aliquo. Quædam formalis. Alia est materialis, uel non formalis. Vnde differentia formalis aliquorum, est illa q̃ hétur ea ꝑ sa rónib. terminorum illorum, q̃ sic differunt: ut homo ab asino distinguitur ꝑ rónes formales illorum. Alia est materialis, q̃ sumitur ab aliquo extrinseco illius, ut qñ facimus differentiam inter hoiem, & asinum; ꝑ aliquod accidens ipsius corporis, ut per figuram, uel huiusmodi. mó Scotus reprehendit ꝙ non bene datur ista differentia, dicit Scotus. Nam assignans differentias inter aliquas species, debet assignare illam formalem, & non materialem: sed Henricus assignat differentiam materialem, & non formalem inter numerum, & orationem ab illo tpe discreto: uel èconuerso. quæ tamé sunt distinctæ species: ergo malè dicit, uel facit; quare iste modus dicendi dimittitur a Scoto.

Opinio Sco. ponitur.

Cócedo cóclusioné &c. Sic ponit opinio Scoti ad hác q̄óné dādo duas cóclusiones, & unū Corollariú. Prima cóclusio Scoti.

1. concl. Sc.

Opationes Angeli mésurané æuo: côtra Héricū directè. probat illa cóclusio a Doctore nostro ea illis duab. rónib. primis factis côtra opinioné Hérici: arguebat. n. sic. Quæcunque hñt uniformé modú manédi. &c.

Prima rō. Secūda rō.

Sed opatio Angeli, & existétia illius bñt uniformem modum manedi. &c. Scdu rō fuit de opatione beatifica, q̃ mésurat æuo: ergo ét opatio q̃cunq; naturalis immanés inferebat, & ita patet ista cóclusio illis duab. rónibus.

2. concl. Sc.

Scda cóclusio Scoti est ista. Quæcúq; existentia actualis inuariabilis, cui repugnat ꝙ scdm ipsam fiat fluxus, uel uariatio, mésurat æuo; q cóclusio est magis ampla, q̃ prima. un aia intellectiua mésurat æuo: nā talis est existétia, ꝙ scdm ipsā repugnat fieri motus, uel fluxus: ét intellectiones nostræ, & uolitiones mésurant æuo, eadem róne.

Aliquid eē inuariabile est dupliciter uel tripliciter.

Sed pro hoc notandum est, ꝙ aliqd eē inuariabile est dupliciter, uel tripliciter. Vno mô negatiué. qa simpliciter est incôpossibile, ꝙ uariet, & hoc modo solus Deus est inuariabilis. 8. dist. q. ult. hoc mó nó capit hic inuariabile. Scdo mó capit inuariabile, qa licèt actualiter nô desinat eē; pôt tñ desinere esse; & isto mó, q̃cunque intelligentia dicitur uariabilis: qa pôt uariari, & desinere eē, si Deus uellet. Tertio mó aliquid dicitur inuariabile, quia in esse illius, uel ī acquisitione eē illius, nulla est successio partis ad parté; & hoc mó, quæcunque forma substantialis est inuariabilis: nā tota simul acquirit, & non una pars post aliam partem. hoc mó formæ accidentales, ut albedo, nigredo, non dñr inuariabiles, sed uariabiles: nam una pars acquiritur post aliam. Primo inducitur unus gradus. deinde secundus, &c. modo Scotus intelligit, ꝙ illud, qđ est inuariabile primo & scdo modis, mensurat æuo. Ex isto sequit Corollariú, ꝙ ꝑpetuitas aliquorū, uel maior duratio, uel minor, nó uariat róné formalé illius, nec róné mésuræ alicuius, ꝙ substátia animæ meæ sit ꝑpetua a parte post, & ꝙ substátia corporis mei desinat eé hinc ad certú tps, hoc nó facit, ꝙ substátia corporis mei nó mésuret æquè bñ ipso æuo, sicut aia mea. Et ita ad q̄óné Scotus respódet affirmatiuè, & sic patet primus punctus, & secundus istius quæstionis.

Obiectio.

¶[Sdo contra hoc &c.] Consequēter est tertius púctus q̄ónis, in quo Scotus arguit côtra illā cóclusioné secundā, quòd quælibet substantia inuariabilis. &c. nam si cóclusio illa esset uera, sequeretur ꝙ omnia permanentia mensurarentur æuo: consequens est falsum: ergo & antecedens. consequentia pro-

batur primo Nam oẽ ens permanens habet existentiam manẽtem simul, dum manet. i. omne ens permanens . hẽt suum totũ esse simul, & est inuariabile q a non hẽt partẽ sui eẽ, post partẽ sui eẽ, sicut hẽt entia successiua. Et ita si oẽ iuariabile hoc mõ mensuraretur æuo, sequeretur ꝙ oẽ ens pmanens mensurabitur æuo; consequens est falsum, & absurdum. probatur falsitas consequentis dupliciter. Primo secũdum Philosophũ 4. Phisi. c. de tpe, qui dicit, ꝙ quies mensuratur tpe: ergo existentia illius, qđ quiescit, mensuratur tpe, sed multa sunt pmanẽtia, q̃ qescunt, & quorum dicitur esse qes: ergo uia pmanentia inuariabilia. non mensurantur æuo, sed tpe: argumentũ istud nunc est clarum. Scđo probatur illud, ꝙ consequens sit falsũ, ꝙ oĩa pmanentia mensurentur æuo: arguitur sic. Cuius primum eẽ mensuratur instãti, totum suum eẽ sequens mensuratur tpe: Sed sic est, ꝙ oĩum generabilium, & corruptibilium primũ eẽ mensuratur instanti: ergo eẽ habitum oĩum generabiliũ, & corruptibilium, mensurabitur tpe; sed illud eẽ habitum, est ens pmanens: ergo aliqđ ens permanens mẽsurabitur tpe, & ita nõ oẽ ens pmanẽs mẽsurabitur æuo, qđ est propositum. argumentum est bonum, & bene longum. nã durat usque ad finẽ qõnis.

Soluit Sco. obiectiones contra suã secundam cõclusionẽ.

Scotus faciliter soluit istud argumentum supponendo illos modos dicendi de æuo, alias sæpe dictos. Et primum præmittit unum notabile. tale. s. ꝙ in entibus sunt quinque, q̃ se habent p ordinẽ. Primũ, fluxus formæ. Secũdũ, est forma fluẽs. Tertium est forma fluxibilis. Quartũ est pmanens, in quo scđm formã propriam non est natus eẽ fluxus, licèt bene scđm aliqđ consequens illud sit natum habere fluxum, & addatur Quintũ, ens. s. permanens. In quo non est natus esse fluxus, nec eẽ põt secundum formam suam. nec secundum aliqđ consequens illud. Ista sunt quinq; bene notanda. patet. n. ꝙ calor ignis non habet fluxum. tamen si approximetur illi aqua, inducitur in illã calor ille ab ipso igne; & forma illa, ut sic, dicitur fluxibilis. Exemplũ quarti difficilius assignatur, tamen cũ exemplũ. Graue non est forma fluxibilis de se, ut patet de lapide; tamen scđm grauitatem consequentem formam substãtialem illius, natus est in ipso fieri fluxus; ut patet. quando successiuè descendit deorsum fluendo. substãtia. n. cœli scđm naturã suã nõ patitur fluxum, quia oĩno est inuariabilis: tamẽ qa mouetur necessario, scđm hoc consequitur illam, fluxus quidam. Quintum genus entis, in quo nullus est fluxus, nec scđm naturam suam, nec scđm aliqd consequens illã: est ipse Angelus. nã substantia illius nullo mõ hẽt fluxum in se; nec scđm aliquid naturaliter cõsequẽs illius naturam. nam nullam talem formam hẽt, scđm quã moueri possit localiter, licèt. n. moueatur, non tamẽ scđm aliquam formam, quæ sit illi necessario rõ, uel principium mouẽdi localiter; sicut grauitas est in lapide, uel ligno, ad mouendũ deorsum, & leuitas ipsi ligni ad mouendum sursum; non tamen repugnat Angelo moueri successiuè. ut patet infra.

Scot. ponit quadam dicta.

1. dictũ Sc.

2. dictũ Sc.

Consequenter est primum dictum Scoti. Illud ens, cuius eẽ est quidam fluxus. non mensuratur æuo. sed tantum mensuratur tpe. probatur. Nam æuum est mensura entis permanẽtis. mõ illi fluxui repugnat rõ permanentiæ, ut tps est mensura ipsius entis fluentis: ergo illud tale ens non mensurabitur æuo, sed tpe. Scđm dictum Scoti est istud. Illud ens, qđ non habet fluxum secundum se, nec põt in ipso esse fluxus scđm se, nec secundum aliquid consequens naturam illius, mensuratur æuo; sic breuiter quintum membrum mensuratur æuo, & nullo mõ tpe: patet. nã illud ens nullo mõ est successiuum, neu scđm se, nec scđm aliquid consequens esse illius; & sic nec scđm se; nec scđm aliquid sui, mensurabitur tpe, sed æuo. Tertium dictũ. Illud ens, in quo nullus est fluxus scđm se, licèt bene scđm aliqd consequens esse illius naturaliter, qđ est ens in quarto mẽbro, non mensuratur tpe p se, licèt bene per accidens. rõne illius formæ consequentis illud. unde lapis, uel lignum, p se nõ mensuratur tpe, sed æuo; sed bene rõne grauitatis naturaliter consequentis formas substantiales illorum, & sic patet primũ, quartum. & quintum membra entium. Secundus & tertius modus entiũ non differunt, nisi inquantum formæ est sub actuali fluxu, & quando non est sub actuali fluxu; unde sub fluxu dicitur forma fluens, & quando non fluit, dicitur forma fluxibilis; quia potens fluere, uel secũdum illam esse fluxus. Et de ista est nunc difficultas, quæ est mensura istius, qua mensuratur. De hoc dicit Scotus, ꝙ de æuo est duplex modus dicendi. Quidam dicunt, quòd æuum non est mensura entis permanentis, nisi illud ens permanens sit tale, quod sibi repugnet fluxus, uel uariatio, & nullum aliud ens permanens mensuratur æuo; hoc est unum probabile. & probabiliter dictum. Secundus modus est minus probabilis Scoto, & est, ꝙ sufficit ad hoc, ꝙ aliquod ens permanens mensuratur æuo, ꝙ illud tale ens non sit actualiter uariatum, sed sufficit, quòd sit uariabile. isti modi sunt bene diuersi. tunc diceremus secundum primum modum, ꝙ calor mensuratur tempore: & qualitas quæcunque, & quantitas quæcunque. nam secundum illas formas potest esse successio, & uariatio, & nullo modo mensurantur æuo. Nam æuum est mensura entis, cui repugnat uariatio, uel mutatio. modò illis conuenit mutatio, uel successio, quò ad esse illorum acquirendum. Si autem uolumus tenere secundum modum, tunc diceremus, quòd calor quiescens mensuratur æuo, quia secundum istum, nulla fit alteratio, uel uariatio, quamuis in se sit uariabilis: & ita dicimus ad quæstionem secundum aliam, & aliam uiam consequenter, tamen primus modus est probabilis. Ex istis nunc ad formam, cum arguitur sic. Si illa conclusio esset uera, sequeretur &c. non possumus cathegoricè dicere: secundum primum modum, neganda est consequentia, nam non mensuratur æuo, nisi illud ens, cui repugnat successio; non ergo qualitates, nec quantitates: nego consequentiam: ergo nec consequens esset inconueniens de illo ente, cui repugnat successio in acquisitione sui esse. Et ad illas probationes, dicit Scotus, concedendo, quòd quies mensuretur tempore: non tamen ualet consequentia: ergo etiam & existentia illius, quod quiescit. ratio dissimilitudinis est, quia quies non attenditur secundum existentiam substantiæ quiescentis, uel secundum illam formam, secundum quam substantia existit, uel habet suam permanentiam; sed quies attenditur in illo, in quo est penes motum. unde cæcitas in homine non attenditur secundum substantiam hominis: nam oĩs homo esset cæcus, sed attenditur penes oculos, & secundum formam particularem, scilicet potentiam uisiuam. mõ quies est priuatio successionis partis ad partem, & ita non est simile de illis. Vnde quies bene præsupponit substantiam mobilis, aliter si non esset mobile, secundum substantiam, etiam numquàm quiesceret. Et si quæratur, quomodo quies mensuratur tempore? Respondet Scotus, & bene. Nam mensurari, est notificari per aliquid magis notum, illud, quod est minus notum. Venimus modò per tempus in cognitionem quietis; dicit tamen Scotus unam distinctionem quòd quietem mensurari tẽpore, potest dupliciter intelligi. Vno modo positiue. Alio modo negatiuè. Primo modo positiuè, quòd scilicet quies sit unã entitas positiua, cuius tempus dicatur esse mẽsura: & hoc modo non intelligimus. Secundo modo priuatiuè, quia aliquod mensuratur tempore, cuius quies dicitur esse priuatio, & sic bene intelligimus, nam quies est priuatio motus, & per motũ mensuramus, uel arguimus quietem; ut quando ambulamus, dicimus, ambulari duabus horis per uiam, per quam alius ambulauit quatuor horis. dico, ego quieui minus per uiam. modo omnis priuatio uniuersaliter mensuratur illa mensura, qua mensuratur suum positiuum, licèt aliter, & aliter: quia positiuum mensuratur positiuè; priuatio autem, non nisi negatiuè. unde si nullum esset corpus inter illos duos parietes, diceremus, quòd ibidem esset distantia unius ab alio, non tamen positiua. quia nullum esset medium per casum, sed priuatiua. nam distantia est tanta, quantum est medium interceptum inter illa extrema, inter quæ dicitur esse illa distantia, etiam quantum bonum est habitus, tantum malũ est eius priuatio, priuans illum: & ita priuationes cognoscuntur per suos habitus, & positiua.

Ad formã obiectionis.

Quõ quies mensuratur tempore, secundum Scotum.

Quietẽ mẽsurari tẽpore capitur dupliciter.

Quærit Scotus. Vtrum p hoc, qđ dicimus, ꝙ qes mẽsuratur tpe p habitũ, sit cõcedẽdũ ꝙ quies mẽsuratur tpe per accidẽs? Est difficultas Scoti, & dicit, ꝙ Philosophus uidetur dicere, ꝙ sic tamẽ Scotus dicit, ꝙ nõ p accidens, sed p se quies mensuretur tpe. Nam illud conuenit alicui p se, qđ cõuenit illi scđm naturã suam, & formam substantialem, ut graui cõuenit p se descẽsus deorsum: nam scđm grauitatem, q̇ consequitur ppriam naturam illius: sed quieti scđm suã naturam cõuenit mensurari tpe: ergo p se conuenit illi, licèt sp priuatioẽ conueniat illi, nõ diceremus concordando Philosophum cum Doctore, ꝙ priuationi conuenit per se mensurari priuatiuà ipsa mensura, qua mensuratur positiuum, & hoc mõ intelligit Scotus, tamen p accidens conuenit ipsi priuationi, ꝙ mensuretur tpe positiuè & hoc mõ intelligit Philosophus, & ita patet hoc. Ad propositum. tunc secundum primum modum, nego consequentiam uniuersaliter sumendo illud, nisi de illis, quib. repugnat uariatio, uel fluxus iuxta scđm modum, quando actualiter uariabitur, tunc mensurabitur tpe: non tamen in esse quieto, sed æuo. Ad aliam probationem quãdo dicitur esse primum mensuratur æuo. &c. Solutio est bene difficilis in libro: & ideo nota, ꝙ ipsius motus dicitur esse duplex terminus. Quidã est primus. Alius est secundus uel secundarius. non dico concommitans,

Quæris, an quies mensuretur tẽpore per accidens, uel per se.

Solutio secundæ probationis difficilis.

nam

nam aliter capitur hic motus. Vnde Philosophus imaginatur. 6.Physi. q sicut se habet instans in tempore, eodem modo se habet mutatum esse in motu. modo quando fit aliqua generatio naturalis, semper præsupponitur motus aliquis, secundum quē fit illa dispositio ad illam generationem: & ille motus dicitur hēre suum mutatū esse. & hoc dicitur esse terminus primus illius motus. Deinde est alius terminus. s. forma substātialis inducta in illo instanti mensurante illud mutatum esse; & ista forma dicitur esse terminus secundus, uel secundarius, tamen dicitur esse forma permanens. etiam in generatione, est iste duplex motus. nam prius est successio illa; deinde forma inducenda, & permanens. Ex hoc infert Scotus unum Corollarium quod sequitur. Et patet quid est mutatio, uel mutari, ex 5. Physic. nam est aliquid aliter se habere nunc, quàm prius, & supra Scotus remisit se ad istum locum. Vnde illud nunc, aliter se habet nunc ly, nunc, dicit unum indiuisibile; & ly, quàm prius, dicit unum diuisibile, & diuisibiliter habitum. Vnde generatio iam est terminata satis in A, instanti: &, quàm prius determinat successionem, & diuisibilitatem. nam prius fuit successiu motus. Vnde sequitur, quòd creatio non est mutatio. nam ly, quàm prius, semper deficit. Notat secūdo Scotus, quòd Quæcunque substantia generabilis, habet duplicem habitudinem; Vnam ad causam particularem; Aliam ad causam uniuersalem. ex prima distinctione primi ego habeo habitudinem ad Deum, tanq̃ cām uniuersalissimam, quandiu ero. deinde ad patrem meum si esset, haberem habitudinem tanquā ad causam particularem. modo, quandocunque generatur substātia, in primo instanti est habitudo ipsius ad causam uniuersalē; & in tempore sequenti dicitur esse habitudo ad causam secundam quo ad primum instans sui esse tantum; tamen ad ipsum Deum semper, quandiu est. modo cum arguitur. Cuius primū esse. &c. nego istam propositionem. & ratio est. nam primum esse substantiæ generabilis, capitur sub mutatione; & non præcisè secundum se absolutè, sed quia illa mutatio sub qua capitur, dicitur esse talis, q illius primum esse, mensuratur instāti; sicut esse illius mensuratur tempore; sed sumitur secundum se absolutè. illa ergo consequentia non ualet, & sic patet hoc pro nunc.

Scot. Corol. primum.

Corol. secundum.

Consequenter pro complemento istius quæstionis, oportet soluere illud argumentum, quod factum est super prima qōne de æuo, ab Henrico contra D. Bonauenturam & hic fit in forma, & soluitur, probando q Angelos mensurētur tempore, supponendo q secundum Beatum Bonauenturam, In actuali existentia Angeli est successio formaliter; tunc arguitur sic. Benè sequitur, in existentia Angeli dicitur esse successio: ergo in existētia Angeli dicitur esse innouatio; & ultra. benè sequitur, in existentia Angeli est innouatio: ergo in existentia Angeli est mutatio. sed sic est, q omnis mutatio mensuratur instanti temporis: ergo essentia Angeli & cuiuslibet æuiterni, erit téporanea. nam oē, quod hētur per mutationem, mensuratur instāti; deinde esse habitum mensuratur tpe, ergo propositum. Respondet Scotus ad hoc argumentum benè faciliter, cōcedendo consequens, & consequentiā. Nā qñ est productio de non esse ad esse, esse succedit ad non esse. ergo est mutatio. Dico ad hoc duo, primo q non ois forma secundum quā est innouatio, uel uariatio, mensuratur tempore, uel instanti temporis. Et si quęratur quæ est illa forma, secundum q̃ est innouatio, uel uariatio; dico, q est illa, quæ producitur de non esse ad esse, quæcunque sit illa. Modo non omnis illa dicitur mensurari tpe, uel instanti temporis. & sic patet illud dictum. Secundum dictū Scoti est. Nulla forma, secundum quam mutabile aliter se hēt nūc indiuisibiliter, quàm se habuerit diuisibiliter, uel successiuè, mensuratur instanti temporis, uel tpe. Exemplum capio duas formas substātiales, s. formā carnis, quę creetur a Deo immediatè; & unā aliam formā carnis, quæ inducatur ab agēte naturali; illa prima forma non mensuratur tpe, uel instanti tēporis: patet. nā mobile uel mutabile, aliter nō se hēt nunc indiuisibiliter, quā habuerit prius diuisibiliter. patet. nā pōt esse, q Deus, producendo formā illam, simul produxerit illud totum, cuius est, & tunc nullus motus, uel fluxus præcessisset illā formam, & sic non fuisset aliquid diuisibiliter se habens, quod tñ requiritur. Si aūt illa forma induceretur ab agente naturali successiuè una pars post aliā; tunc illa forma mensuraretur tempore, uel instanti tpis. nam qñ præcessisset una pars inducta. s. prima, ultimā, esset uerū dicere, q mutatum esse præcessisset diuisibiliter, ut patet, quia ēt illa successio, uel successiua acquisitio partis post partem. & sic patet hoc dictū. Ex istis nunc ad formā argumenti, qñ arguitur sic &c. Transeat illud primū, & cum dicitur, ergo mutatio. nego istam consequentiam; nam in creatione Angeli Angelus non aliter se hēt nūc indiuisibiliter, quā prius se habuerit diuisibiliter. nam totus simul producitur. Ex his infert Scotus unū Corollariū, q Deus posset creare Angelum & quamcunque creaturā permanentem, sine tempore; ēt dato, q creatio esset mutatio, quod est plus dicere; probatur istud Corollarium supponendo, q creatio, uel mutatio capitur dupliciter. Vno modo largè, siue impropriè, pro omni productione alicuius a non esse ad esse. Secundo capitur mutatio propriè, pro productione alicuius de non esse ad esse, sic tñ, q illud esse diuisibiliter acquisitū præcedat aliqua successio, uel continuatio in illo mutabili dico nunc, q creatio potest dici mutatio primo modo, & hoc modo dictum est prima dist. huius, quæstione penultima. & ita, dato q creatio dicatur mutatio isto modo, Deus sine omni tempore potest facere. &c. nam tempus non requiritur, nisi ad mutationem mensuratam instanti temporis; sed hoc est falsum, scilicet q creatio mensuretur instanti temporis; ergo non requiritur tempus ad mensurandum creationem creaturarum permanentium. Minor probatur. Nam talis mutatio. s. creatio a non esse ad esse, non mensuratur instanti temporis; quia nulla successio esset in hoc mobili; quia illud se haberet nunc indiuisibiliter, priusquam se habuerit diuisibiliter. & ita patet istud dubium: & per consequēs ad istam quæstionem dico, q operationes Angeli, mensurantur æuo, etiam naturæ.

Deducitur ultimū arg. Hen. contra D. Bona. in prima qōne huius dist.

Soluitur argu. Hen per dicta.

Primum di ctum Sco.

Soluitur dubitatio. 2. dictū Sc.

Corol. Sco.

Restat soluere duo, uel tria argumenta probantia, q operationes Angeli mensurentur tempore, & non æuo. & similiter arguatur de nostris, supponendo primo. q secundū Proculum authorem de causis, Triplex est res. Quædā æterna, ut Deus, Alia temporalis, quæ tabescit in tempore, & incipit. Tertia, est res media, quę nec est oino tēporalis, nec omnino ęterna, ut Angelus, & anima, Et dicit iste auctor, q inter esse illius rei, cuius substantia & actio, mensuratur tempore, & inter illam substantiam cuius esse mensuratur æternitate, est una res media, cuius substantia mensurabitur æuo. & eius operatio, uel actio mensurabitur tempore, & ista est substātia Angeli & animæ: ergo operatio Angeli & animæ non mensurantur æuo, sed tempore, quod negas: ergo malè dicis. Ista authoritas est satis expressa, & clara; & loquitur de Angelo, & de intelligētia.

Solutio argumentorū principaliū

Respondet Scotus, q illa authoritas non est multum tenenda; probatur. nam ille author de causis, sequitur Auicēnam dicētem, Intelligentias esse quosdam Deos. & dixit, operationes illarū mensurari tempore: Dico tamen propter illam authoritatem. q operationes Angeli sunt duplices. Quædam sunt intrinsecæ, & immanentes; est idem dicere. Aliæ sunt extrinsecę, & transeuntes. Exemplum primarum sunt intellectiones, & uolitiones suæ. Exēplū secundarū, sunt motus sui successiuus, & motus sui orbis. modo dico, q ille loquitur de actionibus transeuntibus; & hoc concedo, non autem loquitur de immanentibus. modo dico, q in quæstione nostra intelligimus de immanentibus, q ipsa mensuratur æuo, & non tempore; de aliis autem extrinsecis benè concedo, q mensurētur tempore, & hoc modo dicemus ad oēs authoritates, & si essent cētū mille, &c.

Soluitur primum princ.

Secundo ad idem arguitur principaliter simul ratione, & authoritate. arguitur sic: Si operationes Angelorum mensurarentur æuo, & non tempore, sequeretur q illę operationes nō durarent per tempus aliquod, sed desineret esse: consequēs uidetur esse satis falsum, cum nostræ durent per tēpus; ergo & antecedens. consequentia probatur. nā æuum non est mensura sempiterna, sed tantū uidetur coexistere instanti temporis. & indiuisibili, & per consequens, illud, quod in illa erit tanquā in mensura, raptim transibit. consequens tñ est falsum. nego. probatur. 8. Physic. ubi Philosophus dicit, q Natura. i. agēs naturale, nihil producit, ut statim nō fit: ergo ēt Angelus, q est agēs naturale, nō producit suas operationes, ut statim nō fint, & ut desināt esse raptim. &c. Vis argumēti stat in illa authoritatē. 8. &c. Respōdet ergo Scotus ad illā authoritatē ārt. 3. q. 12. quarti, disputādo, Vtrū sit aliquod ens, qđ tm duret p instans; & dicit q sic. & tūc contra seipsum adducit istā authoritatē, & dicit ad ipsam. q ipsa pōt hēre triplicē sensum, & intellectum. Vnus est, q agens naturale nihil producit, ut statim non sit, i. q agēs naturale hēt uim cōseruatiuā sui producti cōtra oē agens naturale extrinsecū, qđ esset corruptiuū illius. Secūdus sensus est, q agēs naturale intēdat cōseruationē sui pducti, & intendat productū suū esse sic, q intelligatur quo ad intētionē agentis naturalis. Tertius sensus est, q inter instās gñationis factæ ab agēte naturali, uel uirtute illius, & inter instās corruptionis faciendæ ab agēte naturali de illo eodē genito, semper est tempus mediū; & dico, q istū triplicē sensum uult habere Philosophus, q nunquā duo instantia sunt sibi inuicē succedentia, nec

Deducitur secūdū principale.

Resp. Scot. primo.

esse possunt; ideo natura, uel agens naturale, nunquàm producit aliquid in uno instanti ad hoc, ut illud desinat in alio instanti immediatè sequente.

Vnde notandum est propter hoc, quòd duplex est productum. Quoddam accidentale, uel accidens. Aliud est substantiale, uel substantia, ad istum sensum, quòd accidentale est, quod tantum durat per instans: actuale, uel substantiale est illud, quod durat plusquàm per instans. & de isto loquitur Scotus hic: sic quòd quando generatus, semper conseruatur per aliquod tempus. Primũ autem scilicet, quod tantum duret per instans, quando generatur, non conseruatur per tempus, sed in illomet instanti, quo incipit esse & producitur, in illo eodem desinit esse: & hoc modo intelligitur illa conclusio. Sed quòd inter instans generationis, & corruptionis dicatur esse medium potest dupliciter intelligi. Vno mõ cõparando ad agẽs naturale. & hoc est uerum, & hoc uult habere Philosophus. Alio modo quo ad quodcunque agens indifferenter. & hoc non est uerum. Nam Deus potest producere unum Angelum in instanti, & annihilare illum in alio instãti, ut patet loco dicto in quolib. & sta ad argumentum quando sic arguitur. sequeretur &c. nego consequentiam: nam illæ operationes possunt raptim transire, & permanere. Ob: mensura est indiuisibilis; concedo est substantia Angeli est indiuisibilis, tamen durat plusquàm per instans.

Productũ duplex.

Sed contrà. Nam Angelus uel anima non producunt suam intellectionem, ut statim desinat esse, idest Angelus uel anima, cùm producunt unam intellectionem, non intendũs corruptionem illius intellectionis antequam aliam habuerunt, sed si prima corrumpitur, hoc est, quia est incompossibilis illi secũdæ, quæ producitur de nouo maximè quando sunt de eodẽ obiecto, & perfectæ, & distinctæ, sunt incompossibiles. isto modo concedo. & ita argumentum istud soluitur primo modo. Aliter soluitur hoc argumentum. (Sed prima solutio est magis de mente Scoti) per unam distinctionem. quòd aliquid esse in tẽpore, potest dupliciter intelligi. Vno modo tempore cõtinuo. Alio modo in tempore non continuo. Exemplum primi. Omnis res temporalis dicitur esse in tempore continuo. Exemplum secundi. Angelus. modò concedo illud dictum Philosophi, de illo producto in tempore, cuius mensura est tempus cõtinuum. non autem de illo, quod non dicitur esse in tẽpore continuo, cuiusmodi est Angelus.

2 solutio.
Aliquid esse in tempore dupliciter.

Tertiò principaliter arguitur authoritate] D. Augustini quæ fuit adducta pro opinione Henr. Vnde dicit August. Deus mouet creaturam spiritualem, & simplicem per tempus: ergo & Angelus & anima, & operationes illorum habebunt esse in tempore, & mensurabuntur tempore. patet consequentia. Nã Angelus, anima, & intellectiones, & uolitiones illorum, sunt creaturæ spirituales, & simplices; & ita authoritas est contra nos. Respondeamus ad istam per unam distinct. s. quòd tempus capitur dupliciter. Vno modo propriè. Alio modo impropriè. Tempus propriè, est mensura motus, & quietis, & entis successiui. Tempus autem impropriè, est quæcunque mensura cuiuscunque entis, quod producitur de non esse ad esse. & hoc modo dicimus, quòd Angelus & anima producuntur in tempore impropriè, quia producuntur de non esse ad esse, uel ad esse, post non esse. Et hoc modo Venerabilis Beda exponit illud uerbum; In principio creauit Deus &c. Vbi dicit, quòd quatuor fuerunt creata simul scilicet Cœlum Empyreum primo, deinde natura Angelica, uel spiritualis. Tertio materia prima idest omnis creatura corporalis. Quarto tempus idest illa mensura omnium entium, quæ producuntur ad esse, post non esse. & ita capit tempus impropriè. etiam Diuus Augustinus in illa authoritate, & non propriè, eo modo quo capitur quarto Physic. & ita istud argumentum bene solutum: nec authoritas est contra nos. & sic patet ista quæstio, & prima pars distinctionis secundæ, secundi.

Tertium principale soluitur.
Soluitur: tẽpus dupliciter.

DISTINCT. SECVNDAE.

QVAESTIO QVINTA.



VINTÒ circa secundam partem &c.] Consequenter Scotus in ista secunda parte huius secundæ distinctionis conformiter ad Magistrũ Sententiarum, determinat de loco Angelorum, & multa Physicalia dicit, mouendo primo unam talem quæstionem. Vtrum Angelus sit in loco. Primus terminus declarandus est, Angelus de quo satis sæpè dictũ est. Secundus terminus est, esse in loco. Pro quo notandum est pro nunc, quòd aliquid potest esse in loco tripliciter. Vno modo circumscriptiuè. Alio modo diffinitiuè. Tertio modo præsentialiter. Vnde illud dicitur esse in loco circumscriptiuè, quando illud sic se habet ad locum, quòd ultima ipsius locati, & ultima ipsius loci, sunt simul, & sunt continua. hoc modo, omne quantum naturale est in loco; & omne quantum mathematicum, & non naturale, si daretur tale, illud tale esset in loco, isto modo repletiuè, & dimensionaliter. Secundo modo illud dicitur esse in loco, quod habet præsentiam localem, sic hic in isto loco, quòd non alibi, & non est idem iste modus essendi in loco, cum esse in loco circumscriptiuè. nam licèt benè sequatur: Est in loco circumscriptiuè: ergo diffinitiuè: non èconuerso. & propriè unum non infert reliquum. Tertius modus essendi in loco, est præsentialiter: & illud quod est in loco diffinitiuè, & circumscriptiuè, est in loco etiam præsentialiter, & non èconuerso. Hoc modo dicit de Bassolis in secundo distinct. 2. quæst. 3. art. a quòd iste tertius modus non distinguitur ab alijs: nam Angelus est præsens suo loco, non tamen est circumscriptiuè. ut patet. etiam ego sum præsens loco meo, tamen non hoc sum repletiuè in illo. ideo iste tertius modus non distinguitur ab illis, & non habemus nomen impositum ad exprimendum istũ modum essendi in loco, quando aliquid est in loco non repletiuè, nec diffinitiuè, supplemus tamen hoc, per esse in loco præsentialiter, sicut Christus est in Eucharistia non replendo, nec circumscribitur loco. & de isto modo essendi in loco, non est sermo in ista quæstione; nam nos loquimur hic de modo essendi in loco naturaliter, & iste modus tertius essendi in loco, nõ est naturalis, ut patet, sed supernaturalis.

De loco Angelorum.
Declarantur termini.

Notandum etiam, quòd locus capitur tripliciter. Vno modo metaphoricè, uel transumptiuè, uel similitudinariè. Alio modo fundamentaliter, uel materialiter. & tertio modo capitur formaliter. primo modo capitur a dialectico, uel logico, libro de locis dialecticis, secundum quòd locus est sedes argumenti &c. Et ab oratoribus similitudinariè sumitur sæpe: hoc modo non capitur hic. Secundo modo locus est ultimum corporis continentis immobile primum, & non intelligitur, dicit de Bassolis, quòd una alia species dicatur esse locus in genere quãtitatis, & alia superficies. Et si dicatur, quòd Philosophus numerat illam distinctam a loco, & èconuerso. Dico, quòd non est uerum, & non enumerat illam distinctam, nisi ut ostendat, quòd non omnis superficies dicatur esse locus, sed solùm illa concaua, non autem superficies conuexa, contra Gilbertum Porretanum. Finaliter, capitur locus formaliter, & non est, nisi respectus locantis ad locatum, & èconuerso. sicut ubi est respectus ubicantis ad ubicatum. Quid autem sit iste respectus, & in quo genere ponatur, clarius dicemus in quæstione. Pro ueritate inmen quæstionis nostræ arguitur authoritate Magistri in litera, dicentis, quòd Angelus est in loco: etiam hoc patet distin. trigesimaseptima primi, deinde mouetur una alia quæstio annexa isti, & sine argumentis. Vtrum scilicet Angelus possit esse in loco, quantumcunque paruo, uel in loco quantumcunque magno? Hic nulli termini sunt declarandi, nisi quantumcunque paruum, uel magnum. Nota pro hoc, quòd quantumcunque est unum signum uniuersale distributiuum quantitatis, & qualecunque est unum aliud signum distributiuũ qualitatis, qualitercunque ille sit coloratus, idest quocunque colore. Vtrum ergo Angelus sit in loco quantumcunque magno affirmatiuè, uel negatiuè exponendo, quo nullus est maior uel omni alio maior, & in loco, quantumcunque minimo, omni alio minori, uel quo nullus esset locus minor: hoc quærit ista quæstio.

Locus capitur tripliciter.
Obiectio.
Solutio.
Quæstio annexa priori.
Quantumcunque quid sit.

AD

Ad primã quod ponitur opinio D. Thomæ.

A D primam quæstionem, primo præmittitur opinio beati Thomæ, quæ habet unum, in quo fundetur, quòd nihil est in loco diffinitiuo, uel determinatiuo, nisi applicetur illi. Istud fundamentum satis patet: nam quomodo aliquid erit in loco, nisi applicetur ipsi loco, & locus illi? Declarat tamen ipse per unam distinctionem, quòd applicatio ad locum, est multis modis. Vel aliquid applicetur alicui alii secundum situm; aliquando secundum formam; aliquando secundum contactum mathematicum, uel uirtualem. Primo modo secundum situm, & hoc modo punctus dicitur applicari loco, nam situetur in aliquo quanto, quod applicatur loco: quia punctus continuat partes illius: & in illo eodem loco, in quo dicitur illud ipsum continuum, in illo eodem est punctus, continuans partes illius. Secundo modo applicatur aliquid loco per formam, uel secundum formam: hoc modo anima intellectiua, & quæcunque alia anima, dicitur esse applicare per suum corpus, quod applicatur loco: cuius tamen corporis ipsa anima dicitur esse forma: etiam accidentia hoc modo applicantur loco per suã quãtitatem, uel substantiam, cuius ipsæ sunt formæ; ut albedo mea, per me, est in illo eodem loco, in quo ego. Tertio modo aliquid est applicatum loco per contactum, & hoc modo dicebamus, est dupliciter, secundum quod duplex est contactus. Quidam mathematicus, uel corporalis. Alius est contactus uirtualis. Ideo, uno modo aliquid applicatur loco per contactum mathematicum. Alio modo per tactum uirtualem. Primo modo corpus est in loco, in quo operatur. Secundo modo Sol operatur in uisceribus terræ, & generaliter operans, ubi operatur habet uirtutem actiuam ad agendum in illud, & dicitur applicari illi per illum tactum uirtualem septimo Physic. aliquo ergo illorum modorum omne existens in loco, applicatur illi: tunc sic arguit Diuus Thomas ad probandam suam opinionẽ scilicet quod Angelus non est in loco secundum substãtiam. Omne, quod est in loco, applicatur illi: sed Angelus nõ applicatur loco secundum aliquem istorum modorum: ergo Angelus secundum suam existentiam nullo modo est in loco, quod est nunc prima conclusio illius scilicet, quod substantia Angeli, non situs loco, nec substantia illius Angeli est ipsi Angelo ratio essendi in loco. Quòd autem Angelus secundum suam substantiam nullo illorum modorum possit applicari loco, probatur. Primo non applicatur secundum situm, nam propriè situari conuenit corpori quanto, & Angelus non est quantus uel corporalis, nec habet corpus: ergo non situatur propriè in loco: etiam nulla substantia per se. primo est in loco isto modo, uel applicatur loco dimensiuo, licet bene loco diffinitiuo. Etiam Angelus non applicatur loco secundum formam; patet, quia nullus Angelus est forma informans, nec potest esse; ut deducit Scotus in quodlibeto nec applicatur secundum contactum realem, uel Physicum: quia non est corpus, nec substantia corporea, quæ possit tangere aliud corpus, quod requiritur ad cõtactum realem, & Physicum. Si ergo Angelus applicetur loco, hoc non est, nisi secundum contactum uirtualem, & hoc est secundum suas operationes, & non secundum substantiam: ergo illud dictum, uel conclusio relinquitur uera.

Contactus duplex.

Arg. D. Thomæ.

Prima conclu. D. Tho.

2. concl. D. Thomæ.

Secunda conclusio illius est, Angelum præcisè dicitur esse in loco secundum suas operationes, & hoc maximè intelligit, secundum quod de Basolis declarat, de operatione transeunte, quam Angelus exercet circa aliquod corpus mouendo illud, uel alterando, uel quocunque aliter agendo circa illud. Probatur ista conclusio tribus authoritatibus Damasceni, & multis aliis aliorum Doctorum, quæ patent in libro, & ad omnes datur una solutio. Dicit Damascenus: Incorporeæ substantiæ, ubi adest, & ibi operatur, dicit etiam, quod intelligentia dicitur circumscribi, idest esse in loco, ubi operatur: sed Angelus est substantia incorporea, & spiritualis: ergo Angelus est in loco, ubi operatur. & ita per suam operationem dicitur esse in loco. & dicit ipse, capitulo decimoquinto: Intellectualiter Angeli dicuntur esse, nisi ubi intellectualiter operantur audetur ergo expresse uelle; quòd Angelus est in loco per suam operationem tantum, & non secundum substantiam. Aliæ etiam authoritates multæ ad hoc idem uidentur esse.

Resp. ad authoritates pro D. Th. & primo contra Basolis.

Respondet tamen Scotus ad illas authoritates, & similitudines. tamen dicemus primo nos ad fundamentum illius, sicut dicit dominus Ioannes de Basolis: quando dicit, quòd omne quod est in loco determinato. &c. transeat hoc, aliquo istorum modorum debet fieri illa applicatio. Et quando dicit, quod Angelus nullo illorum modorum &c. Dicit ad hoc, quod quantitas est in loco non secundum situm, eo modo quo punctus est in loco continuo: nec secundum formam: nam quantitas per se existens sine subiecto, non est in loco illis modis. nec est in loco secundum contactum uirtualem, uel materialem, nam quãtitas est sterilis: sed quantitas est in loco ratione sui, & secundum rationem conuenit illi esse in loco. etiam hoc modo dicam, quod Angelus applicatur loco, quia est talis substantia finita, limitata, & non quia est quantus, uel situatus in alio, nam hoc modo esse in loco contrarietur illi, & ita illud fundamentum Diui Thomę non ualet uniuersaliter de omni, quod est in loco, licèt non affirmat aliquid falsi. Ad illas ergo authoritates, & similitudines, quod ipsæ sunt pro nobis, & concedemus illas, nam dicimus, quòd Angelus non solùm secundum suam substantiam, sed etiam secundum suas operationes dicitur esse in loco, non negabimus, quòd sit in loco secũdum suas operationes, sed etiam quòd secundum suam substantiam est in loco: nec illud uult negare Damascenus. nam dicit. ubi Angelus adest, scilicet secundum suam essentiam, & substantiã, ibidem operetur. oportet quod adsit secundum substantiam, ad hoc, quod operetur ibidem. Ad ueritatem disiunctiuæ sufficit ueritas alterius partis, sed ad ueritatem copulatiuæ requiritur ueritas utriusque partis. etiam in alia authoritate dicit, ad esse, & operari semper loquitur copulatiue in illa. Et de Basolis dicit, quòd istæ authoritates nihil faciunt contra nos, & concedit illas. nam non dicit, quòd ratio, quare Angelus in loco dicatur esse sua operatio, sicut imaginatur Diuus Thomas, sed substantia illius, & ita nihil contra nos. Quòd autem ipsi Angelo non conueniat esse in loco per suam operationem, tanquàm per rationem formalem, probatur secundum Damascenum, capitulo secundo, ubi dicit, quòd Cœlum est continens uisibilium, & inuisibilium creaturarum, & infra ipsum uirtutes Angelorum includuntur, & Diuus Bonauentura recitat illam opinionem fatuorum imaginantium Cœlum Empyreũ esse unum pauimentum, & quod homines, & beati sunt ibidem, tamen illud cœlum est miræ magnitudinis, infra quod sunt sancti, ut patet hic, secundum Damascenum improbantem quodammodo illam imaginationem. Vnde Damascenus Doctor Græcus: sequitur illum uenerabilem Doctorem, Theologum scilicet Gregorium Nazianzenum, qui cum aliis Doctoribus Græcis dicit, quòd Angeli fuerunt creati ante corporalem creaturam, sed nos tenemus quod Deus tria creauit, uel quatuor simul, scilicet cœlum empyreum, naturam Angelicã, materiam primam, & ipsum tempus, hoc tamen dato, quòd Angelus etiam ante omnem corporalem creaturam fuerit creatus, potest tamen intelligere cœlum cognitione intuitiua. & in proprio genere, uel cognitione matutina. Vnde notandum est, quòd triplex est cognitio, scilicet Matutina, uespertina, & meridiana. Meridiana est clara uisio diuinæ essentiæ, sicut meridies est clarior tota die. Alia est matutina, quæ est cognitio rerum, quæ in uerbo diuino, uel essentia diuina uidentur. Alia est uespertina, quæ est cognitio rerum in suo proprio genere, imperfecta etiam, ad comparationem ad cognitionem illarum rerum, quæ in essentia diuina cognoscimus, modò Angelus potest cognoscere cœlum in uerbo diuino, ut patet benè, antequàm crearetur, & ita operari circa cœlum, tamen non fuisset in loco, quia non fuisset in illo cœlo, per casum quando tunc nullum erat: ergo illæ authoritates nihil faciunt contra nos. Et sic iste modus D. Tho. relinquitur.

Sterilis. i. non est principium actionum.

Respon. ad authoritates.

Cognitio triplex.

Contra istum modum arguit Scotus, primo authoritatib. & articulis Parisiensibus condemnatis a Domino Stephano Episcopo authoritate Apostolica, super hoc sibi specialiter data. Primus articulus est dicere, substantias separatas alicubi esse per suam operationem tantum, & quòd non possunt moueri ab uno extremo ad aliud extremum, patet in libro. Sed Thomistæ dicunt, quod excommunicatio non transit mare, non uenit ad Angliam, ubi tũc erat beatus Thomas, & sequaces sui, hoc dicentes. Scotus tamen dicit, quòd illi articuli, ad minus sunt suspecti de falsitate, quandocunque ab aliqua famosa uniuersitate declarantur, & per Episcopum, uel Papam excommunicantur, aliquid continent falsitatis: & ita iste modus dicendi relinquitur.

Scotus contra Thomã.

Et ita datur unus alius modus dicendi a Godofredo de Frõtibus, sequendo tamen beatum Thomam in aliquibus, & ponit suam conclusionem: quòd Angelus non est in loco per operationem suam. dicit hoc propter articulos Parisienses ad euitandam excommunicationem. Dicit secundo: Angelus est in loco per suam applicationem ad locum: quia applicatur loco, ideo dicitur esse in ipso. hic est modus istius.

Opinio Godofredi.

Contra istum tamen dicit Scotus. Quæro, quid intelliget per illam applicationem? Vel enim illa applicatio dicit actum primum, uel secundum. Si dicit actum primum, cum actus primus Angeli sit ipsemet Angelus, & substantia illius, sequitur

Arguit Sc. contra Godofredum.

quòd

quòd Angelus erit in loco per suam sobstantiam, quod tamē oegare conaris; si hoc modo dicas, somus booi socii. Vel illa applicatio ad locum io Angelo dicit actum secundom, & tūc non nisi operationeoi Angeli, & tunc esset dicere, sicut Beatus Thomas, & illi articuli esseot contra se, quod tameo oiceris fugera, & sic incidis in Scyllam, cupiens uitara Caribdim, & sic Scotus contra illos duos Doctores; qoia uideotur idam dicare, arguit oune quatuor, uel quioqoe rationibus.

Prima ratio cōtra opinionem D. Thomæ, & Godof.

Et primo ad hominem contra D. Thomam; nam uidetur, ꝙ contradicat sibi ipsi. Nam ponere Angelum io loco per operationem suam, est ponere illud per soam substantiam; & tamē ipse negat, ipsum esse io loco per suam substaotiam; expressè ergo uidetur sibi contradicere. Scotos pro declaratione istius repetit illa, quæ dicuotur distin. 33. primi. Vtrum Deus dicatur esse ubique. ubi tamen omoes Theologi dicant, ꝙ sic, & Beatus Thomas probat illud uoa ratione tali. Mooens est simul cum illo, quod mouet; sed Deus est primum mouens, & omnia mouent: ergo Deos est simul cum omni motu, & ita est ubique, & cum omni creatora. Tunc ad propositum, Beatus Thomas in illo argumento habes cooclodere, ꝙ Vel Deus est immensus, & sina loco circunscribente ipsum. modo si Angelus est in loco per soam operationem, etiam per suam essentiam, illa ratio est ad hominem, aliter oon ualet. Si autem dicas, ꝙ Beatus Tho. vult concladere in illo argumeoto, Deum esse mouentem omnia. tunc dicit Scotus, io illo argumeoto, est petitio principii, & nihil ad propositum suum. probatur consaquentia. Nam ille accipit, Deus ast potens mouere omnia, uel omne mobile; & per illum concludit, vel vols concludere, ꝙ Deus est omnia moueat; & est idem per idem concludere, modo nos volumus probare, ꝙ Deus est immensus, & non quòd mouent omnia, qoia est præsens illis, & si probaretur, ꝙ Deus est immansus, sequitur contra se arguendo. Deus est immensus, quia præsens omnibos, & mouet omoia. Etiam bene sequitur. Angelos est in loco per suam operatiooem mouendo aliquid: ergo Angelus est io loco secundum suam assentiam, & istud consequaos est contra te. & tamen sequeretur ea tuis dictis. consequentia tamē probatur ꝙ sequatur, scilicet Nam Deum esse ubique per essentiam, probas per hoc, quod est Deū esse ubique per operationem, & sic illa conclusio nulla, uel cōtradicis tibi ipsi. si tua ratio oales pro te, etiā ualebit pro me.

Confirmatur ista ratio dupliciter. primo sic. Non minus requiritur ad hoc, ꝙ aliquis Angelus operetur in aliquo loco præsentia illius ad illum locum, quàm requiratur præsentia Dei ad locum, immo magis requiritur; sed per se, ad hoc ꝙ Deos obiqoe operetur, sequitur, ꝙ ipse sit ubique præsens per essentiam suam: ergo atiam ad hoc, ꝙ Angelus sit in loco per suam operationem, sequitur ꝙ Angelus sit ibidē præsens per suam essentiam. Argumeotum est bonum. Maior probatur. Nam omnis uirtus ad hoc quod agat, reqoirit debitam approximationem ad passum, in quod debet agere, & multo plus, si uirtus est finita; nam uirtus infinita noo necessario requirit hoc: ergo non minus, imò ploe requiritur præsentia Angeli, quò ad substantiam suam, & approximatio illius ad passum ad hoc ꝙ agat, quàm uirtus infinita requirat: & ista minor bene patet: ergo illa cooclusio nulla. argumantum est bonum.

2. rō contra D. Thomā.

Secundò confirmatur illa eadem ratio sic, sopponendo, ꝙ quando Angelus est in loco per se, ipsa habet aliquam operationem, & actionem circa aliquid. Quæro nūc de illa actione, qua Angelos mouebat cœlum, uel ignem per mare, quæro, qoomodo illa actio se habebat ad Angelum, uel mediate, uel immediatè. Si immediatè causabatur ab Angelo, habeo propositom, ꝙ Angelus erat ibidem per essentiam meam; & ubicunque operatur immediatè, & non solum per illas operationes. Si autem dicas, ꝙ se habet sic, ꝙ illa actio erat ab Angelo, tamen mediante aliqoo; quæro, qoid est illud, quo mediante fiebat illa actio. da mihi illud. dicatur A, uel B, Tuoc quæro. Vel A, se habebat ad Angelam mediatè, uel immediatè. Si immediatè ad sensum datum, sequitur semper ꝙ Angelus est ibidē per soam essentiam, quod est propositum: si mediatè, quæram quo mediante. & sic io infinitum, & ita standom est in primo, ꝙ Angelus ubicunque est per suam operationem, est etiā per suam essentiam. argumentum est boonm, aliter dabitur processus in infinitum, quod non est dicendum.

Secundò principaliter arguitur contra Thomam, probando, ꝙ Angelus non sit in loco per suam operationem tantum. Nam si Angelus esset in loco per suam operationem tantum, sequeretur, ꝙ Angelus aliquando nunquam erit, & ꝙ nullibi erit; consequens est falsum: ergo & antecedens probatur consequentia. Nam possibile est, ꝙ Angelus nullibi operetur, saltem operatione extrinseca. Patet, oam ubicunque operatur operatione extrinseca, merè contingenter operatur. & ita potest per aliquod tēpus nullibi operari, & ita nullibi erit; quod nullus diceret. Et coosirmatur ista ratio. Nam saquaretur ꝙ Angelus esset quandoque, & tamen noo asset io cœlo, oec in terra, nec io aliquo medio inter illa. probatur ista consequentia. Nam ponatur casus, ꝙ Angelus Gabriel, gratia exempli, descendens de cœlo ad terram, transeat par omnes spheras medias, nihil operando in illis, oec in terra extrinsaca operatione; hoc eoim possibile asset. nam merè cootingantes agit operatiooa extriosecа, tunc dato hoc caso, Angelus illa ooo est in cœlo; nam ab illo recedit, nec est in medio, oec in terra; oam nihil oparatur, & oon ast, nisi ubi operatur, per te: ergo oullibi erat in hoc casu; argumantum est bonom. Item etiam si operatio est ratio præcisa ipsi Angalo assendi in loco, sequitur quòd Angelus primo est in toto cœlo, sic ꝙ est in qualibet parte illius; coosequens uidetur satis absurdum. consequentia probatur, quia ex primo cœli, Intelligentia, quam Angalum dicimus, mouet cœlum motu adæquato, sic ualet, quòd si adderetur una stella cœlo, iam uirtus Angali mouentis non posset illud mouere; quia maior esset resistentia cœli, quàm uirtus motiua illius, quia præcisè est tanta io agendo, quanta est uirtus cœli in resistendo. modo operatur circa totum cœlum, & quālibet partam illius: ergo est in illis omnibus, quod tamao est manifestè falsum.

Datur una euasio.

Datus una euasio ad istam coofirmatiooem, ꝙ ipsa supponit unum falsum, scilicet ꝙ Angalus primo moueat totum cœlum. nam hoc est falsum. nam primo mouet unam partem, & illa mediatè mouet aliam, & illa mediatè mouet aliā, sicut ego mooendo istam mensam, mouebo uoam partem mihi propinquiorem, & per illam mouebo aliam, & sic finaliter totā mensam. hoc modo imaginantur illi de cœlo, ꝙ Intelligentia mouendo unam partem, mouet aliam; & sic de aliis, & ita totum cœlum.

Reprobat Scotus eua sionem.

Contra istud arguis Scotus, suppooendo, uel tangendo historiam, & fictionem Ouidij, & Philosophi. libro de cœlo, & mundo, de Athlanta Rege, & nobili uiro, & Astrologo magno, quem taman Poetæ fingunt esse Gigantem, & sua uirtute, & fortitudine, dicunt illum tenere cœlum una manu ad Orieotem, alia ad Occideotem, & caput eius super ascendere cœlum, & pedes ad partem oppositam illius, & illa mouat ipsum cœlum immediatè; & non ponitur ista fabula tanquàm uera Astrologis: imò illa dimissa, dicemus, ꝙ ax natura rei, nullus punctus est magis oriens, quàm alius in cœlo, quò ad ipsum cœlum; etiam nulla pars designabilis in cœlo, est magis capax motus, quàm alia; sicut in homine uirtus naturalis magis uiget in dextra, quàm io sinistra parte: non tamen in cœlo, nisi secundum nostrum modum intelligendi. modo arguitur sic contra illam euasionem. Nulla pars cœli est magis capax motus cœli, quàm alia: ergo Angelus non magis primo mouet unam partem, quàm aliam. nulla uidetur ratio: ergo maledicis. Confirmatur hoc. Nam si Angelus esset io aliqua parte cœli quiesceus, mouendo illam, moueret alias partes. Tunc quæro quomodo, uel hoc asset aliquo istorum modorum, scilicet uel quia ille Angelus moueretur simul, cum illa parte, sicut nauta ad motum nauis: tunc sequitur, ꝙ Angelus magis quiesceret. nam nauta magis dicitur quiescere quando mouetur ad motum nauis, quàm dicatur moueri; & ita nō uidetur dicere consequantes ad mentem Philosophi. Val intelligis, ꝙ ille quiescat omnino, & moueat totum cœlum, sicut rota in molendino mouetur, & tamen manos tangens illam in una parte quiescit. hoc modo non ualet, ut patet. nam semper dicitur quiescere, & non moueri secundum diuersas partes, & sic non bene dicis.

3. rō principalis contra D. Tho.

Tertiò principaliter arguitur contra idem. Illud, quod est ipsi Aogelo, uel alicui alteri ratio essendi io loco, est io ipso formaliter; sed operatio Aogali circa corpus non est io ipso Angelo formaliter: ergo operatio non est ipsi Angelo ratio essendi in loco. Maior patet inductiuè. Nam si ego sum in hoc loco, hoc non est, nisi per quantitatem, quæ formaliter ast in me; & si ego ago in illo, actio illa non ast in me formaliter, sed in illo, in qood ago: nam operatio, & actio transiens. non manatio agente: ergo non erit illi ratio formaliter essendi in loco.

4. rō principalis cōtra eundem.

Quartò principaliter arguitur. Quandocunque aliquid est in loco per aliud, eo modo est io loco, quo conuenit illi esse in loco, per quod illud aliud est in loco: ergo si Angalo conuenit assa per suam operationem, eo modo conueniet ipsi Angelo esse io loco, quo modo conueniet ipsi operationi Angeli

esse

esse in loco;sed sic est nunc,quòd illi operationi conuenit esse in loco circumscriptiuè, & commensuratiuè: ergo etiam ipsi Angelo conuenit esse in loco circumscriptiuè, & commensuratiuè.consequens tamen hoc est falsum.ergo & illud, ea quo sequitur,quòd scilicet Angelo conueniat esse in loco per operationem suam.Maior probatur inductiuè. Si enim conueniret mihi esse in hoc loco, hoc est per quantitatem, cui primo, & per se conuenit esse in loco, & non per substantiam meam; eo modo tamen sum in loco,quo quantitas mea dicitur esse in loco.scilicet circumscriptiuè,& commensuratiuè. Quòd autem operationi Angeli conueniat esse in loco circumscriptiuè,patet;eam est operatio transiens,& circa corpus,& accidens ipsius corporis . modo accidens corporale habet esse in loco eo modo,quo ipsum corpus dicitur esse in loco; & ita Angelo cōuenitet esse in loco circumscriptiuè;quod tamen est falsum. & sic iste modus dicendi dimittitur,ut falsus,&c.

Soluit Secundum, & est secundus articulus. ¶Ad quæstionem igitur soluendam &c.] Hic est secundus articulus quæstionis,qua quærebatur, Vtrum Angelus sit in loco;ad quam nunc Scotus de mente sua respondet, præmittendo aliqua Physicalia multum, ex quibus ad quæstionem dabit duas conclusiones.Quantum ad primum Scotus accipit unam talem conclusionem claram. Cuilibet corpori excepto ultimo si non est aliud corpus extra, conueniunt quinque per ordinē. Pro quo nota, ꝙ Aliquid corpus dicitur esse ultimum dupliciter. Vno modo simpliciter,. Alio modo secundum quid . Vnde illud corpus dicitur esse ultimum secundum quid,quod est terminus alterius corporis; & hoc modo Philosophus diffiniēdo *Damni fo.* locum,dicit, Vltimum corporis continentis &c.hoc modo capitur ultimum secundum quid. Sed corpus ultimum simpliciter,est dupliciter. Vno modo ascendendo. Alio modo descendendo.Primu modo quòd est ultimum corpus ascendendo,aliter dicendum est secundum Theologos, & aliter secundum Philosophos. nam corpus ultimum simpliciter ascendendo secundum Philosophos,dicitur esse octauum cœlum, uel primū *Reprehēdit Scotus* mobile,ultra quod nullum est aliud cœlum,secundum illos.de hoc tamen dicemus ad longum dist.14. huius,quot sunt orbes. & utrum illud cœlum ultimum secundum illos dicatur esse in loco,etiam secundum illos. Et ad hoc possumus dicere secundum Commentatorem quòd locus capitur dupliciter. Vno *Locus dupliciter.* modo propriè. Propriè capitur pro ultimo corporis continentis immobilis primum.hoc modo ultimum corpus, & primum mobile,non est in loco.Nam non habet continens illud, secundum Philosophos, licet bene secundum Theologos. Secundo *An ultimū cœlū sit in loco,& q̄ō secundum Philosophos.* modo capitur satis impropriè pro aliquo corpore quiescente, secundum quod tamen aliquod corpus iudicatur moueri &c. isto modo secundum Commentatorem.diceremus,ꝙ Centrū mundi diceretur esse locus ipsius primi mobilis. nam secundū illud,iudicamus istud corpus moueri . contra Io. Gramm. tenentem, ꝙ Corpus non est in loco, nisi per accidens , ratione centri,dico tamen,ꝙ illud ultimum mobile, & corpus,dicitur esse in loco;quò ad locare actiua,non autem quò ad locari passiue,hoc modo breuiter diceremus secundum Philosophos de ultimo illo corpore in ascendendo ; quomodo dicimus secundum Theologos de nostro ultimo corpore , quod ponimus etiam in ascendendo. Nam Theologi ponunt nouem sphæras, *Opin. Theologorum de ultimo corpora cælesti.* & de ultima fit illa eadem difficultas ad ipsis:& hoc modo soluitur communiter.& sic patet quid est corpus ultimum. Corpus non ultimum est,cuius est dabile aliud corpus supra.& ita omne corpus non ultimum . nam supra quodcunque datur aliud,scilicet primum mobile. & dico,quòd illi conuenit esse in loco actuali.Pro hoc declarando,notandum est, quòd Duplex *Corpus duplices.* est res,uel corpus.Quoddam est naturale. Aliud est Mathematicum.Per corpus naturale , secundum Gualterum Burleum, intelligo omnem substantiam corpoream, determinantem sibi aliquas qualitates sensibiles,ut sunt elementa, & omnia mixta dicuntur esse corpora naturalia. Per corpus autem Mathematicum,non intelligo aliud, quàm omne corpus quantum, longum, latum,& profundum,abstrahens a qualitatibus sensibilibus. Nota etiam,ꝙ duplices sunt res,pro nunc. Quędam *Res duplices, quæ cōsiderātur a Mathematica.* Mathematicæ,quæ & si sint in materia,& materiales,nec separentur a qualitatibus sensibilibus, non tamen determinant sibi aliquam qualitatem,& ideo dicitur communiter. quòd res Mathematicæ,idest de quibus considerat Mathematicus, abstrahunt ab omni materia,& qualitate sensibili. Aliæ sunt res naturales,& sunt illæ, quæ non abstrahunt a materia,& cum hoc determinant sibi certam qualitatem.Secundo differūt istę res naturales a Mathematicis. nam res naturales determinant sibi locum.secundum aliquam differentiam positionis;ut sursum,deorsum,ante,& retro,ut grauia deorsum,leuia sursum;

& illa,quæ medio modo se habent,tanto magis ad sursum,uel deorsum tendunt.Res tamen Mathematicæ determinant sibi locum,quia sic sunt in uno loco,quòd non in alio,tamen non determinant sibi certam differentiam loci ; idem est,si ponantur sursum,uel deorsum,unde secundum Gualterum,Omnis quantitas est in loco,& impossibile est,illam non esse in loco naturaliter,tamen bene abstrahunt ab ista, uel illa differentia loci. Nam si daretur tale corpus metē Mathematicum, illud non esset graue,uel leue; & ita non plus in una differentia loci,quàm in alia.Modo istæ quinque conditiones locati, scilicet esse in loco,æqnali,materiali, actuali,commensuratiuè, determinatē; conueniunt omni corpori naturaliter. omne corpus naturale est in loco istis modis naturaliter, uel uiolenter &c. Dico enim, ꝙ non oēs istæ conditiones conueniunt corpori Mathematico.nam deficit ista quinta.s. esse naturaliter,uel uiolenter.nam licet determinet sibi locum, & circunscribatur loco,non tamen est in loco naturaliter , uel uiolenter . nam ex dictis abstrahit ab hoc , quod est habere determinatam differentiam positionis : semper etiam ubique naturaliter quiescit. Vnde dicit Scotus, quòd nullum est corpus Mathematicum, quin illud sit quale . sic realiter non abstrahit ab istis qualitatibus sensibilibus , sed tantum per intellectum; naturaliter tamen loquendo . Omne corpus primo est quantum, quàm sit quale : patet.nam quantitas est subiectum qualitatis immediatum, & substantia dicitur esse subiectum mediatum , licēt principale, & 10 4.Physic.cap. de uacuo,est una authoritas Philosophi,qua Scotus probat,ꝙ corpori mathematico conueniunt illæ quatuor conditiones. Nam dicit Philosophus ibidem ꝙ si corpus cubum abstrahens ab omni qualitate sensibili daretur,uel esset in rerum natura; illud tale corpus , dicit Philosophus, occuparet tantum de loco,quantum unum corpus naturale . unde si unus taxillus non haberet,nisi quantitatem,& non aliquam qualitatem, non minus faceret distare latera corporis continentis illud, quàm faciat nunc distare . Vltima tamen conditio deficit illis corporibus mathematicis ; nam non conuenit nisi corpori naturali, secundum quod plus,& minus habent de grauitate,uel leuitate:& istæ conditiones aliter dicuntur conuenire corpori naturali,uel Physico, & aliter corpori mathematico, & hoc fuit præambulum Scoti ad istam quæstionem soluendam. Ad pro- *Soluit quæstionem.* positum ergo quæstionis,oportet uidere,quid est locus,uel esse in loco,& quomodo.& est prima cōclusio Scoti. Omne corpus aliud a primo mobili,uel cœlo,dicitur esse in loco actuali; *Prima conclusio Scot.* Vnde pro hoc notandum est, ꝙ illud corpus dicitur esse in loco actuali , quando est in continente præcisè, & adæquate, & immobiliter.nam secūdum Philosophum, Locus est ultimum corporis continentis immobile primum. Dicitur primo ꝙ est ultimum.nam licet nos simus in aere, tamen totus aer non est *Exponitur diffinitio loci.* locus noster ; sed præcise illud ultimum, quod circunstat me. Vnde nota, ꝙ illud continens consideratur dupliciter. Vno modo secundum aliquam dimensionem, secundum quam est diuisibile, Alio modo secundum aliquam superficiem,aut dimensionem , secundum quam est indiuisibile . Exemplum: Aer est unum corpus diuisibile secundum latum, & profundum. Exemplum de superficies est secundum unam dimensionem diuisibile,scilicet latitudinem, est tamen indiuisibilis secundum profunditatem . Dico nunc primo iuxta hoc notabile . ꝙ corpus continens aliud secundum illas dimensiones,secundum quam est diuisibile,non potest applicari alicui contento . patet. nam quando ego sum in loco,& ille aer secundum omnes dimensiones , secundum quas est diuisibile , non applicatur mihi.patet. nam tunc illæ dimensiones aeris,qui est in Hispania,applicarentur mihi.quod non est uerum.

Secundò dico,quòd corpus continens aliud, applicatur illi secundum aliquam dimensionem, secundum quam est indiuisibile. patet.nam aer ambiens me, secundum illam superficiem, quæ ambit me, est indiuisibilis,saltem aliquo modo;quia secundum superficiem,& non secundum profunditatem adæquatè, & præcisè continet me. Nota secundo, ꝙ indiuisibile de genere quantitatis,sic se habet ad quantitatem, ꝙ illud indiuisibile nunquam per se existit,uel existere potest naturaliter: sed semper est in quantitate diuisibili. Vnde indiuisibile de genere quantitatis,est hic.Omne illud, quod per se est in genere quantitatis, & cum hoc est indiuisibile, & non loquitur de puncto, uel unitate.nam illa sunt reductiuè in genere quantitatis ; sed de superficie,& linea, quæ sunt per se directè in genere quantitatis,& cum hoc indiuisibilia aliquo modo.& ideo dicit, quòd nulla superficies,uel linea, est sine corpore quanto , & semper est in quantitate.

Sed

Dubitatio. Solvitur. Sed utrum illa superficies dicatur esse illud continens ſ Dictum est, quòd non.& ita ex illis sequitur declaratio ultimæ partis diffinitionis ipsius loci, quod est ultimum &c. Nam illud est tale ens, secundum quod convenit illi indivisibilitas; & illud nunquam separatur ab illo quanto, uel quantitate. & sic illa pars uera.

Tertiò notat Scotus, soluendo unam secretam, & tacitam difficultatem, quæ talis est. Vtrum illa ultimitas magis pertineat ad rationem loci, quàm ad rationem quantitatis, uel corporis continentis? Respondet ad hoc Scotus, notando quòd il *Solvit Sco. tacitam dubitationem.* la ultimitas magis pertinet ad rationem corporis continentis, quàm ad rationem loci. probatur hoc ponendo unum casum per possibile. Volo, φ Deus annihilet totum aerem, excepta illa superficie, quæ continet me, tunc hoc facto, æquè bene essem in loco, sicut nunc. secundum illam superficiem; & secundum illam locus meus esset indivisibilis; tamen tunc illa superficies non esset ultimum corporis continentis, quia nullum aliud corpus esset ab ipsa superficie: ergo illa ultimitas magis attenditur ex parte aeris; & corporis continentis, quàm attenditur ex parte ipsius loci, & sic patet ista particula declarata.

Opin. Thomistarū de loco, prome riali, & pro formali Dicebam etiam immobile primum.&c. Scotus pro hac particula declaranda inducit modum dicendi Thomistarum, & multi etiam hoc modo imaginantur; quòd in loco sunt duo consideranda. Vnum est materiale. Aliud est formale. Vocamaterialem in loco est ipsa superficies continens illud corpus locatum; & dicitur esse illa superficies, locus pro materiali. Sed locus pro formali, est ille ordo, uel respectus illius distantiæ ipsius superficiei ad Polos mundi. Exemplum datur ab illis, quod etiam est ratio fundamentalis illius positionis, unde nauis stās supra mare, est in loco, & materiale in illo loco est ultima superficies circunstans nauem illam. Formale uero est ordo uel respectus ipsius nauis ad illam superficiem, ual ad partes fluuij; modo dicunt illi, quando quæritur: Vtrum locus dicatur esse immobilis: Primū dictum. Locus pro materiali est mobilis, & non immobilis. patet benè, quomodo illa ultima superficias semper mouetur. Secundum dictum. Locus est immobilis pro formali. patet. nam illa nauis semper habet eundem respectum ad fluuii partes, & ad polos mundi, quàtum mouentur, sed sem per stant eodem modo: tamen continuè est alia, & alia superficies aquæ circundans nauem. & hoc modo intelleait Aristoteles secundum istos, locum esse immobilem pro formali, & non pro materiali.

Arguit Sco. Sed quia dicebat, quòd quo ad illam distantiam ad Polos &c. contra hoc arguitur sic. Illa distantia ad Polos mundi, uel est aliquid, uel nihil. Si aliquid. Vel ergo est substantia, uel accidens. si substantia, cum omnis substantia sit mobilis, maximè de illa, de qua est sermo hic, quia de substantia creata. sequitur etiam quòd distantia illa, quæ est substantia, erit mobilis. si accidens, tunc quodcunque sit, siue absolutum, siue respectiuum, semper mouebitur ad motum sui subiecti; quia motis *Res. Thomistarum.* nobis, mouentur omnia accidentia, quæ sunt in nobis secundum Philosophum.

Dant tamen illi unam euasionem ad illam authoritatem Philosophi, quòd locus est ultima &c. ly, ultimum, capitur duplicitar. Vno modo pro ultimo totius Vniuersi. Alio modo pro ultimo alicuius partis uniuersi. dicunt illi, quod locus, inquantum est ultimum Vniuersi, non uariatur, uel mouetur, sed est immobilis. secundo dicunt, quòd locus inquantum dicit ultimum alicuius partis uniuersi, benè uariatur. nec hoc modo uoluit negare Philosophus, sed tantum primo modo. Exemplum illorum est tale, quòd locus continens me, secundum quòd est illa superficies aeris nunc continentis me, benè uariatur, & non semper manet: sed ille immobiliter manet, quo ad totum Vniuersum, nec est eadem distantia respectu mei semper, sicut est respectu totius uniuersi.

Reprobat Scot. euasionē Thomistarum. Sed Scotus dicit, quòd illa euasio non soluit argumentum nec est de mente Philosophi, nec etiam uerum in se. Nam non dicitur centrum esse ultimum mundi nisi etiam illud sit centrum terræ. nam totum Vniuersum non est continuum, sed benè contiguum. & sic ille locus uarietur secundum illam partem ultimam, etiam quo ad ordinem ad illos Polos mundi: & sic non benè dicis.

Expositio Occham de immobilitate loci. Sed venerabilis inceptor de immobilitate loci dicit, quòd illa propositio Philosophi, scilicet locus est &c. immobilis primum. &c. potest habere triplicem sensum. Vnus est, quòd locus est immobilis, quia nullo modo est mobilis sic, quod ly, in, capitur negatiuè. Secundus sensus est, quem etiam dicit esse Commentatoris, quòd locus est immobilis, idest ista non per se primo, locus est mobilis, & iste sensus est uerus. & hunc dat etiā Burleus Anglicus, exponendo Philosophum sic negatiuè, ut negat perseitatem. Tertius sensus est, quòd locus est immobilis, idest de ratione loci non est, quòd moueatur ad motum locati. istos sensus discurrēdo secundum Scotum dico, quòd primus est falsus, etiam secundum Occham; quam locus corrumpitur ad minus ad corruptionem ipsius locati. secūdus & tertius sensus sunt ueri, etiam secundum Burleum, qui fuit maximus Philosophus, ista est resolutio illorum, ad illam particulam de immobilitate loci &c.

Dico igitur, quòd locus habet immobilitatem. Consequenter Scotus de immobilitate loci respondet de mente sua, per aliqua dicta. Primum est: locus habet immobilitatem simpliciter oppositam motui locali. Sensus est, quòd locus est immobilis localiter, non potest moueri localiter, nec per se, nec per accidens, hoc probatur sic. Omne, quod localiter mouetur, est in loco; sed locus non est in loco: ergo locus non mouetur localiter. Maior est nota, & minor probatur. Nam secundum Philosophum, Loci non est locus, quia tunc sequeretur processus in infinitum. Nam quæram de illo alio loco. Vtrum sit mobilis, uel non; si non, habeo propositum. Si sic, quæro ad quem locum; & sic iterum quæram de illo, & ita in infinitū, standum ergo est in primo, φ loci non est locus. Secundo probatur illa prima conclusio. Nam si locus esset mobilis localiter, sequeretur φ ipse moueretur, & non corrumperetur. consequens tamen est falsum. nam locus mouetur, & corrumpitur simul, & semel. falsitas consequentis probatur. Nam bene sequitur, hoc mouetur localiter: ergo est, & tamen quando locus cui mouetur, tunc corrumpitur, & ita quando moueretur, simul esset, & non esset. suum moueri, est suum corrumpi; & ita conclusio uera hac ratione. Tertio probatur illa eadem conclusio sic. Si locus moueretur localiter, tunc aliquod quiescens moueretur localiter. consequens est falsum; ergo & antecedēs. Consequentia probatur & arguitur sic. Illud, quod est in alio, & alio loco successiue, mouetur continuè; sed quiescens, id est illud, quod quiescit, est in alio, & alio loco localiter; patet de baculo fixo in aquam, quòd continuè est alius, & alius locus, per te circa illum: ergo illud corpus, scilicet baculus mouetur localiter, quod est propositum, & tamē falsum. & ita locus est immobilis immobilitate locali, & sic conclusio ista est uera.

Declaratio Scot. quòd locus sit immobilis. Primum dictum Sco. Probatur primo. Probatur secundo. Probatur tertio.

Mouetur difficultas. Sed hic est una difficultas de contento in uase. nam illud contentum uidetur esse in loco; deinde uidetur, quòd locus illius moueatur localiter: nam quādo modium mouetur, uinū, quod est intra, mouetur localiter; & locus illius ad minus mouetur localiter per accidens. nam locus illius uini, & ultima superficies, & ipsa mouetur localiter, saltem ad modum uasis moti. istud est fortius argumentum, quod potest fieri contra istam materiam.

Soluitur difficultas de mente philosophi. Respondeamus secundum mentem Philosophi in 4. Physi. quòd ly, ultimum corporis continentis, ponitur in diffinitione ipsius loci, tanquàm differentia faciens ipsum differre ab omni alio. probatur. Nam illud est differentia loci, quo locus maximè differt ab illo, cum quo aliter maximè conueniret; sed per immobilitatem, locus dicitur maximè differre a uase, cum quo maximè debet conuenire nam per immobilitatem locus differret ab ipso uase, quòd uas est mobile, locus uero non: ergo &c. Ista est mens Philosophi ibidem. deinde in alio loco dicit, Nō est autem alius locus partis, sed idem locus partis, sed idem locus est contenti, & uasis; ut patet benè in litera ipsius. Et ita uult habere, quòd immobilitas ponitur tanquàm differentia ipsius loci, modo ex istis ad argumentum bene respondetur, quando arguitur sic. Locus est mobilis, saltem per accidens &c. Dico, φ tu supponis unum falsum, scilicet φ uas dicatur esse locus uini, hoc est falsum; nam per hoc differt locus a uase, scilicet per immobilitatem, & falsum est, quòd uas dicatur esse locus uini, & ita uinum non est in uase, tanquàm in loco, & hoc modo soluentur quæcunque replicæ, quæ possent fieri circa hoc. Et ad illud argumentum, quod communiter fit, φ moto locato, mouetur locus illius: concedo corrupti uè, non localiter, & ista conclusio Scoti prima manet in ueritate, φ locus est immobilis localiter.

2. concl. Sco. Secunda conclusio Scoti. Locus. & si formaliter sit corruptibilis, tamen habet per æquiualentiam incorruptibilitatē. Ista conclusio habet duas partes. Prima est, quòd locus est corruptibilis; quæ patet satis. nam locus desinit esse. nam recedente locato, corrumpitur locus. Et Occham benè laudat Scotum in ista materia in 4. Physicę suæ, præterquam in hoc, quod dicimus, φ locus dicit respectum; nam ille non ponit tales respectus. modo ista pars benè patet, Secunda pars conclusionis est, quòd

quòd locus dicitur immobilis per æqoiualentiam. Pro quo est notandum, quòd locum esse immobilem per æqniualentiam, potest dupliciter intelligi. Vno modo simpliciter. Alio modo secundum quid. Vnde locum habere immobilitatem per æquiualentiam simpliciter, est diuersas, & alias, & alias locationes sibi inuicem succedentes æquipollere uni loco priori, & facere unum, & eundem locum, quo ad omnes conditiones loci prioris. Secundo modo secundum quid, scilicet qoo ad motum localem; ista est limitatio, quam dat Scotus. & sensus est, quo ad motum localem, quòd sicut non potest esse motus localis, manente mobili in eodem loco numero, nec tunc arguitur alius, & alius motus, sic etiam propter aliam, & aliam locationem continuam, & sibi inuicem succedeotes ad unum corpus locatum; non arguitur alius, & alius locus, sed unos, & idem. & ista est egregia expositio. unde ista columna semper stat, & nunquá iudicamus illam moueri, tamen quando aer circunstans, uel uentus continuè illam circuit, secundum aliam, & aliam locationem, semper dicimus esse ibidem unum locú æquiualenter illi priori. Occham approbat istam expositionem. Et sic fiat illa difficultas, quam faciunt parui Physici, quòd tunc illa columna non diceretur quiescere, sed moueri, cum continuè habeet aliam, & aliam locationé. Turris etiam nostræ dominæ, nullo modo diceretur quiescere: Est difficultas etiam, quæ fit de baculo in aqua. nam quomodo quiescit illud, quod continuà habet aliam, & aliam locationem passiuam, & est in alio, & alio loco? De Bassolis dicit, quòd argumentum est bonum. nam quá do arguitur sic: Illud, quod continuè &c. Ego distinguo. Vel illud, quod continuè est in alio, & alio loco est per motum sui, & sic concedo, quòd illud mouetur, & non quiescit. Alio modo illud, quod est cootinuè in alio, & alio loco per motum alterius, & sic nego; dico enim quòd illud tale semper quiescit. & ista in proposito ita est. nam illa columna dicitur esse in alio & alio loco continuè per motum aeris, uel aquæ circuostantis, & non quòd ipsa moueatur localiter. & sic argumentum illud benè solueretur.

Difficultas soluuntur.

Dubitatio.

Solutio Sc.

Sed hic est unus textus benè obscurus, tamen declaratur sic. Dices: Quæ sunt illæ aliæ, & aliæ locationes, secuodú quas columna dicitur habere alium, & alium locum? Dicit Scotus, quòd quando aliquæ locationes duæ, uel plures differunt specie, illæ benè arguunt ibidem esse motum localem. Si autem illæ locationes non differuot specie, non arguont motum localem; modo illæ duæ locationes, uel plures circa columnam, differunt specie; & ita uidetur quòd benè sequitur: ergo colomna mouetur localiter. Exponimus hoc notando, quòd Quandocunque est alia, & alia locatio, secundum aliam & aliam differentiam positionis, tunc est alia, & alia locatio formaliter secundum speciem. Exemplum: sex positiones loci differunt specie, scilicet ante, retro, sursum, deorsum, dextrum, & sinistrum. si ergo uado ad cameram, est uerè motus, & alia locatio specie ab illa, quam ego haberem, si irem retro. & sic de aliis. modo istæ locationes diuersæ, uel aliæ circa illam columnam, nó sunt secundum aliam, & aliam differentiam loci, sed secúdum eandem; & ita non dicuntur differre specie, & sic non ualet cousequentia, quòd tunc moueatur illa columna. hoc uult habere Scotus in isto textu, iudicio meo. & si non sit differentia specifica specierum, est tamen differentia specifica, idest alterius rationis. & hoc sufficit Scoto. Sed quòd illæ plures locationes sibi inuicem succedentes, habeant aliam, & aliam, uel illam incorruptibilitatem, scilicet per æquipollentiam, patet per unú casum, qui accidit in Italiæ. Quidam legebat suis discipulis logicam, & dicebat satis altè: Vox est signum mentis &c. & non intelligebant; ille magister quærebat, non ne intelligitis? illi dicebant, non. ipse altius clamabat. Vox est signum mentis &c ad propositum. bis, aut ter replicando unam uocem, uel dictionem, dicitur esse una eadem uox per æquipollentiam. quádo dico, homo, & homo &c. hoc modo etiam illæ locationes succedentes sibi inuicem, non arguont alium, & alium locum, sed unum, & ita dicitur ille locus incorruptibilis per æquipollentiam.

Corol. Scot.

Iuxta istam declarationem datam ad illam diffinitionem loci, est nunc Corollarium Scoti, & concluditur, quòd omne corpus est in loco, omne corpus, scilicet naturale. Et ideo etiam quærit Scotus nunc, cum dicit: Sed nunquid omne corpus &c. Verú uniuersaliter sit uerum, quòd omne corpus aliud ab ipso primo mobili necessario sit in loco; quia quantum, uel tale; aliter non esset corpus naturale ex dictis supra ad illam difficultaté. Aliter respondet Scotus secuodum Philosophos, & aliter secundum Theologos. nam Philosophi dicunt, quòd sic. Theologi, quòd non. probant Philosophi: Nam omne corpus quantum infra corpus cœleste, ponitur esse infra sphęram actiuorú, & passiuorum. nam habet suum conseruans, & suum corrumpens; hoc uidentur sæpe dicere Philosophi in 4. Phisic. Nos tamen Catholici, & Theologi, dicimus, quòd Deus potest facere unum corpus, etiam aliud a primo mobili, quod non esset in loco; patet. nam si Deus annihilaret totum aerem, uel omnem machinam corporalé, præter unum grossum lapidem, tunc ille lapis non esset in loco, quia non esset corpus continens; quod etiam potest Deus de sua potentia absoluta, ponere unum corpus, puta, illum lapidem extra uniuersum. & tamen extra uniuersum nihil est, nec locus, & hoc est possibile. Et ita non est necessarium omne corpus esse in loco.

Arg. Philosophorū contra Theol.

Sed propter quoddam argumentum, quod Philosophi faciunt, Scotus dicit uerbum. nam argueretur sic. Omni corpori quanto, naturaliter còuenit esse in loco: ergo Deus non potest facere illud sine loco; & per consequens Theologus tenetur dicere, quòd omne corpus quantum necessariò est in loco, consequentia probatur. Nam Deus non potest facere aliquid sine illo, quod conuenit illi secundum suam rationem formalem; modo omni corpori quanto conuenit ex ratione sua esse in loco: ergo &c. probatur hoc. nam naturaliter omne corpus quantum facit distare latera continentis adinuicem.

Resp. Scot.

Respondet Scotus implicitè in quoli. articulo primo, quæstione. 11. quòd Duplex est ratio essendi in loco. Quædam est ratio formalis, Alia est ratio fundamentalis essendi in loco. Vnde ratio fundamétalis essendi in loco, est ipsa corporeitas, uel dimensionalitas, est idem dicere, quòd quia corpus est quantum, & dimensionatum; ideo dicitur esse in loco. Sed ratio formalis essendi in loco, est ipsa locatio passiua, qua illud, quod dicitur esse in loco, locatur. Vnde notandum est, quòd duplex est ratio formalis essendi in loco. Quædam actualis Alia potentialis. Prima est inquantum dicit esse locabile, potens locari. Secundo modo inquantum, scilicet ipsum locari actualiter: unde risibile pro aptitudine ad ridédum, est ratio formalis potentialis, quare conuenit homini ridere; sed ridere, actus ille, est ratio actualis; quia inest illi actui, & non conuenit homini ex sua ratione formali. modo ad argumentum cum arguitur ad formam. Omni corpori quanto &c. Concedo, locari aptitudinaliter. nego actualiter, pro esse actualiter in loco. hoc tangit Scotus hic. Omne corpus, ergo est locabile quantum est de se. non tamen omne corpus necessario locatur actualiter.

2. concl. Sc. principalis.

Secundo notandum est, quomodo conuenit corpori locari actualiter? & pro hoc est secunda conclusio Scoti principalis, quòd Omni corpori conuenit esse in loco actuali de facto, nó dico necessario. nam hoc negatum est supra de possibili; sed de facto, omne corpus quantum naturale est in loco. Sed notandum est, dicit Scotus, quòd Conuenire alicui, uel ei corpori actualiter esse in loco, est dupliciter. Vno modo simpliciter sic, quòd nullo modo possit esse in alio loco, & hoc modo nullum corpus est in aliquo actuali, quin habeat potentiam ad alium locum; nam Deus posset ponere unum mundum intra alium. Secundo modo intelligitur secundum quid, quòd aliquid est in uno loco actuali, sic tamen quòd ipsum potest esse potentialiter in aliquo loco potentiali. primo modo non conuenit corpori esse in loco actuali, sed bene secundo modo, & hoc modo intelligit Scotus suam conclusionem: quòd corpori conuenit esse in loco actuali localiter, idest in præciso continente aliquid localiter, & actualiter: ratio est, quia facit latera cótinentis distare, hoc modo dicitur esse in loco actuali.

Mouetur difficultas de parte in toto.

Soluitur.

Sed hic est una parua difficultas. Verum pars in toto dicatur esse in loco actuali: ut manus mea existens in corpore meo, utrum dicatur esse in toto: & pars istius continui dicatur esse in loco. Dico breuiter, quòd sic, sed non præcisè: & in loco adæquato inquantum pars est, sed est in loco ipsius totius, tanquá loco adæquato suo toti. unde quando contentum, ut uinum ad motum uasis, non habet quælibet pars illius uini illud uas, tanquam locum adæquatum, & præcisum; sed est in loco totius; quælibet tamen pars in ratione totius, habet suum locú proprium; & sic patet solutio.

Probat tertiam conclusionem.

¶DA TARTIO Dico, quòd patet eandem quantitaté &c.] Consequenter Scotus declarat, quomodo conuenit ipsi corpori esse in loco æquali. & probatur quòd corpori conuenit esse in loco æquali, & arguitur. Eadem est quantitas corporis locati, & ipsius locantis, ergo locus dicitur esse æqualis ipsi locato. Et ista est una ratio Philosophi in 4. licet faciat plures alias, Scotus non recitat, nisi istam. probatur consequentia. Nam æqualia sunt, quorum quantitas est una, & æqualis: si ergo locus, & locatum habeant eandem quantitatem, sequitur, quòd locus adæquatur locato. Antecedens est Philosophi in 3. Metaphysic.

taphy. ergo &c. Nota tamen propter hoc, quòd duplex est locus. Quidam dicitur proprius. Alius dicitur esse cõis. Locus proprius alicuius corporis est, qñ ille locus sic cõtinet illud corpus, ꝙ nũ cõtinet aliud corpus, nisi illud, ut per locus proprius meus est ipsa superficies circumscribens me. locus cõis est per oppositum, qui quidem sic continet unum corpus, ꝙ cum illo continet aliud corpus. hoc modo aer dicitur esse locus cõis mihi, quia continet me. & cum hoc multa alia. Modo quando dicimus, locum esse æqualem locato, intelligimus de loco proprio, & non de loco communi, ut patet bene. nam communis causa non est æqualis.

Locatũ est duplex.

Nota etiam, ꝙ duplex est locatum, Quoddam est, quod locatur secũdum omnes suas dimensiones. Aliud est quo ad unam, uel duas superficies, ut patet. modo dico, ꝙ de æqualitate locati ad locum, uel è conuerso, aliter, & melius: Duplex est locatum, quoddam uocatur locatum quod, aliud dicitur locatum quo; primum est illud totum sumptum secundum omnes suas superficies, & dimensiones. locatum quo, est ultima superficies corporis locati: illa. n. est qua locus adæquatur sibi, etiam isto modo dico, ꝙ duplex est locans, quoddam est quod, & est ipse totus aer circunstans; Aliud est locans quo, & est ipsa ultima superficies ipsius aeris locantis. modo æqualitas loci, ad locatum: & è conuerso, locati ad locũ intelligitur de locante quo, & locato quo; aliter non esset uerum, ꝙ locus esset æqualis locato. nam oporteret ꝙ ego essem ita magnus, & grossus, sicut aer, quod non est dicendum: ergo &c. Nota etiam ꝙ locũ esse æqualem locato, intelligitur dupliciter: Vno modo quo ad multitudinem dimensionum, quod scilicet tot sint dimensiones ipsius loci, quot sunt dimensiones locati, & è conuerso. Alio modo potest intelligi, quo ad extensionem dimensionũ, scilicet ꝙ quantũ extenduntur dimensiones ipsius locati, tantum extenduntur dimensiones ipsius loci, quot suot dimensiones locati, & è conuerso. Alio modo potest intelligi quo ad extensionem dimensionum. s. quantum extendũtur dimensiones ipsius locati, tãtum extendantur dimensiones loci, & nõ plus, nec minus. & hoc semper loquendo de locante quo, & etiam de locato quo. Dico nunc primo ꝙ locus, & locatum, nõ sunt æqualia, quò ad multitudinem dimensionum omnium. patet bene maximè de locante, & locato quod. nam semper locus est maior, quàm corpus, quodcũque sit illud. & hoc modo non intelligit Philosophus, nec Scotus in isto loco, ꝙ locus sit æqualis locato. Dico secundo quòd locus est æqualis locato, quò ad multitudinem dimensionum. nam locus quo, habet duas dimensiones, scilicet superficiem longam, & latam, & patet bene, ꝙ ista superficies continens me, quæ dicitur locus quo, habet illas dimensiones. Dico tertio ꝙ ad extensionem locantis quo, & locati etiam quo ad locum tantum extenduntur illæ dimensiones, uel est æqualitas locati ad locum quantum extenduntur illæ dimensiones corporis locati quod, ut si duæ lineæ protenderetur una ab una parte ad aliam, & alia ab alia parte ad aliam, illæ dimensiones, si tãtum protenderetur una, quantum alia, essent æquales: hoc modo est de illo corpore locato.

Dubitatio.

Sed est unum paruum argumentum Commen: contra hoc. nam arguitur sic. Continens est maius contento; sed locus est continens, & locatum est contentum: ergo locus est maior contento. Respondet de Bassolis, quod Continens quod, est maius contento quo; tamen continens quo, & contentum quod, sunt æqualia. & hoc modo intelligimus nos. & ita argumentum illud benè absolutum est.

Solutio de Bassolis.

Alia dubitatio.

Est & aliud argumentum. nam secundum Euclidem, Impossibile est super idem Centrũ describere duos circulos æquales, quorum unus cõtineat aliũ; sed super idẽ centrum describitur superficies concaua corporis continentis, & locantis, & superficies conuexa corporis locati, & illæ sunt æquales: ergo una non continet aliam. Vel oportet dicere, ꝙ locus semper est maior locato.

Solutio.

Respondet Tinthoris in sua Physica, ꝙ illud est uerum, quando duo circuli describuntur in eadem superficie, ꝙ tunc illi duo circuli sunt incompossibiles, quo ad hoc, ꝙ unus contineat alium, sed quando super idem centrum, in distinctis tamen superficiebus, non est inconueniens, & ita patet quomodo intelligitur illud de æqualitate loci ad locatum, uel è conuerso. & ita patet hoc tertium dictum principale. Dico quarto ꝙ Corpus propter idem est in loco commensuratiuè &c. quartum ergo dictum est. Omni corpori conuenit esse in loco commensuratiuè. Vnde secũdum D. Gregorium de Arimino in secundo dist. 2. & allegat Magistrum. 37. dist. primi Corpus esse in loco commensuratiuè, est dupliciter. Vno modo. ut idem est, ꝙ concludi, & contineri loco; & hoc modo dicit, ꝙ esse in loco, conuenit tam spiritui creato s. Angelo uel animæ, quàm etiam corpori. non dico spiritui increato nam hoc esset falsum, quia Deus non continetur loco, nec concluditur loco, benè tamen Angelus & aĩa. Alio modo contineri, uel esse in loco, est idem, ꝙ locatũ correspondere toti loco, & pars locati, parti loci, sic uni, ꝙ nõ alteri. hoc modo nos oẽs sumus in loco cõmensuratiuè. & omne corpus quantum naturaliter est in loco. hoc modo. & hoc modo loquimur hic, ꝙ scilicet corpori locato quanto cõuenit esse in loco cõmensuratiuè, & non primo mõ. & hoc ꝑꝑ idem. i. propter eandem quantitatẽ, qua. s. arguitur est ipsi corpori cõuenire esse in loco æquali sibi, & locum adæquari locato. & ita patet istud dictum. Dico quinto. Omni corpori cõuenit esse in loco determinato hoc, uel illo: patet benè dicit Scotus, ex loco, & locante, quomodo oẽ corpus facit differre latera continentis, & sic latera illius, a quo adæquatè continẽtur, ꝙ non facit differre latera continentis me. Dico sexto. Omni corpori naturali conuenit esse in loco naturali, uel uiolento; quia est corpus naturale. Vnde aliquid eẽ corpus naturale, intelligitur non præcisè, quia corpus est quantum. sed quia hẽt illas qualitates consequentes suam formam substantialem, scd̃m quas cõuenit illi esse in loco naturali, ut igni conuenit esse sursum. & hoc ꝑꝑ leuitatẽ consequentem naturaliter formã substãtialẽ illius. & cõuenit etiã ipsi aquæ, & graui, esse deorsum, ꝑꝑ suã grauitatẽ; nam istæ qualitates inclinant illa corpora ad sua loca naturalia. Vnde sequitur, ꝙ Naturalitas non est de ratione formali loci. nam põt esse locus, & tamen nulla erit naturalitas; nam si esset corpus quantum sine aliqua qualitate naturali, illud esset in loco, quia esset quantum: ex dictis, omni quanto conuenit esse in loco, tñ non esset naturalitas, quæ prouenit ex parte illarum qualitatum sensibilium, quæ per casum oẽs essent separatæ ab illo quanto.

Notandum.

Nota, tamen ꝙ cum dicimus aliquod corpus esse in loco naturali, non uolumus aliud dicere, quàm ꝙ ultimum illius corporis continentis illud, habet uirtutem conseruatiuam illius, & non conseruandi illud, per maius tempus, quàm si non esset in illo loco, Vnde dicit Burleus, ꝙ non est intelligendum, ꝙ locus dicatur esse naturalis, ꝙ nec ipse, nec locatũ corrumpatur; nam hoc esset manifestè falsum. sed naturalis, quò ad permanentiã, & diuturnitatem; quia locatum in illo diutius durat, & dicimus hoc mõ, ꝙ unusquisque conseruatur in patria sua, i. diu durat, tamen partes illius etiam fluunt, & refluunt, sicut in terra aliena.

Cur locus dicatur naturalis secũdũ Burleũ.

Notandum Scoti.

Nota etiam illud, quod habet Doctor in 4. dist. 49. rõne. 14. ꝙ Quandocunque sunt duæ potentiæ naturales, quarum una est superior, & alia est inferior, semper naturalitas superioris uincit naturalitatem inferioris; & est una regula Scoti ibidem.

Regula Sco.

Nam beati in patria habebunt similia corpora illis, quæ hic habuerunt; & terra dominatur hic, & in patria, tamen illa corpora non uiolenter erunt in Cęlo empyreo, sed naturaliter, naturalitate potentiæ superioris, s. Dei uincentis naturalitatem inferioris uirtutis, s. grauitatis, & ita ex his dictis ad materiam &c. patet benè quid sit dicendum ad formam. Sequitur nunc in textu.

Solu's q̃onem.

Ad propositum. Igitur ista applicando &c. Cõsequenter Scotus replicat illa, quæ dicta sunt de esse in loco, quõ cõuenit Angelo, & quomodo non. & est prima conclusio: Angelus non necessario dicitur esse in loco. negatur. probatur illa ratione posita lectione præcedenti; arguitur sic per locum a maiori. Si illud, de quo minus uidetur inesse, inest; ergo etiam illud, de quo magis uidetur ex regula primi posteriorũ; sed uidetur minus inesse de corpore, ꝙ non necessario sit in loco, quàm de Angelo. imo magis uidetur ꝙ corpus sit in loco necessario & tamen dicimus de corpore, ꝙ nõ est in loco necessario. ergo multo plus debemus hoc dicere de Angelo ꝙ non est necessario in loco. Maior patet, & est Philosophi, nec indiget probatione. Minor probatur ex dictis. quomodo Deus potest conseruare unam columnam, annihilãdo omnem aliam creaturam; & tunc illa non esset in loco necessario, etiam quomodo Deus potest ponere unum corpus extra Vniuersum, ubi nihil est; & sic facere corpus illud sine loco; & ita nõ erit necessario in loco; ergo etiam idem possumus benè dicere de Angelo. & ita conclusio uera.

Prima conclusio Scot.

2. concl. Sco.

Secunda conclusio Scoti est illa. In Angelo est potentia passiua, qua necessario est in loco. Et nota hic. Nam si quis quærat, Quid est Angelum esse in loco? Dicit Gregorius dist. 2. huius, quæstione. 1. artic. 2. ꝙ hoc modo intelligitur. primo ꝙ non est Angelum secundum se totum habere potentiam ad locum, scilicet ꝙ secundum unam partem sui habeat præsentiam ad unã partem loci, & secundum aliam partem sui ad aliam, non intelligitur hoc modo etiam secundum Richardum; sed intelligitur, ꝙ Angelus est in loco sic, quòd ipse totus est præsens toti loco, & totus est præsens cuilibet parti illius loci. Vnde si Angelus esset in loco tantæ magnitudinis, sicut est ista aula, uel

Quid sit Angelũ esse in loco, secũdum Greg.

camera

camera, si esset in illa, tanquàm loco, q ipse totus esset præsens ipsi toti aulæ, & cuilibet parti illius, sicut anima intellectiua est tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte; & ita patet, quomodo conuenit Angelo esse in loco; dictum est to. quæstione quarti, q Corpus, & si non habet actualem locationem, necessario tamen asse locabile, consequitur necessario naturam illius.

Quæsitum. Sed si quæratur nunc, dicit Scotus, in quo fundatur illa potentia passiua ipsius corporis est locandum, uel ad illam, uel illa locabilitat. De hoc, dicit Scotus pro nunc, non est curandū,

Solutum. & de Angelo diceremus, q potentia sua ad locum, fundaretur in potentia executiua ipsius, si ponatur in ipso. de hoc tamen dictum est supra, & diceremus etiam, quòd fundaretur in substantia illius.

Tertia conclusio Scoti Tertia conclusio. Nō oportet quòd Angelus dicatur esse in loco actu, patet. nam non est necesse, quòd Angelus faciat lato ta corporis continentis distare, & ita non erit necessario in loco actuali. breuiter ergo Angelus non potest esse in loco com mensuratiuè. hoc vult habere Scotus in ista cōclusione, & hoc est uerum, & sufficit pro nunc.

De magnitudine, & paruitate loci ipsius Angeli, a, grssso. Da secundo est dubium. Dictum est, quo conuenit Angelo esse in loco, quo non, quia non actualiter ad sensum datum, sed secundo modo. Quærebatur, Vtrum Angelus possit esse in loco determinato maiori, uel minori, sic quòd non possit esse in maiori, & in minori, sic quòd non in minimo. Erde corpore, dictum est, quòd sic. nam sic est in magno, quòd non potuit esse in maiori, & hoc de loco adæquato; patet. nam ille est æqualis locato, modis dictis. sed de Angelo nunc uidendum est. Vtrum Angelus possit esse in loco quantumcunque magno, uel quantumcunq; paruo. istud declarat, uel soluit Scotus. Respondet ergo per aliquas conclusiones. Prima est: Angelus non

Prima conclusio Scoti potest esse in loco quantumcunque magno, est conclusio Scoti certa. probatur ista cōclusio. Nam Angelum esse in loco quantumcunque magno, argueret illum esse Deum, nam esse in loco quantumcunque magno est proprium Deo; & ita Angelus

Gregorius est cum Scoto, & cum de Bassolis. esset immensus, & Gregorius tenet istam eidem conclusionē; nam dicit, q Angelus simul esset in cœlo, & in terra, quod est falsum, & impossibile; & Bassolis probando hanc eandem conclusionem, dicit, q qua rōne Angelus posset esse in loco quantumcunque magno, eadem ratione in maiori illo; & sic in infinitum, & ita uirtute naturali ipse posset esse infinitus, quod tamen est falsum. nam hoc arguit immensitatem uirtutis, & ita non conuenit nisi Deo.

Secunda cōclusio Scoti Secunda conclusio Scoti, & Corollarium ex prima est ista. Angelus non potest esse in loco quantumcunque paruo. probatur. Nam Angelū esse in loco quantumcunq; paruo, potest dupliciter intelligi. Vno mō de loco quantumcunq; paruo, & cōtinuo. Alio mō de loco quantumcunq; paruo, & discontinuo, uel punctali, de continuo, uel contiguo, intelligitur ista cōclusio secundum Greg. Nam de loco punctali erit specialis difficultas. probatur nunc ista conclusio. Nam sequeretur, si Angelus posset esse in loco quantumcunq; paruo, q Angelus posset esse in loco quantumcunq; magno secundum longitudinē, & oēs dimensiones; consequens illud est falsum, & absurdum: ergo & antecedens, hoc mō deducunt de Bassolis, & Greg. istam rōnem. falsitas consequentis patet srdm oēs Doctores; consequentia sic probatur supponendo illā tertiam conclusionē primi Euclidis. Quicquid ptesse in uno æqualium, & in reliquo, si figuratio illius non obstat illi. Pro qua notādum est, quid est quadratum; & quid quadrangulus. nam quadrangulus hēt vnā partem longiorem alia, & quadratū habet omnia latera æqualia, & proportionabiliter unum est æquale alteri, si latera sint æqualia, & ita recipitur in uno, quantum in alio, & hoc dicit Scotus, nisi figuratio impediat. Propter quod notandum est, q quantò quadrangulus fit strictior, tantò fit longior, & sp protenditur. mō quia quadrangulus pōt protendi in infinitū per partes proportionabiles illi, fiet longior etiam in infinitum, remouendo secundum latitudinem, & addendo secundum longitudinem, & quadratū ei illis proportionetur, & ita patet ea istius consequentia. dicit sn, nisi figuratio repugnet, nam aqua, uel uinum, uel quodcunque aliud corpus naturale liquidū, determinatsibi certam figuram, ultra quam, & sine qua, natura non pt illud conseruare. modo quadrangulus posset taotū constringi, q non posset aqua in illo conseruari, uel liquor; in qua drato tamen conseruaretur, quia figuratio non impediret, sicut in quadrangulo. Modo probatur illa consequentia. Volo, q Angelus esset in loco quadrato, tāquam in loco adæquato, cunc signetur quadrangulus proportionabiliter ad illum, sicut dicis esse possibile per illam regulam; tunc Angelus poterit

esse in illo. nam quicquid potest esse &c. Si Angelus potest esse in illo quadrato: ergo etiam in quadrangulo. & è conuerso. deinde ille quadrangulus cōstringatur in infinitum, ille fiet longior in infinitum, & Angelus semper erit in illo, & ita sem per protenderetur in infinitum, etiam Angelus esset in loco quantumcunque paruo, quia Angelus non repugnat figuratio, uon esset tamen falsum de aqua, & liquidis aliis naturalibus. nam illi repugnat quæcunque figuratio, maximè illa, quæ esset in infinitum; uel tanta, quod natura aquæ iam non conseruaretur in illa, quia illa determinant sibi locum sphericæ figuræ, uel quadratæ. Angelus autem non, & sic conclusio uera.

Secunda ratio ad idem Secundò principaliter arguitur, una ratione communi in primo distinct. 2. & sæpe alibi ad illam eidem cōclusionem, quòd Angelus non potest esse in loco quantumcunque paruo. arguitur. Nam si Angelus posset esse in loco quantumcunque paruo; sequeretur, quòd Angelus haberat potentiam infinitam ad esse in loco: Consequens est falsum, & absurdum; quia Angelus quo ad omnia, est uirtutis finitæ, & limitatæ, etiam quò ad esse in loco; consequentia tamen probatur, loquendo semper de loco magno, & paruo secundum continuitatem: arguitur sic. Posse esse in loco est alicuius uirtutis in ipso, quod potest esse in loco; deinde posse esse in minori loco, est maioris uirtutis, & ita posse esse in loco, & locis infinitis. Datur exemplum de illo, qui potest portare unum lapidem, quomodo illud dicit aliquam uirtutem in illo. deinde posset portare duos, iam esset maioris uirtutis; deinde tres, & decem, & si infinito portaret, illud esset signum infinitæ uirtutis, in portando in ipso, hoc unili dubium est; ita etiam proportionabiliter dicam de Angelo; & per consequens relinquitur ista conclusio uera, quòd Angelus non potest &c.

Verum Angelus possit esse in puncto. Sed quæritur nunc Scotus iuxta istam materiam unum dubium. Vtrum Angelus possit esse in loco punctali, & in puncto. Et arguit Scotus ad utranque partem. Primo probatur, quòd possit esse in loco punctali, ibi, quia licèt sit indiuisibilis, &c. & ibi, sed quia non repugnat, probat, quòd non possit esse in loco, & quòd possit esse in loco punctali. probatur & arguitur de mente Thomæ tenentis illum modum in primo scripto. distinct. 37. arguitur ille sic. Locus debet se habere proportionabiliter locato; locus diuisibilis, locato diuisibili, & locus indiuisibilis, locato indiuisibili; sed sic est, quòd Angelus est locatum indiuisibile: ergo locus illi correspondens de bet esse indiuisibilis: ergo locus Angeli debet esse punctalis; nam punctus est indiuisibilis.

Solutio Scoti ad argumentum D. Thomæ. Respondet tamen Scotus ad hoc argumentum. nam non tenet illum modum, quando arguitur sic. Locus &c. cōcedo hīc, ad minorem concedo etiam illam; nego tamen consequentiā; & ratio est, quòd non oportet, q locus Angeli sit indiuisibilis, maximè punctaliter. Nam dico, q alia est indiuisibilitas Angeli, & alia est indiuisibilitas puncti opponitur diuisibilitati ex partibus quātitatiuis. Indiuisibilitas autem Angeli opponitur diuisibilitati ex partibus substantialibus, & entitatiuis. De Bassolis negat illam consequentiam, dicendo, q nō ualet, quia nullum locatum dicitur propriè esse in loco, nisi ille locus sit diuisibilis, nam diuisibilitas est de ratione loci, quia locus est ultima superficies, &c. & ideo Angelus non potest esse in puncto, ut loco uno, quia tunc locus illius esset indiuisibilis, quod repugnat ratione loci, & utraque solutio est bona ad hoc argumentum. Dat exemplum de Bassolis de anima intellectiua, quæ secundum se, & naturam eius, est indiuisibilis, tamen non informat indiuisibile, sed diuisibile; & ita non esset bona consequentia illa, hoc est indiuisibile: ergo semper informat, uel est in indiuisibili.

Confirmatio rationis D. Thomæ. Sed Thomistæ arguunt ad idem, confirmando illam rationem sic. Angelus non est in loco, nisi per suam operationem. sed Angelus potest uelle operari in puncto: ergo Angelus est in puncto. uel erit, quando uoluit ibidem operari. maior est unum principium illorum, ut patet ex dictis supra. minor tunc probatur. Nam circa Polos mundi, uel Centrum terræ insunt quidem puncti signati, uel imaginati, & operatur.

Respondet de Bassolis dupliciter. Ad istam rationem respondet de Bassolis dupliciter. Primo negando illud assumptum, quòd Angelus non sit in loco, nisi per operationem. nam hoc est etiam negatum supra sæpè de mente Scoti. Secundo, soluitur ista ratio admittendo illud assumptum, & maiorem illam; negando tamen q operetur in illis punctis imaginatis; & hoc primo & pro se, nisi primo operetur in illa sphera, uel orbe, in qua figitur ille punctus: & tunc nihil contra nos.

Finaliter quo ad istam partem arguitur, q Angelus dicatur

dicatur esse in loco punctali, arguitur sic. Corpus perfectè sphæricum potest tangere planum in puncto. ergo Angelus potest esse in loco punctali. consequentia patet. nam est possibile duo corpora quanta, sic tangere adinuicem; multo plus est possibile de Angelo & illo loco punctali, quòd tangant se. antecedens declarabitur infra. quomodo perfectè sphæricum motum supra planum, tangit illud in puncto, & indiuisibili. Respondet ad hoc de Bassolis, quòd quando antecedens concederetur, nihil sequeretur contra nos. nam quando punctus esset simul cũ alio puncto, & unum indiuisibile esset cum alio, hoc non esset tanquam in loco: & ita Angelus indiuisibilis, cum esset in illo puncto etiam indiuisibili, non sequeretur quòd esset in illo tãquàm loco. Nam non sequitur, illud perfectè sphæricum tangit illud planum in puncto: ergo etiam in illo puncto, tanquàm loco, etiam non ualet consequentia ista, plusquàm, quãdo Angelus est præsens alteri Angelo, & tamen unum indiuisibile est tunc præsens alteri indiuisibili. & sic patet, quò rõnes illæ non concludunt ad probandum, q Angelus põt esse in loco pũctali. Et ideo probatur altera pars dubii. i. q Angelus non possit esse in loco punctali. Si Angelus posset esse in loco punctali, sequeretur quod Angelus non posset moueri localiter, nisi per spacium, quod componeretur ex punctis. consequens hoc est falsum; nam corpus mouetur per spacium magnum, & quãtum: ergo &c. consequentia probetur. Nam si Angelus habens esse in loco punctali incipiat moueri localiter, oportet quòd habeat punctum immediatum illi, & deinde alium. &c. & ita totum illud spacium componeretur ex punctis, quod non est dicendum. nam unum indiuisibile non est immediatum alteri indiuisibili: ergo Angelus non potest esse in puncto, tanquàm loco, uel loco punctali. Respondet tamen Scotus, quòd ista ratio non multum cogit. nam non sequitur, quòd licèt inciperet motum suum in puncto, quòd deberet illum continuare, & necessario in puncto: immo immediatè moueretur in quãto. & ita relinquitur, q Scotus est problematicus, quò ad istud dubium. Vtrum scilicet Angelus dicatur esse in loco punctali &c. Vtraque pars est illi probabilis.

Respon. de Bassolis.

Dicit Scotus hanc rõnẽ nõ cogere.

¶ De isto igitur articulo uidetur concludendum &c.] Dictum est, quomodo Angelus non potest esse in loco quantumcunque magno, nec paruo; & quomodo est dubium, & problema. Vtrum Angelus possit esse in loco punctali: quia uterque modus est probabilis. Consequenter determinat Scotus unam aliam difficultatem. Vtrum scilicet Angelus possit esse in minori loco, quàm sit locus illi adæquatus. non dico in loco quantumcunque minimo, nam hoc determinatũ est, scilicet quòd Angelus habet locum certum adæquatum. Vtrum tamen possit esse in aliquo minori loco, illo loco, qui ponitur illi adæquatus; Exẽplum: Volo, quòd Angelus habeat totam istam aulam pro loco adæquato; utrum possit esse immediate istius aulæ; uel in aliqua minori parte uel sic determinet sibi istam aulam pro loco adæquato, q nullo mõ possit esse in minori, & notandum pro ista difficultate, q ipsa põt habere duplicem sensum. Vnus est secũdum de Bassolis, utrum Angelus possit esse in loco minori isto loco, qui ponitur sibi adæquatus, etiam hoc loquẽdo de minori loco, qui eẽt pars illius loci adæquati, ut dabatur exemplum, si aula daretur esse locus adæquatus, utrum posset eẽ in medio aulæ tanq̃ loco, q locus est minor tota aula, & pars ipsius. iste est primus sensus. scd's sẽsus est, loquendo de loco minori, & q nõ est pars illius loci adæquati. Vtrũ si aula daret locus adæquatus Angelo, utrũ Angelus posset esse in ista parua Camera, q̃ est minor locus, q̃ illa aula, nõ tñ est pars ipsius aulæ. iste posset esse unus sensus; & uterque sensus est de mente Scoti. Vtrũ ergo Angelus determinet sibi locũ adæquatũ sic, q nõ põt eẽ in minori, ad sensus datos, est dubiũ nũc. Respon. Scotus, & ad hoc declarandũ dãt tria exẽpla. pro quib. notandum est q possibilitas corporis ad eẽ in loco cõsiderat tripliciter. Vno mõ absolutè. Alio mõ ad eẽ in tãto, uel tãto loco, ut locus dicit tñ spacium, uel tñ intercæptum. Tertio mõ cõsiderat ad eẽ in loco hoc, uel illo. s. sursum & deorsum, antè, & retrò. Vtrum possibilitas mei ad eẽ in loco istis modis sit in ptãte mea? Dico q non absolutè. nec in tanto loco, uel tanto possum me facere pro libito meo. patet de Vulpe, quæ intrat in stricto foramine ad gallinas, & tantum comedit, q non potuit per illud exire; & sic non erat in ptãte sua facere se &c. Tertio modo bene est in potestate corporis. Difficultas tamen, & maior est difficultate nostra. Vtrũ Angelus possit se facere in minori loco, loco illi adæquato &c. Et dat exẽplũ de potentia aiæ ad informandum corpus. posset eodem mõ quærere: Vtrum in potestate uolũtatis sit facere se in corpa absolutè. deinde, utrũ possit se facere in tãto, uel tanto corpore; & utrum in hoc, uel illo corpore, ut sibi placet. Vtrum ergo Angelus sit necessario in loco adæquato. De hoc dicit Scotus, q Vtraq; pars est illi probabilis. ideo est unum problema. Si tenetur q Angelus sic est in loco adæquata, q non põt esse in maiori, uel minori. ad sensus datos, nullum sequitur inconueniens. Quidam tñ dicunt, q Angelus est in loco determinato, indeterminatè tñ, sic ualet, q põt esse in minori, non tñ in maiori. probant hoc per duas rões satis debiles. Prima est hæc: Corpus, sic est in loco adæquato, q põt se facere in minori loco, q sit locus adæquatus, nõ tamen in maiori: ergo & Angelus põt facere istud. ans patet de limace, qui est in loco minori, q̃ locus adæquatus illi; nam constringitur, & occupat minorem locum, q̃ esset locus primus, non tñ põt esse in maiori, q̃ esset, antequã constringeretur. Patet et de spongia antequã cõprimatur, illa occupat locum adæquatum, sic tñ q ipsa potest esse, & de facto est aliquando in minori loco, quando comprimitur, q̃ esset. Secunda rõ, uel experientia est de Dæmoniacis, idem dæmon, uel diabolus, põt opprimere unum hoiem magnũ, & unum hoiem paruum, & istã nõ est sic in determinato loco, quin possit esse in minori. Respondet ad istas experientias Io. de Bassolis. Primo ad primã de illa bestia, & spongia, dicit, illa corpora esse multum porosa, & partes subintrant se ad inuicem. unde ipsa possunt habere magnum locũ, & paruũ, quia cùm pori aperiuntur, illa habent locum maiorem. Cùm uerò clauduntur, illa habent locum minorem. de Angelo aũt non esset simile, quia non habet tales poros, & istud bene soluitur, q non est simile, negando consequentiã. Ad illud tamen de Dæmoniaco, quod est difficilius, dicit, q si ille Dæmon est in toto illo homine, sicut potest esse, & habeat illum hominem pro loco adæquato illi, quo maiorem, uel minorem habere non posset, & ponatus quantitas hominis istius decem pedum, dicit, q potest bene Angelus ille malus opprimere alium hominem minorem. puta sex pedum. dicit tamen, quòd ille Angelus non esset in illo toto corpore sex pedum præcisè, & adæquate, sed tñ per sex pedes, & deinde per quatuor, usque ad complementum decem pedum. erit in ipso aere circunstãte. Et si dicatur quòd tunc ille dæmon erit in duobus locis, concedo, æquiualẽtibus uni loco; sicut de uirga plantata in aquam, illa est partim in aqua, partim in terra, & partim in aere, & sunt plura loca, æquiualenter tamen, non est nisi unus locus adæquatus. Hoc modo ergo dicendum est, q Angelus sit in loco adæquato, q nullo modò potest esse in minori.

Difficultas est problema, apud Scotum.

Sed utrum, si Angelus bonus, uel malus posset esse in loco, in corpore unius pueri, tanquàm in loco adæquato, Vtrũ posset esse in minori loco? Dico, q non, & bene, nam in illo loco determinatur. Sed Scotus dicit, quòd si tenetur ista pars, q Angelus est in loco adæquato, sic tamen, q potest esse in minori, nullum sequitur inconueniens; & istam partem non tenet de Bassolis, sed primam ut patet ex dictis. nam soluit illas instantias ad illam partem; imò dicit, q sequuntur inconuenientia, tenendo, q Angelus est sic in adæquato, q potest esse in minori. Et arguit contra illum modum. Volo q Angelus pro loco adæquato habeat istam aulam, dicis, q potest se facere in minori. uolo, q faciat se in uno angulo istius aulæ. Quæro tunc, Vel Angelus mouetur in illo loco, uel quiescit: Si quiescit, ergo non magis facit se in uno loco minori, quàm prius; nam quiescens localiter, & nullo modo motus, quomodo faciet se in minori loco, quàm prius? ergo Angelus facit se in illo loco minori, scilicet angulo illo, mouendo se. Tunc sic. Non est in potentia naturæ habere aliquem locum deperditiuum, sine motu acquisitiuo, sed angelus faciendo se esse in angulo aulæ deperdit aliquam partem loci adæquati. & nihil acquirit. ergo non est dicendum, q Angelus ille põt esse &c. Maior patet secundum illud de generatione, quòd Generatio unius est corruptio alterius, & è conuerso. maximè in creaturis illa concomitãtur se adinuicem. Maior ergo patet. Minor probatur. nam per casum. Primo erat in tota ista aula, & adæquatè, & per consequens erat in illa parte aulæ. s. in illo angulo, & ita deperdit locum adæquatum, & non acquirit aliquid. nam primo erat iam in illo; hoc est falsum, uirtute naturæ; ergo dicendum est, dicit ille Doctor, q Angelus sic est in loco adæquato, quòd nullo modo potest esse in minori. Scoto tamẽ illa conclusio est problematica, & dubia, utraque pars est illi probabilis. Prima pars est facilior ad tenendum.

Alia dubitatio.

Solutio.

Quid sentiat Scotus.

Iudicium Authoris.

Restat nunc uidere, Vtrum Angelo conueniat esse in loco circunscriptiuè, licet dictum sit, quòd non conuenit illi, tamẽ nunc quærit causam, quare Angelo non conuenit sic esse in loco, & rõ est, quia non hẽt partes q̃tas, uel quantitatiuas, secũdũ quas cõuenit corpori esse in loco cõmensuratiuè, uel circunscriptiuè.

Vtrũ Angelus sit in loco circumscriptiuè.

scriptiuè, quod idem est, quod est, quando totum toti, & pars parti adæquatè correspōdet. Sed est alia difficultas. Vtrum Angelus sit in loco determinato, utrum conueniet illi esse sic in hoc loco, quòd non in alio. &c. & est quinta conclusio Scoti. Angelus est in loco determinato sic, quòd naturaliter Angelus non potest esse ubique per suam potentiam; nam hoc proprium est Deo. Notandum pro hoc, ꝙ ut cōiter dicitur, 10. Metaphy. Duplex est genus. Quoddam est genus Physicum. Aliud est logicum. Genus logicum est prædicabile in quid de pluribus differentibus specie, Genus autem Physicum, est materia prima, uel generaliter, omne subiectum transmutabile de forma in formam. Vnde illa dicuntur esse eiusdem generis Physici, quæ circa idem passum, uel subiectum sibi inuicem succedunt, uel succedere possunt; ut albedo, nigredo &c. nam circa eandem superficiem, nata sunt sibi inuicem succedere. Hoc modo etiam omnes formæ substantiales sunt eiusdem generis Physici. nam circa eandem materiam natæ sunt successiuè recipi. modo esse in loco, est genus Physicum adesse in hoc loco, uel adesse in illo loco; & ego sum genus Physicum respectu illius ubi, & istius. nam illa duo ubi, nata sunt succedere sibi inuicem in meipso. nam ego sum in potentia adesse in isto ubi, deinde in illo, & post in alio, & sic consequenter. Ad propositum applicando, ista est una regula Scoti, talis. Quandocunque aliquod potest esse secundum se in potentia passiua determinatum ad aliquod genus Physicum, & illud non est determinatè in aliqua specie illius generis, tunc illud tale ab eodem reducitur in actu illius generis, & illius speciei. Exemplū: Superficies, quantum est de se, est determinata in potentia passiua ad genus, scilicet ad colorem, ita quod non potest determinari ad aliud, uerbi gratia ad sonum. tunc dico, quod ab vno & eodem coloratur, & dealbatur, uel nigrescit. Ad propositum. Angelus est in loco determinato, non enim est ubique, quia est naturæ finitæ, & limitatæ: modo quòd Angelus sit in hoc, uel illo loco, hoc habet effectiuè ab illo, a quo habet illam potentiam adesse in loco, formaliter tamen, & intrinsecè habet ex natura sua finita, & limitata, & est locabilis in loco, tamen quòd locetur in hoc, uel illo loco, hoc habet ea libertate sua. & sic patet illa conclusio.

5. concl. Sc.

Regula Sc.

Sexta conclusio Scoti est, ꝙ Angelus non est in loco naturaliter, uel uiolenter. patet bene, quòd non est in loco naturaliter. Nam illud est in loco naturaliter, quod habet locum conseruatiuum illius locati; uel cuius est locus conseruatiuus locati: sed sic est, quòd locus non potest esse conseruatiuus Angeli; quia corpus non agit in spiritum; ut patet distinctione tertia primi, quæstione septima, & ad hoc sunt multæ authoritates. etiam in quarto de pœnis damnatorum. ergo &c. Secundo probatur hoc authoritate Auicen. 9. Metaphy. suæ, ubi dicit, quòd Motus cœli non est naturalis, nec uiolentus, sed est neutralis: quia si esset naturalis, aliquando esset uiolentus, è conuerso. si esset uiolentus, aliquando esset naturalis. patet. nam quando moueretur de una parte, si naturaliter moueretur, naturaliter quiesceret in ea: & si ad aliam partem uiolēter moueretur, in ea quiesceret uiolenter. non ergo magis inclinatur, quantum est de se, ad unam partem, quàm ad aliam, ad vnum etiam motum, quàm ad alium. hoc modo etiam dicendum est de Angelo, ꝙ est in loco, non naturaliter, nec uiolenter, sed neutraliter. hoc est dicere, ꝙ quantum est de se, non magis inclinetur ad unum locum, quàm ad alium, idem est sibi ubicunque sit. dum tamen sit in loco, ista est resolutio de hoc.

6. concl. Sc.

¶ AD argumenta &c.] Et ad authoritates omnes, quæ uidentur dicere, quòd Angelus non est in loco. quia non est corpus, sicut nec Deus. Et ad illam authoritatem, ꝙ cōis animi conceptio est, spiritualia nō esse in loco, & aliæ si essent mille. Respondeo ꝙ debent intelligi, ꝙ Angelus non est in loco circunscriptiuè, uel dimensiuè, uel commensuratiuè, uel eo modo, quo corpus quantum naturaliter est in loco. ergo uolunt habere hoc illæ authoritates; non tamen uolunt negare, quòd Angelus non sit in loco diffinitiuè, uel determinatiue, modo opposito. &c. Est tamen una authoritas Philosophi in 4. Physi. contra istam resolutionem de Angelo quò adesse in loco, pro qua authoritate, arguitur sic. Nullum corpus continet Angelum, vel spiritum naturaliter: ergo Angelus non potest esse in loco. Patet consequentia. quia si esset in loco, contineretur loco. & per consequens corpore aliquo, quod est contra antecedens. consequentia etiam probatur. Nam locus continet locatum, aliter non esset locatum in loco; sed ꝙ Angelus non continatur corpore, probatur sic. Nam illud, quod cōtinet aliud, est actualius illo; sed corpus non est actualius Angelo uel spiritu, imò potius è conuerso: ergo Angelus non continetur corpore, & sic non est in loco. argumentum est bonum.

Ad argumentа principalia.

Deducitur secundum arg. ex Philosopho.

Respondeamus tamen ad hoc per unam distinctionem de continentia locali loquendo, ꝙ Duplex est continentia. Quædam est continentia formalis, uel alias uirtualis, quæ aliquid sic cōtinet aliud, quod potest illud ponere in esse reali: nam de ista loquimur, & non de continentia in esse cognito: & hoc modo sol continet ranam. Alia est continentia localis, ad quam duæ conditiones requiruntur secundum Scotum hic. Prima est, ꝙ Contentum sit in continente. Secunda conditio est, ꝙ nihil ipsius contenti sit extra ipsum, continens illud. modo ad argum. quando arguitur. Nullum corpus continet &c. nego hoc añs & cum probatur. Nam continens &c. de continente aliud, continentia formæ. concedo illud: falsum est tamen de continēte aliud, localiter, uel continentia locali. Sed quæ est ratio diuersitatis? dicit Scotus, ꝙ ista est, quia illud, quod continet aliud in ratione formæ, dicit efficiētiam respectu illius; & ita requiritur ꝙ illud tale sit actualius illo contento. Continere autem localiter, non est aliud, quàm illud continens terminare illum respectum locationis passiuæ. & ita non est simile argumentū, & sic ille Doctor de Bassolis bene soluit argumentum &c.

Soluitur argumentum ex Philosopho.

Finaliter arguitur, quòd Angelo non conuenit esse in loco, supponēdo, ꝙ Dupplex est positio. Quædam est, quæ dicit ordinem partium in quantitate, ad totum. Quædam est positio, quæ non est, nisi ordo partium ad locum. modo arguitur sic. Omne locatum habet situm; ergo Angelus non potest esse in loco. Maior est Philosophi. Minor probatur. Nam ille situs fundatur in quantitate; sed Angelus nullam habet quantitatem: ergo non potest habere illum situm, & per consequens, nec locum.

3. arg. prin.

Respondet Scotus ad hoc, supponendo unam distinctionē datam in arguēdo, quòd dupplex est positio &c. quæ distinctio sumitur a Scoto, distin. 10. quarti. modo cum arguitur sic. Omne locatum habet situm. Concedo de locato circunscriptiuè. nego de locato diffinitiuè. dico enim quòd non oportet, modo dico, ꝙ Angelus si est in loco, & est locatum, hoc tantum est diffinitiuè, & non circunscriptiuè. & ita non oportet, ꝙ habeat illum situm. & ita patet, quomodo Angelus est in loco, nec rationes illæ concludunt. & sic patet ad istam quæstionem.

Soluitur tertiū principale.

QVAESTIO SEPTIMA.

SEPTIMÒ quæro, Vtrum unus Angelus &c.] Consequenter mouetur una quæstio de loco Angelorum, quò ad pluralitatem, uel paucitatem. Vtrum scilicet unus, & idem Angelus possit esse in pluribus locis? Termini tituli satis patent ex dictis sæpè. Notandum tamen, ꝙ Titulus quæstionis potest dupliciter intelligi. Vno modo de potentia Diuina absoluta, uel ordinata. Alio modo de potentia naturali ipsius Angeli. Primo modo, sensus est. Vtrum idem Angelus numero possit esse de potentia Diuina in pluribus locis. Secundo modo sensus est. Vtrum Angelus uirtute sua propria naturali possit esse, & se facere in pluribus locis. & utroq; modo disputabitur ista quæstio, & terminabitur Notandum secundo pro titulo quæstionis, ꝙ etiam ille potest dupliciter intelligi. Vno modo de pluribus locis partialibus, & inadæquatis. Alio modo de pluribus locis adæquatis. Et primo modo est sensus, sicut est supradictum. Vtrum possit esse in adæquato, sic tamen ꝙ posset esse in maiori, & minori loco. Secundo modo sensus est. Vtrum si ego haberem istum locum mihi adæquatum, utrum stante me in isto, possem habere alium locum adæquatum. hoc modo etiam quærendum est de Angelo, dato ꝙ habeat unam aulam tantæ magnitudinis pro loco adæquato: utrum simul cum illo possit esse in alio loco illi adæquato. Notandum. Tertio, ꝙ intelligendo titulum quæstionis primo modo de pluribus locis partialibus, & inadæquatis potest esse dupliciter. Vel esse uno modo de pluribus locis partialibus, & inadæquatis, discontinuis tamen: Alio modo de pluribus locis partialibus, & tamen continuis. Primo modo. Vtrum si Angelus esset in uno loco partiali simul in media aula, utrum posset esse in alio loco partiali discontinuo. ut puta, in ista camera, uel curia. De continuis sensus est. Vtrum Angelus simul, & semel de potentia naturali sic posset esse in media parte aulæ, quòd etiam posset se facere in angulo, qui est locus partialis, continuus tamen cum ista medietate, isto modo quærit quæstio. Vtrum si esset i[illegible] ad saluandam nauem, periclitaretur in naui. uel quon[illegible] pro ueritate arguitur quòd sic, supponēdo illud pro[illegible] in qōne præcedenti, s. ꝙ Angelus est sic

De unitate uel pluralitate loci unius Angeli.

in determinato loco, & adæquato, quòd potest esse in minori illo; dato quòd sic, licet sit problema, arguitur sic. Volo quòd locus adæquatus Angeli ponatur quinque pedum, tunc Angelus est in loco, tanquam loco adæquato, & Angelus potest se facere in uno angulo illius, non transeundo per medium, per casum illum datum. nam aliter argumentum non ualeret. & hoc uirtute propria, & naturali. quo facto, ille erit in pluribus locis partialibus ad minus. & ita propositum, quod hoc est possibile uirtute etiam propria, ac naturali. Ad idem efficacius non præsupponendo aliquod dubium, arguitur sic. Idem corpus numero potest esse in diuersis locis per potentiam Diuinam: ergo etiam & facilius. idem Angelus per potentiam Diuinam poterit esse in pluribus locis. antecedens patet de corpore Christi in Eucharistia, quoniam fide tenemus, quod est in multis locis, est corpus Christi; ergo eadem ratione de quocunque corpore. Deus illud potest facere, ut deducitur in 4. distin. 10. quæstione. 2. ergo &c.

Resp. Scot. ad quæm. ¶In ista Quæstione &c.] Ad istam quæstionem respondet Scotus de mente sua, per aliquas conclusiones. Prima est de facto. quod tenendum est; & est conclusio, quam etiam tenent D. Gregorius in secundo distin. 9. Et de Bassolis in 4. quæstione, articulo tertio: Angelus non potest esse, uel non est de facto in pluribus locis. hanc probant simul cum Scoto secundũ Damascenum dicentem ꝙ Angelus non est simul in Cœlo, & in terra; & ꝙ Angeli qui sunt in terra custodiendo, non sunt localiter in Paradiso, uel cœlo, sed tantum in illo, quod custodiunt, sunt localiter, & in cęlo sunt benè per beatitudinem. Et ista conclusio tenetur ab omnibus Theologis, ꝙ Angelus confortans Christum in Agonia non erat simul in cœlo, & cum Christo; sed tantum erat localiter cũ Christo, uel in aere. & c. etiam Angelus Gabriel cum iuit ad Virginem non erat localiter nisi in camera Virginis, & sic de aliis, quos legimus missos. & ita satis patet ista conclusio.

1. concl. Sc.

2. concl. Sc. Secunda conclusio Scoti. Angelus per suam potentiam naturalem, non potest esse simul in pluribus locis adæquatis, uel infinitis. Et tota ratio istius conclusionis est limitatio, uel finitatio suæ naturalis uirtutis, & potentiæ finitatio, propter quod in pluribus locis adæquatis non potest facere, nec in infinitis. Aliter tamen probatur ista conclusio a Doctore nostro, scilicet ꝙ non posset esse in pluribus locis adæquatis. Nam sequatur ꝙ nullus illorum locorum esset illi adæquatus, quod tamẽ est falsum. & contra casum positum. illud probaretur sequi ex illo, quod dicitur distinctione. 2. primi de pluribus causis totalibus. quomodo una non est causa totalis, qua circunscripta, non minus ponitur effectus, etiã hoc modo argueretur hic. Illa non est locus adæquatus Angeli, quo circunscripto Angelus non minus est in loco adæquato: sed sic est, ꝙ de quolibet illorum locorum, qui ponuntur, ꝙ demonstrato quolibet, uerum est dicere. ꝙ ipso circũscripto, non minus Angelus locatur adęquatè per alium locum, qui etiam ponitur adæquatus: ergo nullus est illi adæquatus hoc tamen est falsum, & cõtra casum positum: ergo ista conclusio uera. De Bassolis probat aliter istã eandem cõclusionem sic, quia qua ratione. s. Angelus se posset facere in duobus locis adæquatis sua uirtute, eadem ratione posset se facere in quatuor, & in decem, & mille, & in infinitis. hoc tamen est falsum. quòd scilicet Angelus possit esse in infinitis locis sua uirtute: ergo conclusio uera. cõsequentia probatur quia est similis illi, quam facit Philosophus. 4. Physicor. de corpore, probando, ꝙ nõ potest esse in pluribus locis. ergo ista ista conclusio uera. Tertia conclusio Scoti, & est problematica, & dubia & est ista. problema est. Vtrum Angelus possit esse sua propria uirtute in distinctis locis, & discontinuis, uel continuis; quia rationes pro utraque parte, tamen rationes nõ necessario concludunt pro una parte, nec pro alia, quin soluantur; patet primo si tenetur ꝙ possit esse. dicit Scotus, nulla sequitur infinitas uirtutis in Angelo ad esse in loco, nisi adæquatè esset in illis; modo non ponitur nisi inadæquatè. ergo &c. etiam de facto Angelus est in pluribus locis inadæquatis, uel discontinuis, tenendo, ꝙ Angelus potest esse in minori loco illi adæquato. nã Angelum esse in loco adæquato, nõ est aliud, quàm Angelum esse præsentẽ toti loco, & cuilibet parti illius, modo est una aula, sunt infinitæ partes, & in omnibus est Angelus tanquàm in locis inadæquatis: ergo ita cõclusio uera. Quarta conclusio principalis Scoti est ista. Angelum de potentia absoluta Diuina posse in pluribus locis adæquatis, siue inadæquatis continuis, uel discontinuis, nulli Theologo debet esse dubium. imo quidem certũ; imo etiam [illegible] D. Gregorius ꝙ nullus debet mouere istam quæstionem [illegible] uertere in dubiũ illud, quod fides prædicat, & credit, pro[illegible] corpus Christi in Eucharistia, ut dictũ est, & hęc est solutio ad istam quæstionem de mente Scoti, & aliorum.

Argum. de Bassolis.

3. concl. Sc. problematica.

4. concl. Sc.

Gregorij sententia.

¶Et ideo ad Argumenta &c.] Contra illam solutionem sunt quinque argumenta principalia ante oppositum quæ sunt de mente Godofredi quolibeto. 12. tenentis, quòd simpliciter est impossibile, idem corpus, uel eundem Angelum esse in diuersis locis etiam per quamcunque potentiam; & arguitur de corpore Christi in quarto. & soluitur benè a Scoto, arguitur sic nunc de Angelo, sicut de corpore posset argui. Si idem Angelus esset in diuersis locis, sequeretur quòd idem distaret a seipso: consequens est falsum, & impossibile; quia sequerentur cotradictoria, scilicet quòd non distant, & distant. &c. ergo etiam antecedens est falsum. Consequentia probatur ꝙ sequeretur, probatur ex opposito consequentis. nã supponitur una conclusio, quam dat Scotus, & sumendo oppositum illius, probabitur consequentia; quæ conclusio est, ꝙ Quæcunque sunt idem alicui tertio, sunt idem inter se. ex primo Physic. oppositum huius est, ꝙ quæcunque, quæ non sunt idem inter se, etiam non sunt idem alicui tertio; sed plura loca non sunt idem unus locus: patet, quia ille locus, qui est Parisius, non est idem locus cum illo, qui est Romæ. quomodo ergo illa erunt unum in tertio, scilicet in corpore? non uidetur quomodo illa distincta loca inter se possint esse unum in tertio. & ita Angelus, qui est Romæ, non est ille Angelus qui est Parisius. & si idem Angelus ponatur Romæ, & Parisius, tunc ille idem Angelus a seipso distabit, quod est falsum. ex dictis ergo &c.

Primũ arg. principale.

Respondet Scotus ad hoc argumentũ benè notando illã regulã, quæ ponitur in primo dist. 13. ꝙ Quando aliqua duo cõparãtur ad unum tertium, hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo qñ illa duo comparantur ad tertiũ limitatũ. Alio modo qñ illa prima comparantur ad tertiũ, & illimitatũ. Primo modo est, qñ illud tertium non se habet indifferenter ad illa, sed determinãtur ad unũ illorum, magis quàm ad reliquũ; & ego sum limitatus ad esse in loco, quia non me habeo indifferẽter quo ad hoc, quo est esse in loco, uel non esse in loco. sed determinatè habeo habitudinem ad locum; tunc ista duo, scilicet esse in loco, & non esse in loco, comparantur ad me, tanquam ad tertium & limitatum; Alio modo intelligitur illa comparatio fieri ad tertium & illimitatum, ut si dicam. Papa est simul cum Deo, & ego sum simul cum Deo: ergo Papa, & ego simul sumus. consequentia non ualet. patet, quia illud tertium, scilicet esse cum Deo, est illimitatum. hoc modo dico ad propositum, quòd licet illa plura loca comparãtur ad tertium illimitatum, scilicet ad corpus, uel Angelum etiam anima intellectiua, non determinat sibi plus pedem, quàm caput, est illimitata ad pedes, & caput; non tamen sequitur, anima est simul in pede, & est simul in capite: ergo caput, & pedes sunt simul. ut patet, propter illimitationem tertii, ad quod illa comparantur. Ex istis ad materiam argumenti patet solutio. ad formam quando arguitur sequeretur &c. nego consequentiam, & cum probatur. nam quandocunque aliqua &c distinguo. nam quæcunque comparantur ad tertium limitatum. & sic concedo, uel quæcunque comparantur ad tertium & illimitatum. & sic nego, & sic benè soluitur hoc argumentum &c.

Resp. Scot. Regula Sc.

Secundò Principaliter arguitur, quòd idem Angelus non possit esse in pluribus locis distinctis. arguitur sic. Angelus est natura simpliciter limitata: ergo Angelus est limitatus simpliciter secundum omne illud, quod potest illi inesse. & ultra est limitatus secundum omne illud &c. ergo etiam est limitatus secundum locum. patet ista consequentia. Nam locus potest illi inesse eo modo, quo dictum est supra: & ultra est limitatus secundum locum; ergo sic est in uno, quod non potest esse in pluribus. Añs primum patet nam Angelus est creatura finita &c & si simpliciter est limitatus secundum illud, quod põt illi inesse; & sic argumentum istud benè stat, Respondet Scotus ad hoc argumentum dando unam distinctionem, ꝙ Aliquid esse limitatum, potest dupliciter intelligi. Vno modo secundum entitatem naturalem & essentialem, Alio modo scd̃m entitatem accidentalem. Primo modo est illud, quod est limitatũ secundum illa, quæ ipsum insequuntur naturaliter, & essentialiter, & scd̃m suã essentiam; & ego sum limitatus ad esse in loco modo quantitatiuo, & circũscriptiuè. etiã omnis creatura suo modo, consequens est hoc, quod est esse in loco. Secundo modo limitatũ est illud, secundum illa, quæ cõsequuntur illud accidentaliter, per accidẽs. hoc mõ Angelus non est limitatus ad esse in hoc loco; nam illud est unũ accidẽs sibi, sicut cuicunque corpori; nam si non esset in hoc loco, non minus esset

2. principale deducitur.

Soluitur secundũ principale.

talis naturæ, qualis est, quantum est de se. Modo ad argumentum: ad formam concedo antecedens, & nego consequentiam, secundum: omne illud, quod accidentaliter consequitur naturam illius; concedo tamen & consequens, & consequentiam, secundum omne illud, quod essentialiter consequitur naturã illius, sit limitatus; maximè, quo ad respectus; quia ego possum esse in hoc, uel illo loco successiuè. hoc modo sum limitatus ad illa ubi, quæ illa consequuntur entitatem meam accidentaliter, etiam per accidens, & sic hoc argumentum non concludit.

3. principale deducitur.

TERTIÒ Principaliter arguitur de mente Godofredi, quòd idem Angelus numero non possit esse in distinctis locis simul. arguitur sic. Duo loca sunt formaliter contraria: ergo idẽ Angelus non potest esse simul in duobus locis. nam tunc esset sub contrariis formaliter, quod est falsum, & impossibile. Antecedens patet. nam illa sunt contraria, inter quæ potest esse localis motus; sed duo loca, & ubi, sunt huiusmodi, quòd inter ipsa potest esse motus localis: ergo illa sunt contrariæ. maior patet, quia motus est de contrario in contrarium. minor patet, quomodo ab hoc ubi ad illud cameræ, possum moueri localiter: ergo. &c. Item etiam quòd duo loca sunt contraria, probatur sic. Omnia distincta ubi, uel loca, distinguuntur specie; sed illa quę distinguuntur specie, sunt incompossibilia, nec eidem inesse possunt; ergo duo ubi, uel loca non possunt eidem Angelo inesse & per consequens idem Angelus non potest esse in distinctis locis. & eodem modo arguetur de ipso corpore: ergo &c.

Soluitur tertiũ principale.

Respondet Scotus ad hoc argumentum dicendo, quòd quæramus responsionem propter facilitatem reperiẽdi illam. nam responsio est facilis. Et primo notandum, quòd difficultas potest esse de hoc antecedente, Vtrum, scilicet duo ubi, uel loca, dicantur esse contraria; ad quod respondet de Bassolis, quòd nulla ubi simpliciter, & absolutè sunt contraria, nisi illa sint secundum diuersas differẽtias positionis, scilicet ante, retro, sursum, deorsum; propriè tamen loquendo de contrarietate, nulla est contrarietas inter illa: tamen ad argumentum dico, cum arguitur. Duo ubi &c. transeat. ibi non est difficultas facienda pro nunc. Ad consequentiam. ergo Angelus &c. nego istam. ad probationem, quòd duo contraria nõ possunt. &c. Distinguo. uel eidem limitato ad alterum illorum; uel eidem limitato ad ambo illa. Primo modo concedo, quòd illa duo contraria non possunt eidem inesse, nam illud tale limitatur & determinatur ad unum illorum. Secundo modo nego. modo Angelus est illimitatus ad illa duo ubi, ut dictum est, & sic illa benè possunt inesse sibi simul, & ita argumentum non plus concludit. Ista solutio est bona, & benè sufficiens ad argumentum ex dictis supra de mente Scoti. Est tamen una alia solutio, quam dat Io. de Bassolis per unam distinctionem, quòd Contraria sunt duplicia.

Prima solutio.

2. solutio.

Contraria sunt duplicia.

Quædam sunt contraria absoluta. quædam sunt respectiua. Exemplum primorum. Calidum, frigidum, album, nigrum. Exemplum secundorum. Paternitas, & filiatio, simile, dissimile, dominatio, & seruitus. modo ad argumentum cum arguitur. Duo ubi contrariantur, transeat hoc; nego consequentiam. & ad probationem, duo contraria &c. concedo de absolutis, nego de relatiuis, dico enim quòd idem potest esse simile, & dissimile respectu diuersorum. & ita hoc argumentum benè soluitur.

4. principale deducitur.

QVARTÒ Principaliter arguitur, quòd Vnus, & idem Angelus nõ potest esse in diuersis locis. arguitur sic. Si idem Angelus simul esset in diuersis locis, sequeretur quòd idem simul posset moueri, & quiescere; consequens istud est falsum, quia ad ipsum sequuntur contradictoria, de eodem esse uera, scilicet moueri, non moueri, quiescere, & non quiescere: ergo & antecedens. consequentia probatur. Nam sit unus Angelus Romæ, ille posset ibidẽ moueri, quærẽdo sanctas stationes, deinde si ille idem esset Parisius custodiendo unum bonum socium, qui libenter accederet in taberna, ille Angelus quiesceret; & ita quiesceret, & moueretur; & per consequens quiesceret, & non quiesceret, patet. nam benè sequitur, mouetur hic, ergo mouetur. deinde non mouetur Parisius, ergo quiescit: ergo mouetur, & non mouetur.

Soluitur quartũ principale.

Respondet Scotus ad hoc etiam in quarto supponendo, quid est moueri, & quid est quiescere. Vnde moueri est aliquid aliter se habere nunc, quàm prius, quomodocunque loquamur de motu, siue secundum alterationem, siue de motu locali; & per oppositum, illud nunc quiescit; quod eodem modo se habet, sicut prius, ut notum est; modo ad argumentum ad formam, quando arguitur sic. Si Angelus posset. &c. Cõcedo hoc consequens, respectu distinctorum locorum, dico quòd non est mihi inconueniens. Nam habet Scotus pro regula in quarto distinctione. 10. quæstione prima, quòd Quæcunque sunt priora ipso ubi, non uariãtur ad uariationẽ ubi. deinde quantitas est prior ipso ubi, & ideo uniformiter inest corpori habenti unum ubi; uel plura. Si corpus est tantæ quantitatis, puta, grossus homo, & huiusmodi, ubicunque ponatur etiam in pluribus locis simul, semper erit eiusdem quantitatis, & illa, quæ sunt posteriora ubi, benè multiplicantur & uariantur, ad uariationem ubi; nec insunt uniformiter corpori habenti unum ubi tantum, & corpori habenti plura ubi, patet de mouere, & quiescere, quæ sunt posteriora ipso ubi, quia præsequuntur ubi; ideo stat, quòd unum, & idem corpus in pluribus ubi existens, quiescat in uno, & moueatur in alio, & hoc modo nullum est inconueniens, & ideo est una regula, quam habet Scotus hic, scilicet quòd Prædicata affirmatiua simpliciter, & absolutè sumpta, sequuntur ex seipsis sumptis cum determinatione non diminuente, ut patet etiam de locis dialecticis, loco de parte in totum, uel a parte in modo ad suum totum. unde notatur ibidem. quòd Multiplex est determinatio. Quædam est distrahens, alia est diminuens, alia restringens, alia amplians. Distrahens est, cuius officium est distrahere terminum, cui adiungitur a suo proprio significato, ad aliquid aliud; ut pictum; ut si dicatur animal pictum: ergo animal. ea consequentia non ualet, sed est fallacia secundum quid ad simpliciter; & hoc modo est hic, quia uariatur significatum. Alia est diminuẽs, quæ non significat significatum proprium in aliud, sed officium suum est diminuere illud significatum, sed facit illud significatum illius, cui additur, stare pro paucioribus, quàm staret, si non adderetur sibi talis determinatio, ut albũ, ut quando dico album secundum dentes, uel homo albus; primo significatur, albedinem inesse tantum secundum partem: ubi tamen de rigore staret pro albedine, quo ad totum, etiam homo albus, diminuit, ly, albus, significatum. nam facit terminum illum stare pro albus, & non pro omnibus indifferenter. Alia est dictio, amplians. ut sunt uerba futuri temporis, gerundia, participia. &c. ut uirgo corrumpetur. ampliatur pro ea, quod est, uel erit, uel fuit. Alia ut restringens, quæ facit terminum sequentem, cui additur, stare pro paucioribus, dictum est iam. modò ad propositum, cum arguitur sic. Mouetur hic: ergo mouetur. consequentia est bona, ut patet. nam prædicata affirmatiua. &c. ut dicit regula nunc dicta, non tamen sequitur, ergo mouetur, & non mouetur, quiescit, & non quiescit, non ualet consequentia; immo est fallacia elenchi a dicto secundũ quid ad dictum simpliciter, quia illa contradictio non est ad idem. modo Cõtradictio est oppositio ad idem secundũ idem, simul, & in eodem tempore. etiam Scotus distinctione secũda primi quomodo benè ualet. hoc est duplum ad A, & dimidium ad B, ergo est duplum, & dimidium; sed non ualet, ergo est duplum, & non duplum, non ualet consequentia propter illam regulam. & sic argumentum istud non ualet.

Regula Sc. Quæ sunt priora ubi, non uariantur uariato ubi.

Regula Sc.

5. principale deducitur.

¶PRÆTEREA Aut posset moueri &c.] Finaliter arguitur ad idem, scilicet quòd idem Angelus non possit esse simul in diuersis locis, de mente ipsius Godofredi, & arguitur sic. Si Angelus posset esse in pluribus locis, uel hoc esset mouendo se ab uno ubi, ad aliud ubi, uel hoc esset, ipso Angelo manente in uno ubi, mouere, & facere se in alio ubi. quodcunque dicas, sequitur, quòd Angelus non potest esse in pluribus locis: ergo &c. antecedens patet, uel maior. ponendo quòd Angelus sit in loco istius mensæ; per te, iste potest esse simul in Ecclesia, & in foro. tunc, uel hoc, quia ipse recedendo ab hoc loco, potest se facere in illa duo ubi, duobus motibus; & hoc non potest esse. probatur sic. Nam motus distincti, & incompossibiles, non possunt simul eidem inesse; ex 3. Physicorum: ergo idem Angelus non potest se mouere ab isto loco ad plura ubi simul, & semel. Nec secundo modo. nam terminus a quo, & terminus ad quem, sunt incompossibiles. si ergo debet moueri ab hoc loco ad illud, oportet quòd perdat istum locum: quia aliter terminus a quo, & ad quem, essent simul, quod tamen est falsum: ergo Angelus nullo modo potest esse in pluribus locis.

Soluitur quintũ principale.

Respondet Scotus ad hoc argumentum per unam distinctionem bonam, quòd Motus sunt duplices. Quidam sunt ad formas absolutas & incompossibiles inter se: Quidam sunt ad formas respectiuas, & compossibiles inter se. Exemplum primi: Motus ad albedinem, & nigredinem, quæ sunt formæ absolutæ, & contrariæ adinuicem, etiam motus ad illas sunt contrarii, & incompossibiles inter se propter contrarietatem illarum formarum. Exemplum secundi: Motus, qui est ab isto ubi ad aliud ubi: motus, qui est a non esse simile alicui, ad esse

illi simile, inter illos, oulla est iocompossibilitas, sicut nec inter illa ubi: unde sæpe dictum est distioctiooe 2. primi, quòd Motus specificantur. i. specie distinguuotur ab ipsis terminis, ad quos suot, specie distinctis. Et ad hoc, ꝙ motos dicaotur esse iocompossibiles, oportet, quòd formæ illæ, ioter quas debent esse illi motos, dicantur esse iocompossibiles; quia illæ suot termini illorum motuum. ut motos ad calidum, & frigidũ, albũ, & oigrum &c. modo mouere simul aliquid ad similitudinem, & dissimilitudinem; & motus ad diuersa ubi, non sunt contrarii, uel incompossibiles, sicut nec illa duo ubi &c.

Quomodo motus distinguũtur specie.

Ad formam nunc, quando arguitur inquisitiuè. Vel Angelos esset &c. Dico ꝙ utroque modo, primo ꝙ Angelus faceret se ab hoc, ad illud ubi; uel ipso maneote, uel perdente &c. Et quando arguitur ꝙ non, qoia motus &c. Coocedo de illis, qui sunt ad formas absolutas, ergo da illis, qui suot ad formas respectiuas; modo sic esset hic. Sed utrũ plures motos eiusdẽ rationis possiot simul eidem inesse? dico quòd sic, & hoc uirtute diuina; & Philosophus, & argumeotum loquootur oaturaliter, & noo supernaturalites; & illud membrum oon ualet &c. Ad secondum membrum, quaodo datur ꝙ non posset: Scotus ad hoc dicit, in quarto unam distinctionem, ꝙ Aliquid corpus moueri ad locum alterius, potest triplicitet intelligi. Vno modo localites. s. expellendo corpus, quod est in illo ubi, ad quod mouetur. Secundo modo sic, ꝙ oullum corpus est ibidem, sed tãtum illod corpus dimittit illud ubi, quod primo habebat, & acquitit aliud ubi de uouo. Tertio modo cootiogit corpus mooeri ad aliquod ubi, oõ deperdendo aliud ubi, quod primo habebat, nec expelleodo corpus. Primo modo est, quando ego cum corpore meo grosso, oellem ire ad locum illius; oportet, ꝙ ego expellerem illum de illo loco; & quãdo corpus aliquod mouetur, hoc modo ab uno ubi ad aliud, dicit Scotus, ꝙ io tali motu suot quattuor mutatiooes, & octo termini. Sũt enim duæ motationes ex parte corporis expelleotis aliud, & qoatuos termini. s. quia mouetus primo ab hoc loco deperdendo illud ubi, quod primo habebat; & ista est uoa mutatio deperditiua; quia ut sic, tantũ deperditur primus locus. Secundo est alia mutatio acquisitiua; nã acquirit illud aliud ubi, quod primo non habebat; & quælibet habet duos termioos. s. prima esse in loco isto, & non esse io ipso, & secunda non esse in hoc loco, & esse in ipso. aliæ duæ mutationes sumuntur ea parte eapulsi. uoa est deperditiua illius loci, in quo erat: altera est acquisitioa altarios, quæ etiam modo dicto habet quatuor tesminos. s. esse in hoc loco, a quo expellitur, qui est terminus a qoo: & non esse in illo, tanquam terminum ad qoẽ: alia est acqoisitiua loci alterius, cuius primus terminus est, esse in hoc loco, & secundus est non esse in ipso. de isto modo quo aliquod corpus. s. uadit ad aliud expellendo, non est ad propositum nostrum. Secundo modo quando corpus acquireret aliquem locum, nihil inde expellcudo (nam oullum est, sed aer cedit illi) tunc essent ibidem duæ mutatiooes, & quatuor termioi, sicut in generatiooe, & curruptiooe soot duæ motationes, & quatuor termini, quia naturaliter, & regolariter illa duo concomitantus se, ꝙ. s. quando unum genesatur, aliud corrũpitur, sunt duæ mutationes. s. generatio a non esse ad esse. cosroptio autem ab esse ad oon esse, una est deperditiua, alia acquisitiua. hoc modo est hic. nam deperditus ubi, qnod primo habebat; & acquiritus illud obi, qood noo habebat, & istæ duæ mutationes. s. deperditiua, & acquisitiua sic se habent, ꝙ una pt esse sine alia absqua contradictione, licet beoe naturaliter se inuicẽ concomitentur. hoc modo est possibile, ꝙ ego acqoiram unũ ubi, non deperdendo aliud, & hoc supernaturalites a Deo. hoc modo intelligimus, non tamen naturaliter. patet. nam Corpos Christi mouetur de cœlo ad terram, non deperdendo tamen locum io cœlo, quia sursum est Dominus usque ad consũmatiooem sæculi: noo dimittet illud ubi, tameo est præsens io Eucharistia, & sic hoc patai bene. Nota etiam, ꝙ termini motus sunt duplices: Quidam psimi, alii oon primi. Termini primi sunt prioatio, & forma, quam illa priuat; uel priuatio, & habitos; est idem dicare, ut non esse in hoc loco, & esse io illo &c. Alii sunt termioi concomitantes, ut sont duæ formæ absolutæ, ual respectiuæ, ut illa duo loca, oel albedo, & nigredo. modo dico, ꝙ cum Philosophus dixit, ꝙ Termini motus sunt incompossibiles, intellexit de terminis psimis, & non de terminis concomitantibus. Vnde quando est in loco, habet esse, & primo habebat non esse. isti tameo respectus. s. ubi, noo sunt incompossibilia ad esse simol in ono eodem corpore. & sic argumentum istud uon oalet. & sic patet quid diceodum esset ad illam quæstiooem, &c.

Respondet ad formam

Dubitatio. Solutio.

Aliquod corpus moueri ad locũ alterius tripliciter.

In motu locali corporis naturaliter sunt quatuor mutationes, & octo termini.

Quomodo corpus Christi descẽdit in Eucharistia, dũ conseruatur.

Termini motus duplices

QVAESTIO OCTAVA.

OCTAVÒ Quæro, Vtrum duo Angeli, oel plures possint esse in eodem loco? Consequenter mouet Scotus conformiter ad Magistrum sententiarum unam difficultatem oppositam præcadeoti. Vtruoi scilicet plures Angeli possiot &c. Nã primo quærebatur, Vtrum uous, & idem Angelus possit esse in pluribus locis? dictum est, ꝙ sic uirtute diuioa. Quærit ergo ounc per oppositom, Vtruoi plures io uno loco, & similis difficultas fit 104. de Euchaistia de corpore, Vtrum plura corpora possint esse simul &c. Vode pro declaratiooe istius, ootaudum est, ꝙ Titulus quæstionis potest dopliciter iotelligi, sicot præcedens. Vno modo de potentia oaturali, & uistote ipsius Angeli. Vtrũ possint plures sua uirtute esse in eodem loco. Secundo modo de poteotia diuioa, & supernaturali. Vtrum plures Angeli possint esse in eodem loco, & utroque modo soluitur quæstio. Primo modo dicemus, & argumeota oulla suot pro ueritate, sed beoe pro parte falsa.

Quomodo plures Angeli possint esse in eodẽ loco.

Titulus quæstionis intelligitur dupliciter.

¶In illa quæstiooe &c.] Ad qõoem ergo, Vtrum plures Angeli sua uirtute naturali &c. Sunt duæ cooclusiooes problematicæ, & dubiæ, & una cooclusio certa. Prima, & dubia est ista: Plures Angelos de facto, & sua uistute oaturali posse esse, oel esse in pluribus locis. dubium est, cooclusio est satis clara, quò ad termioos. unde ex qõne præcedeoti est beue certũ, ꝙ Vnus, & idem Angelus ooo est in pluribus locis sua propria uirtute, & oaturali, propter illas authoritates Damasceni. ista tamen conclusio data habet maiorem difficultatem propter authoritatem Richardi 4. de Trinitate, & propter illud, quod legitor Matthæi. 8. de illa legiooe Demonum, qoi uexabant quendam hominem, propter quod quærit Richardus, quomodo illi Demones erant in illo, utrum uirtute naturali, uel uirtute diuina. Et brauiter concludit Richardus, ꝙ si illi Angeli habuissent corpora, etiam quaotumcunque parua, fuisset simpliciter impossibile illa esse, uel fuisse simul in illo; sed quia oon habebant corpora, dicit, ꝙ illi bene poterant esse in illo; non tamẽ dicit cuius uirtute, uel propria Dæmoois, uel Dei. Et propter illam authoritatem Richardi cõclusio ista est dubia, & hoc de uirtute oaturali illorum; quia de uirtute diuina, nullam habet difficultatem. Et istam conclusionem esse dubiam, dicit Gregorius distin. ista, & q. ult. art. 20. etiam Venerabilis inceptor in 40. q. 4. dub. 3. de Bassolis simpliciter absolutè dicit, ꝙ impossibile est, duos Angelos esse simul in eodẽ loco; nã qua ratione duo essent in eodem, pari ratione duo millia, & dun millia legionom, quod tamen ille simpliciter habet pro inconuenienti; tamen multi non habeot illud pro incoouenienti. Et ad illud exemplum de obsesso a Dæmooibus illis, dicit ipse, quòd illa legio non erat io uno eodem loco, sed quilibet in suo paruo loco, tamen hoc est bene difficile multiplicare tot loca in unò & eodem homine, & in illa conclusio est problematica. Alio modo dicit, quòd illud fiebat uirtute diuina, detinente illos in illo, & non uirtute oaturali illorum. Vel aliter, & est tertia solutio, & melior ad hoc, ꝙ illa legio, & illi Dæmooes, erunt io illo homine, tanquam in uexato, uel uexaodo, non autem erunt in illo tanquam in loco, sed soluoi tanquam in illo, circa quod illi debebaot causare oexationes, & hoc præsupponebat Richardus, & sic non esset contra illum. Ad illam tamen conclusionem, quæ est problematica, Scotus dat aliud exemplum. Nam uous Angelos sit io media regiooe aeris, tunc descendat unos alius per rectam lineam, obuiabit sibi, & non mouabit sa, & sic uidetur, quòd illi Angeli uirtute sua sint in eodem loco; & qua ratiooe illi doo, eadem ratiooe multi, & hoc non baberet pro inconuenienti, qui teneret illam partẽ. Alius casus est, ponendo, quòd omnes Angeli essent creati ante omnem creaturam corporalem, ut tenuit Damasceous, & omoes Doctores Græci; illi omnes oaturaliter fuisseot tunc simul, &c. ergo etiam nunc possuot esse, & ita illa conclusio est dubia.

Prima conclusio problematica.

Solutio tertia ad argumentum de legione dæmonũ, quæ erat in uno homine.

Alii ratio Scoti pro parte affirmatiua.

Alia ratio ad idem.

Secuoda conclusio etiam dubia, & problematica, est ista. Plures Angelos de illorum uistute posse esse in uoo loco, dubium est, Ista conclosio est de possibili. Prima fuit de facto, & sicut da facto est problematica, etiam de possibili. & sic utraqoe pars est possibilis, tam de facto, quàm de possibili: & hoc uirtuta naturali ipsius Angeli.

Secunda conclusio problematica.

Tertia conclosio, & cathegorica, & certa est ista. De potentia diuina absoluta, possibile est plures Angelos esse io codem loco de facto, & per coosequens de possibili, Vtrom tamen aliqñ fuerint plures Angeli de poteotia diuioa io eodem loco, nescimus; sicut tñ bene credimus, ꝙ duo corpora fueruot simul

Tertia conclusio Scoti certa.

uirtuta

uirtute diuina in Resurrectione Christi, & in Natiuitate eius ex utero Virginis, tamē de pluribus Angelis non legitur de facto, de possibili tamen illud tenemus, quia non implicat contradictionem ex terminis, & a fortiori. Nam si potest facere duo corpora esse simul, & de facto fecit, de quibus minus uidetur, & est maior repugnantia: ergo cùm illud sit possibile, ut patet, & factum etiam aliquando ex dictis; multo plus est possibile, plures Angelos &c. & per consequens ista conclusio uera, & est resolutio ad quæstionem.

¶E T tunc ad argumenta &c.] Contra illam resolutionem sunt duo argumenta, quòd plures Angeli non possunt esse in eodem loco per quamcunque potentiam, aliter argumētum non esset contra nos: sed tantum intelligeretur de potentia naturæ, nam illud est ad minus dimissum pro dubio. *1. arg. prin.* Primum argumentum est Diui Thomæ. arguitur sic. Si plures Angeli possent esse in eodem loco, sequeretur quòd unius, & eiusdem effectus possent esse plures causæ totales: consequens est falsum, & impossibile, tam Sancto Thomæ, quàm etiā Scoto: ergo etiam antecedens debet esse inconueniens. consequētia probatur supponendo, quòd Angelus tantum est in loco per suam operationem, & non aliter: hoc fuit unum fundamētum Diui Thomæ supra. Tunc sic: Si plures Angeli essent in eodem loco, ipsi operarentur circa unum eundem locum, & sic ille locus esset unus effectus productus totaliter a quolibet illorum: quia quocumque circumscripto, non minus alii producerent.

Solutio Sc. dupliciter. Respondet Scotus ad argumentum faciliter duplici solutione. prima est secundum illa dicta quæstionis primæ de Angelorum loco, quomodo illud fundamentum est ruinosum, & improbatum ibidem, quòd Angelus sit in loco tantum per operationem. etiam hoc modo soluit argumentum Gregorius. sed est alia solutio, dando illi illud fundamentum. quicquid sit de ipso: cum dicitur ultra, quòd illi omnes operabuntur in illo loco. Concedo, uel transeat; quòd unum, & eundem effectum &c. Dico, quòd non oportet, quòd unus operetur eandem operationem, quam alius operabitur, licèt sint in eodem loco. Nam si Gabriel esset, ubi est Angelus Persarum, non sequitur necessario quòd ipse defenderet ipsos Persas, sicut ille proprius Angelus illorum facit: nam Angeli sunt agentes liberi, & potest quilibet proprium actum habere citra ultimum potentiæ suæ: & sic illa ratio non ualet ad hoc, & sit finis lectionis.

2. rō princ. A L I A ratio ponitur, quærebatur utrum plures Angeli possent esse in uno loco & dictum est, quòd dubium erat de potentia sua naturali: de potentia tamen diuina, dictum est, quòd sic. Et contra hoc argumentum est una ratio Diui Thomæ, quæ fuit soluta: nunc est altera ratio ad istud idem improbandum: quæ ratio est Godofredi de Fontibus, & Aegidii de Roma. & arguitur sic. Illa, quæ habent eundem modum essendi, in, non possunt esse simul; Sed plures Angeli habent eundem modum essendi, in, ergo plures Angeli non possunt esse simul in eodem loco. maior est Philosophi, minor patet. quia omnia corpora naturaliter habent eundem modum essendi in, scilicet circumscriptiuè naturaliter: etiam omnes Angeli eūdem modum scilicet diffinitiuè; unde duo corpora non possunt esse simul, ea distinct. quadragesima nona quarti quæstione decimasexta. ratio, quia habēt eundem modum essendi, bene tamen unum gloriosum cum uno non glorioso est simul in eodem loco, uel ècōuerso. patet etiam istud secundum Damascenum dicentem, quòd si essent duo Dii, non possent esse simul, quia illi haberent eundem modum essendi, in, & ita unus expelleret alium, & sic faceret illum nulli potentem. illa ergo maior apud illos Doctores est multum communis, & uulgata, & sic est argumentum.

Solutio Sc. Respondet tamen Scotus ad hoc argumentum & principaliter ad illam maiorem. nam argumentum fundatur in illa, & dicit Scotus, quòd illa est falsa simpliciter, quòd scilicet quæcunque habent eundem modum essendi, in, non possunt esse simul. propter quod notat primo Scotus, uel ex dictis eius colligitur, quòd esse ab, & esse in, differunt. *Esse ab, & esse in, differunt.* Vnde esse in, dicit ordinem accidentalem. esse autem ab, dicit ordinem essentialē ad illud, ad quod essentiale est. Esse in, ad propositum, est esse in loco, & hoc non est, nisi unum accidentale, & dicit respectū ad locum, sicut contentum est in continente, esse autem ab, dicit ordinem essentialem, quia dicit dependentiam a suis causis, a quibus est essentialiter dependens: ut creatura est ab ipso Deo. Secundo notat Scotus, quòd magis est inconueniens dicere, quòd posse esse plura ab, simul, quàm dicere, plura posse simul esse in. patet, quia primo modo dependentia essentialis. Secundo modo non nisi accidentalis. Et si illud non est inconueniens, dicit Scotus, scilicet quòd plura, ab, dicantur esse simul, multo minus est inconueniens, quòd plura, in, dicantur esse simul. quod autem plura sint simul ab, non dubium est, quia omnes creaturæ sunt a Deo, ut a causa dante illis esse. etiam plura habent esse ad solem, quia plures effectus producit, ut patet & sic illa est falsa. Secundo probatur, illam esse falsam, quia si illa esset uera, sequeretur quòd non possent esse plura temporalia simul, quod tamen est falsum; maximè secūdum illos Doctores, qui non negant tempus esse aliquid extra animam. probatur consequentia, quia omnia temporalia habent eundem modum essendi in tempore, & ita illa est falsa. Sed quia allegatur inconueniens, non est soluere: nam argumētum semper uidetur stare, ideo ad probationes illius maioris. dicit Scotus primo ad illa assumpta scilicet de duobus Diis, si essent, uel de duobus corporibus &c. non curat Scotus de illis, pro nūc: nam si sint uera, uel non, hoc habet locum in quarto. transeant ergo illa assumpta. dico tamen quòd consequentia non ualet: dico, quòd illa ratio non est ratio, sed uoluntas diuina non permittens illa esse simul, bene autem ista, etiam de duobus Diis, dico, quòd illud supponit unum falsum scilicet quòd Deus dicatur esse in loco, & quòd contineatur loco: quod tamen est falsum, nā est immensus, & infinitus, & sic bene soluitur argumentum & sic patet ad illam octauam quæstionem. sequitur nunc nona quæstio &c.

QVAESTIO NONA.

NONÒ quæro utrum Angelus &c.] Consequenter Scotus mouet unam quæstionem bene difficilem, & longam. *De mō, quo se mouere potest Angelus.* Vtrum scilicet Angelus possit moueri de loco ad locum motu continuo? Pro cuius terminorum declaratione notandum est primo; quòd secundum Philosophum quinto Physic. Motus est multiplex, scilicet ad substantiam, ad quantitatem, ad qualitatem, ad ubi. Primo est motus ad quantitatem, cuius sunt duæ species, scilicet augmentatio, & diminutio. motus ad qualitatem habet unam speciem, scilicet alteratio, quæ diuiditur in duas: nam quædam est alteratio secundum intensionem, alia est alteratio secundum remissionem: tamen propriè non est, nisi unica species, scilicet alteratio. Tertio motus est ad substantiam, largo modo sumendo motum, ut idem est, quod mutatio. & istius motus ad substantiam sunt duæ species: una uocatur generatio, altera dicitur corruptio, & de istis non loquitur hic Scotus, nec est quæstio nostra Quarto capitur motus, pro motu ad ubi, siuè secūdum loci mutationem, uel pro loci mutatione. Et est duplex. Quidam est motus ad ubi, & instantaneus. Alius est motus ad ubi, & successiuus, & temporaneus. Primus est motus factus in instanti, qui propriè non dicitur motus localis, sed tantum dicitur mutatio localis; & de hoc dico pro nunc, quòd conuenit corpori Christi, quando mouetur de cœlo ad terram, in instanti mouetur non deperdē do ubi, quod primo habebat, sed nouum, quod non habebat acquirendo in illo instanti, in quo terminatur prolatio uerborum a sacerdote. *Quo motu corpus Christi mouetur quando hostia consecratur.* de isto motu utrum conueniat corpori, est dubium in uia Scoti, propter difficultatem de potentia organica, & non organica. Alius est motus successiuus, qui bene describitur a Venerabili Inceptore in quolib. primo quæstione quinta articulo primo ubi dicit, quòd motus localis successiuus, est coexistentia successiua sine quiete media alicuius continue existentis in diuersis locis primo. & bene dicitur, quòd sit coexistentia &c. Nam si simul idem corpus coexisteret pluribus locis, uel idem Angelus, iam non diceretur moueri localiter. patet, unde si Deus poneret unum, & idem corpus simul Romæ, & Parisius, Lugduni, & Brugis, iam non moueretur localiter; Vtrum tamen ista coexistentia dicat aliquid distinctum a rebus illis permanentibus? dicit ille, quòd non, & nos dicimus, quòd sic, hoc tamen non est præsentis speculationis. In ista tamen diffinitione motus localis, sumus cum illo. *Quod est motus propriè secūdū Occham.* Dicitur secundo in ista diffinitione, sine quiete media, hoc dicitur notanter, quia si unum mobile, uel locabile poneretur nunc in loco uno, & quiesceret ibidem, & deinde poneretur illud idē in alio loco, & iterum quiesceret, iam illud corpus nō dicitur moueri localiter motu continuo propter illam quietem mediam. Tertio dicitur, alicuius continuè. &c. Vnde ad motum localem continuum, requiritur, quod mobile continuè existat in alia, & alia parte medii, uel spacii. Vnde si Deus nūc crearet unum corpus mobile, uel Angelum in una parte loci, nempè A, dimittendo illud ibidem per unam horam, deinde

annihi-

annihilarat illud, & iterum illud recrearet in alia parte loci, scilicet B, uel in Flandria, illud nó fuisset motum localiter motu continuo, quia non fuisset continué in alio, & alio loco, uel parte loci, & sic patet ista diffinitio secundum Occham. Pro ueritate tamen ad quæstionem arguitur ad partem affirmatiuam, q̄ sic, secundum Damascenum. lib. secundo, capitulo tertio, dicente, quòd Angeli non sunt simul in cœlo, & in terra, sed communiter mittuntur ad nos, & hoc sine hoc, quòd sint simul in pluribus locis, sed successiuè succeduut ad illa loca.

Ordo dicendorum. ¶Ad Quæstionem &c.] Respondet Scotus ad istam quæstionem, primo dando aliquas conclusiones, deinde dicit ad argumentum, deinde de ueritate huius sophismatis. Continuum est diuisibile in omnes suas partes, & iste est locus, quem trepidauerunt Lectores, etiam & audientes. Quantum ad primum

Prima conclusio ad q̄nem. est prima conclusio ad quæstionem: Angelus potest moueri de loco ad locum. probatur ista conclusio, & arguitur. Omne continuum, uel receptiuum formarum alicuius generis, quod nó est determinatum ex se ad aliquam unam illarum, nec est illimitatum ad illas, potest mouere, uel mutari ab una illarū formarum, ad aliquam illarum. Ista est una maior, & regula, quā omnes Doctores concedunt; sed Angelus est receptiuus unius ubi, & alterius diffinitiuè, indifferenter, nec est illimitatus ad plura illorum: ergo Angelus potest moueri ab uno ubi ad aliud ubi; & ita potest moueri localiter. hæc est una ratio Scoti, & demonstratio. Maior declaratur, & in ipsa notatur, quòd ad hoc quòd superficies, uel quodcunque aliud subiectum respectiuum qualitatum contrariarum, ut albedinis, & nigredinis, ad hoc inquam, quòd possit illas recipere successiuè, requiritur primo, quòd ipsa non determinetur ad unam speciem illarum, magis, quàm ad aliam. si determinaretur ad unam, iam non posset aliam recipere. Secundo requiritur, quòd illud receptiuum non sit illimitatum ad omnes illas, illimitatum non est dicere in proposito indeterminatum, sed illimitatum capitur hic, quòd simul non habeat illas. Deus est illimitatus ad omnem locum, quia simul est in omni loco; & nó potest se mouere de loco ad locum. illam ergo maiorem concedunt Gregorius 5. dist. sui secundi, etiam & Basilis dist. decima secundi, in qua agit de missione Angelorum ad nos. Minor bené patet. nam dictum est de loco Angelorum, quomodo potest esse in hoc, uel illo loco; nec necessario est in uno loco: non determinatur ad unum locum, potius quàm ad alium, nec est illimitatus ad omne ubi; quia non est in omni loco, & ita potest moueri de loco ad locum, & sic patet ista conclusio.

2. conclusio quæ seq̄tur q̄. Secunda conclusio ad quæstionem est ista directè: Angelus potest moueri de uno loco ad alium motu continuo. Prima conclusio fuit, quòd Angelus poterat mouerí de uno loco ad alium locum; at in ista conclusione addit, quòd potest moueri motu continuo. probatur ista conclusio supponendo, quòd inter duo ubi, sunt infinita ubi, sicut in continuo sunt infinitæ partes; & in temporé sunt infinita instantia, in continua acceptione unius post aliam; tunc sic. Angelus potest moueri localiter per infinita ubi: ergo Angelus potest moueri motu cótinuo. Antecedens patet. nam Angelus mouetur de cœlo ad terram, & pertransit illa ubi indiuisibiliter, & illa media possunt habere continuitatem adinuicem, & ita potest continuè moueri, & illa media transibit uirtute propria, & sic ista con-

Declaratur conclusio. clusio uera. Secundo declaratur ista conclusio à simili. Anima beata potest moueri motu continuo de uno loco ad alium locum: ergo & Angelus potest moueri de uno loco ad alium locum motu continuo. Antecedens patet, principaliter de anima Christi, quæ de facto, mota est motu continuo. nam Matt. 22. Erunt animæ beatæ sicut Angeli Dei. anima Christi descédit ad inferos, secundum illum articulum fidei, non ipse Christus, sed anima illius, quia Christus in triduo non fuit homo, ut patet in tertio libro. anima ergo illius localiter descendit ad infernum motu continuo, primo pertransiendo unum spacium, quàm aliud, & sic successiuè. Declaratur etiam hæc eadem conclusio, quam sæpe legimus in sacra scriptura Luc. 1. Missus est Angelus Gabriel. etiam Actuum 12. Et ecce Angelus domini descendit. & de Raphaela, quomodo ambulabat cum Thobia, & mouebatur localiter, & non ad motum corporis Thobiæ: nam tunc per accideos fuisset motus, cum non esset aliquid illius corporis. & sæpe alibi hoc legimus, & per consequens oportet dicere, quòd Angelus potest moueri localiter continuè.

Ad argumenta principalia. ¶Ad argumenta &c.] Contra istam resolutionem, ad quam sunt multa argumenta ad probandum, q̄ Angelus non possit moueri de loco ad locum motu continuo. Et primo arguitur sic. Si Angelus posset moueri localiter motu cótinuo, sequeretur, quòd motus illius esset perfectioris entitatis, quā ipse Angelus: sed hoc consequens est falsum: ergo & antecedens. de falsitate consequentis nullus dubitat. Consequentia

Primum principale deducitur. probatur. nam actus est perfectior potentia: sed si Angelus moueretur motu continuo, Angelus esset potentia respectu illius motus, & motus esset actus ipsius Angeli: & ita motus esset p̄fectior ipso Angelo in entitate. Maior patet, nam nobilioris entitatis est illud, quo aliquid perficitur, quàm illud, quod perficitur illo perfectiuo: modò motus perficeret Angelum in hoc casu dato, quia motus ille esset in Angelo tanquam in perfectiuo illius: & motus est actus mobilis secundum Philosophum: ergo hoc argumentum concludit.

Resp. Scoti. Respondet Scotus ad hoc argumentum supponendo, quòd illa propositio, scilicet. Omne causatum, uel creatum, quantumcunque perfectum, si nó habet in seipso omnem perfectionem sibi possibilem, est capax alicuius perfectionis. In illa propositione fundatur ista solutio, & illa propositio declaratur inductiuè, exemplificando a suprema creatura usque ad infimā, nulla datur creatura, cui non deficiat aliqua perfectio quæ cōuenit illi in ratione entis, ad minus, & potest esse subiectū alicuius accidentis perficientis illam, ad minus est subiectū suarum intellectionum; nulla datur creatura, quæ habeat omnem perfectionem: quia omnis creatura composita est ex actu, & potentia, uel priuatione, ex octaua dist. 1. semper deficit illi aliquid in ratione entis.

Secundo dico, q̄ licet perfectio, cuius est capax aliquod ens causatum, sit minoris perfectionis, quàm illud ens causatum, quod recipit illam, tamen illud ens potest illam recipere. patet de Angelo, qui potest recipere suas intellectiones, licet ipse sit nobilior ipsis: unde sequitur quòd dicendum est, Angelū posse recipere suum ubi, uel præsentiam alicuius ubi ad corpus, uel ad alium Angelum. Unde sequitur secundo, quòd lógé est maioris perfectionis in entitate ipse Angelus, quàm quæcunque perfectio, quam ipse potest recipere; & hoc formaliter, nó dico terminatiue. sed quia, ipse Angelus de una parte, & quæcunque perfectio, quam ipse potest recipere de alia parte, semper Angelus est nobilioris entitatis: & per consequens dico formaliter, & non terminatiuè; propter beatitudinem, uel actum beatificum ipsius Angeli, quem ipse recipit in seipso; & est unum accidens & qualitas quædam, quæ ut sic est multum imperfectior Angelo qui est substantia. modo substantia a toto genere est perfectior quocunque accidente quantumcunque perfecto. Terminatiuè tamen illa beatitudo est multo nobilior ipso Angelo. nam illa habet Deum infinitum in entitate pro termino: & ita patet hoc, quomodo Angelus est nobilior ipso accidente scilicet intellectione sua; & suo motu locali: licèt illa recipiat in se. nec requiritur, quòd omne quod in aliquo recipitur tanquam ab accidentali illius, sit perfectius illo in entitate. Et supponitur q̄ duplex est actus. Quidam en-

Actus duplex. titatiuus. Alius formalis. Modo ad formam, cùm arguitur sic. nego istam consequentiam. Et cùm probatur. Concedo illam, sumendo actum, & potentiam uniformiter. Actus entitatiuus est, perfectior potentia obiectiua. Actus formalis est perfectior potentia subiectiua. & sic istud argumentum non concludit.

Secundum principale deducitur. Ad secundum. Nego illud, quod assumitur. Consequenter Scotus uult probare, quòd Angelus non possit moueri motu continuo. arguitur sic. Nullum successiuum est continuum: motus est successiuus: ergo motus non est continuus. argumétum est in secundo primæ, scilicet in Celarent. Maior probatur dupliciter. Prima probatio est ad primam consequentiam. Secunda ad secundam. Prima consequentia est ista. Omne successiuum componitur ex indiuisibilibus. ergo nullum successiuum est continuum: consequentia ista probatur. nam secundum Philosophum sexto Physicorum, Unum indiuisibile non continuatur alteri. quia ista continuantur adinuicem, quorum ultima sunt unum. modò nulla indiuisibilia habent ultima, quia tunc haberent medium, & sic essent diuisibilia, quod tamen est falsum: ergo illa maior uera: & sic patet illa cōsequentia probatiua istius, scilicet nullum successiuum est continuum. & c. Secunda consequentia ad hoc idem probandum scilicet quòd nullum continuum est successiuum est ista. Omne continuum componitur ex numeris: ergo nullum continuum est successiuum. Illa assumpta probabuntur suo loco. & sic patet iste syllogismus, scilicet omnis motus est &c.

Soluitur secundum principale. Respondet Scotus ad hoc argumentum disgrediendum modicum propter illa duo antecedentia scilicet Omne continuū compositum ex &c. Et hoc, scilicet. Omne continuum compo-

nitur

nitur ex numeris. Vnde ad argumentum Scotus respondet ad illam maiorem scilicet. Nullum successiuum est continuum. & ad probationem illius, in que assumebatur illud antecedens scilicet. Omne continuum componitur ex indiuisibilibus. Scotus negat illud antecedens, tanquàm falsum. quòd autem illud sit falsum, declarat Scotus una ratione Physica, & una ratione, & demonstratione Mathematica. Ratio Physica, talis est. Si omne successiuum quodcunque esset illud componeretur ex indiuisibilibus, sequeretur quòd indiuisibile esset diuisibile. consequens hoc est falsum, & implicat, ut putat: ergo & antecedens Consequentia probatur multis modis. in sexto Physic. Scotus tamen assumit unam demonstrationem de proportione sexquialtera, nam licèt aliæ probationes sint a causa ad effectus idest a priori, tamen ista est potissima. Et pro ista supponendum est, quid est proportio sexquialtera, & quomodo est in motu.

Quid sit proportio sexquialtera.

Vnde dico, quòd proportio sexquialtera est inter illa, quorum unum continet aliud, & cum hoc medietatē illius. Vnde trium ad duo, est proportio sexquialtera. nam tria continent duo, & cum hoc unam unitatem, quæ est medietas ipsius. hoc modo etiam se habent nouem ad sex. nam nouem continet primo sex. deinde continet tria, quod est medietas da lys, sex, patet bene. modo ponatur, quòd sit una magnitudo ex tribus punctis, sicut imaginatur ille aduersarius, ut hic . . . illa componitur ex indiuisibilibus, per te; deinde sit alia magnitudo etiam composita ex duobus punctis, ut indiuisibilibus, ut hic . . ista secunda linea se habet ad primum, in proportione sexquialtera, nam prima continet illam ut patet & cum hoc mediam partem illis, unum punctū, quod est medietas illius secundæ. Hoc stante, capio unum mobile uocetur A, & unum aliud mobile uocetur B, ꝙ A, sit in duplo fortius, & uelocius quàm B, moueantur super illa spacia ad lineam. Primo A, sit super B, uel unum mobile fortius duplo sit C, & aliud mobile minus dicatur esse D, tunc C, moueatur super A, & D, super spacium B, & in æquali tempore ponatur, ꝙ moueantur: C, mouetur tempore correspondenti illi motui facto supra A, scilicet tempore composito ex tribus instantibus, tanquàm mensura, & D, super B, moueatur tempore duorum instantium, etiam proportionabiliter ad motum, & spacium, super quod fit ille motus, tunc ista omnia, spacium, motus, tempus, se habebunt in propositione sexquialtera.

Rō Scoti ad probādā cōsequētiā argumenti Philosophi.

Ex dictis, tunc arguitur sic. Quodcumque mobile sexquialterum est in uirtute, & fortitudine, uel uelocitate ad aliud mobile, in quocunque tempore transit illam magnitudinem sexquialteram, etiam aliud mobile minus in uirtute scilicet pertransibit in illomet tempore illam magnitudinem minorem, quia motus, & mobilia, & spacia, uel magnitudines, hoc modo ponuntur se habere: & illa mobilia in æquali tempore mouentur: & medietas illius temporis correspondet medietati illius motus minoris mobilis. Tunc si simul illa mobilia incipiunt moueri, mobile minus quiescit in ultimo puncto illius magnitudinis duorum punctorum, & mobile maius in illo eodem tempore quiescet in medio puncto illius magnitudinis, quæ ponitur esse trium punctorum: & ita illud tempus mensurans illum motum, non constabit nisi ex instāti cum dimidio: cum etiam in illa magnitudine non correspondeat illi nisi unus punctus cum dimidio: & ita tam instans in illo tempore, quàm etiam ille punctus in linea erit diuisibilis, quod tamen est falsum, contra Philosophum: ergo dicendum est, ꝙ successiuum non componitur ex indiuisibilibus. Ista est una demonstratio, & satis bona.

Secundo ad idem.

Secundo ad idem, scilicet quòd cōtinuum, uel successiuum non componitur ex indiuisibilibus. arguitur sic. Continuum permanens, non componitur ex indiuisibilibus: ergo nec successiuum. Vnde pro hoc notandum est, quòd duplex est continuum. Quoddam est permanens, & quoddam est successiuum. Continuum permanens, est illud quod non est tantum in fieri, sed in facto esse, quod quando fit, non est. quando uerò factum est, est. ut ista trabes, illa tabula. Continuum autem successiuum est illud, quod non est quando factum est, sed est in continuo fieri: ut motus, & tempus, dum fiunt, sunt; cum facta sunt, non sunt. Modò probatur. ista consequentia. quòd si ista tabula non componitur ex indiuisibilibus, quòd nec se tempus, uel motus. arguitur sic. Capio unum mobile quod moueatur per illud spacium in quo sunt infinita ubi, ut patet, quæro tunc. Vel illa ubi sunt diuisibilia, uel indiuisibilia: qđcunque dicas aliquid erit, Si illa sunt indiuisibilia, habeo propositum. nam ille motus localis est continuus, & componitur ex illis diuisibilibus: & per consequens non componitur ex indiuisibilibus, ut dicit. Si autem dicas, illa ubi esse indiuisibilia: tunc quæro. Vel illa ubi sunt sibiinuicem immediata, uel mediata. quodcunque dicas habeo contra te. Si sunt immediata sine aliquo medio: ergo sequitur, quod ultime illorum sunt simul; quod tamen est manifestè falsum, cùm illa ubi, nullum habeant ultimum, nec medium: quia non essent immediata, quod tamen ponitur per casum. essent ergo indiuisibilia immediate, & ultima, quod nullus concedit. Et ita restat, ꝙ illa ubi sunt sibiinuicem mediata. Quæro tunc. Quomodo mobile quod mouetur supra illud spacium in quo illa indiuisibilia sunt sibi mediata, quomodo se habet mobile in illo medio? quomodo mensurabitur? non uidetur quòd mensuretur aliter, uel alio, quàm tempore, ergo illud medium est diuisibile: & ita restat dicendum, quòd illud mobile mouetur per diuersa ubi diuisibilia, & ita continuum non componitur ex indiuisibilibus, quod est propositum. Et ista non tangitur a Philosopho quinto Physicorum, quia de motu, & magnitudine idem est iuditium, etiam de tempore. nam motus semper fit super aliqua magnitudine, & mensuratur aliquo tempore; & ideo argumentum ualet æquè bene de uno, sicut de alio. ista ergo est ratio, & bona, Philosophicè loquendo. & sic patet istud.

Ratio Mathematica.

SECVNDÒ principaliter arguitur etiam mathematicè ad probandum illud esse falsum scilicet quòd continuum componatur ex indiuisibilibus. Et Gregorius etiam facit istam rationem, licèt breuius, & quicquid probatur de quantitate permanente, multo plus concludit de quantitate successiua. arguitur sic. Si continuum componeretur ex indiuisibilibus, sequeretur quòd minor circulus esset æqualis maiori, & quòd pars esset æqualis suo toto. consequens tamen utrunque est satis falsum in Geometria: ergo & antecedens. consequentia probatur supponendo illam propositionem primi Euclidis, ꝙ scilicet. Super centrum quodlibet, quantumlibet occupando spacium, contingit circulum describere, & ita super centro dato, & spacio. descripta circumferentia, quacunque contingit adhuc maiorem designare; ut patet bene. cum circino signetur punctus, deinde fiat unus circulus; deinde alius; semper ultimus erit maior, & occupabit maiorem locū, ut hic patet. Istud centrum, punctus scilicet in medio dicatur A, maior uerò circulus dicatur B, & minor D, isti circuli sunt compositi ex indiuisibilibus, ut dicis, cum sunt quædam continua, & permanentia. tunc apertè sequitur, quòd duo pūcta immediata sint in qualibet circumferentia dictorum duorum circulorum. signentur illa duo puncta in maiori circumferentia, quorum unum sit B, alterum sit C, & ducantur duæ lineæ rectæ a puncto illo centri scilicet ab A, ad illa duo puncta maioris circumferentiæ, nempè ad B, & C, proculdubio illæ duæ lineæ rectæ transibunt per circumferentiam minoris circuli, cum sit in spacio contento a circumferentia maioris circuli. Tunc quæro. Vel illæ duę lineæ, quarum una dicitur A, B, altera uero A, C, secabunt circumferentiam minoris circuli in eodem puncto, uel in alio, & alio puncto. Si dicas, quòd in alio, & alio puncto. sequitur, ꝙ tot puncta sunt in minori circumferentia, quot sunt in maiori, quod est contra sensum, & contra unam propositionem Euclidis quòd impossibile est duo inæqualia componi ex partibus æqualibus in magnitudine, & multitudine. quod autem circumferentiæ illæ maioris, & minoris circuli habeant partes æquales, patet, nam duobus punctis in minori circumferentia, præcisè, correspondent duo puncta in maiori circumferētia, & non plura; quia dicis, quòd in duobus punctis, lineæ diuidunt illam minoris circuli circumferentiam, & ille puncta sunt æqualia, quia sunt indiuisibilia, & unum non est maius altero: & ita non potes dicere quòd illæ duæ lineæ secent illum minorem circumferentiam in duobus punctis. Si autem dicas, quòd secant eam in eodem puncto, tunc probatur quòd sequitur ex hoc dicto, quòd pars est æqualis ad minus suo toto; probatur consequentia. quia consequens est contra omnē sensum, & Geometriam. consequentia ergo probatur. Volo, sicut est possibile, quòd super lineam A, B, erigatur linea recta, sunt est possibile, illa causabit angulos duos rectos, uel æquales, duobus rectis, secundum illam petitionem Euclidis. Omnis linea recta cadens super lineam rectam, causet angulos duos rectos, uel æquales duobus rectis. & quia illa tangit circulum minoris circumferentiæ. uocabitur linea, contingentiæ, tunc ex ductu illarum linearum supra illam rectam causantur duo anguli, quorum unus est maior, alter est minor, &

unus

unus eſt pars alterint, & tamen æquales, quia ſunt anguli recti, uel æquales duobus rectis, & omnes anguli recti, ſecundum Euclidem, uel æquales duobus rectis, ſunt æquales inter ſe, & ita pars æqualiter toti. iſta ergo demonſtratio paret.

Euaſio Odonis ad rōnē Scoti.

Ad hanc tamen datur una euaſio. licèt ipſa ſit bene clara. Si figuræ bene fiant. Euaſio eſt domini Giraldi Odonis, tenentis, ꝙ continuum componitur ex indiuiſibilibus, dicit ipſe, quòd ratio, uel demonſtratio ſupponit unum falſum, ſcilicet quòd illæ duæ lineæ ab A, centro ad punctum B, & ad punctum C, eiuſdem circumferentiæ faciunt angulum: quod eſt falſum. nam dicit ipſe, quòd angulus eſt contactus duarum magnitudinum, & hoc cauſaliter intelligendo, ſcilicet quia cauſatur ex duabus magnitudinibus ſe mutuo tangentibus: & quòd illæ duæ lineæ poſſent fundare baſim, quod tamen eſt falſum: quia illa duo puncta, ad quæ trahuntur lineæ illæ duæ ad circumferentiam ſunt ſibi inuicem immediata, & non mediat aliquid inter illas, propter quod ipſæ non poſſent fundare baſim, nec per conſequens facere angulos.

Reijcitur euaſio.

Reſpondet tamen ad hoc Scotus, ꝙ iſta euaſio eſt nulla, & quia rō ſua ſtat; quia ex iſta euaſione ſequuntur duo inconuenientia. Primum eſt, ꝙ ſi duæ illæ lineæ non poſſunt conſtituere angulos, nec fundare baſim, eſt inconueniens. contra diffinitionē anguli traditam ab Euclide in primo, ꝙ quæcunque duæ lineæ concurrentes non directè, poſſunt fundare baſim, & cauſare angulum, ut hic ⊤. nam iſtæ duæ lineæ rectè concurrunt, & non directè applicantur, ideo faciunt angulum. Vnde lineæ concurrentes directè applicatæ, ſunt quæ non cauſant ex illo concurſu angulum, nec fundant baſim; ut hic ═══ illæ tamen primæ concurrunt non directè, quia una recta aliam interſecat, & concurrunt ad idem punctum in una parte, & ad aliud, & aliud punctum, in alia parte. hoc ergo eſt contra Euclidem. ergo illa euaſio nulla eſt. inducitur etiam unum aliud inconueniens, quod melius declaratur in figura &c.

Arguit Scotus contra euaſionem.

¶TAMEN quia hæc non reputarentur &c.] Arguebatur heri una ratione contra illos dicentes, quòd continuum componeretur ex indiuiſibilibus. & hoc una demonſtratione Mathematica, ad quam fuit data una euaſio de mente illorum: contra quam argutum eſt deducendo ad inconueniēs in Geometria, contra diffinitionem anguli, & contra illam petitionem, quòd a puncto in punctum contingit lineam rectam trahere. ſed quia illi non haberent iſta pro inconuenienti, quia forte negarent Euclidem, ideo aliter arguitur deducendo ad aliud inconueniens, ſcilicet ꝙ oportet illum dicere, partem eſſe æqualem toti. probatur ergo, angulus B, D, E, & angulus C, D, E, ſunt æquales, & ꝙ unum eſt pars alterius. arguitur ſic. Angulus C, D, E, addit aliquid ſupra angulum B, D, E. ergo ille angulus C, D, E, erit totum ad illum alium angulum, quia includit illum, & cum hoc aliquid aliud. Quòd autem addat aliquid &c. probatur quia addit punctum unum, & per te, punctus eſt pars, cum dicis, ꝙ puncta indiuiſibilia componunt illam circumferentiam, & circulum: ſed omne, quod addit aliquid ad aliud, eſt pars illius: ergo ille angulus eſt pars, alius uero totum, & ſunt æquales, ut probabitur. ergo &c.

Sed ꝙ ille angulus addat ad alium angulum unum pūctum, patet, unde pro hoc notandum eſt, quòd de angulo eſt duplex opinio. Quædam dicit, quòd angulus non eſt, niſi ſpacium interceptum inter duas lineas concurrentes non directè; & hoc excludendo lineas, non computando illas, ſed ſolum illud ſpacium uocant angulum. quidam dicunt aliter, quòd. ſ. angulus eſt non ſolum illud ſpacium interceptum inter duas illas lineas, ſed etiam illæ duæ lineæ. modo hoc ſtante, probatur, ꝙ Angulus C, D, E, addat punctum. nam ſcd̄m primam opinionē de angulo, ille pūctus eſt pars illius anguli C, D, E, & eſt aliqd illius, licèt non ſit pars, uel aliquid ipſius anguli B, D, E. ergo ille angulus C, D, E, ad angulum B, D, E, uel ſupra illum, addit aliquid, quod eſt pars illius. ſ. punctum & ita eſt totum reſpectu illius, & æquale: ergo &c. propoſitum hoc clarè patet in figura. Si aūt teneatur ille modus dicēdi de angulo, ꝙ. ſ. angulus non tm̄ illud ſpacium dicit, ſed ēt lineas, tunc ēt probatur ꝙ angulus C, D, E, addat aliquid ad angulum B, D, E, patet, quia illud ſpacium cum illis lineis, per te, cauſat angulum, & in illo angulo non includitur ille punctus, qui ſignatur in circumferētia circuli minoris, licèt bene terminet illas duas lineas, ut patet in figura propoſita: & ita quomodocunque dicas de angulis, ſemper habeo, ꝙ angulus C, D, E, addit punctum ad minus ſupra alium: & ſic eſt totum, & pars: & pars erit tunc æqualis toto: quod tamen eſt falſum: ergo &c. & textus iſte debet paſſim legi, ibi, contra illam poſitionem, aliter argoo &c.

Excluditur euaſio.

Sequitur nunc. Nec poteſt aliquo modo &c. Scotus excludit unam euaſionem, quam daret aliquis proteruus; dicēdo ꝙ illa ratio Scoti ſupponit unū falſum, ſcilicet ꝙ illæ duæ lineæ, quæ protrahuntur ab A, centro ad C, & D, puncta Signata in circumferentia non incipiant ſe ſeparare abinuicem in circūferentia minoris circoli, ſed propè A, centrum, imo diceret ille, quòd diuidunt ſe adinuicem propè A, centrum; Ideo dicit Scotus, benè uolo, quòd ubi noluerit, diuidantur ad inuicem. nam non poſſunt ſemper coniungi, quia ad alia, & alia puncta terminantur, & incipiunt ab eodem; ſignatur ergo locus ille in quo ſe diuidunt, & ab ipſo ad circumferentiam trahatur una linea ——— ſemper quæram ſicut in prima demonſtratione; & ita bonum eſt circa centrum ſignare tres circulos, & ita iſta euaſio non ualet. Dicit tamen Scotus, quòd quando quærebatur, Vtrum illæ duæ lineæ diuiderent circumferentiam primam, & ſecundam, in uno puncto uel in duobus. ſi in uno benè improbatur multis rationibus. nam ſolus proteruus eſſet ille, qui diceret, quòd duæ lineæ ductæ ab uno puncto ad diuerſa puncta, terminarentur ad punctum. Et ſi illud concedatur, tunc illa demonſtratio prima ſtat contra illud; & ſic patet iſta demonſtratio magis in figuris, quàm aliter.

2. demōſtratio ex Decimo Euclidis.

Secunda demonſtratio eſt pulchrior ex quinta, & ſeptima, decimi Euclidis, ſecundum quam probatur, ꝙ Continuū non poſſit componi ex indiuiſibilibus. Nam ſi continuum componeretur ex indiuiſibilibus, ſequeretur quòd diameter quadrati, & coſta eiuſdem quadrati, eſſent æquales, & commenſurabiles. conſequens tamen eſt ad ſenſum falſum; & contra Euclidem; ergo & antecedens. falſitas conſequentis probatur primo, deinde infra benè probatur iſta conſequentia. Falſitas ergo conſequentis probatur primo ſyllogiſtice. arguitur ſic. Omnium quantitatum commenſurabilium proportio eſt ad inuicem, ſicut eſt proportio alicuius numeri ad alium numerum, & ſi lineæ aliquæ ſunt commenſurabiles, ſimiliter quadrata illarum linearum ſe habebunt adinuicem, ſicut unus numerus quadratus ad alium numerum quadratum. Sed minor eſt iſta. quadratum diametri, & quadratum coſtæ non ſe habent adinuicem, ſicut unus numerus quadratus ad alium numerum quadratum; ergo illa duo non ſunt commenſurabilia adinuicem; ſcilicet quadratum diametri. & quadratum coſtæ. & per conſequens illud antecedens eſt falſum, ꝙ quadrati diameter, ſit æqualis coſtæ eiuſdem, uel è cōuerſo. unde in illa maiore ſunt duæ propoſitiones ipſius Euclidis. Prima eſt, ꝙ Omnium quātitatum commenſurabilium &c. Vnde pro iſta propoſitione.

Prima propoſitio Euclidis.

notandum eſt, quòd illæ quantitates dicuntur commenſurabiles adinuicem, quæ habent eandem quantitatem, & eandem partem aliquotam commenſurantem utramque partem. Exēplum. Capio unam menſuram magnam, pura, decem ulnarum, deinde capio unam aliam minorem, ſex ulnarū. Duo erit pars communis menſurans utramque quantitatem, & eſt pars aliquota ad decem. replicando enim duo ſuper idem mēſuratum quinquies, reddet illud totum, uel ſuper ſex, ter, reddat ipſum totum, ſcilicet ſex: & ſic dicuntur partes aliquotæ, quæ aliquoties ſumptæ, reddunt ſuum totum. Notandum ſecundo ꝙ omnes numeri mundi ſunt commenſurabiles adinuicem, & hoc quomodocunque multiplicetur, ratio eſt, quòd omnis numerus mundi habet unitatem partem aliquotā ſol, ſecundum quam omnis numerus poteſt alteri commenſurari, per reaſſumptionem, uel reduplicationem ipſius unitatis aliquotiens, patet, quia numerus decem commenſuratur, & redditur, ſumendo decies unam unitatem. & ſic patet illud notabile bonum.

2. propoſitio. Quid ē numerus quadratus.

Secunda propoſitio, quæ aſſumitur in illa maiore, eſt ex ſeptima propoſitione libri. 10. ipſius Euclidis. quòd ſi lineæ conſtituentes &c. Notandum tamen pro hoc, quòd numerus quadratus eſt numerus, qui reſultat ex multiplicitate eiuſdem numeri in ſeipſum. Vnde notandum eſt, quòd differentia eſt inter multiplicare numerum, & reduplicare ipſum numerum. patet, quia dicendo, Ter tria, reduplico ſuper ſe numerum ternarium. & dicendo quater quatuor reduplico ſuper ſe numerum quaternarium &c. ſed quando dico, tria, & tria faciunt ſex, quatuor. & quatuor faciunt octo, multiplico numerum. quando autem dico, ter tria, quater quatuor, tunc eundem numerum reduplico ſupra ſeipſum. Notandum tamen, quòd tunc proprie multiplicatur numerus, quando unus, & idem numerus totiens ſumitur, quot habet unitates in ſe. ut ſex, quando capio ſexies unū, & quatuor, habet quatuor unitates, ideo dicendo quater quatuor eſt perfecta reduplicatio, & perfectus etiam numerus quadratus ſecundum omnia latera, & ſunt ſexdecim quatuor in quolibet latere, ut patet hic . . . . etiā quinquies quinque eſt numerus quadratus de . . . . qu

que, & sunt uigintiquinque, & ita patet prima maior, discurrendo per numeros quadratos. Minor probatur in textu habendo figuram. cōsequentia etiam probatur. quia detur unum quadratum. & quæro. Vel tot puncta sunt in costa quadrati, quot sunt in diametro, uel nō sunt tot. Si sunt tot in uno, quot in alio: sequitur propositum, quòd scilicet sunt commensurabiles, quod tamen est falsum. Si autem non sunt tot puncta in costa, sicut in diametro, adhuc sunt commensurabiles, quod tamen est falsum. probatur consequentia secundum illam regulam Euclidis, quòd Quicunque numerus ad alium numerum est commensurabilis, deinde illæ duæ lineæ, scilicet costa, & diameter essent æquales. probatur. Nam uolo, quod signentur duo puncta æquè distantia a basi quadrati; deinde trahe duas lineas a puncto ad punctum, hoc est possibile secundum Euclidem. tunc ille duo puncta, per te, erunt immediata sibi inuicē, & illæ duæ lineæ secabunt ipsum diametrum. Tunc quæro. Vel illæ duæ lineæ secabunt diametrum in duobus punctis sibi immediatis, uel in duobus mediatis. quodcunque dicas, habeo contra te. Si secat in duobus immediatis, tunc sequitur, quòd tot puncta sunt in costa, quot sunt in diametro: patet. nam ubicunque in costa signentur illa duo puncta, semper in diametro correspondebunt illis etiam duo immediata. hoc tamen consequens est falsum: ergo oportet dicere, quòd non secent in punctis immediatis: ergo secant in punctis mediatis, & tunc est punctus medius in illo diametro, inter illas duas lineas secantes. Tūc uolo, quòd ab illo puncto in diametro ad costam, trahatur una linea, hoc enim est possibile. quia secundum Euclidem: Quicunque punctus natus est terminare lineam, & fundare illam. Tunc ille linea est æquè distans ab illis, tam in diametro, quàm in costa. & ita semper remanebit, quòd tot puncta erunt in costa, sicut in diametro. & per consequens, quòd costa erit æqualis, & commensurabilis ipsi diametro. hoc tamen est falsum: ergo dicendum est, quòd continuum non componitur ex indiuisibilibus; continuum, scilicet permanens: & illa positio destruit totum primum, & decimum Euclidis. nam ille decimus liber est de lineis rationalibus, & irrationalibus.

Quid sit linea rationalis. Vnde pro hoc notandum, quòd linea rationalis est, quæ est alteri commensurabilis, ut duæ lineæ costæ quadrati. Sed illæ dicuntur irrationales, uel surdæ, quæ sunt incommensurabiles, ut sunt costa, & diametrum uniusdem quadrati. nam impossibile est unam esse tantam, quanta est alia; & ita si nulla est linea incommensurabilis costæ, iam nulla dabitur linea irrationalis. & ita patet illud primum antecedens esse falsum, scilicet Continuum componitur ex indiuisibilibus. &c.

2. probatio. Ex eodem etiam medio probatur &c. Ad probandum, quòd Angelus non possit moueri motu continuo, arguebatur sic. Nullum continuum est successiuum &c. ad illud, quod assumebatur, quòd scilicet Omne continuum uel permanens: uel successiuum componatur ex indiuisibilibus. dictum est quomodo illud est falsum. & demonstratum est, illud esse falsum tam Physicè, quàm etiam mathematicè. Assumebatur etiam ad probandum illam maiorem unum aliud, scilicet quòd Omne successiuum componatur ex minimis. Et de isto nunc est uidendum.

Concl. Sco. Continuum non componitur. & dicit Scotus suam conclusionem, scilicet Falsum est, quòd successiuum componatur ex minimis. imo eius oppositum est uerum, scilicet successiuum non componitur ex minimis. probatur hoc, supponēdo, quid est minimum. & ideo arguit ipse inquirendo. Dicis, quòd successiuum componitur ex minimis. Quæro, quid intelligis per minimum, uel intelligis per minimum illud, quod potest præcisè terminare lineam. Vel intelligis per minimum illud quod potest intercipi inter duas lineas, uel inter terminos duarum linearum. quodcunque dicas, habeo contra te. Vnde notandum est primo, quòd illud, quod præcisè potest terminare lineam, est punctus. quia punctus simpliciter est indiuisibilis secundum latitudinem, & profunditatem. modo linea est indiuisibilis secundum latitudinem, & etiam secundum profunditatem. & dico, quòd opinio

Inter duo puncta pōt poni minimū, non a s punctus secundū Odonem. illius Doctoris, scilicet Geraldi Odonis esset, quòd duo puncta sint sibi inuicem immediate in continuo; & quòd inter duo puncta, nullus punctus capi posset, sed benè unum minimum, si ergo per illud minimum intelliges punctum, iam est improbatum, quomodo continuum non potest componi ex punctis, & indiuisibilib. & per cōsequens nec ex minimis, hoc modo intelligendo. Si autem per illud minimum intelligas illud, quod potest intercipi inter terminos duarum linearum, uel inter duas lineas, sequuntur multa inconuenientia. Vel primo, quòd Circulus minor est æqualis maiori. Vel quòd est dabile minus minimo. Vtrumque tamen est inconueniens, & absurdum: ergo, & illud ex quo sequitur. primum tñ probatur, quia sequatur. Nam signentur duo circuli circa unū centrū, ut hic. Trahantur duæ lineæ in altum ab ipso centro ad ipsa duo puncta in circunferentiis, quæ puncta sunt sibi inuicem (per te) immediata. Tunc quæro. Vel inter illa duo puncta, in qua illæ lineæ secant circunferētiam minoris circuli, includunt tale minimum, quod ponis, uel non. Si sic; Tunc tot minima erunt in circunferentiam parui circuli, quot in circunferentia maioris circuli, quod est propositum, & inconueniens. Si autem dicas, quòd illæ lineæ ductæ a centro ad circunferentias terminentur ad duo puncta in circunferentiis, quæ puncta sunt sibi inuicem mediata; tunc sequitur primo duæ lineæ protractæ ab uno puncto ad duo puncta distincta concurrerent in medio, quod tamen est falsum, ut patet hic nunquam ex quo recedunt ab illo puncto concurrunt, quantumcunque protendantur: ergo si illæ duæ lineæ terminarentur ad duo puncta distincta, tunc a puncto unius ad punctum alterius, trahatur una linea in hunc modum, illa linea tracta a puncto unius ad punctum alterius, dicitur esse basis, & fundat basim trianguli, & est linea recta; & secundum Euclidem, Omnis recta linea potest diuidi in duas; diuidatur. tunc si inter illas duas lineas includebatur minimum, patet, quòd minimum diuidetur, ut hic & ita dabitur minimus minimo; quia quælibet pars illius minimi erit minor toto, quod tamen est falsum. ut patet, & contra sensum, & Philosophum. Vnde quicquid intercipiatur inter illas duas lineas, siue punctus, siue etiam aliquod minimū, semper sequitur aliquod istorum inconuenientium. & ideo concludit Scotus, quòd scilicet, siue uno modo, siue alio modo, idest siue illa positio intelligatur modo primo, scilicet quòd Continuum componatur ex indiuisibilibus, siue secundo modo, scilicet quòd Continuum componatur ex minimis, nunquam illa positio stabit, quin semper sequantur inconuenientia.

Aegidius respōdet ad rones Scot. Et ideo consequenter inducitur dominus Aegidius Romanus respondens ad istas rationes geometricas, quibus probabatur de mente Scoti, quòd Continuum non componatur ex indiuisibilibus. Vnde Aegidius dat unam distinctionem de minimo. quòd Duplex est minimum. Quoddam est minimum secundum formam. Quoddam est minimum secundum materiam. quam distinctionem dicit esse ipsius Philosophi libro 2. de generatione, capitulo primo. ubi dicit, quòd dabilis est pars secundum formam, & pars secundum materiam; dicit Aegidius nunc, quòd illæ demonstrationes ex principiis Euclidis, benè demonstrant, quòd non datur minimum secundum materiam; & istud benè concedo. nec de istis minimis secundum materiam componitur continuum tanquàm ex partibus.

Minimū capitur dupliciter secundum Aegydium. Secundò dicit iste Doctor, quòd illæ demonstrationes non concludunt quin detur minimum secundum formam: nec probatur, quòd continuum componatur ex minimis secundum formam; licet benè ualeant ad probandum, quòd continuum non componitur ex minimis secundum materiam, quia talia minima secundum materiam non daretur: & illa est una uasio ad illas rationes. Et ideo pro hoc declarando magis, & soluendo, oportet uidere, quod est pars secundum materiam, & quid secundum formā. Vnde dico, quòd distinctione. 44. quarti qō. 1. Vtrum in quolibet homine resurget &c. secūdum Scotū dicimus, quòd, Pars secundum formam est illa pars in composito naturali, quæ pars est tantæ uirtutis, & tantę perfectionis, quòd ipsa potest agere ad sui conseruationem, quia potest cōuertere cibum in substantiam aliti, quo ipsa conseruetur, & suum totum. Vnde sequitur, quòd non quælibet pars hominis uiuentis dicitur esse pars hominis secundum formam, sed solū illa, cuius est agere. nam ipsius formæ est agere, modo non omnes partes in homine dicuntur agere, & concurrere ad conseruationem sui, & totius, conuertendo alimentum. Secundo, dico, quòd pars secundum materiam est illa, quæ est ita minimæ entitatis, & uirtutis, quòd ipsa non potest coagere, & concurrere ad conseruationem sui, & sui totius, sua uirtute, licet benè uirtute alterius. ad differentiam partium secundum formam, quæ propria uirtute concurrunt, ut sunt minimę partes carnis, uel ossis, & dicuntur secundum materiam, secundum Scotum, quia sicut ipsius materiæ non est agere actione reali, & Physica, etiam ipsius partis secundum materiam non est agere; & sic patet, quid intelligimus partes secundum materiam, & secundum formam, secundum Doctorem nostrum.

Sed quid Aegidius intelligat, quærendum est ab ipso. ideo.

Scotus

Scot. quærit, & arguit inquisitiuè, quid intelligis per partes secundum materiam, & secundum formam? Vel primo intelligis, quod pars secundum formam, est pars naturalis, & Physica; & pars secundum materiam est pars mathematica. & iste est primus sensus, in quo potest illud intelligi. Vel Secūdo modo partem secundum speciem, i. formam, intelligis partem illam, quæ nata est separari a toto: & per partem secundum materiā, intelligis partem, quæ non est nata separari in toto, imo si separaretur a toto, iam non posset esse. Secundus sensus, quo potest intelligi, est ista. Tertio modo per partem secundum formam intelligis partem alicuius totius, inquantum habet formam; & per partem secundum materiam, intelligis partem alicuius, inquantum habet materiam. hic est tertius modus, & distinctus ab aliis duobus, quos potes intelligere partes secundum materiam, & secundum formam; & quia isti modi impugnantur prolixe, oportet illos benè intelligere, & separare unum ab alio.

1. sensus. *2. sensus.* *3. sensus.*

Si ergo quo ad primum sensum intelligas partes secundum formam, partes naturales, Physicas, cum conditionibus naturalibus, idest qualitatibus sensibilibus, & quod illa, secundū quod sunt quædam quanta, sunt diuisibilia in infinitum: nec hoc modo datur minima pars secundum formam, & inquantum sunt naturalia entia, scilicet cum illis qualitatibus, non sunt diuisibilia in infinitum; sed tunc datur minimum secundum formam, secundum Philosophos antiquos, & pars inquantum quanta tunc esset pars secundum materiam, & nō daretur minima. si isto modo intelligas, iam coincidis cum illis Philosophis antiquis: & iste modus impugnabitur. Secundus sensus est, quo iste Doctor potuit intelligere minimum secundum formam, non tamen secundum materiam, &c. illud etiam dicebant antiqui Philosophi, quòd dabatur pars, uel minimum quod poterat per se existere extra totum; non tamen dabatur minimum in toto; quia omne totum est diuisibile in infinitum. quacunque ergo parte data in toto, cum illud esset diuisibile, semper daretur minor; & illa quæ non est nata esse sine toto, dicitur secundum materiam, &c. Vel Tertio & iste modus est omnino extraneus quia tunc quæcunque pars totius esset secundum formam, & secundum materiam: quia omnis talis est composita ex materia, & forma: habet materiam, & formam; patet benè, in ipso toto homogeneo, quod est eiusdem rationis in se, & suis partibus omnibus: ut aqua, ignis &c. & ideo iste tertius modus, uel sensus dimittitur tanquam inutilis.

Primus sensus declaratur. *Secundus sensus declaratur.*

Et ideo ad alios duos ueniendo, uidendum est, utrum sit dabile minimum secundum formam, idest minimum naturale, non tamen minimum secundum materiam, idest non minimum mathematicum. quærendum est, utrum ista euasio ualeat, & uidetur primo quòd non est dabile minimum naturale, uel secundum formam, secundum illud Commentatoris comen. 50. tertii Physicorum, ubi agit de linea naturali. & dicit quòd quæcunque linea naturalis est diuisibilis in infinitum, sic quòd naturalitas non impedit, quin illa linea dicatur diuisibilis, sicut linea quæcunque mathematica: uel quin diuidatur. unde nunquam quantitas est sine ipsis qualitatibus naturalibus licet per intellectum abstrahantur. benè tamen illa naturalitas impedit augmentum in infinitum; quia nullus homo est augmentabilis in infinitum, quamuis sit diuisibilis in infinitum. Nam homo determinatur ad maximum, & minimum, sicut alia entia; ut patet in primo Physicorum & ita non datur minimum naturale; nam illud esset maximè linea naturalis, quæ tamen est diuisibilis; & ita continuum non componitur ex minimis secundum formam, idest ex minimis naturalibus & hoc uult præcisè Commentator in illo loco.

Tertius sensus Aegidij relinquitur & duo primi examinantur.

Ad illud idem, Philosophus lib. de sensu, & sensato, dubitatione prima, & allegatur in oppositum istius quæstionis. unde quærit Philosophus ibidem. Vtrum naturales passiones sint diuisibiles in infinitum. respondendo dicit, hoc esse certum, scilicet quod passiones naturales secundum speciem, sunt determinatæ, & in numero determinato; probat ipse, quia duo contraria sunt finita, limitata, & determinata. quia Contrarietas est oppositio duorum extremorum. modo naturales passiones, uel sunt contrariæ adinuicem, uel sunt aliquorum quæ adinuicem contrariantur, uel quæ includuntur inter contraria: ergo sunt finitæ, & determinatæ: patet consequentia, nam illa quæ includuntur inter contraria, sunt infinita, patet quin albedo, & nigredo formaliter repugnant, & media inter illa sunt finita. patet, quia non datur alia species ab albedine, uel nigredine; quin includant illa, & sic passiones naturales sunt finitæ, ut patet in illo loco. secundum ergo illās; non erit maximum, & minimum.

Vtrum passiones naturales sint finitæ secundum suum singulare, uel indiuiduum, sic, quòd sit dabile minimum album, uel minima albedo, uel minimus color, naturaliter, & Physicè loquendo? Vel utrum sit processus in infinitum possibilis in illis qualitatibus? de hoc dubio Philosophus remanet ambiguus. Tamen finaliter uidetur dicere pro resolutione, quòd non. quia illæ passiones naturales habent esse in continuo; & omne continuum est diuisibile in infinitum. unde albedo, est passio naturalis albi, quia perficit illud in esse naturali; & ista est sententia Philosophi. & ita patet, quòd non datur minimum naturale, & non datur etiam minimum in continuo, secundum formam; tamen quomodo illa authoritas aliquo modo dicatur esse contra nos, dicemus infra. & ita patet, quòd in isto sensu, euasio Aegidii non ualet.

Vtrum passiones naturales sint finitæ.

Ad idem, scilicet contra Aegidium arguitur, quòd non sit dabile minimum secundum formam, idest naturale probatur sic. Quodcunque aliqua passio inest alicui subiecto præcisè secundum unam rationem, cuicunque illa ratio conuenit, & æqualiter, etiam illa passio conuenit illi, & æqualiter: Sed sic est, quòd diuidi posse in partes integrales, & eiusdem rationis æqualis, nulli conuenit, nisi formaliter per quantitatem, tanquam per rationem formalem: ergo cuicunque conuenit habere quantitatem, etiam illi conuenit per illam tanquam per rationem formalem diuidi in partes æquales, & integrales; sed sic est, quòd tam maximo, quam etiam minimo conuenit habere quantitatem, & extensionem: ergo etiam illis conuenit habere, uel diuidi posse in partes extensas, & quantitatiuas, tam maximum, quàm & minimum, & partes æquales, & ita non dabitur minimum naturale. Maior declaratur uno exemplo tali. Videre conuenit nobis secundum oculos, uel secundum potentiam uisiuam, & non secundum dentes, aliter multi essent cæci, quod non sunt, quia non habent dentes; etiā audire conuenit secundum aures, & ita æqualiter habentes illas potentias non impeditas possunt exire in actibus secūdum illas, & potest illis conuenire, audire, & uidere. ista maior est una regula, quæ sumitur ex secundo Topicorum. Cuius etiā subiectum includit prædicatum. minor benè patet, quia diuisibilitas in partes integrales, est passio quantitatis nobis, & non diuisibilitas in partes entitatiuas. ista enim conueniunt ens secundum quantitatem perfectionalem, & entitatiuam; & tamen non diuidimus substantiam in partes magnas, longas, & latas, nisi per ipsam quantitatem molis. consequentia probatur quia illud minimum naturale æquè benè habet quantitatem, sicut illud maximum, licèt non ita magnam. Vnus habens paruos oculos, & paruas aures, æquè benè, & faciliter, imo aliquando facilius, & melius uidet, & audit, quam ille, qui habet magnos oculos, & aures magnas; & ita cum in illo minimo secundum formam, idest naturale, datur quantitas, iam diuiditur: & ita non erat minimum; & per consequens, non datur minimum secundum formam, idest naturale, quod erat probandum.

a. rō Scotus cōtra Aegidium. *Maior rō regula ex secundo Topic.*

Qvod si Dicatur, quod forma &c. Dicebat Aegidius de Roma in quadam euasione, quam dabat ad rationes Scoti, quod ille bene concludebant de minimo secundum formam, nō tamen de minimo secundum materiam, quia nullum tale uidetur; Et quærebat Scotus impugnando illud, quomodo intelligebat illud secundum illos tres sensus, quos dedit, dimittendo tamē Tertium sensum, circa alios duos stando. & dictum est, quod nō datur minimū secundū formā, idest naturale in primo sensu; quia omnis passio Physica, & realis &c. Ad istud ouncdatur una euasio, quam daret Aegidius ad illam rationem Scoti, quando arguitur: Omne quantum naturale potest diuidi &c. Dat Aegidius unam distinctionē, quod omne habens quantitatē formaliter possit diuidi, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quando forma minimi non obstat, idest quādo ita minimum, quod nullum est illo minus. Alio modo, quòd possit diuidi, quā do forma numeri obstat, hoc est quòd minimum est tale, quòd in illo est aliquid maius, tamē dicitur etiam minimum. Modò illa euasio dicit duo. Primum est, quòd omne habens quantitatem, quantumcunque dicatur minimum, est diuisibile in partes, & hoc, quando illud quantum habens partes, non est minimum. Dico secundo, quòd non omne illud, quod habet quantitatem, potest diuidi, quādo illud scilicet est minimum. Dico, nunc. Tertio etiam ad propositum, quòd illud minimum naturale, quantumcunque habeat quantitatem sicut maximum, non tamen potest diuidi, quia est minimum tale, quòd forma minimi

Euasio Aegidij.

minimi impedit, ne diuidatur. Est euasio illius satis leuis.

Arguit Sc. contra euasionem. Contra istam euasionem arguit Scotus bene. & primo sic. Si habens quantitatem, formam non posset diuidi propter formam minimi, sequeretur, quòd minimum naturale, non esset quantum: consequens est falsum, & contra te. & absurdum, in philosophia, quòd sit quantum, & naturale, & quòd non habeat quantitatem, quæ est indiuisibilis; ratio non potest illud permittere; Falsitas consequentis patet, probatur tamen consequentia; supponendo, quòd omne quantum habeat partes, & omnis pars est minor toto. & quòd antecedens argumenti est hoc. Omne quantum habet partes integrales, & consequens argumenti est, & potest diuidi in partes quantas, & eiusdem rationis, hoc est consequens. nam Scotus dicit, quòd bene sequitur ista consequentia bona. habet quantitatem, & partes, ergo est diuisibile in partes quantas. Tunc probatur illa consequentia argumenti & arguitur sic. Si aliqua consequentia sunt incompossibilia adinuicem, etiam antecedentia illorum cōsequentium erunt incompossibilia. Et si illa, quæ sunt de ratione aliquorum sunt adinuicem incompossibilia, etiam illa de quorum ratione illa dicuntur esse, erunt incompossibilia. Sed sic est, quòd diuisibilitas in partes integrales, & eiusdem rationis; consequitur quantitatem molis, uel est de ratione illius: ergo cuicumque repugnat hoc, quod est, posse diuidi in partes quantas, & integrales, quod est consequens, etiam illi eidem repugnabit quantitas, uel habere quantitatem; quod est antecedens. illud ergo si repugnat minimo per te scilicet posse diuidi in partes integrales, & quantas, etiam illi minimo repugnabit habere quantitatem, quod est propositum. Et si non repugnat habere quantitatem, immo conuenit sibi, etiam illi non repugnabit, immo conueniet habere, uel posse diuidi in partes quantas, quod tamen negas, propter formam minimi. maior bene patet. Nam esse risibile est unum consequens ad hominem; & homo est antecedens. bene sequitur: homo. ergo risibilis. etiam rudibile est consequens ad asinum, quia bene sequitur. asinus. ergo rudibilis. Impossibile est, quòd ille duo consequentia sint simul, scilicet risibile, & rudibile in aliquo uno, etiam impossibile est antecedentia esse simul in uno. ista maior potest probari infinitis exemplis. minor probatur secundum Philosophum septimo Metaphy. Vbi dicit, quòd quantum est, quod est diuisibile in illa, quæ insunt. esse ergo diuisibile in illa, quæ insunt, est passio ipsius quantitatis, uel consequitur illam. si ergo diuisibilitas passio, dicitur repugnare illi minimo, etiam illi repugnabit esse quantum, quod est propositum.

Scot. confirmat rōnem. Confirmatur ista bona ratio Scoti, quia non est intelligibile, quòd aliquid sit quantum, & quòd non habeat partes quantas, nec quòd partes illius sint minores toto. ergo illud minimum quod dicis, si est quantum, sequitur quòd est diuisibile, & habebit partes quantas, & minores ipso toto; & ita etiam non esset minimum, quod est propositum probandum. Secundo etiam confirmatur ista ratio; nam illud minimum secundum formam, non dicetur esse minimum naturale, quia nulla datur minima caro idest indiuisibilis; nam rationes Philosophi sexto Physicorum, ita bene concludunt de minimo, uel de continuo minimo naturali, sicut de minimo continuo, quòd scilicet minimum continuum in semper diuisibilia non possit dari, immo semper, potest diuidi, & sic etiam minimum naturale: & ita non dicetur illud minimum naturale esse minima caro; quia nulla talis datur. quia nullum indiuisibile potest continuari uel contiguari alteri: nec caro componitur ex pluribus carnibus, & indiuisibilibus, quia nullæ tales dantur, bene tamen datur minima caro, qua scilicet in ratione carnis minor non datur, non tamen indiuisibilis. propter hoc ergo illud, quod est minimum secundum formam, est minimum naturale; non ualet. quia illud semper esset diuisibile, & per consequens non esset minimum, & sic iste, sensus dimittitur.

Res. Scot. ad dictū antiquorum. Et ad dictum antiquorum Philosophorum, in quo etiam iste Doctor se fundat scilicet; quòd minimum secundum formam, est minimum naturale; ex eo quòd quanta, inquantum naturalia sunt indiuisibilia, & non sunt diuisibilia in infinitum, licèt bene inquantum, quanta sunt; Quid dicis Scote?

Respondet ad illud dictum, quòd illud est uerum affirmando, & negando rationem diuisibilitatis formalem sensus est, quod quanta inquantum naturalia non sunt diuisibilia in infinitum. Ecce quomodo negatur ratio diuisibilitatis, uel diuisibilitas ab illis, idest naturalitas non est ratio formalis, quare diuisibilitas in infinitum conueniat illi quanto naturali. hoc modo intelligebant antiqui. & ego etiam hoc modo concedo, & est uerum. Secundo modo est uera affirmando hoc modo scilicet quòd ratio formalis, quæ enim ipsi quanto naturali conuenit posse diuidi in partes quantas, & in infinitum, est ipsa quantitas. Ecce quomodo affirmatur ratio diuisibilitatis de illo quanto naturali. & hoc partem etiam concedo. & illam quantitatem consequitur diuisibilitas, & est passio illius, & non est passio entis naturalis, ut sic, licet bene sit, passio entis naturalis inquantum est quantum. & ita non datur minimum naturale hoc modo. & sic rationes Scoti stant.

Recitatur secundus sensus. Sequitur nunc in libro. Secunda responsio non uidetur hic. Consequenter recitatur secundus sensus, quo Dominus Aegidius potest intelligere partes secundum formam, & partes secundum materiam scilicet intelligendo per partes secundum formam, illas partes, quæ natæ sunt manere. Et per partes secundum materiam, illas, quæ non sunt natæ manere. Scotus dicit, quòd hoc modo intelligendo, non facit contra rationes suas, & demonstrationes. Tamen Aegidius probat hoc scilicet quòd est aliqua pars, quæ uocatur minima, ex eo, quòd nata est esse extra totum. Primo in successiuis. Secundo probat illud in permanentibus. Vnde in motu, quod est unum successiuum una pars præcedit aliam: quando una est scilicet prima, secunda nondum est: & quando secunda est, iam prima nō est. & illa pars, quæ præcedit, dicitur extra totum, & per illam partem continuando acquiritur una alia pars, quæ uocatur minimum naturale; & quòd una pars motus sit sine alia. patet bene, quia illud est de ratione successiuorum; & ideo datur minimum secundum motum localem, licet non secundum materiam detur minimum isto modo, bene secundū formam: quia illæ sunt partes extra totum.

Scot. arguit contra Aegidium. Contra hoc arguit Scotus, quòd illa responsio non ualet. Nam si pars secundum formam est illa, quæ manet, & habet esse extra totum, sequerentur quòd omnes partes totius, dicerentur partes secundum formam, uel minimum secundum formam. quod est idem dicere, & ita quælibet pars carnis erit pars secundum formam, & nulla erit secundum materiā. hoc est falsum. Consequentia probatur supponendo illam distinctionem quanti, datam ab Aristotele quinto Metaphy. Quantum est diuisibile in ea, quæ insunt, quorum quodlibet natum est esse hoc aliquid, idest esse per se existēs actu. sunt uerba Philosophi. tunc patet consequentia illa. Nam sicut per se conuenit alicui quanto esse diuisibile in partes suas quantas, etiā per se conuenit illi toti, quòd quæcunque pars illius possit eē hoc aliquid, & esse actu extra illud: patet, quia utrumque ponitur in diffinitione illius data a Philosopho; & tunc ultra. si cuilibet parti si pro quia, quia conuenit posse esse hoc aliquid, & esse per se extra totum, etiam cuilibet parti illius totius conueniet esse pars secundum formam. patet bene per se, quia pars secundum formam, non est nisi illa, quæ potest esse per se extra totum. hoc tamen non est dicendum, quòd scilicet quæcunque partes totius dicantur secundum formam, & nulla secundum materiam: ergo ille etiam sensus, uel expositio non ualet.

Cōfirmatur prima consequentia. Item etiam probatur bene illa consequentia. uel, melius confirmatur illa probatio consequentiæ quòd sequeratur ex illa expositione, quòd quælibet pars diceretur secundum formam &c. quia partes alicuius totius quanti dicuntur eē eiusdem rationis, etiam partes secundum formam, & materiam; patet bene. Omnis pars carnis, quæcunque sit illa, est eiusdem rationis cum alia parte, & cum ipso toto, & habent eandem naturam, & formam, partialiter tamen, & inadæquatè, quam totum habet totaliter, & adæquatè; & ita si totum diuideretur, quælibet illarum partium posset esse sine alia, & sic dici pars secundum formam, quod non est dicendum.

Cōfirmatur secūda eadem. Secundò etiam confirmatur illa probatio consequentiæ. Nam si aliquod totum diuideretur in suas partes, quælibet pars illius esset unum indiuiduum illius speciei; & una pars non esset indiuiduum unius speciei, & alia alterius: & ita quæcunque pars illius, tunc actualiter existeret extra totum; & sic iam diceretur pars secundum formam. Et istæ probationes maximè habent locum de par-

tibus secundum formam in substantialibus, & non in accidentibus; imò de accidentibus aliud esset. nam diceretur, quòd illa accidentia non possunt esse sine subiecto naturaliter, & per consequens, nec partes illorum, cum etiam sint tota homogenea, & partes sunt eiusdem rationis cum toti; de substantiis tamen non est sic, ut patet. de illis ualet argumentum ad minus, quod est propositum.

2. probatio eiusdem. Finaliter probatur uel confirmatur illa probatio cōsequentie, quia partes naturaliter sunt priores toto, quia constituunt illud. modo omne constitutiuum alicuius, est prius illo ad minus natura. modo non repugnat ipsis partibus omnibus, inquantum sunt priores ipso toto, esse sine ipso; quia priori ut sic, non repugnat esse sine posteriori, quia non dependent essentialiter ab illo, licet bene è conuerso hoc totum ab ipsis; & tunc quæcunque pars erit secundum formam, & nulla secundum materiam, quod non est dicendum.

Corol. Sco. Ex illis ergo dicit Scotus, oportet corollariè concludere, quod sicut naturalitas non tollit a toto naturali, quin semper sit diuisibile secundum quantitatem, ita forma naturalis non tollit a toto naturali, quin quodlibet diuisum, & separatum ab illo, possit esse per se existens, quantum est de se. & hoc maximè de toto substantiali. Illud Corollarium habet duas par-

Prima pars Corollarij. tes. Prima patet ex dictis cōtra primum sensum illius, arguendo quomodo naturalitas non est ratio diuisibilitatis ipsius quanti, & quomodo non impedit illud quantum posse diuidi, quia illa mensia potest diuidi, tamen est unum totum naturale,

Euasio Aegidij. Sed adhuc datur una euasio, quam daret Aegidius dicendo, quòd non potest esse aliqua minima pars extra totum, quando habet formam naturalem, nam illa pars statim conuerteretur a continente aere, quia illa esset tam minimæ entitatis, & resistentiæ; quòd si illa poneretur extra totum, immediatè aer continens illam conuerteret in seipsam. & illam uoco ego partem secundum materiam, licet illa aliam, & quæcunque alia nata sit esse extra totum, & secundum hoc dicatur pars secundum formam ideo concedo, quòd omnes partes totius substantialis, possunt dici, & dicuntur de facto, partes secundum formam; cum hoc tamen stat, quod dabilis est aliqua secundum materiam, & sic argumentum tuum non concludit.

Arguit Sc. contra euasionē ex rōne intrinseca, & a priori. Contra istam euasionem arguit Scotus, quod hoc nihil est dicere; nam loquimur hic de minimo, quod quantum est de se, natum est esse extra totum, siue illud existat, siue non, non curo. Illa pars, per te, potest esse extra totum, siue corrumpatur, siue non, tamen illa diceretur secundum formam, & omnes aliæ etiam eadem ratione. Sed ne fortè iste fugeret ad aliam fictionem, pono alium casum, quòd scilicet, Nullum sit circumscribens extrinsecum, hoc bene est possibile. Tunc quæro de illa minima, quæ non est nata existere, uel esse extra totum propter corrumpens, non est aliqua, quæ non posset diuidi in duas; deinde illa in duas; & ita iam non esset minima, nullum est impedimentum quin diuidatur, quia nullum est corrumpens; ponas istud in esse, & ita quælibet pars illius esset secundum formam, & nulla secundum materiam; ergo illa euasio non ualet aliquid.

Corol. Scot. Ex istis infert Scotus corollariè, quòd Nō est aliqua ratio, quare enti naturali repugnet, quòd partes etiam omnes illius, non possunt esse extra totum separatim, & separatim existere; nulla est causa intrinseca, & formaliter, licet bene extrinsecum possit esse corrumpens; tamen illud potest circumscribi, ut patet in ultimo casu; & ita iste secundus sensus, uel responsio ista secunda non ualet.

Ab ovo etiam contra utramque responsionem. Consequenter Scotus continuat arguere contra Aegidium in illa euasione, in qua dicit, quòd datur minimum secundum formam, non tamen secundum materiam, & maximè arguitur contra illud, quod dicit; quòd datur minimus motus, & hoc secundum utramque responsionem, quòd scilicet secundum primum sensum capiendi minimam naturale; pro minimo formali, uel secundum secundum sensum, capiendo minimum secundum formam pro illa parte, quæ quantum est de se, nata est &c. quomodocunque exponatur minimum, probatur, quòd nullo modo est dabile minimum in motu. arguitur sic. præmittendo aliqua notabilia, uel suppositiones. Primo notas, quòd Naturalitas in motu attenditur sicut naturalitas in loco, & similibus. nam in illa quæstione de loco est dictum, quòd

Arguit Sc. cōtra, quod non sit minimum iuxta utrunque sensum dati. accidit rationi loci, illum esse naturalem, uel uiolentum; quòd illi continenti localiter insit naturalitas, hoc accidit illi. quia si esset unum corpus quantum præcisè, & non naturale, sed mathematicum; adhuc illud esset in loco; ergo istem ipsi motui accidit illa naturalitas, quia ratio motus consistit in quadam successione. Tunc arguitur, quòd non detur minimus motus secundum materiem, idest non datur minimum naturale, per se existens extra totum. In motu non datur pars extra partem: ergo non datur minimum secundum formam: antecedens est ipsius Aegidii. consequentia probatur quia ratio motus accidit naturalitas, quia inquantum motus est, accidit illi esse naturale. Et si dicatur, quòd illa ratio benè ualeret de motu locali. Dicit Scotus, quòd tunc etiam multo plus ualebit de aliis motibus. quia motus localis est uelocior inter omnes; & si in illo non detur minimum secundum naturam, quia naturalitas accidit illi, etiam nullus erit alius motus, in quo dicitur esse minimum secundum naturam. Secundo probatur quòd non detur minimus motus sumendo minimū natura-

2. probatio le secundo modo, scilicet pro minima parte. arguitur sic. In magnitudine, super quam sit motus, non est dare minimum secundum formam, in illo sensu secundo, pro minima parte: ergo in illo motu, qui sit supra illam magnitudinem, non dabitur minimum secundum formam in illo sensu, etiam pro minima parte motus. antecedens patet, nam data quacunque parte magnitudinis, separata a toto, ipsa adhuc est diuisibilis; & per consequens non est minima. consequentia probatur, quia partibilitas in motu, & diuisio, attenditur ex partibilitate, & diuisione magnitudinis, super quam sit ipse motus; ideo si non datur minima pars in magnitudine, etiam non dabitur in motu: & per consequens nec minimum ad illum secundum sensum, ideo ista benè ualeret. Nam uolo, quòd continent aer non dicatur esse tantæ uirtutis in agendo, quantæ est illa pars magnitudinis uel motus in resistendo, quando est extra totum. tunc nulla pōt poni ratio corruptiua extrinseca illius partis extra totum. tunc sequitur, quòd quælibet pars motus, diceretur secundum formam, & quælibet quantum est de se nata est esse extra totum. & ita omnes erunt minimum secundum formam, & nullæ erunt minimum secundum materiam. antecedens, uel assumptum patet. Nam signetur quæcunque pars potest esse sine toto, & conuersio illius continens non impedit, quia nullum ponitur. & ita iste modus dicendi non ualet de partibus secundum materiam, & secundum formam, quomodocunque declaretur, secundum aliquem illorum modorum.

Arguit Sc. Consequenter arguit Scotus contra declarationem illius modi de minimo secundum motum, quod datur; contra illud minimum secundum formam in motu. uocatur pars motus extra totum, modo una pars motus præcedit aliam partem motus natura, & duratione; modo iste pars motus prior alia, non est extra ipsum motum, & per consequens, ipsa non diceretur minimum secundum formam. Consequentia patet, quia minimum secundum formam, per te, est illa pars quæ nata est esse extra totum motum. antecedens patet, supponendo, quod est unam partem motus præcedere eliam partem. Et dico, quòd est unam partem motus esse simul cum alia parte, & illam partem continuare illi. unde una pars lineæ est simul cum alia parte, quia continuatur illi. & ita si continuatur illi; quomodo erit extra illud? patet quòd non. & ita non dabitur minimum in moto ad illum sensum, quòd pro minimo secundum formam intelligatur pars, quæ nata est esse extra totum. &c. & ita patet, quomodo illa duo antecedentia sunt falsa, scilicet Omne continuum componitur ex indiuisibilibus. & de alio, scilicet Omne continuum successiuum componitur ex minimis probatum est, illa esse falsa, nec euasiones ad rationes Scoti ualent.

¶Sed contra Improbatis &c.] Restat nunc soluere probationes illorum. & primo quo ad primum antecedens, quod fuit. Omne continuum componitur ex indiuisibilibus, nego. probatur hoc ad longum duphciter. primo sic.

Deducit rōnem aduersariorū, ut eas soluat. Omne continuum diuiditur in indiuisibilia: ergo omne continuum componitur ex indiuisibilibus. consequentia est nota, quia omne ens componitur ex illis, in quæ diuiditur, uel est natum diuidi. antecedens tamen, scilicet quòd continuum diuidatur in indiuisibilia, probatur. Nam possibile est continuum diuidi uel diuisum esse in omnia illa, in quæ est possibile diuidi, sed possibile est illud diuidi, uel esse diuisum in indiuisibilia. ergo illud componitur ex illis. maior, scilicet quòd possibile est continuum diuidi &c. patet, nam subiectum includit prædicatum, si est possibile illud diuidi in illa,

illa, etiam ipsum est diuisibile in illa: ergo possibile est ipsum esse diuisum in illa. Probatur ista consequentia secundum Philosophum. 3. Metaphysic. sic arguentem. Illud quod est impossibile fieri, illud est impossibile factum esse; etiam per oppositũ. quod est possibile fieri, etiam possibile est factum esse. Si ergo continuum potest diuidi, sequitur benè, ꝙ est possibile illud esse diuisum: sed per te, possibile est continuum diuidi in illa oĩa, in quæ est diuisibile; ergo possibile est illud esse diuisum in omnia illa, in quæ est diuisibile: patet consequentia ex illa authoritate Philosophi. Tunc: Si possibile est continuum esse diuisum in omnia, in quæ est diuisibile, ponatur inesse, quæro, Vel illa, in quę continuum est diuisum, sunt diuisibilia, uel indiuisibilia. si sunt diuisibilia: ergo continuum non est diuisum in omnia illa, in quæ possibile est ipsum esse diuisum. diuidatur ergo iterum, illud tandem diuidetur in indiuisibilia; quia aliter semper faciam diuidere illud, cum sit possibile ipsum esse diuisum in omnia, in quæ est diuisibile; & sic tandem componetur ex indiuisibilibus, quod est propositum. probatio est bona, quamuis sit longa.

Resp. Scot. ad istam rationem.
Examinatur sophisma.
Possibile ẽ continuũ eẽ diuisũ &c.
Prima conclu. Sco.
2. Conclu. Scot.

Scotus ad istam rationem longam sic procedit. Primo disputat illud sophisma intricatum, scilicet Possibile est continuum esse diuisum secundum quodlibet signum, in quod est diuisibile. & signum capitur hic pro illo, in quod ipsum continuum possibile est esse diuisum. quantum ergo ad istud sophisma Scotus dat duas conclusiones. Prima est. Possibile est continuum posse diuidi secundum omne signum. Sensus conclusionis est, quòd illa est concedenda, scilicet Possibile est continuum diuidi secundum omne illud, secundum quod, uel in quod est diuisibile. istam concedo, dicit Scotus. & per consequens concedit antecedens illius probationis, quia illud fuit antecedens formaliter. Secunda conclusio Scoti. Non est possibile, continuum esse diuisum in omne signum, uel secundum omne signum, idest non est possibile esse diuisum secundum omnem partem, secundum quem illud est diuisibile. Unde sequitur immediatè, ꝙ illa cõsequentia probationis nõ ualet, quæ dicebatur; Possibile est diuidi. &c. ergo possibile est ipsum esse diuisum. concedo ergo antecedens. nego tamen cõsequentiam, quia consequens est falsum. ut probatur. 3. Physic. de mente Philosophi, ubi dicitur, ꝙ Potentia est duplex. Quædam est potentia ad actum completum, & perfectum. Alia est potentia ad actum incompletum, & imperfectum. Potentia ad actum completum est ad formam aliquam, qua habita, ad nihil illius actus, uel formæ est amplius in potentia. Exemplum: Lapis ille est in potentia ad formam Herculis tanquam ad actum completum. nam illa perfectè habita in lapide, ad ipsum non est amplius in potentia, nec ad aliquid illius. &c. quia illa tota est inducta. Alia est potentia ad actum incompletum, qua, scilicet quando actus habetur, uel forma, adhuc remanet aliquid illius formæ in potentia; ut hodierna die habita, adhuc remanet potentiam ad diem crastinam, & ad tempus; nam ista die habita, adhuc remanet potentia ad aliam partem temporis; & ita actus temporis non est actus completus: hoc modo est potẽtia in magnitudine ad actum, scilicet incompletum, ad diuidi, quia, scilicet diuisa una parte, semper restat potentia ad diuisionem alterius. hanc tangit Scotus hic breuiter, & ideo dicit ipse, concedo illam, scilicet Possibile est cõtinuum diuidi. &c. & hoc, quia est potentia ad actum incomplètum, & ita illa consequentia non ualet. & cum probatur secundum illud tertia Methaphysic. ꝙ impossibile est fieri &c. Dicit Scotus ad hoc, ꝙ illud debet intelligi hoc modo. ꝙ illud, quod est impossibile una factione fieri, etiam impossibile est una factione factum esse, & ꝙ possibile est distinctis factionibus fieri, possibile est etiam distinctis factionibus factum esse. modo possibile est continuum diuidi non una factione, sed pluribus factionibus; possibile est illud esse diuisum & hoc, quando illæ factiones fuerint secundum actum completum, non tamen secundum actum incompletum. modo non est sic in hoc loco. nam illæ diuisæ factiones, secundum quas continuum potest diuidi in illa, in quę est diuisibile, semper sunt ad actum incompletum; nam semper restat potentia ad ulteriorem diuisionem; & ita illa consequentia non est neganda. Item etiam illud Philosophus uult in 3. Phisicorum. contex. 69. quòd Quantum contingit in magnitudine esse in potentia, tantum contingit esse in actu. non tamen est sic in numeris. Sensus illius authoritatis est, quòd Non detur infinita magnitudo, sed benè numerus augetur in infinitum. unde datur maxima magnitudo de facto, qua scilicet nulla est maior, scilicet magnitudo, primi Cœli, quod cunque sit illud; illa tamen magnitudo potest diuidi in infinitum; quia nunquam dabitur minimum. in numeris quidem

Potentia ẽ duplex.

Non datur infinita magnitudo, sed benè numerus augetur in infinitum.

datur minimum, scilicet numerus binarius, qui est minimus, quo nullus est minor, & causam illius differentiæ assignat Commentator; quia in magnitudine omnes potentiæ sunt æquales, & eiusdem rationis, non tamen in numero. In magnitudine unius ulnæ sunt infinitæ potẽtię eiusdem rationis, scilicet ad diuidi in infinitas partes eiusdem proportionis. tamen numerus semper uariatur secundum speciem, Ideo potentia ad unum numerum distinguitur specie, a potentia ad alium numerum; & ista est causa secundum Philosophum, & Commentatorem, quòd Continuum non dicit unam factionem, sed plures, quæ semper dicunt actum incompletum.

Arguit Sco. quoad solutionem ad antecedens rationis.

¶CONTRA ISTUD, Sequitur per te, &c.] Ad illam probationem primam antecedentis, dabatur una solutio, in qua aliquid benè dicitur, & aliquid malè. benè dicitur, quod consequens est falsum secundum Commentat. ad quod probandum, adducta est illa authoritas Commentatoris. dicebatur tamen, ꝙ consequentia non ualebat. hoc improbat Scotus; probando, quòd si antecedens, scilicet Possibile est continuum diuidi &c. est uerum, quòd etiam illud consequens sit uerum, scilicet Possibile est continuum esse diuisum. Probatur istud. Pro cuius probatione supponitur, quòd quando singulares alicuius uniuersalis sunt ueræ, & possibiles, etiam illa uniuersalis est uera. Tunc arguitur sic. Possibile est continuum diuidi secundum quodlibet signum, uel secundum quãlibet partem; nego. probatur. nam possibile est continuum esse diuisum secundum A, signum, & secundum B. & per A, & B, ostendo partes ipsius continui; & sic de omnibus aliis: ergo possibile est continuum esse diuisum in A, & in B, & sic de aliis; ex singularibus antecedentis inferre singulares consequentis. & textus est benè difficilis. singulares autem sunt istæ. Possibile est continuum diuidi secundum A, & secundum B, & singulares consequentis sunt, Possibile est continuum esse diuisum secundum A, & possibile est continuum esse diuisum secundũ B, & omnes illæ singulares antecedentis sunt ueræ, & singulares consequentis. Si ergo illud antecedens est uerum, etiam illud consequens erit uerum. cuius tamen oppositum dicis, ꝙ illa est falsa. Possibile est continuum esse diuisum secundum quodlibet signum; ꝙ autem singulares antecedentis sint ueræ, patet. nam demonstrata per te, una, scilicet A, possibile est continuum diuidi in illa; etiam demonstrata per te, B, possibile est continuum diuidi secundum illud B, & sic de omnibus aliis sigillatim demonstratis.

Datur euasio.
Ad ueritatẽ uniuersalis non sufficit omnes singulares esse ueras & quod requiritur secundum Albertum.

Datur tamen una euasio, quam Scotus dicit posse esse bonam solutionem. unde dicit euasio, quòd licet singulares illius antecedentis sint ueræ, non tamen sufficit illud ad ueritatem uniuersaliter secundum etiam Albertum. Ad ueritatem copulatiuæ, non sufficit quamlibet partem esse ueram. ut communiter dicitur, sed requiritur, ꝙ omnes partes dicantur esse ueræ, & possibiles, & compossibiles, ut ista non est uera. Petrus sedet, & non sedet, nam partes illæ, licet sigillatim possint esse ueræ, non tamen simul, quod tamen requiritur. Ita dico in proposito, quòd licet singulares antecedentis, & ipsius consequentis dicantur esse ueræ, tamen singulares antecedentis possunt simul esse ueræ: & ideo dico, quod antecedens est uerum, non tamen illud consequens, & tunc patet, ꝙ neganda esset illa cõsequentia, quæ dicitur; singulares antecedentis sunt uerę, Concedo, & singulares consequentis. concedo ergo, si antecedens est uerum, etiam consequens. dico ꝙ consequentia non ualet.

Arguit Sco. contra euasionem.

Contra tamẽ istam euasionem, licet possit esse bona solutio, arguit Scotus sic. Ex possibili non sequitur impossibile. & ex cõpossibili non sequitur incõpossibile: ergo ex singularibus antecedentis, & cõpossibilibus non sequuntur singulares consequentis, quæ sint adinuicem incompossibiles. si pro, quia, quã singulares antecedentis sunt compossibiles. sequitur benè, ꝙ singulares consequentis erunt uerę, & compossibiles. aliter ex cõpossibilibus sequerentur incompossibiles, quod tñ est falsum. replica est uera, quia ex uero nõ sequitur nisi uerũ. ea simul uero, & sequitur simul uerũ. si ergo singulares antecedẽtis nõ repugnãt: et per te, sequitur, ꝙ nec singulares consequẽtis repugnabunt. patet ergo, quõ illa prima rñsio unum dicit benè, & aliud malè. negãdo consequentiã pp falsitatẽ consequentis. & ideo isto modo dicendi dimisso, tenendo illam distinctionem datam supra, de potentia ad actum completum, & incompletum, quia in hoc benè dicit, & illam repetemus infra.

Resp. ad sophisma tripliciter.
Prima solutio.

Respondetur ad illud sophisma, scilicet Possibile est continuũ diuidi secundũ quodlibet signum, & dantur tres solutiones. Prima est, ꝙ illa propõ. s. possibile est cõtinuũ &c. põt hẽre duplicem sensum, scilicet sensum diuisum, & compositum; &

Regula. Omnis propositio de possibili est distinguenda secundum sensum compositum, & diuisum.

secundum quòd sumitur in alio, & in alio sensu, ipsa dicitur esse uera, uel falsa. patet, quia regula est, ꝙ Omnis propositio de possibili, est hoc modo distinguenda, scilicet penes sensum compositum, & diuisum, non tamen propositio possibilis. mo do in illa propositione, scilicet Possibile est continuũ &c. pons tur ly, possibile, propter quod in ipsa dicitur de possibili, & iõ sensus illius compositus est, ꝙ illa est possibilis, scilicet ꝙ cõti nuum potest diuidi secundũ quodlibet signum. Secũdo dico, ꝙ sensus diuisus illius dat intelligere, ꝙ in continuo est una potentia ad diuidi secundum quodlibet signũ. modo dicit ista so lutio, ꝙ illa est uera in primo sensu. s. composito, quia illa est una possibilis, non tamen illa est uera in sensu diuiso; nam plu res potentiæ, dicit illa solutio, sunt in continuo ad diuidi, qa secundum semper diuisibile, diuiditur. Scotus tamen non est contentus de ista solutione ibidem infra, nam quando dicit, ꝙ illa est uera in sensu composito, ꝙ sensus est, ꝙ illa est possibilis. Continuum potest &c. tamen illa est falsa, & impossibilis secundum Scotum, & nullus Doctor tenet cum Scoto hic, nec Burleus in 8. Physic. nec Albertus magnus. Scotus tamen dicit illam esse impossibilem. & ratio illius est, quia in illa propositione, scilicet Continuum potest diuidi secundũ quodlibet signum, demonstratur, quòd illud prædicatum, scilicet diuidi secundum quodlibet signum, uerificatur de continuo pro eodem instanti; & sic hoc est impossibile, quòd pro uno codem instanti sit possibile, ꝙ continuum diuidatur, nam impossibile est, continuum diuidi una factione, uel diuisione, & ita hoc modo est falsa, & impossibilis. Et ideo est una alia respõsio ad illam propositionem, scilicet Continuum potest diuidi secundum quodlibet signum: quòd ly, quodlibet signum potest capi dupliciter. Vno modo diuisiuè. Alio modo collectiuè. Si ly, quodlibet signum, capitur diuisiuè, sensus est, quod continuum potest diuidi in hoc signo & in illud, & in illud, & in illud, &c. descendendo copulatiuè. Secundo modo, collectiuè, & non facit propositionem uniuersalem, ut omnes apostoli Dei sunt duodecim, ista enim non est una uniuersalis, sensus est, quòd il la multitudo, ex illo numero duodenario constat. & nõ est sen sus, ꝙ sub illo termino liceat descendere copulatiuè, ratione illius signi, omnis, uel omnes; & ita illa est magis indefinita, hoc modo etiam dicunt isti de ly, quodlibet signum; ly, quodlibet est unum uniuersale, & unum sincathegorema. & capitur dupliciter. Vno modo diuisibiliter, scilicet quòd sub termino distributo liceat fieri de scensus copulatiuus; & hoc modo dicunt illam esse ueram. nam sensus illius talis est, Continuum diuidi secundum quodlibet signum, idest possibile est, continuum diuidi secundum istud signum, & secundũ istod signum, & secundum aliud signum, & sic de aliis. collectiuè tamen sumendo ly, quodlibet, dicũt illam esse falsam, quia non est possibile, dicunt isti, quòd continuum sit diuisum simul, & semel secundum quodlibet signum; hæc est eualio illorum.

Alia resp.

Quodlibet signum capitur dupliciter.

Quodlibet capitur dupliciter.

Scotus tamẽ dicit, ꝙ hoc non benè dicitur, nam illud signũ uniuersale, omne, non tenetur collectiuè, nisi addatur termino plurali, & non quando additur termino singulari; nam tũc semper tenetur distributiuè; & ideo cum ly, quodlibet, de quo est idem iudicium, sicut de ly, omne, addatur termino singulari, scilicet ad ly, signum, unde est distinguere, uel si tenetur collectiuè, uel distributiuè; Et ideo tertio loco datur una alia solutio ad illam propositionem, scilicet Possibile est continuum diuidi, quòd ista propositio potest dupliciter considerari. Vno modo inquantum ly, possibile, præcedit ly, signũ. Alio modo inquantum ly, possibile, sequitur ad ly, signum. Primo modo qñ formatur hoc modo, s. Possibile est continuum diuidi &c. modo ly possibile, præcedit. Secũdo modo qñ sequitur, ut hic, Continuum diuidi secundum quodlibet signum, possibile est; nunc sequitur, dicunt illi nunc, ꝙ Primo modo illa est falsa. quando possibile præcedit signum. ratio est, nam denotatur una potentia esse in continuo ad diuidi secundum quodlibet signum, & hoc est falsum, quia sunt plures. Secundo dicit ista solutio, quòd quando ly possibile sequitur ad ly, signum, illa est uera. nam sensus est, quòd in continuo sunt infinitæ potentiæ ad diuidi secundum quodlibet signum, sic ꝙ ly potentia diuiditur per tot, quot illud continuum est diuisibile.

Reprobat Scot. hanc euasionem.

Possibile dupliciter.

Reprobat Scot. tertiã euasionem.

Scotus est minus contentus de ista solutione, quàm de aliis quia nullus logicus hoc dicit, quòd quando ly, possibile, sequitur, quòd supponat pro pluribus potentiis, uel possibilitatibus ad diuersa instantia; nam omnis homo currit, non potest esse, nisi pro uno instanti, ad illam tamen, scilicet continuum potest diuidi in infinitum, uel secundum quodlibet signum, requiruntur plura instãtia etiam infinita, & infinitæ potentiæ: modo nullus terminus distribuitur pro diuersis instantibus: ly quodlibet est signũ uniuersale affirmatiuũ, non facit distribuere ly, signum, nisi pro infinitis potentiis. Et ideo Scotus dimittendo longas prolixitates, & diuersas solutiones alio sum, de mente sua dicit ad illam difficultatem, scilicet Possibile est continuum diuidi secundũ quodlibet.

Resp. Scot. pro solutione.

Pro hoc declarando, utrum debeat concedi, tanquàm uerũ, uel non; dat Scotus unam talem regulam. Ista propositio significat unionem prædicati cum subiecto possibiliter pro uno nunc indeterminatè, ut omnis talis propositio. sicut illa, possibile est continuum diuidi secundum quodlibet signum. Vnde prædicatum illius est hoc totum, scilicet diuidi secundum quodlibet signum, & subiectum est, possibile est continuum. modo sensus illius propositionis, & similium est, quòd De continuo est possibile dici illud prædicatum, scilicet diuidi secundũ quodlibet signum; & hoc pro aliquo instanti indeterminato, quodcunque sit illud, dicitur tamen possibiliter, & ideo ista est falsa, scilicet possibile est continuum diuidi. nam de rigore sermonis denotatur illud prædicatum diuidi dici de illo subiecto, continuum, pro uno instanti tantum, quodcunque esset illud. nam sicut illud continuum non potest fieri una factione secundum quodlibet signum, etiam non potest diuidi una diuisione pro uno instanti, secundum quod est signum. Et hic nulla est amplificatio pro diuersis nunc, uel infinitis, sed pro uno tantum, licet indeterminatè, hoc est falsum. ergo &c. Et hoc sit uirtute de ly, possibile, quod ampliat pro eo, quod est, uel potest esse, ut album potest esse nigrum. sensus est, quod est, uel potest esse album, potest esse nigrum, hoc modo ampliat ly, impossibile ad unum antecedens, quod est, uel potest esse.

Declaratur illud à simili de isto sophismate. Sedens est stans, stans est sedens; si illa amplietur pro diuersis nunc, patet quòd ipsa est uera. ibi tamen non est ampliatio, sed est quædam limitatio aliquo modo pro uno nunc indeterminatè: & ideo illa non est concedenda, stans est sedens. & ita dico etiam in proposito de ista. possibile est continuum &c. Nam sensus est, quòd pro aliquo instanti, quodcunque sit illud, illud prædicatum diuidi, secundum quodlibet signum, potest uerificari de illo termino, continuum; quod tamen est falsum, & impossibile. nam sicut dictum est in prima responsione, & benè, quòd hoc quod est potentia ad diuidi stat cum una diuisione, & cum alia; nam continuum semper est diuisibile, si diuidatur secundum A, est in potentia ad diuidi B, quando secudũ, B, diuiditur, est in potentia ad diuidi secundum C, & hoc modo quantum, semper est in potentia ad diuidi quantumcunque diuidatur. & ita illa propositio est neganda, & benè loquitur hic Scotus.

Sophisma.

Consequenter Scotus arguit contra dicta, uolendo probare, quòd ista est uera. Continuum potest diuidi &c. est una replica bona. arguitur sic. Singulares illius propositionis, scilicet possibile est continuum diuidi, sunt ueræ, ergo ipsa est uera. antecedens non probatur quia supponit illud esse probatum satis supra. Nam continuum posse diuidi secundum A, signum, demonstrando illud, est possibile: etiam secundum, B, & C, & ita illa est uera, quia singulares illius sunt ueræ. Consequentia tunc probatur quia omnes logici concedunt, ꝙ illa uniuersalis est uera, cuius singulares sunt ueræ.

Scotus nititur probare inuentum.

Respondet ad hoc Scotus per unam talem conclusionem. Ad ueritatem uniuersalis propositionis, non sufficit, ꝙ omnes singulares illius dicantur esse ueræ, & possibiles, sed etiam requiritur, quòd illæ sint simul compossibiles. rationem assignat Scotus, & Burleus super 8. Physicor. suorum. & Albertus de Saxonia, ꝙ Multæ sunt propositiones possibiles, quarum una non repugnat alteri, nisi illæ omnes simul uniantur, & ponantur. Exemplum: Omnis homo currit, albũ est homo, ergo nullum album currit. Omnes istæ propositiones sunt possibiles, possibile est, ꝙ omnis homo currat; deinde etiam possibile est album esse homo, non tamen sunt compossibiles. Et pro nunc, non aspicimus ad formã syllogisticã illarum propositionũ, sed tantum ad illarum ueritatem; & ita non sufficit illud. quare argumentum non ualet

Conclusio Scoti.

Et replicat Scotus contra istam solutionem sic, ꝙ illæ sunt compossibiles arguitur sic. Illa est simul uera, continuum potest diuidi secundum A, & ista simul, cõtinuum potest diuidi secundum B, istæ sunt simul ueræ, ut benè patet: ergo simul compossibiles. Respondet ad hoc Scotus bene difficiliter, quòd ly, simul, potest capi dupliciter. Vno modo ut dicit simultatem potentia ad diuidi. alio modo, ut dicit potentialitatem, uel simultatem diuisionis. Datur similis distinctio quando quæritur. Vtrum duæ contrariæ possent esse simul ueræ. si ly simul, dicat simultatem potentiæ, illæ sunt ueræ, & compossi-

Replica Scoti.

Solutio replicæ. Simul capitur dupliciter.

compossibiles, & possibiles: quia sensus est, quòd in continuo est simul potentia ad diuidi secundum hoc signum, & secundũ illud &c. & hoc est uerum. Si autem ly simul, dicat simultatem actus diuidendi, uel diuisionis, hoc modo illa est falsa. patet bene, q non potest secundum quodlibet signum simul esse actu diuisum, quod illa diuisio continui simul fiat secundum, A, & secundum, B, hoc non potest esse, & tamen iste esset sensus illius propositionis sumendo ly simul hoc modo; & sic illa solutio uidetur soluere istud argumentum.

¶Arguo q non oportet &c.] Ad illam rationem, qua dicebatur, quod possibile est continuum &c. dabuntur tres solutiones. & tertia erit de mente Scoti, quòd ille esset falsa, & impossibilis. s. continuum potest diuidi secundum quodlibet signum. quia significetur, q illud prædicatum diuidi secundum quodlibet signum, dicebatur &c. pro uno eodem nunc, quod tamen est impossibile. Deinde replicatum est, & data etiam una responsio, quòd singulares sunt ueræ, non tamen simul sunt compossibiles, quod tamẽ requiritur ad ueritatẽ uniuersalis.

Replica cõtra solutionem. Contra istud nunc replicatur, & probatur q non oporteat ad hoc, q aliqua uniuersalis dicatur uera, q singulares illius sint simul compossibiles pro eodem nunc, uel sumantur pro uno eodem nunc: arguitur sic. Singulares propositiones absolutæ enunciantes prædicatum de singularibus sufficienter enumeratis, inferunt suam uniuersalem sufficienter, in qua absolutè enunciatur illud idem prædicatum: ergo si illæ propositiones singulares enunciantes illud prædicatum absolute dicantur esse ueræ, etiam illa uniuersalis enuncians illud prædicatum erit uera. Et per consequens ad ueritatem uniuersalis, non requiritur unio extremorum in omnibus suis singularibus pro eodem nunc.

Pro solutione replicæ. Pro isto argumento notandum est q prædicatum enunciari de subiecto potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd enunciari de illo absolutè, & sine aliqua determinatione; Alio modo non absolutè, sed cum aliqua determinatione. Exemplum primum. Quando dico, homo est animal, homo est albus enunciatur ly animal, de homine absolutè. Exemplum secundi homo in primo modo dicendi per se est animal. homo per accidens est albus. homo est animal, pro quocunque instanti, in omnibus istis enunciatur prædicatum de talibus subiectis cum aliqua determinatione & modificatione, etiam non absolutè. illa ergo debet absolutè concedi, scilicet continuum potest diuidi secundum quodlibet signum; & illo modo singulares sumptæ sub uniuersali inferũt illam, & per consequens omnes illæ singulares formantur absolutè, scilicet continuum potest diuidi secundum, A, & continuum potest diuidi secundum, B, nulla additur illis prædicatis conditio, uel determinatio, & per consequens, illæ inferrent illam uniuersalem, in qua enunciabitur illud prædicatũ, scilicet diuidi secundum quodlibet signum. Exemplum si dicam. Iste homo currit, & iste homo currit, & ille &c absolutè sumendo illa prædicata cum illa particula, & sic de aliis recte inferam. ergo omnis homo currit sine determinatione aliqua; & sic male dicis.

Resp. Scot. ad argumẽta. Respondet Scotus ad argumentum, quando arguitur sic. Singulares &c. Concedo illam rationem materiæ, nego tamen illam ratione formæ. ratio est, quia & si a singularibus sufficiẽter enumeratis, in quibus numeratur prædicatũ absolutè sumptum ad suam uniuersalem, in qua est idem prædicatum absolutè sumptum, etiam ualet aliquando consequentia, illud non est nisi gratia materiæ terminorum, & non gratia formæ, immo aliquando est fallacia figuræ dictionis. quia arguitur a pluribus singularibus determinatis pro diuersis nunc, ad unam uniuersalem determinatam pro uno eodem nunc. & ita est in proposito. indeterminate tamen, hoc modo est hic. nam illud nunc ampliatur pro eo, quod nunc est, uel esse potest. nam cum dico. Possibile est continuum diuidi secundum, A, iam determinatur ad illud nunc; deinde cũ dico. Possibile est continuũ diuidi secundum, B, iam determinatur ad aliud nunc, & taliter, q non determinabatur in alia singulari, licèt bene sumatur idem prædicatum, non tamen idem nunc indeterminatè. sicut est in illa uniuersali, scilicet possibile est continuum diuidi &c. & ideo stant singulares alicuius uniuersalis esse ueras. & tamen uniuersalis erit falsa. ut patet de ista. solutio est bona, q etiam argumentum fuit bonum.

Ad formã argumenti. Ad formam ergo argumenti quando arguitur sic. Singulares &c. Concedo antecedens: ergo etiam uniuersalis, nego. Dico, q non oportet, quia illa consequentia est materialis, & non formalis.

Corol. notabile. ¶Ista est rõ &c.] Ex ista solutione sequitur correlatiuũ, q quandocunque arguitur ab una de possibili pro uno nunc, & ab alia etiam de possibili pro alio nunc ad unam simpliciter. non ualet: cõsequentia, sed est fallacia figuræ dictionis Exemplum: lignum potest esse album, & lignum potest esse nigrum, lignum potest esse album pro, A, & potest esse nigrum pro, B, nõ tamen licet inferre: ergo nigrum est album. nam in consequẽte significatur prædicatum illud uniri subiecto pro uno eodẽ nũc & in antecedente significatur, ut bene patet. prædicatum uniri pro alio, & alio nunc. nõ valet ergo illa consequentia; dicit Scotus. quia Regula est in primo priorum, q Nunquam duo extrema uniuntur inter se in conclusione, nisi illa præintelligantur uniri cũ medio in præmissis. Si ergo una præmissorum est pro uno nunc, & alia pro alio, non uerè infertur propositio, quando denotatur illa unio fieri pro uno eodem nunc, quod tamen denotatur in conclusione.

Dubitatio contra Sco. ¶Et si quæras &c.] Sed diceret aliquis contra Scotum. Tu dicis miranda. Dicis enim, q singulares istius uniuersalis. s. cõtinuum possibile est diuidi &c. Contra: Illa nullas habet singulares, quomodo illæ erunt ueræ, uel falsæ.

Solutio Sc. melius cæteris secundũ auctorem. Respondet Scotus. immo habet singulares, & sunt istæ. Possibile est continuum diuidi secundum B, pro illo eodem nunc, &c. Hæ sunt suæ singulares, & non istæ. s. Possibile est continuum diuidi pro A, uel secundum A, signum, possibile est continuum diuidi pro B, secũdum B, signum &c. Tunc si inferatur illa uniuersalis pro consequente. s. possibile est continuum pro isto nunc diuidi secundũ quodlibet signum. illa esset uera, sed antecedens est falsum, ut bene patet. & ita illa uniuersalis est simpliciter falsa. s. possibile &c. quia singulares illius sunt simpliciter falsæ. Vnde multi multa dicunt de illa propositione s. continuum possibile &c. tamen iste modus Scoti est magis securus q q dicamus singulares esse ueras, & q uniuersalis est falsa. ideo dico, q tã uniuersalis, quàm illius singulares omnes sunt falsæ.

Replica cõtra solutionem. ¶Et si arguas &c.] Contra illam solutionem est altera replica probatur. q illæ non sint singulares, quas Scotus assignat sub illa uniuersali. possibile est continuum &c. arguitur sic. Illæ singulares, quas assignat sunt singulares alterius uniuersalis ab illa. Continuum potest diuidi secundum quodlibet signũ: ergo non sunt singulares illius. continuũ põt diuidi &c. consequẽtia est bona, sed ans ꝓbat. nã singulares illæ inferũt illam. Possibile est continuum diuidi secundum quodlibet signum pro eodem nunc, modo illa uniuersalis. s. continuum possibile est diuidi secundum quodlibet signum pro eodem instanti nõ est simpliciter, & absolutè illa talis uniuersalis. s. possibile est continuum diuidi secundum quodlibet signum. patet. nam in prima additur, & ponitur aliquid, quod non ponitur in alia. s. pro eodem nunc. unde istę non sunt eædem propositiones. Omnis homo currit. & omnis homo albus currit. Etiam nec illæ ratione illius additi, & tamen singulares, quas assignat, inferunt illam cum addito, & non aliam. ergo non sunt suæ singulares, cuius oppositum dicis.

Scotus solutio replicæ. Respondet ad hoc Scotus per unam talem distinctionem, q illam uniuersalem. s. possibile est continuum diuidi secundum quodlibet signum pro eodem nunc, esse aliam ab illa, possibile est continuum diuidi secundum quodlibet signum, põt dupliciter considerari. Vno modo Vocaliter. Alio mõ significatiuè. Primo mõ vocaliter, q præcisè uoces unius, sint uoces alterius, vel quia vna vox ponitur in vna, quæ tamen non ponitur in alia. Exemplũ. Omnis homo currit, & omnis hõ est currens. sunt aliæ, & aliæ vles vocaliter, quia alias uoces hẽt una, quas non habet alia. Alio modo significatiuè, quia. s. vna vniuersalis aliquid significat, vel dat intelligere, & aliud alia, ut omnis hõ est animal, & omnis hõ est albus. istæ sunt distinctæ uniuersales significatiuæ. Modo dico, q illæ duæ uniuersales, scilicet possibile est continuum diuidi secundum quodlibet signum. & possibile est continuum diuidi pro eodem nunc, secundum quodlibet signum. sunt ules differentes uocaliter, non tñ significatiuè. patet bene. Primum, quia aliqua uox ponitur in una, quæ non ponitur in alia. Dico tamen, q illæ duæ idem penitus significat, & dicunt, licet in una exprimatur, & non in alia. nã oportet, q illud fiat, uel intelligatur pro uno & eodem nunc, quod tamen exprimitur in una, & non in alia. Ideo dico, quòd sunt eædem omnino uniuersales significatiuè.

Sco. iterum replicat. ¶Et si dicas &c.] Sed contra arguit Scotus, probando, q adhuc sumendo pro eodem nunc illas singulares. s. possibile est continuum diuidi secundum A, signum pro eodem nũc. & possibile est cõtinuum diuidi secundum B, signum, ẽt pro eodem nũc, illas esse ueras, cuius oppositũ dicis, & sunt cõpossibiles, & q una nõ repugnet alteri. arguitur sic. Illæ singulares nõ repugnant adinuicẽ: ergo malè dicis, q sunt incõpossibiles. cõsequẽtia ista est bona. antecedens probatur sic. Si una illarum singu-

larium repugnaret alteri, hæc maximè esset singularis, quæ re cipere punctum mediatum, uel esset illa singularis, quæ non reciperet punctum immediatum &c.

Pro hoc nota, quòd in continuo, repetuntur duo puncta scilicet punctum mediatum, & punctum immediatum. patet. nam immediatum est illud in quo primo diuiditur, modò dividatur continuum in A, tunc B, est punctus mediatus, tamen est immediatum respectu ipsius C, modò propositiones, quæ formantur de B, nei C, recipiunt punctum mediatum, si illæ repugnent illi singulari quæ est secundum A, Contra. Nam diuisio, secundum unum signum scilicet A, non impedit diuisionem illius continui secundum B: quia non sunt in eadē parte continui illæ duæ diuisiones: ergo illa singularis quæ significat punctum mediatum, non est illi incompossibilis, quæ significat punctum immediatum, nec illa singularis quæ recipit punctum immediatum est incompossibilis aliis. quia punctus non est immediatus puncto, nulla ergo est incompossibilis alteri; & per consequens non sunt possibiles, & compossibiles adinuicem. cuius tamen oppositum dicit. & per consequens una uniuersalis est uera, & possibilis.

Resp. ad re plicam. ¶Respondeo dico &c.] Respondet Scotus. Primo ad materiam, deinde ad formam, & tertio mouet unum dubium *1. concl. Sc.* circa ista. Ad materiam dat unam conclusionem bene notandam, pro ista materia de diuisibilitate continui in suas partes, uel in diuisibilitate. conclusio est. Cuilibet singulari determinatæ acceptabili, uel acceptæ, nulla singularis accepta, uel acceptabilis repugnat indeterminata compositione pro eo dem nunc. Vnde datur exemplum in proposito. Si quæratur de singularibus illius uniuersalis. possibile est continuum diuidi &c. nam debet assignari quæ est illa, quæ alteri repugnet. nulla est determinate, sed bene indeterminatè, hæc, uel illa, uel alia: nam si assignaretur, tunc qua ratione illa diceretur repugnare alteri, eadem ratione, & alia, & etiam omnes.

2. concl. Sc. Secunda conclusio Scoti est. quòd cuilibet singulari acceptæ uel acceptabili, repugnet infinitæ indeterminatæ. patet in proposito, quia illi singulari, quæ est: Possibile est cōtinuum diuidi secundum A, pro eodem nunc, repugnant tot singulares, quot posses formare secundum illa signa: quæ essent infinitæ. non tamen oportet illam determinare, sed indeterminatè significare. ratio istius est, secūdum illam distinctionem datem φ duplex est potentia ad actum. Quædam ad actum completum. alia est ad actum incompletum. patet supra. modò non possumus determinate illam singularem repugnentem, quia semper fit diuisio, taliter, quòd semper stat potentia ad diuidi pro alio nunc: quia est diuisio ad actum incompletū: ideo semper restat aliquid diuidendum: illa ergo uniuersalis est impossibilis hac ratione.

Sed utrum sit aliud exemplum in quo uniuersalis sit impossibilis, & φ ipsæ singulares sint compossibiles, uel saltem possibiles? Vel ècouuerso. Vniuersalis est possibilis; ubi tamen sin*Exemplum* gulares sunt incompossibiles? Exemplum. Possibile est omnē colorem tibi inesse, illæ singulares simul sumptæ sunt incompossibiles. licèt sit possibile tibi inesse hunc colorem, & illum, non tamen simul sumendo illos; nam una illarum indeterminata, est incompossibilis alteri determinatæ, ad differentiam illius, quæ est supra, ubi nulla datur determinata. hinc tamen bene datur una scilicet. Si primo assignetur pro singulari ista. Possibile est tibi albedinem inesse, pro uno nunc. tunc illa, quæ post assignabitur pro illo eodem nunc, est sic illi incompossibilis; ut si dicamus, possibile est nigredinem inesse tibi pro eo dem nunc, pro quo albedo dicitur inesse. ista secunda est incō*Aliud exemplum.* possibilis, & repugnat primæ, & hoc determinatè. Datur aliud exemplum ad propositum. Sint hinc decem lapides æqualis figuræ, & magnitudinis, & ponderis; est unus qui potest portare nouem illorum, & sic determinatur ad portandum illos, φ si ponatur aliquid supra illud, iam non posset portare. Quæro tunc, utrum illa esset uera, demōstratis illis nouem lapidibus, possibile est, omnem lapidem portari ab isto? & uidetur quòd sic. quia quælibet suarum singularium est possibilis; nam possibile est, demōstrato quolibet illorum sigillatim, dicere de quolibet: possibile est istum lapidem portari ab illo, & possibile est illum lapidem portari ab illo. tamen illa est falsa: possibile est omnem lapidem portari ab illo, quia licèt singulares illius sint ueræ, & possibiles, sunt tamen incompossibiles, non quòd una singularis repugnet alteri determinatæ, magis, quàm alia, sed aliqua illarum indeterminata, hæc scilicet uel illa, & unn est signanda. & istud exemplum est ualde bonum, ad istud propositum probandum.

Exponitur Et secundum istum modum dicendi exponitur illa authoritas Commentatoris primo de generatione, capitulo nono. Ex ista diuisione in uno puncto, prohibetur diuisio in alio puncto: quia ista est falsa de ui sermonis, nam uidetur esse sensus, φ sa cta diuisione continui in uno puncto, quocunque signato, nun quam amplius continuum est diuisibile; quia est in infinitum diuisibile, bene tamen prohibetur diuisio in alio puncto inde terminate. Tamen Burleus octauo Physicorum aliter exponit illam authoritatem Commentatoris, dicens, quòd Commentator loquitur de minimo naturali: nam illud datur naturaliter, secundum illud: Omnium natura constantium &c. Tunc dicit ipse. quòd si continuum diuidatur in uno puncto, iam illud non esset minimum, tamen illa authoritas quomodocunque exponatur, bene dicitur, nec ipsa est aliquo modo contra nos: quia repugnantia est in aliquo puncto indeterminatè, quodcunque sit illud. Et sic secundum Scotum hoc argumentum soluitur. Sequitur nunc in libro. *authoritas Auerrois primo de generatione. cap 9. Burleus exponit authoritatem Auerrois.*

¶Sed si quæras de illa propositione &c.] Consequenter Scotus mouet unam nouam difficultatem. Vtrum scilicet ista propositio sit concedenda, & uera. Continuum est diuisibile secundum quodcunque signum; quia est alia ab illa propositione scilicet continuum est diuisibile secundum quodlibet signum. nam istud signum uniuersale, quodcunque, & illud aliud uniuersale signum, quodlibet, non sunt unum, & idem signum. Vnde notandum est, quòd differentia est inter signum distributiuum, & signum partitiuum. Vnde signum distributiuum requirit duo, respectu illius propositionis, quam facit uniuersalem, primo requirit ueritatem omnium suarum singularium. Secundo requirit possibilitatem, & compossibilitatem illarum. Signum uerò partitiuum uniuersale non requirit tantum. sed quòd solùm acceptum sub illo signo, sit uerū. & ideo ista est uera, & possibilis. Continuum est diuisibile secundum quodcunque signum, quia illud, scilicet quodcunque, est unum signum uniuersale partitiuum. & ideo sufficit, quòd quæcunque singulares sub ipso signo assumptæ, dicantur esse ueræ, & possibiles, seursum. ideo ista est uera. Ob. si dicatur: Requiritur quòd singulares subsumptæ dicantur esse compossibiles. Concedo. si illud esset unum signum distributiuum, tamen in illa est signum partitiuum, ad quod istud non requiritur. *Mouet Scotus aliam dubitationem. Instã. Resp.*

Et si quæratur. Quare magis illud signum, quodlibet, est uniuersale distributiuum, & non partitiuum & illud signum, quodcumque est uniuersale, & partitiuum? Hæc non est difficultas pro nunc: tamen si illud signum, quodlibet, esset partitiuum, esset æquè bene concedenda una, sicut alia, tamē istud est modicum, nec sequitur inconueniens, hoc tenere. Et ita patet solutio ad primum antecedens probationis, quando dicebatur: Possibile est continuum &c. Et cum finaliter dicebatur, quòd si poneretur inesse, quia propositione de possibili posita inesse, nullum sequitur impossibile. Dico secundum Burleum, & Albertum, quòd differentia est inter propositionem possibilem, & propositionem de possibili. modò dico, φ posita propositione possibili in esse, nullum sequitur inconueniens, bene tamen quando ponitur propositio de possibili. Exēplum Antichristus erit, est una possibilis, ponatur in esse, nullum malum sequitur; Si autem propositio de possibili ponatur in esse. bene sequitur inconueniens, & dico tunc, φ illa est de possibili ut patet. scilicet possibile est continuū diuidi &c. & ita patet resolutio ad illud. *Qõ. & nũ inutilis.*

Ad secundam probationem antecedentis. Dictum est, quo modo illud antecedens est falsum, scilicet quòd continuum cō ponatur ex indiuisibilibus; & multis demonstrationibus probatum est; & multa dicta sunt ratione illius. Oportet nunc soluere rationes, uel probationes illius antecedentis, quæ sunt ibidem. Secundo probo idem &c. Probatur ergo, sic arguendo. Successiui nihil est actu, nisi indiuisibile: ergo ipsum successiuum componitur ex indiuisibilibus. consequentia probatur. nam unumquodque componitur ex illis, secundum quæ dicitur esse actu. antecedens probatur, quia si aliquod diuisibile ipsius successiui esset in actu, & non tantum indiuisibiliter, sequeretur, φ ipsum successiuum esset ens permanens. consequens est falsum: ergo & antecedens. consequentia probatur. quia omne diuisibile actu existens, est ens permanens: si ergo ipsius successiui ponatur aliquod indiuisibile esse in actu, ipsum successiuum esset ens permanens quod tamen est falsum, ut patet satis, ergo &c. Tunc oportet dicere, quòd ipsius successiui, nihil est actu nisi indiuisibile. Tunc arguitur sic: Ipsius successiui, nihil est actu nisi indiuisibile, & illud indiuisibile, quod est actu, de ipso successiuo transit raptim, uel manet; Non est dicendum quòd maneat, quia iam non esset indiuisibile, *Declarat Sco. probationem secũdam antecedentis.*

uisibile, sed diuisibile: ergo raptim transit. Tunc quæro, quid succedit illi indiuisibili; uel succedit illi diuisibile, uel indiuisibile. quodcunque dicas, aliquid erit. Si succedit illi indiuisibili aliud indiuisibile, habeo propositum, quod scilicet continuum componatur ex indiuisibilibus. Si autem succedat illi diuisibile, tunc quęro. Cum illud habeat plores partes simul, iam non erit amplius continuum, & successiuum, sed erit permanens, ut patet. ergo dicendum est, quòd continuum componitur ex indiuisibilibus.

Resp. Scot. ai, secundã probationẽ tripliciter. Prima est nominaliũ.

Respondet Scotus ad hoc argumentum per tres solutiones. Prima est ipsorum Nominalium. & habet illam Occham quolibeto primo quæstione 9. ad primum principale. Et D. Gregorius distin. 2. secundi quæstione. 2. dicunt isti ad argumentum quando arguitur sic. Successiui &c. Dico, dicit Occham, ꝙ supponis unum falsum, ꝙ scilicet indiuisibile sit aliquod ens positiuum, quod tamen est falsum. quia indiuisibile nihil est. modo illud, quod est actu, & actualiter existit, de necessitate debet esse ens, unde nominales negant omnia indiuisibilia, scilicet puncta mutata esse, & instantia, & illa dicunt esse quasdam priuationes, instans enim non est in tempore, nisi priuatio temporis, sicut mutatum esse, non est nisi priuatio motus localis, uel alterius, etiam punctus, non est nisi negatio quantitatis cõtinuæ. & ideo breuiter hoc modo se expediunt illi de isto argumento. Et si quæratur ab illis, quomodo ergo successiuum dicitur esse actu per quid, si negas illa indiuisibilia?

Respódet Occham, quòd successiuum est in actu, quia una pars unius succedit alteri, & non quia indiuisibile dicatur cõponere illud. Sed ne uideantur dicere aliquid noui sine ratione, negando indiuisibilia, ipsi probant quatuor rationibus, quòd nulla sunt ponenda talia indiuisibilia, nec in linea, nec in tempore. Arguitur primo sic secundum illos. Sola ratione continui posita, circumscripta qua ratione quacumque alterius positiui, ipsum continuum est terminatum: ergo in continuo, nulla est entitas positiua indiuisibilis, quæ dicatur esse punctus, uel instans. maior est uera. maximè quia punctus non est linea, sed realiter distinguitur ab illa; & ideo illis remotis a linea, ipsa esset terminata, quia non datur magnitudo actu infinita, immo semper illa esset magnitudo finita, creata, & per consequens terminata.

Soluitur argumentum Nominaliũ.

Respondemus ad hoc per unam distinctionem, quòd continuum esse finitum, potest intelligi dupliciter. Vno modo positiuè. Alio modo priuatiuè. Primo modo quòd habeat aliquam entitatem positiuam. Secundo modo quia non est infinitum, modò cum dicitur: Circumscriptis &c. Concedo priuatiuè. nego positiuè. dico nunc, ꝙ puncta terminant illam positiuè. multa argumenta possunt solui per istam distinctionem, de quibus ipsi faciunt magnam mentionem.

2. rõ ad idẽ

SECVNDÒ arguitur secũdum Occham, Omnem entitatem positiuam absolutam, realiter distinctam ab alia, potest Deus ab illa separare, & separatim conseruare. Sed sic est, ꝙ punctus est aliquod positiuum, realiter a linea distinctum ergo. sequitur, quòd Deus potest illum separare a linea, & separatim conseruare. hoc tamen est falsum de puncto. nego, quòd sit falsum, probatur. quia semper manet illa finita, & terminata.

Resp. ad secundam rõnem Occhã.

Dico ad hoc, quòd Deus potest separare ab ipsa linea punctum continuantem, & punctum terminans. & sunt realiter distincta. nec unum ab alio realiter dependet. Et cùm improbetur quòd non potest separare finitatem a linea, transeat priuatiuè, nego tamen positiuè. Cum dicis: Nam semper remanet illud, quo linea dicitur finita. nego positiuè, remanet tamen finita priuatiuè. & hoc sufficit.

TERTIÒ principaliter arguit Occham. quòd si pũctus esset aliquid positiuum in linea, sequeretur, quòd linea non esset unum per se: consequens est falsum. ergo & antecedens. consequentia probatur. nam ex duobus realiter distinctis, numquàm fit aliquid unum per se, nisi unum sit per se actus, aliud sit per se potentia, quod tamen non est hic. uel, nisi unum transeat in aliud per ueram identitatem. Exemplum primi. Ex anima, & corpore fit unum per se. Exemplum secundi. Ex essentia diuina, & relatione, constat persona diuina, tamen unum non est actus, aliud potentia, propriè loquendo. tamen unum uerè, & identicè transit in aliud per ueram identitatem, quæ est realis identicè. modò punctus realiter distinguitur a linea, nec est actus ipsius. Et ideo non esset unum per se.

Quarta ratio Occham ad idem.

Respondemus, tenendo, quòd ex puncto, & linea fit unum per se ens. & cum dicitur, contra: unum non est actus alterius, nec aliud potentia. Concedo. Dico tamen, quòd punctus est terminans lineam. & hoc sufficit in continuis ad hoc, ut fiat unum per se.

Soluitur quarta rõ Occham.

QVARTÒ Et fortius arguit Venerabilis inceptor. Omne continuum positiuum, habet esse suum per generationem, uel per aliquam productionem: sed indiuisibile per nullam productionem taliter possunt habere esse: ergo indiuisibile non dicit aliquid positiuum, sed priuatiuum, quod est propositum. maior patet discurrendo in omnibus. minor probatur. nam diuidatur una linea in duas partes, in qualibet illarum erit unus punctus terminans illas, & prius non erat, nisi unus. Tunc quęro. Quomodo generatur, uel habet esse ille punctus? Non per generationem, & productionem, quia diuidere, non est generare, uel producere, sed magis destruere: quomodo ergo producitur, si dicat aliquod positiuum? similiter dicatur de linea, & superficie.

Respondemus ad hoc argumentũ, quando arguitur sic: Omne positiuum &c. Cócedo maiorem. ad minorem, nego illam. & cum probatur &c. Dico, ꝙ quando una linea diuiditur, illa diuisio cadit super punctum, non quidem, quòd punctus diuidatur, quia est indiuisibilis, sed quia punctus remanet in una parte lineæ, quæ corrumpitur. modo dico, quòd illa diuisione, ille punctus (non erat prius in potentia obiectiua, si, uidelicet, quòd non erat, poterat tamen esse) fit per illam diuisionem in actuali existentia; & ita producitur, licet non creatur.

Gregorius idẽ probat, quod supra Occham.

Gregorius etiam multis argumentis arguit ad idem, quæ tamen omnia facilia sunt. & sic isti Nominales soluunt illud argumentum, quod scilicet indiuisibile non componit successiuum.

Scotus arguit quatuor rationibus contra opinionem Nominaliũ.

Contra tamen modum dicendi illorum, quòd nullum sit ponendum indiuisibile, arguit Scotus quatuor rationibus, probando, quòd aliqua indiuisibilia sunt ponenda. supponendo, ꝙ secundum ponentes indiuisibile, illud est duplex. Quoddam est indiuisibile terminans partes continui. Aliud est indiuisibile continuans. primum est punctus in linea mutatum esse &c. Exemplum de indiuisibili, ꝙ non continuat, nec terminat, ut generatio, & mutationes, quæ fiunt in instanti, & ista indiuisibilia ad minus oportet ponere, quamuis non sint termini continui, aliter oportet destruere omnes libros de generatione, & corruptione. & sic illi, licet faciant istud argumentum contra se, non tamen soluunt illud, & sic uelint, nolint, debent ponere ista indiuisibilia.

2. rõ Sco. ad idem.

SECVNDÒ arguitur sic: Ratio lineæ est ex punctis: ergo punctus est aliquid positiuum in illa. consequentia patet. quia de ratione lineæ non est aliquid, nisi illud sit positiuum. antecedens patet secundũ Philosophũ 1. posteriorum. Notandum tamen pro hoc, ꝙ rationẽ lineæ esse ex punctis, potest dupliciter intelligi. Vno modo essentialiter, & quidditatiuè. Alio modo integraliter, & cóstitutiuè. Primo modo intelligitur hoc. nam dicit Philosophus, ꝙ lineæ quidditatiuè est longitudo sine latitudine, & profunditate, cuius extrema sunt duo puncta. ratio non intelligitur secundo modo. nam linea non componitur, uel integratur ex punctis, sed ex lineis paruis. & per consequẽs argumentum est bonum, ꝙ oporteat dicere, ꝙ punctus est aliquid.

3. rõ Sco. ad idem.

TERTIÒ ad idem. Si punctus in linea non esset nisi priuatio, sequeretur ꝙ linea, & superficies essent ueræ priuationes. patet consequentia. quia latitudo est indiuisibilis secundum latitudinẽ, & ita superficies erit priuatio profunditatis, & linea erit priuatio latitudinis, & profunditatis. ista sunt satis absurda: ergo dicendum est, quòd punctus est aliquod positiuum, & non purum priuatiuum.

4. rõ Sc. ad idem.

QVARTÒ etiam arguitur sic. Si latitudo esset tantum priuatio, & longitudo esset tantum priuatio, & non aliquod positiuum, sequeretur, ꝙ non esset, nisi unica dimensio. consequens est falsum, & contra Philosophum, & omnes mathematicos. patet consequentia. Nam, non remaneret de dimensionibus, nisi profunditas. quia dimensiones communiter connumerantur tres, & ita si illæ duæ, scilicet latitudo, & longitudo non dicunt nisi priuationes, una erit tantum positiua. Dicit ipse, ꝙ profunditas est ex tribus lineis, & tunc oportet ire ad mathematicum, & dimittere proprium intentum, quod nullus diceret.

Confirmatur hoc, ducendo ad idem inconueniens, quòd si longitudo esset priuatio, sequeretur quòd punctus esset priuatio priuationis. patet consequentia, quia longitudo, per te, est priuatio, & punctus est priuatio longitudinis. ergo punctus est priuatio priuationis: consequens hoc est falsum, quia priuationis, non est priuatio, quia esset processus in infinitum. ergo illa indiuisibilia sunt aliquid in rerum natura.

5. rõ Sco. ad idem.

QVINTÒ Arguitur ad minus, quòd superficies dicat aliquod

quod positiuum & tantum est unum indiuisibile. Contra, secundum superficiem fiunt quantitates corporales, & positiuæ. ergo superficies est aliquod positiuum. consequentia est bona, quia qualitates positiuæ, ut albedo, nigredo, quæ non sunt mere priuationes, non possunt fundari supra priuationes, quia priuatio nihil est: & nihil, non potest esse fundamentum entis realis. & ita illæ fundabantur supra ens reale. Sed illæ qualitates sunt supra superficiem, negatur. probatur de figura, & forma, quæ manifestant ipsam speciem: ut forma, figura, locus. &c. ista etiam albedo, nigredo, humiditas, fiunt in superficie; Communiter figura, & locus faciunt indiuidua cuiuslibet speciei differre numero. Ex hoc loco probaretur, quòd figura esset ens absolutum, & non respectiuum: de hoc tamen dictum est distinctione duodecima quarti. & sic istud argumentum stat bonum contra illos; & ita solutio illorum, quo ad illa, quæ assumit, dimittitur. licet tenendo illam benè per ipsam euacuatur argumentum.

2. solutio ad illud antecedens.

Et ideo est secunda solutio ad hoc argumentum ad antecedens, scilicet datur una distinctio, quòd indiuisibile capitur dupliciter, uel est duplex. Quoddam est indiuisibile actu. Aliud est indiuisibile potentia. Indiuisibile actu est illud, quod actualiter, uel diuidit, uel terminat continuando ipsum successiuum, cuius ponitur indiuisibile. tamen est indiuisibile in potentia scilicet obiectiua, quia scilicet non est, potest tamen esse, & debent illi nunc. primo quòd successiuum bene conflatur ex indiuisibili in potentia, non tamen componitur ex indiuisibili actu, est solutio illorum. Scotus tamen dicit, quòd hoc non ualet, quia semper stabit semper argumentum, nam semper quæram de illo indiuisibili, quod das in potentia, uel illis succedit aliud indiuisibile, uel diuisibile, ut deductum est æquè bene de indiuisibili in potentia. si detur, concludit, sicut de indiuisibili actu si daretur. & ita solutio dimittitur, ut insufficiens.

Scot. replicat solutionem nominalium.

Et ideo Scotus de mente sua dicit ad illud argumentum. quando arguitur. Successiuum non habet esse actu &c. nego illam, etiam Canonicus negat hoc: de tempore nunquàm habemus plusquàm nunc indiuisibile, & tamen tempus est unum successiuum, uerum hoc etiam dato, adhuc nõ sequeretur malum contra nos. transeat ergo illud antecedens. ad illam inquisitionem, quid succedit illi indiuisibili? Dico, quòd aliquid diuisibile. dico enim quòd instanti temporis succedit pars temporis diuisibilis; nam inter esse onius instantis, & nõ esse alterius, semper datur tempus medium. & inter duo puncta semper est linea media. Breuiter regula est, quòd numquàm duo indiuisibilia sunt sibi inuicem immediata. & cùm arguitur, quòd tunc successiuum, non erit successiuum, nego consequentiam, & cùm probatur quia esset ens permanens: nego hoc, dico enim quòd illa pars, quæ ponitur media inter illa indiuisibilia, est diuisibilis, illa pars semper est in continuo fluxu, & heri, & si illa pars nõ esset in continuo fluxu, sed quiesceret, tunc benè esset, uerum, quòd continuum esset permanens, ut patet. Et sic istud argumentum benè soluitur.

Solutio Sc.

Regula Scotica.

Scot. replicat contra solutionem.

Sed Scotus, ut magis appareat ueritas huius solutionis, arguit contra eam. Nam uidetur quòd ista solutio dicat duo impossibilia. nam primo uidetur concedere indiuisibile in tempore, & motu, ut in linea, actu, & quòd illa ternatur, licèt maneat à aliquo diuisibili. Contra hoc arguitur sic. Si hoc esset uerum, sequeretur, quòd ipsa successiua non essent entia uniformia. consequens hoc uidetur absurdum: ergo & illud ex quo sequitur. consequentia probatur per te, nam dicis quòd una pars illorum est indiuisibilis, & alia est diuisibilis. modò nullum compositũ ex indiuisibili, & diuisibili, est uniforme, ut patet. ergo oportet dicere, quòd in continuo nulla sunt talia indiuisibilia.

Soluitur in Scotia

Respondet Scotus ad istam replicam per unam distinctionem, quòd totum esse ipsius temporis, uel ubi esse uniformiter, quod est idem dicere, potest intelligi dupliciter. Uno modo. Collectiuè. Alio modo diuisiuè. Primo modo ubique, uel totum esse temporis, comprehendit & complectitur omnia ea temporis, quæ illi tempori conueniunt. Secundo modo capitur diuisiue. pro una parte temporis determinata, pro hac, uel illa. modo dico, quòd quando dicimus, quòd linea ubique habet esse suum uniformiter est secundo modo diuisiuè. ita quòd quælibet pars illius est diuisibilis, & in qualibet parte sui habet esse diuisibiliter, non tamen collectiuè. nec ipsum tempus collectiuè hét esse diuisibiliter, uel uniforme id est in quolibet sui. & hoc nullum est inconueniens. & ita argumentum non plus concludit. & sic patet, quòd probatio illius antecedentis, qua dicebatur, quòd continuum componebatur ex indiuisibilibus, non ualet.

¶ Ad probationes alterius antecedentis. &c.] Consequenter restat uidere de illo antecedente, quod assumebatur ad probandum, quod continuum componitur ex minimis; ad quod uidendum quantum ualeat, probatur primo consequentia. deinde ipsum antecedens. Consequentia probatur io quia dicitur. ergo successiuum non est continuum. Pro cuius consequentiæ probatione, supponitur, quòd duplex est minimũ. Quoddam est minimũ simpliciter scilicet, quo non datur minus. Aliud est minimum secundum quid. quod scilicet sic est minimum, quòd datur ipso minus. ut granum milii est minimum secũdum quid, prout comparatur ad aliquod maius eo; tamè aliquid est minus, ut patet, quia pars illius est minor eo, & sic non est minimum simpliciter. hic capitur minimum simpliciter, & non pro minimo secundum quid. arguitur sic. Omne continuum est quantum; sed sic est, quòd nullum minimũ simpliciter est quantum: ergo nullum cõtinuum componitur ex minimis simpliciter. quod omne continuum dicatur quantum, patet satis, quia est diuisibile, & omne quantum est diuisibile. ut patet de grano milii, & datur minus illo. & sic illa cõsequentia fuit bona, & illam etiam concedemus. antecedens probatur ad longum. Et primo tribus authoritatibus, quæ uo sunt habere, quod continuum, siue permanens, siue successiuũ componatur ex minimis. Prima authoritas est Aristotelis primo Physicorum contra Anaxagoram, supponendo illas opiniones Empedoclis, & Anaxagoræ, qui concedebant in hoc, quòd à principio omnia erant confusa in quodam confuso Chaos. à quo tamen aliter segregabantur secundum illos. quia secundum Empedoclẽ segregabantur ab illo Chaos per intellectum, quando debebat esse generatio rerum, & iterum fiebat illa confusio, & sequebatur corruptio rerum, & sic in infinitum. Anaxagoras uero dicebat aliter, quòd licet omnia essent in quolibet, modo quodam confuso, & quòd quodlibet esset in quolibet, dicebat tamen quòd segregatio illorum fiebat adminicem per agens naturale, & quod isto modo erat generatio scilicet segregando partem à parte ab illo confuso. & hoc modo poterat heri in infinitum, & ita sustentabant in generationibus omnium, processus in infinitum. Contra Anaxagoram Philosophus dixit illam conclusionem, quam uidetur probare nostrum antecedens. Dabile est minimum naturale, dabilis est minima caro, ex quo minimo, non potest amplius aliquid segregari. & sic quodlibet non est in quolibet. Tunc arguitur sic ad illud antecedens. Dabilis est minima caro: ergo continuum, permanens, uel successiuum componitur ex minimis. quod est nostrum antecedens. consequentia probatur, nam licèt caro sit aliquod ens permanens, tamen cùm Philosophus sexto Physicorum dicat, quòd idem est iudicium de moto, magnitudine, & tempore; ideo idem etiam dicendum est de motu, & tempore, quòd datur minimus motus, & minimum tempus: & ita tempus, & motus componeretur ex indiuisibilibus. & motus tempus sunt quædã entia successiua: ergo continuum, siue permanens, siue successiuum cõponitur ex indiuisibilibus. & per consequens illud antecedens est uerum ex ista authoritate.

Scotus exa minat rõnes de minimis, & eas soluit.

Prima authoritas.

Philosophus cõtra Anaxagoram.

Deducitur argumentũ.

Resp. Scot.

Respondet Scotus ad illam authoritatem, primo quando arguitur sic. Continuum &c. nego antecedens. & cum probatur secundum illud Philosophi contra Anaxagoram. dico ad intentionem Philosophi, quomodo uadat contra Anaxagoram. Unde Anaxagoras uidebatur dicere, quòd generatio fiebat per motum localem, segregando unum ab alio. Secundo dicebat Anaxagoras, quòd non contingit aliquam partem segregari totaliter ab aliquo corpore, quin semper esset aliqua pars accipienda, & segreganda in infinitum, ad generationem alterius generabilis. Philosophus tamen uolt habere, quòd si signaretur aliqua pars, finaliter ueniemus ad unam partem, quæ non sufficiet ad generationem unius alterius. istud uult habere. Tantum enim possetis de una pinta bibere, quòd non remaneret ad lauandum unum dentem. idem etiam in proposito. Tantũ enim poterit separari, quòd deueniretur ad unã partem, à qua non posset amplius aliquid separari. Et hoc dicitur esse minimum, quod ideo sufficeret ad generandum, quia quodcunque generabile requirit determinatam quantitatem, & qualitatẽ, quam tamen illi minimo non inesset. non ergo uolt habere Philosophus quòd detur minimum per indiuisibilitatem, id est indiuisibile. nam illa possent semper adhuc diuidi, licet bene detur minimum, id est tale ens, quod non posset in partes sufficientes diuidi, ad generationem alterius sequentis; & ideo non oportet dare minimum simpliciter, & separatum existens.

Intentio Philosophi contra Anaxagoram.

Aliqui

Quid Gandauensis, & Burleus.

Aliqui tamen Philosophi naturales, ut de Ianduno, Burleus Galterius. aliqui etiam dicunt, quòd Aristoteles disputat ex dictis Anaxagoræ, quòd detur minima caro, uel ignis, quod Anaxagoras concedebat; & Philosophus capit illud tanquam concessum ab illo. & arguit ex illo contra illum. Similem modum procedendi habet Philosophus in primo Physico. contra Parmenidem, qui dicebat, quòd Ens dicitur multipliciter. quæ tamen propositio non est de mente Philosophi, sed illam assumit Philosophus concessam ab illo, ad arguendum contra illum, ut patet diligenter intuenti locum illum, quomodocunque dicatur, argumentum illud bene soluitur, etiam illa authoritas.

Alia authoritas ex libro de sensu & sensibili.

Alia authoritas est, & tertia in ordine libri, quæ tamen soluitur a Scoto secundo loco, dicemus etiam ad illam secundo loco, & est authoritas Philosophi libro de sensu, & sensato, quòd Successiuum componitur ex minimis, & dixit hoc in illa dubitatione, qua quærit: Vtrum Passiones naturales sint diuisibiles in infinitum; ad quam Philosophus uidetur dicere, quòd non. tunc arguitur sic. Passiones naturales non sunt diuisibiles in infinitum, ergo datur minima passio naturalis. ergo in naturalibus datur minimum. & ita continuum, uel permanens successiuum componetur ex minimis. & datur ipsa minima passio naturalis, eadem ratione in naturali successiuo. antecedés illud patet, nam secundum Philosophum, auditus, uel uisus posset intendi in infinitum, si passio naturalis esset diuisibilis in infinitum: nam quæcumque passio naturalis est a suo sensu perceptibilis, & quanto color fieret minor, tanto ille uisus augeretur, & intenderetur, quod tamen habet ibidem Philosophus pro magno inconuenienti. ergo concludit, quòd illæ passiones naturales non sunt diuisibiles in infinitum; & ita datur minima, qua nulla est minor, quod est propositum.

Resp. Scoti.

Respondet Scotus ad istam authoritatem secúdo loco, pro quo notat illud dictum iam supra, quòd passiones naturales considerantur dupliciter. Vno modo absolutè sumendo illas. Alio modo inquantum sensibiles sunt. Primo modo inquantum sunt tales passiones, uel qualitates, non plus, & hoc modo sumendo illas, bene sunt diuisibiles in infinitum, & hoc non per se, sed quia habent esse in quantitatibus illis, quæ possunt diuidi in infinitum, & hoc nullum est inconueniens, nec contra Philosophum, quia hoc modo sumendo illas, non uult negare illas esse diuisibiles in infinitum.

Secundo modo cósiderantur in quantum sensibiles sunt, & perceptibiles suis sensibus, & hoc modo non sunt diuisibiles in infinitum, & hoc modo intelligit illum locum Philosophus ut patet bene per rationem ibidem, quæ est talis. Quæcumque, & quantumcunque minima pars passionis naturalis, ut coloris, quádo est in toto, & cum alijs iuncta, ipsa est perceptibilis cum aliis, & non dicitur pars secundum formam, quia nó est nata uirtute sua agere, sed uirtute totius, & aliarum partium, est tamen pars secundum materiam; quia quæcumque pars secundum formam uirtute sua, nata est agere. Et hoc modo bene concedo rationem Philosophi, & esset processus in infinitum. & tunc etiam dictum est ibidem, quòd linea, inquantum naturalis, non est diuisibilis in infinitum, sed bene ipsa inquantum quanta. & ita hoc modo dicendum est de illis passionibus naturalibus, & per consequens argumentum bene soluitur.

Tertiò probatur illud idem antecedens, quòd continuum successiuum componatur ex minimis, secúdum Philosophum tertio de anima. Omnium natura constantium &c. tunc sic arguitur. Entia successiua sunt etiam naturalia, sicut etiam entia permanentia. ergo in entibus successiuis est ita bene determinata ratio magnitudinis, & augmenti. consequentia probatur. nam omnium entium naturalium datur determinata magnitudo paruitatis, & augmenti.

Soluitur tertia probatio a Scoto.

Respondet ad hoc Scotus dádo unam distinctionem, quòd quantitas est duplex. Quædam est naturalis. Alia est Mathematica. quantitas naturalis est illa quantitas, quæ sumitur, uel consideratur sub aliqua passione naturali, ut sub dulcedine, uel amaritudine, albedine, & nigredine. Secundo modo quantitas est ipsa sine ipsis naturalibus passionibus. modò ad Philosophum, concedo illum, nam loquitur de quantitatibus, ut naturales sunt. & non loquitur de quantitate absoluta sumpta, & sine qualitatibus; Vnde notat Scotus, quòd quantitas cuicumque naturali perfecto est determinata ad maius, & minus, quæ determinata perfectio est illis, non est aliud, quàm habere certam magnitudinem, & secundum magnum, & secundum paruum. & hoc maximè est uerum in animatis, in quibus datur tanta quantitas, quòd si illa non daretur, non conseruaretur anima sensitiua: tamen Philosophus loquitur de magnitudine, quò ad augmentum, uel quò ad decrementum. & ita non sequitur ex hoc nisi, quòd omnis res quanta, uel ens quantum, habet quantitatem determinatam. & hoc concedo. & nihil contra me, ut patet.

Vtrum naturalia entia sint determinata ad maius, & minus.

Sed hic posset moueri illa difficultas, quæ mouetur primo Physicorum: Vtrum omnia entia naturalia sint determinata ad maximum, & minimum; & cómuniter dicitur, quòd sic in animatis, & est dare maximum, quo nihil maius, naturaliter loquendo, quia bene daretur maius uiolenter, ut dicit Burleus, & de potentia absoluta, hoc tamen non est præsentis speculationis. & sic illa authoritas non cogit. de isto debetis uidere in Physicis. Et ideo, quia authoritates istæ nó sunt sufficientes ad illud probandum, solutæ sunt.

Arguitur rationibus.

Consequenter arguitur rationibus, probando, quòd continuum componatur ex minimis arguitur sic. Dabilis est minimus motus. ergo continuum componitur ex minimis. antecedens patet. nam dabilis est prima pars motus. ergo dabile est minimum in motu. patet consequentia, quia illa pars motus, dicitur esse minima, patet bene, quia si illa non esset minima, sequeretur quòd esset aliqua pars motus dabilis, quæ haberet aliquid illius partis, quod tamen esset procedere in infinitum, quantum ad aliquid illius partis. hoc tamen est falsum: ergo oportet dicere, quòd illa pars est minima. probatur consequentia, nam prima pars motus dicatur A, illa per te, nó est minima, sed est diuisibilis in infinitum, & habet partes, quæ sunt aliquid eius, istæ partes dicantur B, C, tunc B, erit aliqd prius ipso A, in infinitum. patet. nam diuidatur illa pars B, quæ potest diuidi in infinitum, quia non est minima, per te, & tunc ipsa in infinitum distabit ab ipso A, cuius est pars, & aliquid eius. ergo dicendum est, quòd prima pars motus est minima, & per consequens, illa consequentia fuit bona. antecedens tamen probatur quòd scilicet sit dabilis prima pars motus, quia ibidem est difficultas. probatur istud multipliciter. secundum Philosophum primo Physicorum, & octauo. Si est mobile, uel alterabile, diuisibile in infinitum, ratio huius, quia illud mobile erit uelox, idest subito, uel uelox, idest in instanti, secúdum Commentatorem; illa mutatio erit uelox idest in instanti, sed illud, quod correspondet instanti, est indiuisibile, & indiuisibile est minimú: ergo debitur minima pars motus, quod est probandum. Idem etiam Philosophus in octauo Physicorum, arguit contra se, quia in sexto dicit, quòd omne moueri, est mutatum esse. hoc modo arguit Philosophus contra seipsum in illo loco. Et ipsemet respondet ad hoc, & Scotus cum illo, quòd Motus capitur dupliciter. Vno modo inquantum continuus, & diuisibilis. Alio modo capitur motus inquantum a tali, uel a tali agente, deductus est ad actum. Primo modo capitur sexto Physicorum, quando dicitur, quòd ante moueri est mutatum esse, & èconuerso. Secundo modo motus, ut comparatur ad agens, a quo producitur, capitur in octauo Physicorum, & ita nulla est contradictio in dictis Scoti, & per consequens stat de mente sua resolutio, quòd dabilis est minimus motus.

Motus dupliciter.

Responsio aliena.

Respondet Scotus ad hoc argumétum per duas solutiones. una est quorumdam, qui dicunt quando arguitur sic: Dabilis est &c. Concedo, dicunt illi, consequentiam quam facitis, & hoc sumendo primam partem motus pro illa mutatione. nam mutatio enim, dicunt illi, dicitur esse illa minima pars motus, quia dicitur esse in instanti. Scotus tamen non est bene contentus de hac solutione. immo dicunt illi, quòd quomodocumque capiat, uel quicquid intelligat per primam partem motus, siue pro mutatione ipsa, siue pro motu, semper stat hoc argumentum. aliter hoc esset contra Philosophum sexto Physicorum quòd ante omne mutatum, est mutari in infinitum: & èconuerso, ita illud non concludit. sequitur textus.

Resp. Scoti.

¶ Et persuadetur hoc sic, quia si &c.] Fiebat unum argumentum ad probandum, quòd continuum componatur ex minimis. nam dabitur prima pars motus, dictum est ad hoc secundum unum modum distinguendo, tamen Scotus aliter dicit. negando illud antecedens, scilicet dabilis est prima pars motus. hoc est falsum, & probat Scotus hoc esse falsum propter illam authoritatem sexto Physicorum, in qua dicitur: ante omne moueri, est mutatum esse. & primo exponitur illa authoritas, deinde Scotus declarat, quare non datur prima pars motus: dicit ad primum cum Philosopho & Commentatore, supponendo in illo sexto Physicorum, quòd non loquitur de quacumque mutatione, sed de mutatione successiua, & mensurata tempore, aliter illa authoritas non esset ad propositum, nisi loqueretur de mutatione mensurata tempore. Supponitur

ponitur secundo, q̄ sicut ipsa magnitudo est diuisibilis, etiam ipsum tempus; & ipse motus. ista tria sunt eiusdem rationis, quo ad diuidi. Modo probatur quòd omne mutatum esse præcedit moueri, per comparatiuuem ad magnitudinem. nam mo ueatur mobile super unam magnitudinem, supra unam mensam, istud mobile primo pertransit illam mediam tabulam, quàm totam, deinde etiam prima medietas est diuisibilis in duas, & mobile primum pertransit primam medietatem illius primæ partis, quam secundam medietatem illius etiam primę partis; & ideo in infinitum procedendo semper est primo mutatum esse, quàm mutari, & è conuerso, sic quòd non dabitur ultimum sui esse; & sic ante omne moueri, est mutatum esse; & ita patet illud antecedens esse falsum, quòd non datur &c.

Arguit Scot. Sed adhuc probatur, & bene, quòd nō datur prima pars motus, dicit Scotus, ducendo ad inconueniens, arguitur sic. Si dabilis esset prima pars motus, sequeretur, uel quòd motus componeretur ex motibus, & quietibus intermediis, uel sequeretur, quòd mouens aequalis uirtutis in non produceret partes motus æquales, uel æqualiter, nec uniformiter, uel sequeretur, q̄ motus componeretur ex mutationibus indiuisibilibus, idest ex mutatis esse. ista tamen tria sunt falsa, & inconuenientia; ergo & illud, ex quo sequuntur. De falsitate istorum nullus dubitat, q̄ si unus motus continuus componeretur ex motibus, & quietibus, iam non esset continuus, quod nullus diceret, quia sequuntur contradictoria de eodem, scilicet continuus, & nō continuus. Falsitas secundi consequentis etiam bene patet, quia nulla uidetur ratio, quare mouens æqualis uirtutis in principio & hue, non producat motum uniformem, cum sit agens naturale, & agat secundum ultimum suæ potentiæ; & idem inquantum idem, maximè in agentibus naturalibus, natum est semper facere idem. Falsitas tertii consequentis patet de se, quòd scilicet motus componatur ex mutatis esse; nullus diceret. Philosophus, & ita falsitas istorum consequentium patet. At consequentias illas oportet primo probare. & primo primam q̄ sequatur, & arguitur sic. Da primam partem motus, quia per te, dabilis est, signetur ista, & uocetur A, quæro tunc in A, per te motus, quomodo se habet mouens, uel producit secundam partem motus immediatè post primam, uel non producit illam secundam immediatè post primam, sed quiescit; uel producit illam secundam partem successiuè, uel producit illam totam simul, & non successiuè, sicut primam. quodcumque dicas habeo, uel propositum, uel contra te. Si dicas, quòd non producit illam secūdam partem immediatè, sed quòd quiescit in medio, tunc habeo propositum, quòd ille motus continuus componitur ex partibus motus, & quietibus mediis. Si autem dicas, quòd producit illam partem secundam motus successiuè, & non totum simul, sequitur tunc, q̄ agens naturale, non se habet uniformiter ad illas partes; & per consequens, nec ad motum, quod non est dicendum. Si autem dicas, quòd producit illam secundam partem motus totam simul, & non successiuè, sequitur tunc, quòd illa pars motus secunda est indiuisibilis sicut prima & sic motus ille componetur ex indiuisibilibus, quod tamen est falsum; & ita impossibile est dare primam partem motus. ista ratio nūc bene patet.

Probat consequentias præcedentis argumenti, probat primam.

Secūdo Sco. probat idē. Consequenter Scotus ostendit, quòd non est dabilis prima pars motus, per unam talem imaginationem, notando ex octauo Physicorum quasdam regulas de successiuis & permanentibus. quo ad esse illorum, & non esse. primum, uel ultimū dandum, uel reperiendum in illis. prima regula est, cuiuslibet entis permanentis, dabile est primum instans sui esse; loquendo de illo esse, quod habet post non esse, quando incipit esse, post non esse, & non loquendo de ipsa re permanente, ut permanens est, ista regula bene probatur in illo octauo. Secunda regula. Non est dabile ultimum instans, in quo res permanens habeat non esse ante esse, probatur in octauo quia tunc duo instantia essent sibiinuicem immediata. unde regula est, quòd cuius datur primum instans sui esse, illius non datur ultimum instans sui non esse. Alia regula est, quòd Dabile est primum instans, in quo res permanens habet non esse, post esse; & istæ regulæ dantur de entibus permanentibus. Sequuntur nunc regulæ de successiuis. prima est hæc. Non est dabile primum instans, in quo res successiua habet esse, & ultimum, in quo habet esse. Res successiua non habet ultimum sui esse, nec primum sui esse, sunt enim diuisibiles in infinitum. Secunda regula est, quòd dabile est primum instans, in quo res successiua habet non esse post esse. Tertio dico, quòd dabile est instans, in quo res successiua habet esse post non esse. Quarto dico. quòd dabile est ultimum instans, in quo res successiua ha-

Prima regula de eo q̄ primo uel non esse, permanentium, et successiuorum.

2. Regula.
3. Regula.

In successiuis prima regula.

2. Regula.
3. Regula.
4. Regula.

bet non esse ante esse, ut patet in octauo Physicorum ad longum de ista materia, & duodecima quæstione quodlibet. Quātum ad præsens sufficit, & istud glossatur ibidem, & intelligitur, q̄ in rebus, quæ tantum durant per instans, bene datur primum & ultimum sui esse.

Ex istis, nūc Scotus imaginatur unum scilicet quòd sit una forma sub esse quieto, & sub aliqua immutatione, corrumpēda per motum, & capitur hæc immutatio pro quiete. Vnde notandum est, quòd immutatio capitur dupliciter. Vno modo pro ipsa quiete. Alio modo capitur pro termino motus, uel quietis: immutatio pro quiete, capitur diuisibiliter pro tota illa quiete. Secundo modo capitur pro ultimo instanti terminante illam totam quietem: & hoc modo nocatur quies, illa forma, quæ acquiritur in illo ultimo instanti: & tunc dicitur quiescere, & demonstrata illa forma, dicerem, quòd hoc nunc se habet indiuisibiliter. Vbi tamen prius se habebat diuisibiliter: non dico, hoc nunc se habet aliter & c. nam hoc conuenit illi, quod mutatur, & istud est iam in termino motus, uel mutationis, & quietis. & ita illa est in ultimo esse quietis scilicet illa forma, uel in ultimo instanti termināte illam quietem. unde quiescere est aliquid nunc, sicut prius se habere: sed mutari est aliquid nunc, aliter se habere diuisibiliter, quàm prius se habebat indiuisibiliter. in illo ergo ultimo instanti, datur ultimum esse illius formæ, & in esse quieto, scilicet caloris, uel huiusmodi. & tunc calor, uel illa forma in illo instanti stabit sub quiete. moueatur tunc, iam non dabitur prima pars motus: bene tamen dabitur illa ultima pars quietis, in qua se habet indiuisibiliter: nam uolo, quòd incipiat moueri successiuè, & hæc est una particula in libro. mouetur ergo successiuè illis duabus rationibus, quas habuimus in primo libro; una est successio, quia non æquè primo est præsens illi mouenti qualibet pars mobilis. Sed prius una, deinde alia & c. ex eo, quia partes illæ, secundum quas fit motus, non possunt esse simul præsentes, sed tantum successiuè. & illa forma est etiam inducibilis isto modo scilicet pars post partem. Et sequeretur, dicit Scotus, quomodo potest induci gradus frigiditatis in illa aqua, q̄ stetit sub calore, successiuè. unde dictum est in illis duabus rationibus, quare successiuè inducatur.

Immutatio dupliciter.

Sed quæro, quomodo est possibile? Volo, quòd aqua sit calida in uiginti gradibus, illa alteretur deperdendo illos gradus: quando alteratur, inducitur unus gradus frigiditatis, uel duo, quomodo est possibile, quòd ille gradus unus frigiditatis non corrumpatur ab illis a viii. uel xviii. qui adhuc sunt in aqua, sic quòd illa forma scilicet frigiditas non induceretur successiuè? Est difficultas, quam quidem difficulter tangit Scotus.

Mouetur difficultas.

Respondet Scotus ad hanc, quòd licèt illi uiginti uel octodecim gradus caloris, sufficerent ad corrumpendos illos gradus, qui successiuè inducuntur, tamen illud agens extrinsecum & alterans, conseruat illos tanquam effectus huius, propter quod calor existens, non potest illos corrumpere. Ad propositum ergo redeundo. Illa forma est in ultimo termino quietis; uolo ergo quòd moueatur successiuè ad frigiditatem (ipsibile est per dicta) tunc si mouetur successiuè, est ibidem duplex motus. Quidam est motus remissionis. alius est intensionis; motus remissionis est ille, qui est in calore, qui calor semper remittitur. motus intensionis est ille, qui est ad frigiditatem; nam illa frigiditas semper intenditur. illi duo motus sūt simul natura. Da oppositum, quòd non sint simul, iam sequeretur quòd esset dabile ultimum instans esse caloris in aquam. Conclusio tamen sic probatur. Nam quando aqua mouetur a calore deperdendo illum, non inducitur frigus in illo, sed in aliquo instanti, uerum est dicere, aqua frigescit. Tunc quæro, uel in illo instanti, est ibidem calor, & non frigiditas, uel est ibidem econuerso, frigiditas, & non calor. Si calor, tunc habet ultimum instans sui esse, nam amplius non erit ibidem aliquid ipsius. Si autem frigus est ibidem, tunc est primum esse illius frigidatis, quod tamen est falsum: quia non datur primum esse formæ. Non inquantum est res permanens, nam hoc modo equidem datur. sed inquantum habet esse sub motu, non datur primum instans rei permanentis sumptæ sub motu: ergo isti duo motus stant simul. patet etiam ratione, quia quòd esset alterans inducendo, & non deperdendo, non uidetur esse possibile: ergo illi duo motus scilicet acquisitiuus, & deperditiuus stant simul. Tunc sic. Omne quod mouetur, partim est in termino a quo, & partim in termino, ad quem; illi ergo duo motus participabunt utrumque terminum, & ita erunt ibidē simul. & tunc sequitur, quòd nullus illorum duorum motuū dabilis est prima pars. & per consequens non est dabilis prima pars

Resp. Scot.

Probat duos motus esse simul in eodem

pars motus.consequentia bene patet. Antecedens declaratur, quia primo oon datur prima pars motus a calore qui remittitur; nam dabatur ultimut illiut in esse quieto, & per consequent non datur prima pars motut illiut, quia duo instantia essent sibi inuicem immediata. nec datur prima pars motut ad frigiditatem. nam illi duo motus sunt simul, quando unus incipit esse, etiam alter: ergo si illius motns remissionis caloris non datur prima part, etiam oon dabitur prima part motus in tensionis frigiditatis, quod est propositum. & hoc modo patet teatu t oruasissimà. Potest dari etiam exemplum de guttit, quæ cauant lapidem, illæ gottæ in cauando lapidem sic se habent, quòd in illa ablatione, oel dimiautiona lapidis sunt tot partai, quot sunt in illa mensura, mensurante illam diuisionem, non tamen secundum Fhilosophum, quia de illis decem guttit imaginandum est, sicot de duobus trahentibut nauem. uam non trahit onus uuam partam seorsum ab alia, & alius aliam; non utique, sed omnes simul illam trahunt; illæ etiam decem gottæ, non ast imaginandum, quòd una cauat unam partem, & alia alteram, sed omnat simul illam cauant, uel diuidnnt, sed una cauat nirtuta tamen aliarum præcedentium, tanquam præuia dispositio ad illom cauandum. Prima ergo non cauat, nec secunda, sed disponit ad illud. Illa ergo diuisio nou sit in illo toto tampore, quo arat descensut illarum decem guttarum, quia illa diuisio non est partibilis, uel diuisibilit. uam aliter sequeretur, ꝙ daretur prima pars motnt, qood non est diceodum, ut patet, & sic est propositum.

Cvm ergo probatur primom per Philosophum &c.] Consequenter oero, quomodo anrecedant sit fallum, oportat dicere ad illod, 8. Phisic. 5. ꝙ si non partibile est, quod alterà &c. Dicit ad hoc Scotut, ꝙ Philosophot ibidem arguit contra Empedoclem, diceotem, Omuia esse in cootiouo motu, & successione. de quo modo dicédi dist. 3. quæst. 4. primi. dictom ast. qoomodo Philosophus probat, ꝙ omnia oon suut in cótinuo motu. maaimè ex motu agmentationis, de quo maaimè illi monebantnr ad illud dicendum. oam illi in tempora notabili oidebaut grana, & herbas augeri, non tamen uidebatur illud perceptibiliter iu quacuoque parte temporis. & cótra hoc arguebat Philosophot, sumendo illud eaemplum de guttis, qa ille lapis minnitur, & noo secuodum quamlibet guttam; ea dictis, & ad experientiam patet. uem qualibet gntta non cauat, nisi eo modo quo dictum est, scilicet dispositiuè. & ita illa diminutio uou est secundum quamlibet partem illius temporis, quo mensuratur desceusus illarum guttarum: illa tameu diminutio est ueloa, idest iu instauti ad minus, Diceret illa secundum Commentatorem, dicit Scotus, ꝙ illud malè exponitur, scilicet Valox, nel subito, pro iostaoti. nec illa eapositio est de mente Philosophi. uam sensus esset, ꝙ tempus mensuraretur per iostans. patet bene, uam Commentator dicit Cap. 4. do tempore, ꝙ ad quæstionem factam de tempore, sunt qoatuor modi respondeodi, scilicet per iam, per olim, per repentè, & per modo. Et ubi Philosophus dicit, repente, Commentator dicit, subito, & tempore qnodam imperceptibili, patet expressè in illo loco; modò dicare, ꝙ Commentator in hoc loco exponit subito, idest iu instanti, nou ualet, nec diceretur unisormiter; quare illud non est hoc modo iutelligendum; dicit ergo, ꝙ Philosophus uult habera, ꝙ illa alteratio, cauatio, uel diuisio, fit in tempore imperceptibili; & uou uult habere, ꝙ fiat subito. i. in instanti. patet bene secoodū exépla Philosophi ibidem in 8. Phisic. Det exemplum de iofirmo, qui sit seruus post ægritudioem, tameo non inducitur una pars sanitatis in toto tempore ægritudinis, deinde alia pars iu illo toto tempore ægritudinis, dum illa manet; sed uult, quòd in aliquo tempore imperceptibili, sequente illam ægritudinem, ille fit sanut, & inducitur io illo sanitas illa. non tamen uult habere, ꝙ illa saoatio fiat in instanti. nam aliter nó dixisset Philosophus: fit sanut in ultimo termioo temporis, idest in ultima parta téporis, quod tamao dixit. non oidetur ergo, ꝙ rectè exponatur, ueloa, idest in instanti. nam meliut est saluare illud dictum 6. Phisic. 5. ꝙ ante omne mutari, est mutatum esse. & quòd non contradicat sibiipsi, quàm è conuerso. nam diceremus hoc modo: alteratio est in iostanti. Ex istis omnibus ad formam argumenti, qnando arguitor: Dabilis est pima &c. nego hoc, cùm probatur secundum illud. 8. Phisic. concedo illud, exponēdo nelox, pro tempore imperceptibili, non tamen pro instanti, ut patet ex dictis cótra Commentatorem. & ad illud exemplum de guttis. patet etiam quid dicendom sit, quia cauant in tempore, omnes quidem dispositiuè, una tamen in tempore imperceptibili.

Scot. reprehendit expositionem cōmentatoris.

Quo multæ guttæ cauant lapidem, & tamen sola nó una cauat.

Ad aliud de sensu &c.] Probabatur alia authoritate illud antecedens, scilicet ꝙ dabilis est prima pars motut, quod quidem assumebatur ad probandum, ꝙ Contionum componitor ex minimis. & est authoritas Philosophi libro de seosu, & sensato. dubio secundo de multiplicatiooe homiois, & soni; quia non est idem, nec similiter fit multiplicatio luminis, & multiplicatio soni. ex hoc ostendendo, ꝙ etiam non est simile de alteratione, uel loci mutatione, uel latione, idest moto locali. rationem istius assignat, quæ ratio est authoritas ad propositum, scilicet ꝙ contingit aliquid simul totum alterari, & non dimidium, post aliquod medium, idest non unam partem post aliam contingit alterari, sed omnes simul alterantur. nó tamé contingit motum totum localem simul fieri, immo unam partem post aliam. Dat eaamplum de aqua, quæ tota simul congeletur, uel alteratur, non una pars priut congelatur, deinda alia, licet bene è conuerso. & hoc loquendo ad minus de parua aqua. & ita uidetur ex ista authoritate, & exemplo, ꝙ dabilis est prima pars motns. & sequitur ibidem: Attamen si fuerit multum &c.

Nota pro hoc, ꝙ duplex est totum alterabile. Quoddam est multum, siue magnum, aliud est totum paruum. Exemplum primi. Vna magna quantitas aquæ. nam potest tota aqua Secanæ alterari, calefieri a Sole, ual Deo, uel aliquo alio. Eaēplū secundi. Vnum paruulum uasculū aquæ, oel uini. modò dicit Philosophut, ꝙ si paruum fuerit alterabile, idest illud, quod alteratur, totū simul alteratur, nec habitum, idest parts sequent primam, uon patitur, idest non alterator ab illa prima alterata. Si autem (dicit) alterabile dicatur esse magnum, uon alteratur totum simul, sed habitum, idest una pars patitur ab alia, modo dicto. Sequitur deinde in textu Philosophi. Primum autem &c. idest prima pars illiut magni alterabilis alterarur ab ipso ageote extriuseco, & hoc subito; & ita simul tota alteratur, deinde ipsa alterat alias partes soccessiuè. Et breuiter uult habere illa authoritas, quòd dator prima pars motus, &c.

Totum alterabile è duplex.

Declaratur authoritas phylosophi, de sensu, & sensato.

Respondet tamen Scotut ad illud de seosu, & sensato, remittendo ia infra, quæst. ult. huiut distinctionis per quinque dicta ad illam authoritatem.

Scot. soluit illud de sensu, & sensato.

Primum dictum est. Quando ageot respicit totum passum simul, tanquam indiuisibilem terminum, & formam secundū illum ultimum gradum, secundum qoem inducit illam, uel nata est illa induci, ut iodiuisibile, non conoenit illam totam alterationem simul, & semel esse; est egregia propositio in Philosophia. Dicit infra Scotut, ꝙ illud agens habet passum sibi secuodum se totum debitè approaimatum, & formam illam induceudam habet in potestata sua. Exemplum: Sol respectu partit medij pruximioris illi, est tala agent naturale, quud habet illam partem in ratioue passi debita approximatam, & ita respicit illam partem, tanquam totum simul illimitabilem ab ipso, sicut si ipsa esset unum indiuisibila. Etiam Sol habet lucem formem iodncendam in illem partem medij; & ita nó est inconueniens, ꝙ Sol illuminet illam partem medii in iostanti. Et hoc est, quod dicit Scotut io illa prima conclusiooe, quæ est bena notanda, ut patet.

Primum dictum notabile.

Secundum dictum est regula Scoti. Quaodocunque ageot respicit aliqnod passum, tanquam terminum indiuisibilem, & formam secundum ultimom gradum, ut dictum est in prima regula, & dicto, secundum illam formam, non dicitur esse motus, sed, uel dicitur mutatio tantum, uel forte plures motut, nal mutationes ordine quodam, scilicet natura ordinatæ. Est regula Scoti, Eaemplum illius potast esse, sicut exemplum præcedentis de Sole. illud agét habet illam partem &c. mudo quo dictum est. Dicit nunc, quòd illa alteratio, quæ fit oonc tota simul, non dabet dici motus, sed magis propriè mutatio, & hæc una mutatio, ual fortè dicit pluses, propter diuarsos modos dicendi, qui hic tanguntur. Hoc est unum certum secundum nos Scotistas, ꝙ illa alteratio non est motut, quia secundum Philosophum, motut ounquam fit in instanti, motus propriè dictus, cùm illa alteratio fiat io instanti, ut patet ax prima regula data. Sed est mutatio una, uel aliqoando contingit, ꝙ sint plures. tamen habet ordiné naturæ inter sa. Vode uirtus illa Solis, si comparatur ad illud totum medium, est tantum una illimitata, quia unum medium, tamen inquantū comparatur, quia priut natura una pars est illimitata, quam alia, tunc possunt dici plures mutationes, & ꝙ una ordiue naturæ præcedit aliam. etiam probabile esset dicere, ꝙ est ibi ordo durationis. Quomodo erit, ꝙ illa tota illimitatio fiat in instauri, sim mo necessario fiet in tempore, uel oportet Solem quiescere in medium per aliquod tempus, antequam illuminaset illam secundam

2. dictū est regula Sco.

Quoddam certum secundū Sco.

cundam

kundam partem; & tunc esset concedendum, & nihil mali sequeretur, quomodocunque dicatur; ꝙ illa tantum est una mutatio, uel plures, hoc modo.

3. dictũ Sc. Tertium dictum Scoti. In illis alterationibus, quæ sunt totę simul, idest in instanti, non est dabilis prima mutatio, idest prima pars illius. istud benè patet. quia non datur primum, nisi illud sit initiatiuum secundi. modo si detur prima, iam non initiabit, quia non poterit alteri continuari, quia duo indiuisibilia essent sibi simul immediata. & illa mutatio est una.

4. dictũ Sc. Quartum dictum Scoti. In illis alterationibus, quæ sunt motus, non est dabilis prima mutatio, idest prima pars motus. & hoc, si est dare mutationem, quæ est terminus quietis præcedentis. Exemplum Quando aqua alteratur ab igne, a frigiditate ad calorem, illa alteratio est motus, non tamen datur prima pars alterationis illius. & hoc maximè dicit Scotus, si detur ultimum instans quietis præcedentis, qua, scilicet quiete aqua illa conuenit sub frigiditate. ratio dicti est. quia duo instantia essent sibi inuicem immediata, ut benè patet.

5. dictũ Sc. Quintum dictum. In alterationibus, quæ sunt mutationes, & non sunt motus ex perfectione agentis, non datur mutatio terminans quietem præcedentem, Exemplum. Si esset unum agens ita perfectum, quod in instanti calefaceret aquam, tunc non daretur ultimum instans quietis illius aquæ, sub illa forma, scilicet frigiditate. patet eadem ratione, qua illud dictum. quia duo instantia essent sibi immediata.

Ex his dictis ad materiam. dicamus nunc ad formam, quando arguitur sic Secundum Philosophum contingit &c. Concedo hoc: ergo dabilis est prima &c. nego istam consequentiam. quia illa mutatio instantanea non initiat motum, sed est tota simul. & ita non datur prima pars illius. & sic argumentum istud non cogit.

Sco. arguit rationibus, da ri primam partem motus. Consequenter, quia illæ authoritates non cogunt nos dicere, ꝙ sit dabilis prima pars motus, quia omnes exponũtur. Scotus efficacius arguit, & rationibus probat, ꝙ sit dabilis prima pars motus, & primo arguitur sic. Inter duo contradictoria, nõ est dare medium: ergo inter non esse formæ inducendæ per alterationem, & esse illiusmet formæ, non est dare mediũ. patet consequentia nã, non esse formæ inducendæ in aquam per motum, uel alterationem. s. non esse caloris, & esse illius, sunt contradictoria: ergo inter illa, non est dare medium. antecedẽs est Philosophi in 4. Metaphysicæ tunc sic arguitur. Inter non esse formæ, & esse illius formæ, nullum datur medium; sed sic est, ꝙ si non datur prima pars motus inter esse formæ inducendæ, & non esse illius, dabitur medium, ergo oportet dicere, uel quòd dabilis est prima pars motus, quod negas, uel quòd inter contradictoria dabitur medium, contra Philosophum. maior benè patet ex dictis. minor probatur. Et uolo, quod nõ esse formæ præcedentis dicatur A, & esse illius dicatur B, tunc quęro, uel B, est immediatum illi A, uel B, non est immediatum illi A, si non est immediatum, habeo propositum, ꝙ inter illa datur medium, quæ tñ sunt contradictoria. Si autem sunt immediata: ergo illa forma habet totum suum esse in B, & B, erit totum suum esse illius formæ inducendæ in B, & ita dabitur illud B, tanquam prima pars motus, in quo illa forma habebit suum perfectũ esse, & per consequens datur prima pars motus.

Resp. secundum opinionem aliorum. Respondet Scotus ad hoc argumentum dupliciter. & prima solutio impugnatur a Scoto, nec tenet illam. Secundo de mẽte sua soluit argumentum. Prima solutio dicit, quòd maior est falsa ꝙ scilicet inter contradictoria non sit dare medium. nego hoc, & cum probatur quia esse formæ, & non esse, sunt contradictoria. ista solutio dicit, ꝙ falsum est, & quòd nullo modo sunt contradictoria, rationem enim assignat iste modus dicendi, quia est fallacia Elenchi. dicitur, quod Elencus est syllogismus contradictionis ad idem, secundum idem, simul, & eodem tempore, sic, ꝙ uult habere ibidem Aristoteles ꝙ ad hoc, ꝙ aliqua dicantur contradictoria, oportet, ꝙ sumãtur pro eodem instanti: modo illa duo, s. esse formæ inducendæ per motum, & non esse illius, non sumitur pro eodem instanti tamen; & per consequens, nec sunt contradictoria. patet minor, quia non esse talis formæ, s. caloris conuenit & est in aqua, & in ultimo esse ipsius quietis aquæ sub frigiditate; tunc, non esse caloris, & esse caloris, non conuenit illi pro illo instanti, sed tantum in tempore habito. & ita non sunt pro eodem instanti, & per consequens non sunt contradictoria.

Arguit Sc. contra hãc solutionem. Contra hunc modum dicendi arguit Scotus, quia de facto, ista uidentur esse contradictoria uera, scilicet non esse caloris, & esse illius: arguitur sic. Non esse caloris inducendi, & esse caloris inducendi, sunt omnino incompossibilia simpliciter: ergo aliqua oppositione opponuntur. antecedens patet, quia illa duo, esse, & non esse, de eodem, non possunt esse unquam simul, nec stare, nec ad hoc, ꝙ sunt incompossibilia, requiritur, quod pro eodem instanti sumantur. quia semper sunt incompossibilia, siue sumantur in eodem instãti, siue pro alio, & alio: simpliciter sunt incompossibilia, & quia sunt incompossibilia, ideo simpliciter repugnant ad esse simul pro uno, uel alio instanti. consequentia tunc probatur quia omnia incompossibilia sunt opposita aliquo modo, & aliqua oppositione uel ergo esse formæ inducendæ opponuntur priuatiuè, & hoc non, quia nullum est subiectum absolutum natum in quo. nec etiam opponuntur relatiuè. patet etiam, nec opponuntur contrariè. quia contrarietas est propriè inter extrema positiua. modo ista non sunt ambo positiua, immo unum est priuatiuum, scilicet non esse: ergo oportet dicere, ꝙ opponuntur contradictoriè, a sufficiẽti diuisione oppositionum. quæ non sunt nisi quatuor. argumentum est bonum.

Confirmatur rõ Sco. Confirmatur ratio ista per Philosophum. 5. Physic. dicentẽ, ꝙ Omnis motus est a contrario in contrarium, ab esse formæ, ad non esse illius uel è cõuerso, ut album ad nigrum. uel è conuerso, ut patet. Item etiam, Si non esse formæ, & esse illius non essent contradictoria, sequeretur, ꝙ termini creationis nullo modo opponerentur. consequens est falsum, ut benè patet. consequentia probatur, quia termini creationis sunt non esse eci, & esse ipsius, quæ simul non possunt esse. & ita oportet dicere, ꝙ ista sunt contradictoria, & sic illud primum argumentum stat, nec illa solutio ualet ad illud.

SED AD Motiuum, & rationem illius responsionis, dicit Scotus unum uerbum, quòd illa ratio non ualet, quando dicit, quòd Elencus est &c. nam distinctione. 1. quęstione. 4. quaestionis huius dictum est, quod Contradictio est duplex. Quædam est in incomplexis. Alia in complexis. Exemplum secundi termini. complexis. ut uniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua de eisdem terminis contradicunt. & uniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua. Exemplum primi. Sortes, non Sortes, lapis, non lapis, capiendo ly, non, negatiuè. modo cum arguitur sic. Elencus est &c. Concedo hoc: ergo cõtradictoria debent sumi pro eodem instanti. Concedo, quòd contradictoria complexa debent referri ad idem instans, nego tamen de incomplexis; cuiusmodi sunt ista, scilicet esse formæ, & non esse illius. Sed ad ista contradictoria sufficit incompossibilitas simpliciter illorum, scilicet ꝙ ponat unum aliquid, quod aliud negat, & sic hoc dimittitur.

Resp. Scoti. Et ideo Scotus aliter respondet ad argumentum per unam talem distinctionem, ꝙ Immediatũ capitur dupliciter. quia in argumento fit mentio de immediatione illorum contradictoriorũ, ideo datur ista distinctio ꝙ immediatũ capitur dupliciter. Vno modo pro illo, inter quod, secũdum se totũ, & aliud, nullũ datur medium; & hoc mõ diceremus, ꝙ Continuum est immediatum cum suo termino. s. puncto terminanti illud. quia inter continuum ipsum sumptum secundum se totum, & ipsum punctũ, nullum datur medium. Notandũ tñ pro maiori declaratione huius, ꝙ Totum capitur dupliciter. Vno mõ Cathegorematicè. Alio modo sincathegorematicè. Cathegorematicè totum, tantum ualet, sicut ens perfectũ, completũ ex suis partibus; ut capitur in illo sophismate. Totum, quod est in mundo, est in oculo meo, dato, ꝙ esset unũ granum milii: nam illud est unũ totum perfectũ. Alio modo capitur Totum, sincathegorematicè & tm ualet, sicut quælibet pars. & hoc modo, ista est falsa. Totus Sortes mouetur. dato ꝙ non moueret nisi pedes; Modo cum dico in primo membro, ꝙ Immediatũ est, inter quod secundum se totum &c. Capitur totũ, cathegorematicè inter cõtinuũ totum. s. inter illud ens perfectum, & completũ ex partibus suis, & punctũ terminante illud, nullum est medium. Secundo modo Capitur, Totum, qñ inter aliquid secundum se totũ, & si cum altero statim, uel post alterum, & sic accipitur ly, totum, sincathegorematicè pro qualibet parte illius. Et hoc modo continuum non est immediatum puncto. quia non secundũ se totum, & quãlibet partem, est illi immediatum, ut patet. hic est sensus huius distinctionis satis obscuræ in textu.

Resp. Scoti. Applicando istam distinctionem ad propositum, Scotus supponit, ꝙ qñ in argumento arguitur, de non esse formæ inducẽdæ per motum, & de esse illius, ꝙ ibidẽ sunt duo mẽsurata, & duæ mensuræ. Duo mensurata sunt, nõ esse illius formæ, & esse illius. & mensuræ sunt, instans, & tẽpus. non esse formæ inducendæ est in ultimo instanti quietis, illius formæ, quæ expellitur. Verbi gratia. sub frigiditate, cui non esse formæ correspondet illud instans pro mensura. deinde tempore sequente illud instans, est esse illius formæ, quod quidem esse mensuratur illo tempore.

tempore. hoc stante, ad argumentum dico primo, ꝙ inter noo esse formæ inducendæ per motum, & esse illius, nullum est medium, capiendo immediatum primo mō. quia capere illo mō immediatum, est nullum habere medium, esse caloris inducti per motum secundum se totum ad illud non esse illius formæ. & sic patet, ꝙ non habent medium, & ideo esse caloris, & non esse, possunt dici immediata primo modo.

Secundò dico, ꝙ esse caloris inducti per motum, non est immediatum illi, non esse ipsius caloris, capiendo ly, immediatū scđo mō. quia sensus esset, ꝙ tē illius caloris inducēdi p motū scđm se totū, & quālibet partē sui, est immediatum illi non esse, qđ tñ est falsum. oī primo est una pars, deinde alia pars &c. & hoc mō minor est falsa. qñ arguitur, iocet esse &c. concedo primo modo, nego secundo modo quia bene datur medium, vt. patet. quia una pars esse, & alia &c. & sic patet totum illud argumentum principale ad longum deductum.

Deducitur tertiū principale. s. ꝙ Angelus nō pōs moueri. ¶Ad tertium argumentum principale &c.] Expeditis duobus primis argumentis ad probādum, ꝙ Angelus non pōt moueri localiter, motu continuo, contra resolutionem nostrā ad quoem: restet tertio loco ēt argumentum principale. Cōtra illud idē arguit, & pbatur scđm mentē Philosophi, ꝙ Angelus nō pōt moueri motu continuo. arguit sic. Angelus est indiuisibilis: ergo Angelus nō pōt moueri motu continuo. Pro illa autoritate notandum est, ꝙ indiuisibile est duplex. Quoddā est de genere quantitatis. Aliud est de genere substantię. Primum est illud, quod est, vel cōtinuatiuum, uel terminatiuum, & iniciatiuum quantitatis continuæ, ut punctus est terminus in linea; & instans in tpe; & mutatum esse in motu. Scđo mō indiuisibile substantiale, est omnis substantia incorporea; unde sequitur, ꝙ cum Angelus etiam sit substantia incorporea, ꝙ tpe ait unum indiuisibile isto mō. & sic capitur in antecedens. cōsequentia tunc probatur ꝙ scđm Philosophum, nullum indiuisibile pōt moueri motu cōtinuo. ex 5. Physic. ergo Angelus nō pōt moueri &c. Probat assumptum ibidem scđm Philosophū, quia, Oē, qđ mouetur, partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem: ergo nullum indiuisibile pōt moueri motu cōtinuo. maior est Philosophi, & minor pbatur. Declaratur ēt, ꝙ mobile cōsideratur tripliciter. ēt scđm Philosophū ibidē. Vno mō inquantū est in termino a quo. Alio mō inquantū est sub termino ad quē. Tertio mō inquantū est partim sub termino a quo, & partim sub termino ad quē. Primo mō quādo mobile est simpliciter sub termino a quo, adhuc nō mouetur, sed dicit quiescere, & est in potētia ad motū, & nō mouetur actu. Scđo mō inquantū. s. mobile est simpliciter sub termino ad quē, & tūc ēt nō mouet: quam habitibus pntibus cessat motus; non mouetur ergo tūc, licēt bene dicatur esse motū, ab illo termino a quo, ad ipsum terminum, ad quem. Si ergo mobile mouet localiter, illud erit qñ ipsum erit partim sub termino a quo, & partim sub termino ad quem. & per cōsequēs illa est uera, ꝙ Omne, quod mouetur, partim &c. minor patet, quia nullum indiuisibile habet partes, ut secundum aliques possit esse in termino a quo, & secundum alias in termino ad quem. quia iam non esset indiuisibile, sed haberet illes tales partes. & per consequens, Angelus cum non habeat tales partes, non poterit moueri motu continuo.

Respon. ad tertium. Indiuisibile duplex. Resp. Scotus ad istud argumentum dupliciter. Vna solutio dat unam talem distinctionem, ꝙ indiuisibile est duplex. Quoddam est, coi correspondet locus diuisibilis. aliud est indiuisibile, cui correspondet locus diuisibili. Exemplum primi. Indiuisibilis est punctus. Exemplum secundi. Angelus, cum iste potest esse in loco non punctali, sed in magno loco, sic, quòd locus illius est diuisibilis, licēt Angelus dicatur esse indiuisibilis. etiam anima est indiuisibilis scilicet anima intellectiua. & tamen est in corpore, quod est diuisibile. & hoc nullum est inconueniens, quòd indiuisibile habeat locum diuisibilem. Modò ad argumentum quando arguitur sic: Angelus est indiuisibilis. Concedo, tamen sic, ꝙ illi potest correspondere locus diuisibilis. & cùm probabatur, nullum indiuisibile &c. Concedo de illo, coi correspondebat locus indiuisibilis. modo Angelus non est tale indiuisibile. ista solutio est satis bona, & sufficiens pro argumento. Et non esset, nisi una difficultas. Nam probabile est, ꝙ Angelus potest esse in loco punctali, ex 5. q. huius distinctionis, & tunc illi correspondebat locus indiuisibilis: & ꝙ ibidem posset moueri motu continuo, uel ab illo loco: & ita solutio ista esset minus sufficiens.

Scoti sententias rigorosa. Et Scotus est hic modicum rigorosus. Nam dicit, ꝙ uidetur rationabiliter posse concludi, quòd indiuisibile, siue sit de gñe substantiæ, siue sit de genere quantitatis, possit moueri motu continuo, & successiuo: siue illud indiuisibile sit coniunctum alteri, siue sit per se existens; ut punctum, si esset extra lineam p se existens, probebile esset ꝙ posset moueri etiam motu cōtinuo, & ite Angelus. Vnde sequitur scđm Scotum, ꝙ Angelus existens in loco punctali, posset moueri motu continuo. Et ad hoc probandum, Scotus nunc aliqualiter digreditur. Nam communiter conceditur, ꝙ indiuisibile de genere quantitatis, ut punctus, instans, maximè punctus potest moueri ad minus per accidens, ad motum illius in quo est, sed non per se existens. Sed Scotus probat, ꝙ ēt si per se esset, posset moueri motu continuo, per unum casum. Capio unum corpus perfectè sphæricum, hoc est unum corpus perfectè rotundū, ea omni sui parte: & unum aliud corpus perfectè planum etiam; tunc moueatur illud sphæricum, supra illud planum, quæro, in quo tangit illud planum non uidetur, quòd tangat, nisi in indiuisibili: quia si tangeret in aliquo indiuisibili, iam non esset perfectè sphæricum, & aliud perfectè planum: quod tamē supponitur per casum. Tunc sic. Corpus sphæricum perfectè tangens in indiuisibili corpus perfectè planum, potest moueri supra illud planū motu continuo: ergo indiuisibile simpliciter pōt moueri motu cōtinuo. patet consequentia. Nē illud corpus perfectè sphæricum non mouetur nisi scđm indiuisibile; nam mouetur secundum illud, per quod tangit illud planum: & non tangit nisi per punctum: ergo perfectè sphæricum mouetur per pūctum, quod autem moueatur secundum punctū, patet; quia illud corpus perfectè sphæricum motum hoc modo super planum, describit lineam continuam: & per consequens mouetur motu continuo. *Possibilē posse moueri motu continuo. si per se esset, probat Sco.*

Scot. soluit sactā dubitationem. Sed dicit Scotus unum uerbum, quodam modo, soluendo unam quæstionem, & replicam, quam quis faceret illi, dicendo, quòd si illud esset uerum, tunc sequeretur quòd illud planum esset compositum ex punctis, uel illa linea, quam illud sphæricum motum describeret, componeretur ex punctis. Dicit Scotus, quòd istud non sequitur, & nō dicit plus; sed si probaretur, esset bene difficile, & ita indiuisibile, si per se esset existens, poterit moueri, & non uidetur, Ratio, quare non. Sed pro hoc, quod dicit Scotus hic, quòd illa consequentia nō ualet, scilicet quòd linea componeretur ex punctis. quia Scotus nullam rationem assignat. Nota ꝙ Dom. Gregorius dicit, ꝙ si illa duo corpora, scilicet planum, & perfectè sphæricum, dicantur se tangere, prout tangere, idem est ꝙ unum esse alteri immedietum. hoc modo falsum est, quòd tangant se illa duo corpora, immo semper est aliquod medium inter illa, hoc modo non concedit, quòd tangant se. Si autem capiatur ly, tangere, pro ut, idem est quòd esse alteri propinquius, sic quòd non potest esse magis illi proximum, dico, tunc quòd bene tangunt se: uel illud sphæricum perfectè tangit quidem planum: hoc modo concedo quòd bene tangit. Sed quando quæritur tunc, in quo tangit illud, utrum in indiuisibili, uel diuisibili? Dicit ipse, & per nec sic, nec sic. Primo non in indiuisibili: quia nulla talia ego pono, dicit ipse: nec in diuisibili: quia iam hoc non esset perfectè planum, nec illud perfectè sphæricum: dicit tamen, quòd illud corpus perfectè sphæricum, tangit illud planum secūdum duas medietates, in quas est diuisibile; & sic non sequitur illud, hoc modo soluit Gregorius Ariminensis. *Opin. Greg. de Arim.*

Canonicus respōdet ad difficultatem. Canonicus tamen in 5. Physic. dicit, ꝙ illud sphæricum perfectè tangit in indiuisibili; & cum infertur: ergo linea componitur ex indiuisibilibus. Dicit ipse, ꝙ in isto corpore, sunt duo consideranda. Vnum est, quòd illud corpus tangit illud aliud. deinde oportet considerare, quòd mouetur. modo inquantum corpus perfectè tangit, dicit, quòd correspondet illi instans. & inquantum mouetur, dicit Canonicus, quòd correspondet illi tempus: quia motus fit in tempore illi coniuncto: & sic non sequitur, ꝙ linea componatur ex indiuisibilibus.

Burleus aliter soluit difficultatem. Aliter ad illud dicit Burleus in quinto Physi. Concedendo, ꝙ tangit in pūcto, etiam qñ mouetur supra illud & quòd mouetur motu continuo. negat tamen consequentiam illam, quòd linea componatur ex punctis, ratio est, dicit ipse, ꝙ non est dabilis primus, uel secundus punctus, in quo tangit illud planum: nam sicut de tempore, dicit ipse, habemus tm unū instans, sic quòd non contingit dare secundum instans immediatum illi: quia quocunque instanti signato, semper est tempus medium inter ipsum, & aliud instans; etiam in linea, licēt sint infinita puncta, dato primo, non tamen detur secundum. nam si daretur secundus, & tertius, & sic deinceps, bene ualeret consequentia, quòd linea componeretur ex illis punctis. & de facto ista difficultas non est parue: & isti modi dicendi sunt satis probabiles. Quicquid sit, datur ad istam rationem una responsio per unam talem conclusionem.

Non est dabile corpus perfectè sphæricum in natura, quamuis benè secundum nostrum modum cognoscendi, & per intellectum. Scotus tamen dicit, quòd ista euasio, uel solutio non ualet; quia dicitur communiter secundum omnes Astrologos, quòd datur tale corpus, perfectè sphæricum; nam dicitur cõiter, quòd cœlum est perfectè rotundum. dato tamen causa disputationis, quòd non daretur tale corpus, illud tñ esse est possibile; & ita ponendo casum per possibile quòd daretur, oporteret etiam quærere quomodo moueretur, & sic argumentum staret æquè benè sicut prius, & ita euasio illa est nulla.

Impugnat à Scoto.

Et ideo datur una alia euasio ad istud argumentum per unã talem distinctionem quòd corpus perfectè sphæricum est duplex; uel esse potest. Quoddam est naturale, scilicet habẽs qualitates naturales consequẽtes illud: ut patet de multis corporibus rotũdissimis, magnis, & paruis, calidis, & frigidis, & duris. Aliud esse potest corpus sphæricum, & mathematicum, quod potest esse sine illis qualitatibus consequẽtibus illud; ut communiter dicitur de corpore cubo, dando exemplum qñ esset sine qualitatibus, præcise sumendo illud inquantum quantum. Dicunt isti, quòd naturalis sphæricitas, uel corpus naturale sphæricum nũquam tangit corpus naturale planum in puncto. sed tantũ in aliqua linea. ratio istorum esset ad hoc, quia illud corpus naturale sphæricum, non potest constare in indiuisibili, propter passiones illius; nam dictum est, quòd illæ sunt diuisibiles in infinitũ; & ita semper tanget in aliquo diuisibili. s. linea.

2 euasio.

Contra hoc tamen arguit Scotus sic. Illud, quod applicatur lineæ circulari, est circulare: ergo etiam quod applicatur lineæ rectæ, est rectum & non circulare. antecedens patet benè, & cõsequentia eadem ratione. modo si applicatur illud sphæricum illi plano, iam non esset sphæricum, sed esset planum, & per cõsequens ista euasio non stat.

Reijcitur secunda solutio.

Et ideo datur una alia, & tertia solutio ad istud, per unam talem distinctionem. quòd Aliquid esse mobile, potest dupliciter intelligi. Vno modo quòd dicatur mobile per se. Alio modo quòd dicatur mobile per accidens. mobile per se, est corpus quodcunque quãtum est de se. mobile per accidens est punctus. & istam solutionem ponit etiam Burleus expresse in Philosophia sua, & cõiter omnes Physici. Modo dicunt isti, quòd indiuisibile mouetur per accidens, & non per se. Et cum dicitur, Tangit in puncto. Concedo. ergo sequitur, quòd linea, quam causat, cõponitur ex punctis, nego consequẽtiam qñ quidem indiuisibile mouetur per accidens. Dico tñ quòd consequentia esset bona, si illud indiuisibile moueretur per se. & sic isti euadunt argumentum.

Contra istam solutionem etiam arguit Scotus sic. Oẽ, quod mouetur etiam per accidens, semper est in spacio illi æquali pertranseundo, & ita ille punctus quantumcunque moueatur per accidens ad motum ipsius corporis sphærici, semper tñ tanget punctum, & erit in spacio illi æquali, quod spacium est pũctus; & ita argumentum uidetur semper stare. Item ẽt arguitur, quòd illud indiuisibile moueatur per se, illa linea quæ supponitur corpori sphærico, non commensuratur sphæræ, sed illi quod mouetur supra illam; sed nihil mouetur supra illam, nisi punctus; ergo punctus mouetur per se, & non solum ad motum illius corporis; ut patet. ergo &c.

Contra tertiam solutionem arguit Sc. prima ratio.
2. rõ ad idẽ.

Item etiam ad idem arguitur sic, ponẽdo casum, saltem per impossibile. Capio unam lineam planam. i. existentem in loco plano; ponatur etiam quòd ab una superficie ad aliã, est planum, & ab alia, est uacuum; mouetur tamen illud sphæricum supra illam; tunc illud mouetur in uacuo, tangit tamen in plano, & est extra planum, tunc hoc dato, sequitur quòd illud indiuisibile mouetur per se in plano; nam totum sphæricum mouetur in uacuo, tamen tangit in plano, secundum aliquid sui. & illud non est, nisi indiuisibile; in illo ergo indiuisibile per se mouetur.

3. rõ ad idẽ.

Ad idem etiam arguitur. Capio corpus cubum secundum aliquam superficiem illius, moueatur una superficies. quæro tunc, quõ illa se habet? uel semper est in aliquo sibi æquali, & ita in superficie. uel correspondet sibi in magnitudine aliquid. Verbi gratia linea, uel aliquid tale, semper superficies prima mouetur, tangendo superficiẽ, quæ tamen indiuisibilis est ad minus secundum quid; & ita si mouetur secundum illam aliquod corpus, illud mouetur secundum indiuisibile; etiam si præcisè correspõdeat illi linea, etiam illa mouetur in illo indiuisibili, quod tamen est falsum. ergo indiuisibile mouetur p se.

4. rõ ad idẽ.

Finaliter ad idem probandum, quòd scilicet indiuisibile potest per se moueri. arguitur sic. Signando illum primum punctum in linea, deinde moueatur aliquid. Verbi gratia. ille punctus super lineam illam, & tunc ille punctus signatus causabit lineã, semper uidetur sequi, quòd indiuisibile potest moueri. non distinguendo de per se, neque de per accidens. & ista est conclusio probanda, quam etiam recapitulat Scotus.

Vltima rõ ad idem.

Sed ad rationem Philosophi in oppositum, quid dicemus? Scotus dat unam distinctionem quòd successio in motu, cõtingit dupliciter. Vno modo ex parte spacii, uel magnitudinis, supra quam fit ille motus. Alio modo ex parte ipsius mobilis, quod mouetur. & aliquando etiam, & potest esse tertius modus ex parte utriusque. Primo modo est, qñ illud spacium est diuisibile. Vnde Angelus non posset transire de cœlo ad terrã in instanti, & hoc uirtute propria, & naturaliter. quia illud spacium est maximè diuisibile. Secundo modo est ex parte ipsius mobilis, qñ mobile mouetur in spacio indiuisibili successiuè, datur exẽplum de gladio, & papiro scissa. Exemplum tertii est, quando nos de camera ad Ecclesiam mouemur, nõ in instanti, sed successiue, primo quia illud spacium est diuisibile. & secũdo quia mobile est diuisibile. &c. Vnde Angelus quantumcunque indiuisibilis, potest moueri successiue ad minus. ex parte spacii. Et hoc modo saluatur, Angelum esse de consideratione Physici. Vnde si inter cœlum, & terram esset uacuum, moueretur lapis etiam ibidem successiuè, successione sumpta ex parte spacii in se, & mobilis; licet non propter resistentiam medii; quia per casum nullum esset, & hoc modo esset, quãdo Angelus moueretur de uno loco ad alium locum.

Ad Philosophi rõnẽ resp. Scot.

Ex isto notabili datur hęc distinctio cum dicitur, quòd indiuisibile non potest moueri. dico, quòd indiuisibile non posse moueri motu continuo, potest dupliciter intelligi. Vno modo continuitate sumpta ex parte medii, uel extremorum, uel distantia illorum. Alio modo continuitate sumpta ex parte ipsius mobilis, uel spacii. Primo modo concedo, quòd indiuisibile nõ põt moueri continuitate sumpta ex parte mobilis. Dico ẽt, quòd cõtinuitate sumpta ex parte ipsiusmet resistẽtis medii, nõ põt; quia nullũ tale mediũ põt poni per casum; & ipsum indiuisibile nõ hẽt aliam, & aliam partem, quibus successiue debeat moueri, & hoc modo glossarentur mille millia authoritates, si adducerentur ad hoc. & sic patet ad illud antecedens. s. Indiuisibile nõ potest &c. quomodo habeat ueritatem, & quomodo non &c.

¶Cvm autem accipitur: Omne &c.] Dictum est in tertio argumento quòd Angelus nõ poterat moueri motu continuo, quia erat indiuisibilis: & nullum indiuisibile põt moueri. dictum est quõ illud antecedens est falsum: nam indiuisibila, non solùm per se; uerum etiam per accidens potest moueri. probabatur tamen, quòd non. secundum illud Philosophi: Omne, quod mouetur, partim &c. Respondet nunc Scotus dando unam distinctionem talem, quòd ly, partim, & partim, capiuntur dupliciter. Vno modo ut dicunt continuitatem sumptam ex parte mobilis. Alio modo ut dicunt continuitatem sumptam ex parte spacii. Primo modo si moueor de Ecclesia ad scholã, uel è conuerso, sum partim in termino ad quem, & partim in termino a quo, continuitate sumpta ex parte mei. & partibilitate; quia ego sum mobile partibile, & nõ quiesco, sed recedo a termino a quo, & appropinquo ad terminum ad quem. hoc ergo membrum satis patet. Exemplum secundi Quando spacium est diuisibile, ut dictum est, Modo dico quòd omne mobile, quod accipit suam diuisibilitatem ex parte sui, mouetur etiam motu continuo, continuitate sumpta ex parte mobilis; & illa ẽt diuisibilitas potest attendi ex parte mobilis, & ipsius spacii simul, a hoc tale mobile, benè oportet esse partim in termino ad quẽ, & partim in termino a quo; quia est diuisibile.

Resp. Sc. ad authoritates Philosophi.

Primum dictum.

Secundum dictum. Non oportet mobile partim esse in termino a quo, & partim in termino ad quem, pro ut partim, & partim sumuntur ex parte medii, & sunt conditiones mobilis; nam si attendatur ex parte spacii, iam una pars prius pertransitur, quàm alia.

2. dictum.

Canonicus in 1. Physic. authoritate, scilicet quòd omne, quod mouetur partim est &c. Dicit, quòd uerum est de mobili, cui correspondet locus circumscriptiuus, non autem de illo, cui correspondet tantum locus diffinitiuus. modo Angelus est mobile secundo modo, & non primo modo. iõ authoritas nõ facit contra hoc, ut patet; tñ hoc est idem dicere cum Scoto, nã illud mobile, cui correspondet locus circumscriptiuus, est tale mobile, quod habet partes, & partes, secundum quas partim est in termino ad quem, & partim in termino a quo; non autem Angelus. solutio est bona, quomodocunque dicatur.

Canonici responsio.

Burleus tamen aliter dicit, scilicet quòd illa authoritas est concedenda de mobili per se, non aũt de mobile per accidens. mõ ipse tenet, quòd indiuisibile mouetur per accidens, & nõ per se; ista tamen solutio nõ esset de mente Scoti, iam patet ex dictis. & ita relinquitur illa bona, quam dat Scotus.

Burlei responsio.

Secũdò probabat antecedẽs illud. s. quòd indiuisibile nõ posse moueri,

moueri, quia omne, quod mouetur motu continuo, prius per transit spacium illi æquale, uel minus illo, quàm maius: ergo indiuisibile non potest moueri motu continuo. antecedens est Philosophi 6. Physi. minor probatur nam indiuisibile non datur minus, nec æquale. nec maius; quia istæ sunt passiones quāti; & tunc illud spacium componeretur ex indiuisibilibus, ut patet. ergo. &c.

Resp. Sc. ad secundā probationem

Respondet Scotus ad hoc per unam distinctionem. deinde dicet ad Philosophum, distinctio est, quòd spacium pertrāsiri, potest intelligi dupliciter. Vno modo pro transitione indiuisibilis, uel diuisibilis. Primo modo sensus est, ꝙ pertransitio illa fie ab aliquo indiuisibili. Secundo modo sensus est, ꝙ illa pertransitio fit ab aliquo diuisibili. Dico nunc primo ꝙ illud est, ꝙ omne, quod mouetur, prius pertranseat &c. quia sequeretur, ꝙ esset dabilis prima mutatio indiuisibilis, quod tamen est falsum, & contra omnes; patet consequentia. nam si illud indiuisibile trāsiret æquale, semper illud spacium componeretur ex indiuisibilibus, quod tamen est falsum, & etiam contra illos ꝑuersores, non expositores, Philosophi. Secundo dico, ꝙ omne, quod mouetur, prius pertransit spacium minus, uel æquale, ꝙ maius, loquendo de pertransitione diuisibili. i. mobilis diuisibilis. patet bene in motu locali, cùm aliquid pertranseat maius spacium, quia primo oportet pertransire minus, & æquale, quàm maius. Nam totum consideratur dupliciter. Vno mō rōne totius. Alio mō rōne partis. Primo mō consideratur ſcd̄m omnes illas partes simul sumptas. Secundo mō consideratur rōne unius partis tantum; Modo dico, ꝙ toti in ratione totius, correspondet æquale in motu. & parti etiam illius correspondat æquale. illa tamen æqualia non sunt distincta, sed simul est totum mobile, & qualibet illius pars. patet bene, quia aliter non esset unus motus. Nota secundo ꝙ pars ad duo pōt comparari. Vno modo ad ubi æquale illi, sicut totum comparatur ad illud suo modo. Secundo mō pōt comparari ad punctū in illo spacio, supra quod fit talis motus. Primo mō nullū mobile, siue pars, siue totum pertransit primo minus, quàm æquale, quia semper habet locum æqualem. hoc mō semper cumparatur æquale æquali, quia. s. locus, & locatum, sunt æqualia. Secundo mō inquantum comparatur ad illud punctū. & hoc mō bene pertransit mobile, prius minus, deinde æquale, quàm maius: nam mobile secundum aliquam partem sui, prius pertransit illam partem signatam, quàm peruenit ad illud spaciū sequens. hoc mō ergo intelligit Philosophus, per comparationem ad illam partem, & non rōne totius ſcd̄m se sumpti. Dicit tamen Scotus, ꝙ si intelligeremus de illo ubi, ꝙ omne mobile, prius pertransit minus, deinde æquale, quàm maius, intelligendo per minus, & æquale, diuersa ubi, non posset tunc indiuisibile pertransire maius, uel minus. quia non datur minus ipso indiuisibili, nec æquale, quia tunc spacium illud componeretur ex indiuisibilibus. primo ergo transit totum, quàm partem: & ita illud habet uerū de pertransitione diuisibilis, & non da pertransitione indiuisibilis. Nam dicit Scotus, ꝙ ad saluandum illud, quod est de per se ratione motus continui, non oportet saluare illud, quod non est de per se ratione illius. Vnde de per se ratione motus continui est, ꝙ ipse fiat secundum diuisibile mobilis, uel spacii, super quod fit. & hoc uult habere Philosophus, & non ꝙ illa continuitas in motu cōtinuo, semper ut attendenda ex parte illorum duorum; nam alterum illorum sufficit ad hoc, ꝙ motus dicatur esse continuus. modo sic est hic, & ita Angelus potest moueri motu continuo.

Replica cōtra solutionem.

Sed cōtra hoc replicatur. Nam quicquid dicas de intētione Philosophi, non tū potes dicere, ꝙ indiuisibile possit moueri motu continuo, nam cum illud sit indiuisibile, semper illi correspondet indiuisibile in illa linea, & motu: & ita iam non mouebitur motu continuo: quicquid sit da ratione Philosophi.

Scot. soluit replicam.

Respondet Scotus ad hoc, & ista responsio facit ꝓ isto casu de perfecte sphærico super perfecte plano. mō, qñ arguit sic. Indiuisibile &c. dicit Scotus, ꝙ qñ indiuisibile mouetur, super lineam, semper commensurat illam in aliquo indiuisibili. pōt intelligi dupliciter. Vno modo, semper, idest in quacumque parte temporis, quòd commensuret illam. Alio modo quòd semper commensuret illam, idest in quocumque indiuisibili. Primo modo falsum est, nam quando commensurat lineam in una parte temporis, non commensurat illam in alia: quia sicut tempus est diuisibile, etiam illa linea est diuisibilis, & correspondet tempori diuisibili aliquid in linea. quia spacii, super quod fit motus ad illud tempus in quo fit ille motus, semper est proportio. Secundo modo intelligi potest, idest in quocunque instanti temporis illud indiuisibile motum commensuret illam lineam sibi: & hoc modo bene uolo, & concedo hoc. modo dico, ꝙ sicut duo instantia non sunt sibi inuicem immediata, etiam inter illa indiuisibilia commensurantia lineam, illi indiuisibili, sunt semper media diuisibilia: & ideo non sequitur, quòd illa linea componatur ex punctis, uel ex indiuisibilibus. ista solutio est uera, ut patet pro argumēto.

Exemplum Sc. de corpore cubo.

Dat Scotus unum exemplum de corpore cubo, ut taxillus. Vnde corpus cubum capitur dupliciter. Vno modo secundum se totum. s. inquantum est unum corpus diuisibile secundum sex superficies, moto illo moueatur super unam superficiem in plano, deinde uersus aliam, illud tale corpus commensurat sibi lineam in diuisibili, uel semper tangit planum in diuisibili, non secundum quamlibet partem temporis, sed secundum quamlibet partem spacii, sed semper. i. secundum quodlibet indiuisibile temporis, mensurat illud; etiam hoc modo dicēdo de corpore sphærico, istud argumentum bene solueretur.

Deducitur tertia probatio antecedentis.

Tertio loco probabatur illud antecedens. s. ꝙ Indiuisibila non possit moueri motu continuo. arguitur sic. Omnis motus est in tpe: ergo omni motu dabilis est minor motus, & omni tpe dabile est minus tps. & ita omni mobili est dare minus mobile; sed sic est, ꝙ ipso indiuisibili non datur minus: ergo ipsum indiuisibile non mouebitur in tpe, & per consequens, nec motu continuo, quod est probandum. Prima consequentia patet. nam idem est iuditium, de tpe, motu, & mobili, & magnitudine, quia eodem mō se hñt. quò ad diuidi, & non datur minus indiuisibile.

Resp. ad terciam replicam.

Resp. Scō. ad hoc dando eandem sniam cum prima licet sub aliis uerbis. Dat unam distin. talem, ꝙ Duplex est mobile. Quoddam est respectu cuius, est continuitas motus, aliud est mobile respectu cuius, nulla attenditur cōtinuitas in motu. Exemplum primi. Est oē mobile, quantum, & diuisibile. Exemplum secundi. Est oē mobile, & indiuisibile. mō cum arguitur. Omnis motus &c. Concedo. Omni tpe. concedo ergo ēt omni mobili datur. Concedo de illo mobili, respectu cuius attenditur continuitas ex parte sui in motu: non aūt de illo, respectu cuius nulla attenditur continuitas, uel diuisio, uel partibilitas in motu. ut patet. mō minor est falsa de Angelo. nam Angelus non est mobile primo modo, sed quidē secundo mō, quia nulla attēditur cōtinuitas in motu ꝓp ipsum. & ita hoc argumentum non plus concludit cum suis probationibus.

4. principale deducitur.

QVARTO principaliter ad istam qōnem arguitur, ꝙ Angelus non possit moueri motu continuo. arguitur sic. Oē, quod mouetur motu continuo, habet resistentiam aliquam, uel mobilis ad ipsum motorē, uel medii ad mobile, uel medii ad motorem: sed si indiuisibile moueretur, nulla esset talis resistētia: ergo indiuisibile non potest moueri motu continuo: sed Angelus est indiuisibilis: ad propositum applicando argm̄. ergo Angelus non pt &c. Maior patet. nam aqua calefit successiuè, ꝑ primam resistentiam mobilis, uempè, aquæ ad motorem ignē: nam aqua resistit, propter quod motus ille nō potest esse in instanti; etiam ex parte medii ad mobile resistentis; quia in medio denso, non est ita uelox motus, sicut est in medio raro. patet in aqua. Lapis non ita cito descendit per aquam, sicut facit per aerem. Maior ita non habet difficultatem in naturalibus. Minor patet de Angelo maxime qui est indiuisibilis quomodo illi non resistit medium, nec ipse sibi; quia potest seipsum mouere, & deinde si unus alius moueret illum, nullo modo resistet illi, & sic argumentum uidetur stare.

Resp. Scoti.

Respondet Scotus ad istud argumentum primo tangendo modum dicendi quarūdam Philosophorum. scilicet Auerrois Commentatoris, Aristotelis, & ipsius Antipatris de quo in 4. Physi. cap. de uacuo, Vnde iste Antipater ponebat duo tempora. Vnum tempus propter resistentiam extremorum; aliud tempus propter resistentiam mobilis, uel medii. Est opinio satis fantastica, tamen iste modus dimittitur pro nunc a Scoto.

Resp. Scoti per unā conclusionem. Notandum primum.

Et ideo Scotus aliter dicit per unam conclusionem, quòd Successio in motu continuo attenditur ex resistentia mobilis ad motorem. Notandum tamen, quòd successionem in motu attendi ex resistentia mobilis, potest tripliciter intelligi. Vno modo, quia mobile uincit mouens resistendo; & hoc modo non intelligitur; quia nullus esset motus tunc, ut patet. nunquam calefaceret aquam maris, quia illa resistaret tantum, quòd omnem ignem inferiorem uinceret. Secundo modo intelligitur successionem esse in motu ex resistentia mobilis, quia scilicet mobile inclinans ad oppositum illius formæ, quam mobile nititur inducere, isto quoque modo non intelligitur, quia nulla esset successio, nisi in motu uiolento; nam tunc est illa inclinatio ad oppositam formam. Tertio modo potest intelligi, successionem esse in motu ex resistentia mobilis, idest propter hoc, quòd mobile est semper sub aliquo, cui non

poreſt immediatèe ſuccedere terminus intentus ab illo mouente, uel agente, & iſtud eſt bene dictum. Exemplum. Si moueo lapidem deorſum, eſt reſiſtentia mobilis, quia quando lapis incipit moueri, ſemper eſt in aliquo ubi, cui ſcilicet non poteſt immediatè ſuccedere illud centrum, ad quod tamen lapis mouetur. nam primo lapis eſt ſub una parte medii, uel ſpacii, deinde ſub alia, quæ media ſunt neceſſaria in motu, in comparatione ad agens creatum. ideo dicitur ibidem eſſe ſucceſſio, & etiam dato quòd eſſet uacuum, & illa reſiſtentia, uel ſucceſſio in motu in hoc caſu, prouenit ex parte defectus uirtutis agentis, quod quidem eſt creatum, & limitatum, & non eſt tam potens, quòd poſſit facere illud mobile immediate eſſe in illo centro. Vnde hic non intelligo per medium præciſè aerem, ſed intelligo aerem & ſpacium; breuiter, omne illud quod præcedit neceſſario terminum ad quem, uel quem mouens intendit, puta omnes illas partes medii, & ita ſi in uacuo moueretur aliquid, eſſet motus continuus, uel ſucceſſiuus, uel eſſe poſſet ex ipſa reſiſtentia medii, ideſt illarum partium illius ſpacii. nam prius naturaliter tranſiret partem ſibi proximam, quàm partem remotam: quia illa media requiruntur neceſſario reſpectu uirtutis agentis creati, & finiti, licet non reſpectu uirtutis diuinæ infinitæ.

Secundum notandum.

Nota etiam ſecundo quòd aliquam reſiſtentiam eſſe in medio, uel mobili, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo in comparatione ad uirtutem infinitam. Alio modo in comparatione ad uirtutem finitam. modò illud non intelligitur reſpectu uirtutis finitæ, creatæ, & limitatæ. modo Angelus habet illam reſiſtentiam medii neceſſario, quia prius neceſſario oportet illum tranſire partem primam præcedentem terminum, quem uult habere, deinde partem ſequentem, & ſic uſque ad terminum: quia eſt uirtutis finitæ, & limitatæ: non quod uentus impediret illum, quia corpus non agit in ſpiritum, actione reali ad minus: & ſic patet quid dicendum eſſet ad illam maiorem, quia concedo illam in iſto ſenſu, uel diſtinctiuè. ad minorem tunc nego illam: maximè quò ad illam particulam. & cùm probatur quia primo non eſſet reſiſtentia mobilis ad motorem: tranſeat hoc, dico tamen, quòd eſſet ibidem reſiſtentia medii ad ſenſum datum. Et ſic hoc argumentum non concludit.

Cõfirmatur rõ tripliciter.

¶ET confirmatur ratio, quia ſecundum ipſum &c.] Quarto loco ad illam quæſtionem principaliter arguebatur, probando, ꝙ Angelus non poſſit moueri motu continuo, quia in tali motu, nulla eſſet reſiſtentia &c. Dictum eſt, ꝙ ſic, Cõfirmatur tamen illa ratio tripliciter, primo ſic, ꝙ Angelus non põt moueri motu continuo. Nam graue in uacuo non poteſt moueri: ergo nec Angelus poteſt moueri motu cõtinuo; etiam in quocunque medio: & ſic propoſitum. antecedens patet. quia ſi graue moueretur in uacuo, ſequeretur, ꝙ illud graue moueretur in non tempore: conſequens eſt falſum, & impoſſibile ꝙ motus fiat in non tempore, ut patet ſatis, maximè ſecũdum nos: ergo & antecedens. ſ. ꝙ graue non poteſt &c. probatur. nam ille motus fit in non tempore, ubi nulla eſt reſiſtentia ad illud quod mouetur, ſed in uacuo nulla eſt reſiſtentia: ergo oportet dicere ꝙ in uacuo non eſſet motus: quod eſt antecedens. uel ꝙ motus ille eſſet in non tempore, quod nullus diceret, & ſic patet illud antecedens. conſequentia principalis probatur ſcilicet, ergo nec Angelus in quocunque &c, quia nullum eſſet reſiſtens ipſi Angelo, nec ex parte medii: quia nullum eſſet per caſum: nec ex parte mobilis; & ita non moueretur ſucceſſiuè, quod eſt propoſitum probandum.

Deducitur prima cõfirmatio.

Reſp Sco.

Reſpondet Scotus ad iſtud argumentum ſupponẽdo primo ꝙ, De uacuo ſunt multi modi dicendi: ut patet quarto Phyſi. c. de uacuo, tractatu de loco. Vnde quidam dicunt, ꝙ uacuum eſt, in quo nihil eſt. & iſti tranſumptiuè, & abuſiuè multum loquuntur de uacuo, quia punctus hoc mõ eſſet etiam uacuum. nam punctus eſt, in quo nihil eſt, etiam quodcunque indiuiſibile eſſet uacuum hoc modo: quod tamen non uidetur uerũ de mente Scoti: ideo Scotus de hoc modo nihil dicit, propter ſuũ euidentem defectum. Secundus modus eſt, ꝙ uacuum eſt corpus, in quo nullum eſt corpus ſenſibile: hoc ẽt cõiter dicitur ab ipſis Gloſſatoribus Philoſophi: ꝙ etiam iſti de iſto mõ ſecũdo abuſiuè multum loquũtur de uacuo: nam tunc ẽt locus in quo eſt aer, diceretur uacuum, quia in aere nullum eſt corpus ſenſibile. Tertius modus dicendi de uacuo eſt illorum, qui propriè loquuntur de uacuo, ꝙ ſcilicet uacuum eſt locus, uel ſpacium receptiuum alicuius corporis, priuatum tamen illo corpore: Et iſte modus diuiditur in duos: nam quidam dicunt ꝙ illud ſpacium, quod concedunt, eſt receptiuum corporis, carens tamen corpore: non erat ſpacium quantum, ſed tantum erat ſpacium, in quo natum erat recipi corpus. Vt ſi Deus annihilaret omnes ſpheras, ſecluſa octaua, tunc totum illud ſpacium eſſet uacuum: quia nullum corpus ibidem eſſet, tamen illud ſpaciũ aptum natum eſſet recipere corpus quodcumque, ſi ibidem poneretur. Alius modus dicendi eſt, ꝙ uacuum eſt unum quantũ, non tamen eſt quantum naturale. patet in illo quarto ubi dicitur, ꝙ antiqui ſeparabant quantitatem ab omni qualitate ſenſibili, & ponebant illa quanta ſine illis qualitatibus ſenſibilibus, & paſſionibus naturalibus: & illa uocabant uacuum: iſti ſunt diuerſi modi dicendi de uacuo, quos Scotus hic breuiter tangit. Modo ad authoritatem Philoſophi, cum dicitur ꝙ uacuum non eſt locus, in quo poſſit eſſe motus. Dico ꝙ ſi teneatur ꝙ uacuum non eſt niſi illud ſpacium non habens corpus, ſed eſt natum illud recipere, tunc non eſſet ibidem aliqua ſucceſſio: quia graue non moueretur, & in omni motu continuo ſemper eſt ſucceſſio, uel ceſſio, quia ſemper medium cedit: non ergo eſſet motus hoc modo ſecundum Philoſophũ, quia illæ dimenſiones &c.

Notandum

Nota pro hoc, ꝙ quando aqua maris cedit naui, oportet ẽt illas dimenſiones nauis & aquæ eſſe ſimul: nam ſi eſſet ſicut in mari rubro, quando mare diuiſit ſe ad modum muri, aqua non cedebat illis diuerſis tranſeuntibus; tamen ſi dimenſiones illius fuiſſent ſimul cum ipſis, qui diuiſiſſent aquam tranſeundo. hoc modo ergo quando ponerentur ſpheræ omnes deſtructæ, iam non erunt ſimul; & per conſequens nulla eſſet ceſſio, uel ſucceſſio Si autem uacuum ponatur unum quantum, longum latum, & profundum, illæ diuiſiones bene cederent, licet illæ eſſent ſine illis qualitatibus naturalibus.

Difficultas notabilis.

Notandum tamen eſt, quòd hic eſt una difficultas. Vtrum ſi graue eſſet in uacuo, poſſet moueri ibidem? quid diceremus ad hoc, ſecluſo Ariſtotele? & uidetur, quòd non moueretur: nam ſi moueretur, uel motus ille eſſet naturalis, uel uiolentus: ſed neutrum eſt dandum. non eſſet naturalis, quia nulla naturalitas eſt in uacuo, quia in uacuo nihil eſt, licèt ſit natum ibi aliquid eſſe. Nec eſſet uiolentus, nam uiolentia in motu, uel eſt ex reſiſtentia medii, uel ex inclinatione mobilis; in uacuo nullum eſt medium, ut patet, nec uidetur quare magis inclinaretur mobile ad unam partem, quàm ad aliam, quia nulla qualitas naturalis ibidem eſſet. & ita uidetur, quòd non moueretur.

Soluitur difficultas.

Rñdeamus tñ de mente Scoti, ꝙ graue, ſi ponitur in uacuo. ſimpliciter & abſolutè poſſet moueri etiam motu continuo: nam nullum eſt dubiũ ẽt ſcdm Philoſophum, quin mobile in uacuo poſſit moueri in inſtanti, & inſtantaneo motu; ſed de motu continuo eſt concluſio Scoti, ꝙ poſſet etiam moueri. Et ad impugnationem, ꝙ nulla eſſet ſucceſſio ex medio. Dico propter hoc unam diſtinctionem ex dictis. ꝙ Reſiſtentia eſt duplex. Quædam eſt reſiſtentia poſitiua. Alia eſt priuatiua. Vnde reſiſtentia poſitiua eſt, quæ attenditur reſpectu alicuius entis poſitiui, quod quidem poſitiuum, licèt cedat mobili, ſibi tñ aliqualiter reſiſtit: hoc modo poſitiuè, aer reſiſtit mihi; & huiuſmodi reſiſtentia nullo modo eſſet in uacuo, qa nullũ aẽt ibidẽ medium: & hoc mõ procedit argumentum. Alia eſt reſiſtentia priuatiua, q̃ eſt incompoſſibilitas illarũ partiũ medii, q̃ nõ pñt eẽ ſimul, ſed oportet illas ſucceſſiuè tranſire unam. ſ. primã, & deinde aliam &c. Et ad Philoſophum, qui uidetur dicere oppoſitum, dicit Canonicus, ꝙ dicendum eſt, ꝙ Philoſophus loquitur cum illis in illo loco, diſputatiuè, & non aſſertiuè de mẽte ſua. ideo non eſt accipiendum pro authoritate. Logicà tñ dicaremus ꝙ Philoſophus dixit, graue nõ poſſe moueri in uacuo eo mõ quo concedimus, ꝙ ex impoſſibili ſequitur quodlibet, nã Philoſophus ex illo antecedente dato. ſ. uacuũ eſt, arguebat ipſe eſſe dicendum, ꝙ motus non eſſet in uacuo, hoc mõ ẽt dato impoſſibili, ſequit quodlibet, non ſimpliciter abſolutè, ſed ſcdm ꝙ ꝑ bonã cõſequentiã põt ex illo impoſſibili dato, ſeq.

1. Solutio.

2. Solutio.

Dubitatio.

Vtrũ autẽ aĩalia poſſent moueri motu progreſſiuo, & aues uolare, ſi uacuum eſſet? Dicit Burleus, ꝙ ſic. dum tñ eſſet aliquod fixũ ibidem, ubi, uel ſuꝑ quod aĩalia poſſent firmare pedes corporis ſui. De auibus dicit, quod non poſſent uolare, nec piſces natare; ut patet, nam non eſſet aer qui requiratur ad uolandum, nec aqua quæ requiratur ad natandum: nam iam non eſſet uacuum, ſi daretur aer uel aqua. unde argumentum ſoluitur, & difficultas, ut patet bene.

Secunda cõfirmatio quartæ rõnis.

Secundò tamen principaliter illud argumẽtum cõfirmatur & arguitur ſic. Qualis eſt ꝓportio medii ad medium in ſubtilitate, uel raritate, & denſitate ſiue groſſitudine, talis eſt proportio motus ad motum in uelocitate & tarditate; ſed ſic eſt, quòd medii uacui ad medium plenum, nulla eſt proportio

in unitate, & densitate: ergo ipsius motus facti in pleno, ad motum factum in uacuo, nulla est proportio in uelocitate, & tarditate; & ita motum fieri in uacuo, est impossibile, est syllogismus Philosophi, & deductio; maior est sua, ut patet. minor probatur, quia entis ad nihil, uel ad non ens, nulla est proportio; uacuum nihil est; & medium plenum est aliquid inter illa nulla potest esse proportio. consequentia tamen ualet, secundum Philosophum, quia unius motus possibilis ad alium motum possibilem, semper est aliqua proportio.

Deducitur ratio.

Ratione arguitur ad propositum nostrum de Angelo: & de aliquo corpore præsupposito modo arguendi Aristot. & arguitur sic. Qualis est proportio motus ad motum in uelocitate & tarditate, talis est proportio Angeli ad corpus in subtilitate & densitate. sed Angeli ad corpus nulla est proportio secundum subtilitatem & densitatem: ergo etiam motus angeli ad motum corporis nulla est proportio in uelocitate, & tarditate: ergo etiam motus Angeli est impossibilis, sicut prius concludebatur; maior bene patet. nam corpus quanto subtilius, tanto agilius. minor probatur. nam Angelus non est quantus, sicut ipsum corpus: & ista consequentia patet, sicut prius. ergo argumentum stat.

Respondet ad hoc argumentum ad illam maiorem Philosophi qua dicitur: Qualis est proportio &c. Concedo hanc ceteris paribus. q̄ñ, scilicet mobilia, & mouentia, & media sunt paria: quia qualis est proportio medii pleni, ad medium plenū in densitate, talis est proportio motus localis continui ad motum localem, respectu mobilis eiusdem dispositionis, & figuræ, & quantitatis. concedo istam hoc modo. tunc motus non est in uacuo. saltem, unde dicit Aristoteles contra illos, qui dicunt quòd uacuum est causa successionis sic, q̄ nunquam erit motus successiuus nisi in uacuo; nam si esset planū, iam non poterat esse nisi successiuè. illo modo cætere sunt paria. & ita isto modo concedo similitudinem. aliter non.

Declaratur intētio Aristotelis.

Opinio Ioā. Canonici.

Canonicus tamen dicit, illam esse uniuersaliter falsam, nec Aristoteles loquitur uniuersaliter, sed indefinitè. quæ non est semper successio in motu ea subtilitate, uel densitate medii; patet, nam in corporibus cœlestibus, non est medium resistens. quādo una sphæra mouetur in suo ordine, uel circulo, nullum est resistens, nisi dicatur q̄ partes priores resistunt posterioribus; sic etiam dicam de corpore moto in uacuo, & idem aliqā successio uel resistentia, sumitur ex distantia extremorum:

Scoti iudicium.

Scotus etiam non cōcedit illam uniuersaliter, ut patet; quia limitat illam quando dicit, q̄ ualet contra illos, qui dicūt &c. Sed ad propositum loquendo de aliis mobilibus, scilicet corpore, & Angelo utrum ualeat illa propositio? Dicit Scotus, quod non, imo est falsa. Et ideo ad formam, quādo arguitur sic. Qualis est &c. nego istam in proposito; quia mobilia non sunt paria. patet. quia unum est spirituale, aliud est corporale.

Contra hoc tamen arguitur & probatur q̄ ista dicantur esse paria. arguitur sic. Supponendo, quòd Angelus potest considerari dupliciter. Vno modo inquantum talis substantia spiritualis. Alio modo inquantum substantia mobilis & subiecta motui, & uel est de consideratione Physici. modo capio Angelum ut mobilis est: & capio etiam corpus, inquantum mobile est: tunc uidētur ista mobilia esse paria: & uidetur q̄ qualis est proportio &c. Respondet Scotus ad hoc, q̄ illo casu dato, maior est uera. s. qualis est. &c. & tñ ipsa minor est falsa, s. Angeli ad corpus nulla est proportio subtilitate, capiendo Angelum ut est unum ens naturale mobile, & ēt ipsum corpus. quia licet Angelus sit indiuisibilis, tamen coexistit loco diuisibili, sicut ēt corpus, & ita hoc modo sumendo illa, benè proportio nominatur. quia utrunque illorum est mobile localiter, & coexistēs loco diuisibili. & ita istud argumentum benè soluitur utroque modo.

Soluit Scs.

4. confirmatio.

Tertiò, & finaliter confirmetur illa quarta ratio, & arguitur sic, probando, q̄ Angelus nullo modo possit moueri motu locali continuo, quin sequatur inconueniens. primo supponendo syllogismum Philosophi, deinde ad propositū applicando. Primo arguit Philosophus supponendo q̄ detur uacuum, in quo fiat motus, deinde etiam, q̄ detur plenū, in quo etiam fiat motus. Secundo supponit Philosophus, q̄ sicut motui facto in pleno correspondet tempus pro mensura, eius: eadē ratione & motui maiori, maius tempus, & minori motui, etiam correspondet minus tempus: quia ille motus factus in uacuo erit breuior, uel uelocior, quàm ille motus factus in pleno: quia in uacuo nulla esset resistentia ea parte aeris medii, sicut in ipso motu facto in pleno esset: tunc iis stantibus, Scotus arguit sic argumento Philosophi. Si motus localis successiuus posset fieri in uacuo, sequeretur, q̄ motus factus in uacuo, & motus factus in pleno, essent æquales: consequens est falsum & impossibile, ut patet ex supposito: quia in uno esset resistentia; & in alio nulla esset resistentia. ergo & antecedens illud, scilicet quòd in uacuo possit esse motus localis: consequētia tamen probatur & pono casum, q̄ quanto tempus mensurans motum factum in uacuo, est minus tempore mensurante motum factum in pleno, q̄ tantum sit unum mobile subtilius, & uelocius; tunc sequitur, q̄ illi duo motus erunt æquales, dato q̄ fiant in inæquali tempore; patet benè hoc, tamen habet Philosophus pro inconuenienti. ista est ratio Philosophi. Ad propositum nunc arguitur sic secundum Scotum. Capio Angelum A, moueatur; deinde etiam capio unum aliud mobile, scilicet corpus, lapis iste moueatur etiam: tunc quia Angelus est agens liberum, potest se mouere sicut uult, & citius, quam corpus, ut patet, tunc sic. Tempus illud, quod mensurat motū Angeli est minus tempore, quod mēsurat motum corporis. Volo tunc, q̄ quanto illud tempus in quo Angelus mouetur est minus illo tempore in quo corpus mouetur; ponatur unū mobile agilius, uel leuius in illa proportione, tunc sequitur, q̄ in æquali tempore mouebuntur, istud tamen est falsum. ergo &c.

Argu. Scoti.

Respondet Scotus ad hoc argumentum q̄ non est sibi inconueniens, q̄ motus corporis adæquetur motui ipsius Angeli & q̄ æquali tempore moueatur corpus, sicut Angelus, nō est Scoto impossibile. & hoc ad minus probaretur de Angelo Thobiæ; nam ille mouebatur sicut illud corpus, nempè Thobiæ, tanquam bonus socius illius; & quando dicitur, q̄ illud habet Philosophus pro inconuenienti de motu facto in pleno, & in uacuo, dicit Scotus, Concedo, q̄ habet illud pro inconuenienti; dico tamen, q̄ hoc est ratione mediorum, uacui, & pleni. tamē de Angelo nullum est inconueniens. quia Angelus habet suam coexistentiam ad locum diuisibilem, dato q̄ ipse sit indiuisibilis; non ergo sic se habent mobilia, sicut in argumento Philosophi se habent spatia, uel media, quæ nullam habent proportionem; illæ ergo duæ rationes ad propositum Philosophi benè ualent: non tamen ad propositum nostrum, ut dictum est, & sic non est simile. Sed pro declaratione Philosophi, & pro mente illius, Scotus dat unam distinctionem, q̄ Mobili in motu aliquid resistere, potest dupliciter intelligi. Vno modo resistentia essentiali. Alio modo resistentia accidentali, uel superaddita. prima resistentia. s. essentialis, attenditur ea parte diuisibilitatis spatii, super quo fit motus; ab ipso sumitur resistentia essentialis. Vnde sequitur, q̄ resistentia essentialis in motu, æquè est in uacuo, sicut in pleno. nam illud medium, uel distantia extremorum, siue spatium, est partibile, dato q̄ nullum corpus esset in illo. Dico secundo q̄ resistentia accidentalis in motu, attenditur penes illa, quæ accidunt medio; quia scilicet aliquando in ipso est raritas, aliquando densitas, quæ causant motum uelociorem, uel tardiorem, resistendo mobili; illud tamen est unum per accidens; Dicit nunc Scotus ad Philosophum, q̄ impossibile est, in uacuo fieri motum, quia nulla esset ibidem resistentia accidentalis. hoc uult habere Philosophus, quia nullæ tales qualitates essent per casum, quibus causatur ille motus, uel resistentia in motu. Et hoc modo intendit Philosophus in illis rationibus ducere ad inconueniens, quòd motus localis posset fieri in uacuo; nam hoc modo falsum diceret, ut benè patet ex dictis. modo cum dicit in prima ratione: Qualis est proportio &c. semper capit illas qualitates, quæ sunt causa resistētiæ accidentalis, scilicet dēsitatem. & raritatem. Etiam in alia ratione, quando dicit, q̄ sequeretur &c. patet, quia illud probat q̄ nulla esset resistentia. concedo accidentalis; & sic patet ista longa quæstio. Quomodo Angelus potest moueri motu continuo locali.

Solutio Sc.

QVAESTIO DECIMA.

DECIMO Quero. Vtrum Angelus possit se mouere.] Consequenter Scotus mouet unam quæstionem circa motum Angelorum. Vtrum Angelus possit se mouere. Pro cuius tituli quæstionis declaratione, notandum est; quòd Aliquid moueri est dupliciter. Vno modo a seipso. Alio modo ab alio, ex 8. Physi. Secundo mouetur illud, quod non habet in se principiū sui motus, illud mouetur ab alio. Sed illud mouetur a se per oppositum, quod habet in seipso principium mouendi se & motus sui. Exemplum primi membri non dabitur, nisi de grauibus, & leuibus, & dicemus a quo moueantur. Vtrum a se, uel ab alio. Notandum tamen, quòd aliquid moueri a se, potest dupliciter intelligi. Vno modo per se primo. Alio mō per se nō

Quærit de p incipio actiuo motus localis Angeli.

primo. Sed aliquid mouere se primo potest dupliciter intelligi. Vno modo per se primo, quia non secũdum partem mouetur, & aliquid mouetur per se primo, quia secundum totum; Primo modo nõ quæritur hic. Vtrum Angelus moueat se primo, idest secundum partem, quia Angelus nullas habet partes. Secundo mõ primo, scd̃m totum, & adæquatè, ut ly, primo, capitur ab Arist. 1. post. & hoc modo sensus esset, Vtrum Angelus possit se mouere primo. i. adęquatè, sic quòd causa præcisa sui motus, possit esse ipsemet Angelus, & hoc mõ est qõ nostra. & hoc modo intelligendo ad partẽ affirmatiuã arguitur pro ueritate, ꝙ sic. arguitur sic. Angelus potest moueri localiter: ergo

Arg. pro ueritate.

Angelus potest se mouere, probatur consequentia, quia cũ moueatur localiter, & successiuè, uel tantum moueretur a Deo, uel ab aliquo alio Angelo, uel a seipso, uel ab aliquo corpore. non uidetur esse dicendum ꝙ à Deo; nam semper recurrere ad potentiam Diuinam, & miracula sine necessitate, non uidetur bene dici: sic enim æque bene possemus saluare omnia, nec mouetur ab alio corpore, ut patet etiam, quia nullus esset contactus unius ad aliud, quod tamen requiritur ad mouendum aliquid, nec moueretur tantum ab alio Angelo. nam possibile esset, ꝙ unus esset æqualis uirtutis cum alio, & tunc non moueretur ab illo; saltem uerum est de primo Angelo, qui non mouentur ab alio; & ita oportet dicere, quòd potest seipsum mouere, & sic de aliis, & per consequens ista pars est uera.

Conclusio &c.] Scotus in ista quæstione disputatiuè procedendo, Primo dat conclusionem suam, quam probat una ratione. deinde tãgit difficultatem de leuibus, & grauibus, de mente Philosophi quid dicendum esset, & tandem ad argumenta principalia. Quantum ad primum est conclusio Scoti affirmatiua ad quæstionem, ꝙ Angelus potest a se localiter, & affectiuè moueri. Probatur una tali rõne. Quandocunque in aliquo est potentia passiua ad aliquid habendum, uel acquirendũ, nõ est in illo imperfectionis, ꝙ in ipso ponatur potentia actiua ad illud in se acquirendum. Sed sic est, quòd in Angelo est potentia passiua ad aliquod ubi habendum, uel ad esse in aliquo ubi per motum, uel per mutationem: ergo non est imperfectionis in illo Angelo ponere potentiam actiuam ad illud ubi acquirendum per motum. Maior probatur tripliciter. Primo in animatis nam illis datur potentia ad habendum quantitatẽ perfectam, ad quam sunt in potentia, etiam ad causam producendã in seipsis, datur principium actiuum, quo illam acquirere possunt in se, & actiuè se habendo. Et hoc & patet de grauibus, & leuibus, quæ habent potentiam passiuam ad esse in loco, & habent principium actiuum, quo possunt se facere ad illum locũ, ut magis dicetur in qõne. Tertio declaratur illa maior in sensibilibus, quibus datur potentia, qua recipiant suas sensationes. Etiam data est illis potentia actiua ad illas producẽdas, qua possunt actiuè illas sensationes producere, & hoc partialiter, dicit Scotus; & non intelligo ꝙ data sit illis potentia actiua ad illas totaliter producendas, sed partialiter, quia obiectũ etiam partialiter concurrit, ut patet dist. 3. primi, quæst. 1. ꝙ a uisibili obiecto. s. & a uidente, s. potentia, paritur uisio. & sic patet illa maior. Minor patet etiam ex dictis in quæstione præcedenti. ergo ista conclusio ostenditur uera hac ratione. Nam si illud conuenit nobis imperfectioribus, ꝙ si habemus potentiam passiuam ad esse in loco, quòd etiam habeamus potentiam actiuam ad nos mouendum in illo; multò plus patet quòd debet Angelo conuenire; & ita conclusio uera.

Concl. Sco.

Rõ Sc. fundamentalis pro qõne.

Et si dicatur &c.] Scotus nunc digreditur modicum determinando difficultatem de grauibus, & leuibus, Vtrum moueantur a seipsis, & quomodo. Et Thomistæ adducunt rationem Philosophi. 8. Physic. ꝙ Grauia, & leuia non mouentur a seipsis; imò oppositum dicere, scilicet ꝙ moueantur a seipsis est dicere contra Philosophum, dicunt illi. Prima ratio Philosophi est ista. Omne, quod habet principium actiuum in se sui motus, est animal; sed grauia & leuia non sunt animalia: ergo grauia & leuia nõ habent in seipsis principium actiuũ sui motus. & per consequens non mouentur a seipsis. ista est prima ratio Philosophi, quam exponemus, unde nos sumus grauia. & leuia, & tamen sumus animalia. Secunda ratio Philosophi est ista. Omne, quod habet in se principium sui motus, uel quietis potest se sistere, sed grauia & leuia non possunt se sistere. ergo grauia & leuia non habent in se principium actiuum intrinsecum sui motus. Maior patet secundum Philosophum, & est unum principium illius; Minor etiam bene patet. & ita ratio bona. Tertia ratio Philosophi est, quia Grauia, & leuia non possunt se mouere motibus cõtrariis, at omne illud, quod habet in seipso principium actiuum sui motus, potest se mouere motibus contrariis, & diuersis: ergo grauia & leuia non habent in se principium sui motus actiuum. maior patet. nã tantum leuia mouent se sursum & grauia deorsum, nisi impediantur; minor etiam patet in nobis. & ita conclusio uera secundum Philosophum. Quarta ratio Philosophi est. Nihil, quod habet principium sui motus effectiuum, est eiusdem rationis in toto, & in partibus; ergo grauia, & leuia, ut sic, sunt eiusdẽ rationis in toto, & in partibus; ergo grauia, & leuia non habent in se principium actiuum sui motus. Maior patet in animatis, in quibus ponitur principium actiuum sui motus, tamen uniuersaliter una pars nõ est eiusdem rationis cum toto, uel cum alia parte. pes enim non est caput, nec cauda est corpus. Minor patet, quęlibet pars ignis est ignis, & quælibet pars terræ, est terra: ergo illud uerum in illis rationibus de mente Philosophi, quòd grauia & leuia non habent in se principiũ actiuum sui motus.

Prima rõ eorum, & 1 Ar. Phys. 8

2. rõ Philosophi.

3. rõ Philosophi.

4. rõ Philosophi.

Scotus non est contentus de hoc modo dicendi, & uult probare, quòd malè dicatur, & contra Philosophum, ꝙ Grauia, & leuia non habent in se principium sui motus; & per consequens probat, ꝙ grauia, & leuia habent in se principium actiuum sui motus, & hoc probatur authoritatibus, & rationib. Primo authoritate Philosophi. 8. Physico. ubi disputat de illis dando unam distinctionem, ꝙ potẽtia capitur dupliciter. Vna est potentia actiua. Alia est potentia passiua, quæ distinctio declaratur a Scoto, distin. septima primi, ideo non bene dicitur, a quo grauia moueantur; dicit tamen Philosophus, ꝙ duplex est potentia. Quædam ad actum primum; quædam ad actum secundum. Exemplum primi potentia ad calorem, ad scientiã. Exemplum secundi potentia ad calefacere secundum calorẽ, uel ad actum sciendi circa aliquod obiectum, de quo habetur in illa scientia. sæpe dictum est in primo distin. 3. quæstione 7. de speciebus intelligibilibus. modo dicit Philosophus, ꝙ graue est in potentia accidentali ad locum suum, quia ad illud, qđ est ipsi accidens & actus secundus. Sed unum graue est in potentia essentiali ad leue, ut patet, quia ex terra fit aer: ex aere fit ignis &c. & immediatè, quando leuia sunt, ascendunt sursum. Sed aliqui uolunt glossare illam authoritatem Philosophi scilicet cùm autem leuia sunt &c. quando ex graui, terra scilicet fit leue, idest ignis. dicunt illi nunc, quòd non uult habere Philosophus, quod statim moueantur: sed uult habere, quòd tũc conuenit illi actualiter dici leue, quod tamen primo dicebatur graue. Dicit tamen Scotus, ꝙ ista expositio est contra Philosophum expresse; nam ipse non dicit, nisi mox operatur, non dicit, quòd dicatur unum aliud esse; nam tunc idem bis diceretur. nam ly, operabitur, non intelligitur de actu primo, quia illud iam factum est per casum antequam operetur; & ita oportet ꝙ intelligetur de actu secundo, idest de illa operatione, quæ conuenit illi leui secundum suam formam substantialem Deinde etiam dicit Philosophus, si nõ impediatur. modo certum est, ꝙ non potest impediri graue, & leue quin etiã dicatur graue, quando simul factum est, & hoc naturaliter, tamen bene potest impediri a sua operatione, quæ est, uel ascendere, uel descendere. & ita quò ad actum secundum bene potest impediri naturaliter; & ita illa expositio est satis leuis; ideo Philosophus uult habere, quòd cum leue factum fuerit, scilicet ex graui, quò ad actum primum, mox operabitur, quò ad actum secundum & ita erit in potentia accidentali. Et per consequens oportet dicere, quòd graue, & leue, potest se mouere. Alia est authoritas Philosophi quarto Physic. capitulo de uacuo dicentis, quòd Rarum & densum concomitantur duas cõtrarietates, scilicet durum, molle, graue, & leue, ut bene patet inductiuè. nam ubi datur rarum, est leue, & ubi datur densum, est graue. unde ignis est rarus, & ita leuis, & mollis; quia cedit, terra est dura, & grauis; etiam durum, & molle sunt passiua dicit tunc Philosophus, quòd graue, & leue secundum suas contrarietates, dicuntur esse contraria actiua, & secundum suam contrarietatem etiam durum, & molle sunt passiua. modo si durum, & molle sunt passiua; graue, & leue sunt actiua, secundum suas contrarietates, & ita Philosophus expresse hoc dicit. non uidentur esse actiua, nisi ad motum localem illorum. & ita hoc est de mente Philosophi.

Sco. arguit contra opinionem Thomistarum.

Reprobatur glossa a Sc.

Authoritate Philosophi ex quarto Phys. probat Sco. propositum.

Et si dicatur, quòd non loquitur de mente sua, in illo quarto, quia in secundo de generatione, loquendo de mente sua; enumerat Philosophus qualitates actiuas, & excludit ab illis, & suis exemplis, graue, & leue. quomodo ergo in illo quarto enumeraret illas de mente sua, ponendo graue, & leue cum illis, nisi esset manifesta contradictio in Philosopho? quod non uidetur esse dicendum. Respondet ad hoc Scotus, notando, ꝙ qñ Philosophus loquitur de motu, nõ sp̃ loquitur uno mõ,

quia

quia aliquando loquitur de motu propriè dicto, aliquando de motu in uniuersali, ut est unum commune ad motum, & mutationem, ut in quinto Physicorum. Tamen propriè loquendo de motu, qui est ad formas substantiales, loquitur in illis libris de Generatione. & ideo non uniformiter loquitur de actiua, & passione, aliter ergo capit Philosophus potentiam actiuam secundo de Generatione, & aliter ut patet in aliis locis. In secundo de Generatione capit potentiam actiuam, ut est ad formam absolutam, & substantialem. & ideo secludit potentiam actiuam hoc modo a grauibus, & leuibus, quæ non sunt ad inducendam formam substantialem in aliquo, nec ad recipiendum illam. sed accidit: & in octauo loquitur de potentia, quæ est ad respectiuum, uel ad ubi, quæ est potentia ad posse se facere præsentem loco. & hoc modo non excludit potentiam actiuam ab ipsis grauibus, & leuibus, immo illam attribuit illis. & ita bene patet ex istis, quod Grauia, & leuia habent in seipsis principium actiuum sui motus. *Tertia authoritas Cōmentatoris.* Tertia authoritas ad hoc probandum est Commentatoris tertio Cœli Comm. 28. supponendo, quòd simplex capitur dupliciter. Primo modo ut distinguitur contra mixtum. & hoc modo capitur in ista authoritate. Alio modo capitur prout idem est, quòd non compositum ex materia, & forma. quemadmodum dicimus, materiam primam esse simplicem, & Angelos &c. hoc modo non capitur hic. nam ignis elementalis est simplex primo modo idest non mixtus. tamen est compositus ex materia, & forma: Modo dicit Commentator, quòd in grauibus, & leuibus, & corporibus simplicibus, idem est mouens, & motum. sed graua, & leue sunt simplicia. ergo ipsa se possunt mouere actiuè. ita tamen authoritas est difficilis, dicit Scotus, quia multi dubitant, quid senserit Commentator de motu istorum grauium, & leuium, quia leuia mouentur per reflexionem. de hoc tamen tractatur in octauo Physicorum, & ita illa conclusio restat uera, istis authoritatibus Philosophi. sequuntur modo rationes ad illam.

Probat conclusionem, quòd grauia, & leuia mouentur a principio interno, per rōnes. ¶Ad istam conclusionem sunt rationes &c.] Scotus probando maiorem suæ rationis, declarat bene suam conclusionem de motu grauium, & leuium, a quo etiam dictum est, quod seipsis secundum illas authoritates adductas, nunc illud idem ostenditur rationibus aliquibus. Prima est hoc. Supponendo, quòd de motu grauium & leuium sunt plures opiniones. Una est Thomistarum, & Godofredi. quòd illa non habent in se principium sui motus, quia nihil idem potest esse in actu, & in potentia. & iste modus reprobabitur etiam in primo argumento principali. Secundus modus dicendi est, quem tangit hic Scotus, quòd grauia, & leuia mouentur ab agente uniuersali scilicet Cœlo, & ab influentia cœlesti, ipsa grauia expellendo ad terram. & ipsa leuia attrahendo ad sursum. Alia est opinio, quam etiam tangit hic Scotus, quòd grauia & leuia mouentur a suis locis naturalibus, unde imaginantur isti, quòd sursum est quædam uirtus, uel uis attractiua ipsius leuis, & in centro uel deorsum est quædam uis attractiua ipsius grauis, & quod illa mouensur naturaliter ad illa loca & actiuè ab illis uirtutibus naturalibus &c. Alia est opinio, quòd Grauia, & leuia, mouentur ab ipso remouente prohibens, & non aliter, & illā tangit hic Scotus, & Philosophus in octauo Physicorum. Alius modus dicendi est, quòd generans leue, dat illi moueri sursum: & generans graue dat etiam illi moueri deorsum. iste est modus dicendi istorum, sic quòd si quæratur a quo mouentur grauia & leuia, dicunt isti, quòd a generante illa, est modus eorum.

Burleus declarat, quō grauia, & leuia dicantur moueri a generāte, pōt n. hoc intelligi dupliciter. Sed Burleus Gualteri in octauo Physicorum exponit illum modum dicendi, quòd Grauia, & leuia moueri ab ipso generante illa, potest intelligi dupliciter. Uno modo quantum ad actum primum. Alio modo quo ad actum secundum. Primo modo bene concedit ipse, & nos quoque, quòd a generante mouentur: quia ab illo de potentia ad actum primum, reducuntur. & hoc modo dicit quòd intelligunt illi, qui tenēt hāc sententiam. Secundo modo quo ad actum secundum quo ad moueri deorsum in grauibus, uel sursum in leuibus. & hoc modo dicit, quòd non intelligunt, etiam nos hoc modo diceremus, tamen in hoc non est nostra difficultas, sed quo ad actum secundum. Alia est opinio, quòd graue, inquantum actu motum, mouet se, etiam leue, inquantum scilicet sunt sub motu mouent se, sed non antequàm moueantur. iste modus etiam reprobabitur. Finalis opinio, & modus dicendi est, quem etiā multi Nominales tenent hodie, quòd inchoatiuè non mouentur a seipsis, sed ab aliquo extrinseco, tamē continuatiuè quidē mouentur a seipsis, & habent in seipsis principium mouendi sui effectiuè. Ista opinio est eadem cum proxima præcedente. Omnes istos modos dicendi de grauibus & leuibus, a quo mouentur, tangit hic Scotus. Tunc probatur illa conclusio scilicet quòd Grauia & leuia habent in se principium sui motus, contra Thomistas. arguitur sic. *Rō Scoti.* Omnis effectus quando actu causatur, habet suam causam in actu: ergo quando graue mouetur actualiter deorsum, oportet quòd habeat actualiter etiam causam illius motus; sed illa causa non est remouens prohibens; nec illa uirtus attractiua in centro, nec potest quædam qualitas naturalis, nec est influentia cœlestis, nec est generans particulare: nec illud graue, inquantum actualiter motum est: ergo oportet dicere, quòd causa actiua actualis, illius actualis descensus, dicitur esse ipsum graue. & per consequens, quòd ipsum graue mouet se. maior patet bene secundum Philosophum: quia effectus in actu, & causa in actu, simul sunt, & non sunt. etiam septimo Metaphysic. ut sæpè allegatur. probatur etiam illa maior tali ratione. quia illud quod non est, nihil causatur, maximè quando non est. modo si effectus causatur actu, oportet, quòd causa sua, etiam sit actu. nā aliter non esset causa illius. ista maior patet, sed minor declaratur. Primo quòd non sit remouens prohibens, quia illud, qd mouet graua deorsum, impellit illud, sed remouens prohibēs non impellit graue, sed tantum aufert impedimentum: ergo remouens &c non mouet graue. & ita pars ista uera. Item etiam Philosophus ad hoc idem scilicet quòd mouens graue deorsum, non dicatur esse mouens prohibens, arguit sic. Illud, quod mouet graue per se deorsum, est causa per se illius grauis motus deorsum; sed remouens prohibens non est causa per se illius descensus, sed est causa per accidens: ergo remouens illud impedimentum, non mouet illud. Nec potest esse causa illius motus, illa uirtus trahens ad centrum, ut multi dicunt, probatur. nam circumscripta terra cum omni qualitate naturali conueniente illi, remanente tamen cētro, adhuc graue naturaliter moueretur ad illud. Et tunc esset difficultas, quid esset causa illius motus: non illa uirtus, quia illa circumscribitur, & tunc non esset nisi unum ubi Mathematicum, & ita illa uirtus attractiua non est ponenda in centro, ut mouēdum grauia, uel leuia. Nec oportet dicere, quod causa istius motus grauium uel leuium, esset influentia cœlestis, sicut dicunt illi de illa opinione; probatur quia non oportet semper recurrere ad illas influentias cœlestes, & quòd nullam causalitatem uelimus dare istis causis particularibus. istud esset una fuga. Item etiam illa influentia cœlestis est agens naturale, & agit quantum potest; quare non mouet leuia deorsum sicut grauia; & grauia sursum sicut leuia? hoc non uidetur. & ita illa non est causa istius motus, nam illa esset causa totalis ipsius motus. Nec causa motus deorsum in graui, est ipsummet graue motum; nam tunc moueret se ad illud, quod iam actu habet. & sic iam effectualiter sub illo motu, & sic modo quo agens uniuocum, quod nullus diceret: & ita iste modus relinquitur. Nec graue illud mouetur deorsum ab ipso generante illud particulare: nam ipso generante non existente, non minus moueretur ipsum graue deorsum. patet. quia pater meus nunc non est, tamen ego bene naturaliter moueor deorsum, ut graue quoddam.

Soluitur rō illa, quo ad modum dicendi, quòd hac mouentur a generante. Respondet tamen ad istam rationem contra illam partem de generante graue dominus Godofredus, qui tenet illam partem, quòd graue mouetur ab ipso generante; & quòd generans est tunc semper uirtualiter, licèt non semper sit actualiter: quia potest non esse, ut patet per casum. potest non esse actualiter, tamen est uirtualiter. & hoc dicitur sufficere ad illum modum dicendi de motu grauis, & leuis.

Reprobatio solutionis. Sed dicit Scotus, hoc non ualet. nam si pater meus est in me uirtualiter, hoc tantum est, inquantum ego sum: quia certum est, quod ipse pater meus simpliciter & absolutè non est. ut patet, nam rana est in ipso Deo, uel in Sole uirtualiter, quia possunt illam producere, tamen ipsa non est. modo illud quod tātum est uirtualiter, quomodo erit causa illius quod est actualiter? non uidetur. & ita est dicendum istud membrum. & ita oportet dare causam actualiter existentem ipsius descensus grauis deorsum, quando descensus ille actualiter fit. alia ergo non uidetur ex dictis posse dari, nisi ipsummet graue, ut patet. ergo graue mouet se, & habet in se principium sui motus.

Secundo rō principalis Sco. ad idē. Secundo principaliter arguit Scotus, probando grauia, & leuia habere in seipsis principium actiuum sui motus, & arguit sic. Illud quod non mouetur nisi prius naturaliter ab alio motum sit, ab eodem habetur quod moueat & quod sit motum, sed sic est, quod in casu dabili, graue mouet leue ergo ab eodem causa est quod leue moueatur ab illo graui, &

graue

graue moueatur ab illo leui. Sed ad propositum applicando illud, quod mouet leue, & graue: ergo illud, quo graue mouetur, est ipsummet graue, & sic graue hebet in seipso principiũ sui motus. ratio est bone. Et declaratur in casu tali. Est vnũ graue alligetum uni corpori, ut Ancora elligabatur corpori Sancti Clementis, nec temen uinciebat illud uirtute Diuina, uel Ancora alligatur naui, non tamen uincit illam, illud graue trahebatur in seipso neturaliter, & non mouebatur ab illo corpore, quia corpus nunquam fuisset sufficiens illud trahere, & ita uidetur, quòd illud greue habeat uirtutem mouendi seipsum.

Declaretur secunda rõ.

Confirmatur ratio dupliciter. Primo sic. Si alique forma habet principium actiuum respectu alicuius formæ, potest eam causare in passo proportionato, ubicunque fuerit illud passum epptoximatum. Si ergo forma grauis est principium productiuum motus deorsum in alio, Verbi gretie, in leui, multo plus ipsa erit principium motus in seipso graui. Ignis potest esse causa quare ego formaliter sum calidus: ergo etiam potest esse sibi ipsi ratio, uel principium formeliter essendi calidus nulla uidetur ratio, quare non; & ita sit illa conclusio uera. Minor patet, quia forma ignis causat motum in leui expellendo illud, uel impellendo. & per consequens magis causabit motum in seipsum.

Cõfirmatur rõ dupliciter. Prima rõ.

Confirmatur secundo, quie sicut datur causa motus in aliquo, etiam in illa datur causa quietis; ut patet 2. Physic. quomodo netura est principium mouendi, & quiescendi. modo arguitur sic. Grauia & leuia habẽt in seipsis principium suæ quietis actiuum; ergo etiam hebent principium actiuum sui motus, scilicet naturem suam, & formam substantielem. nam secundum omnes, graue quiescit per suam formam substantialem, & grauitatem suam: ergo etiam dicendum est, quòd per suam grauitatem mouetur, & ite habet in se principium actiuum sui motus.

2. confirmatio.

Tertiò principaliter ad idem arguitur. Graue si impeditur in motu suo, ne moueatur, remouet impedient quantum potest & prohibens, si uirtus illius uincat uirtute ipsius impedientis: ergo graue naturali uirtute, mouet se deorsum effectiuè. antecedens petet in casu, quando magnum pondus cadit, & reperit trabem in medio, uel tectum, si potest & sit maioris uirtutis in agendo, quàm sit tectum, uel trabes in resistendo, totum frangit, & trahit secum ad terram. Tunc oportet quærere, quæ est causa illius fractionis, quæ est uiolenta? nulla uidetur dabilis, quàm grauitas ipsius corporis grauis. & de causis extrinsecis nulla alia uidetur; & ista est in ipso graui: ergo etiam dicendum est, graue habere in se principium actiuum sui motus.

3. rõ principalis ad idẽ

Item etiam probatur ista conclusio una experientia. Tele graue corpus maius, uelocius mouetur cùm descendit, quàm graue minus in quantitate, si ab eodem termino, & ad eundẽ terminum moueatur: hoc non est ab ipso generante, ut patet, ponẽdo, quòd grauie illa sint per tempus longum ante, & quòd generans dicatur non esse. Nec hoc esset ab influentia cœlesti. nam ipsa cum sit agens merè naturale, æqualiter trahit magis graue, & minus graue, nec est a uirtute attractiua, quia cùm etiam illa naturaliter agat, in æquali tempore attraheret minus graue, sicut maius; & è conuerso, quod taman est falsum, & contra experientiam: ergo dicendum est, quòd est a seipsis grauibus, & leuibus, eo modo dicendo de ipso. ergo grauia, & leuia habent in seipsis principium actiuum sui motus.

Probat conclusionem una experientia.

Quarto principaliter, & ultimo arguitur secundum Philosophum primo Cœli, & mundi, quòd grauie moueantur a seipsis. unde ibidem Philosophus dat unam differentiam inter motum naturalem, & motum uiolentum. dicendo, quòd motus naturalis est qui uelocior est in fine, quàm in principio, ut quando lapis descendit uelocius mouetur in fine prope terrã, quàm in principio, & motus uiolentus è conuerso. Velocior est in principio, quàm in fine. patet bene, quando quis proiicit lapidem sursum, uelocius mouetur cùm exit de manu, quàm quando est in fine motus. hoc satis patet per experientiam. & per consequens oportet dicere, quòd grauia habent principium sui motus, & illud non est extra quippiam: ergo oporter dicere, quòd sunt ipsamet grauia, & ita hoc relinquitur uerum.

4. rõ principalis ad cõclusionẽ positam.

Et si dicatur. quòd Philosophus in 8. Physic. dicit oppositũ, ne patet per illas quatuor rationes adductas heri de mẽte Philosophi; Dicit Scotus, quòd omnes illæ rationes sunt pro ipso, quod declarat una tali ratione sumpta ex euthoritate. arguitur sic. Graue se habet ad moueri deorsum, sicut sciens ad considerationem; si ergo sciens se habet ad considerationem effectiuè, ti, pro quia, de mente Philosophi: ergo etiam graue effectiuè se habebit ad motum de mente Philosophi. Maior bena patet, & minor de mente Philosophi. Nam sciens potest exire in actum considerandi circa illud obiectum, de quo habet sciẽtiam, qñ uult; Declaratur et ista ratio sic. quia si habens formã aliquam, quæ nata est esse principiũ alicuius productionis uniuocæ, pôt agere in passum proportionatum, & approximatum illi, secundum illam formam. patet inductiuè in omnibus in Philosophia. ignis secundum calorem, natus est producere formã suam, ignire, & inducere in passum. Verbi gratia in stuppam debitè illi approximatam, formam substantielem suam, & ite producere ignem, & agere uniuocè, nisi impediatur, uel a distantia, uel aliter; quando illud est tale agens, quod potest illum effectum in se producere, patet etiam, quod illud, quod in alio producit, poterit æquè bene in seipso producere; quia ipsum est passum debitè approximatum sibi, & proportionatũ; & ita graue poterit causare in seipso motum localem ad illud ubi, ad quod est in potentia formali, idest ad illud ubi, in quo non est, & potest esse; & habet in seipso uirtutem faciendi se in illo; & ita illæ rationes non cogunt nos, ut etiam declarabitur.

Resp. Scot. ad Philosophũ, & ostẽdit rõnẽ esse pro se.

Sed est una difficultas propter uerba Philosophi, quòd in ipsis grauibus, & leuibus est principium patiendi, & non agendi; dicit ille quomodo intelligitur? nam Philosophus uidetur negare expressè, quòd grauia, & leuia habeant principium sui motus. Et ideo propter hoc declarandum, Scotus modicum digreditur, dicendo, quòd Grauia, & leuia, uel quòd motus habet suam naturalitatem ex principio passiuo, & non a principio actiuo illius, ut patet secundo Physi. quomodo netura est principium motus, & quietis eius, in quo est, per se, non per accidens, & ly, per se, determinat ly, principium, uel ly, causam, & ly, per accidens, determinat illud in quo est; nam dicimus ibidem, quòd medicus per se sanat, & inducit sanitatem, tamẽ quòd illam inducet in hoc homine, uel in illo, uel in seipso, hoc est unum per accidens. Et prima quæstione primi dicitur, quòd illud dicitur habere naturalitetem ad aliquid, quia naturaliter inclinetur ad illud recipiendum, & ite naturalitas attẽditur ex parte principii receptiui, uel passiui, & non ex parte principii actiui. modo Philosophus tũc uult habere, quòd causa naturalis motus in grauibus & leuibus, quò ad motum naturalem illorum, debet sumi ex principio passiuo illorum, & non actiuo eo, quod consequitur naturalem inclinationem illorum ad talem locum; tamen inquantũ ille motus est ex principio illorum actiuo, non vult negare Philosophus, quòd nullo modo se hebeant actiuè ad illum. Sed quod se habeãt merè passiuè. hoc modo soluuntur multæ authoritates similes. & ita Philosophus non est contra nos.

Difficultas

Digreditur Sco. & declarat quòd motus dicatur naturalis a principio passiuo.

Ad illas ergo rationes quatuor adductas de mente Philosophi, respondet Scotus dupliciter. Primo ad tres rationes simul, deinde ad quartam solam. Prima ratio fuit, quòd Grauia omnia non sunt enimelia, & quòd nihil habet principium intra secum actiuum sui motus, nisi enimal. Secunda ratio fuit, quod Grauia non sic habent sicut illa, quæ habent principium, &c. Ad omnes istas datur una distinctio, quòd Agens est duplex. Quoddam est agens per cognitionem, quod cognoscit illum finem, propter quod agit, & hoc modo uiuentia animata anima sensitiua ad minus, agunt per cognitionem; quie habent appetitum sensitiuum, & appræhendunt; & cuilibet eppræhensiuæ correspondet sua cognitiua. Alia sunt egentia sine cognitione, uel agentia, quæ nullo modo cognoscũt finem propter quem agunt, ut sunt agentia alie neturalia, grauia, leuia, & huiusmodi. Dico nunc, quòd omnes illæ propositiones assumptæ pro maioribus ad illas tres rationes, loquuntur & sunt ueræ de agente per cognitionem, & de motu facto ab ipso, inquantum tale; non autem loquitur de agente naturali, & ita bene concedo, quòd grauie mouentur tali motu a seipsis, qui tamẽ motus non est similis illi motui, qui est ab egente per cognitionem, & non uult habere quod illa non moueent se. Vnde infert ibidem Philosophus, quòd grauie, & leuia non sunt primo mouentie. unde primum mouens est per cognitionem, non autem graue, ut sic. & sic illæ retiones non cogunt.

Sco. resp. dupliciter ad rõnes Philosophi.

Quartò loco arguebetur, quòd illud &c. Istud argumentũ non potest solui illa solutione, ideo specialiter dicendum est ad hoc, & Scotus dicit unam distinctionem, quòd Continuum capitur dupliciter. Vno modo inquantum est quantum, & in ratione continui. Secundo modo continuum capitur pro illo, quod est eiusdem dispositionis in omni sua parte; modo cũ Philosophus dicit: Illud, quod mouet se &c. loquitur de conti

Soluit quartam rõnem.

nuo,

nuo secundo modo pro illo, qod est eiusdem dispositioois io toto, & partibus suis. unde dictum est supra, q si aliquod mobi le magnum fuerit habitum, ab habito patitur, idest pars prior alterat partem posteriorem, & sic deinceps ex eo, q in illa parte est dispositio aliqua, quæ non est in alia; quia illa proximior est, ut aqua est unum continuum totum, non tamen semper est eiusdem dispositionis in qualibet parte; patet. nam aliquan do una pars est frigida, ubi tamen alia est calida. & à conuerso; tunc illud tale totum per unam partum alterat aliam. quia non potest primo calefacere illud secundum se totum. & non potest in omnes partes illius, simol, & semel inducere calorē; sed si mobile esset paruum & eiusdē rationis & dispositionis, & æquè dispositum in totum, & in qualibet parte, tunc mox alteratur secundum se totum, & non mouet se, scilicet mouendo unam partem per aliam. & una post aliā. & hoc uult haberu Philosophus. modo graue cum sit eiusdem dispositionis in toto, & parte, etiam æquè primo causat illum motum in seipso & qualibet illius parte ex consequenti. modo cum ar guitur ad formam, nihil eiosdem rationis &c. Concedo hoc de motu eiusdem dispositionis; non tamen sequitur quòd non moueat se absolutè. & hæc patet lectio. &c.

Hic Sco. mo net difficul tatem contra se. ¶SED obiicies: Quomodo Philosophus &c.] In quadam di gressione Scotus ostendit, Grauia & leuia moueri a seipsis, & hoc authoritatibus, & rationibus, exponendo Philosophum, quid uellet habere in illis rationibus suis. Consequenter Scotus de mente sua arguit contra seipsum, & soluit supponendo illa, quæ dicta sunt superius, scilicet primo q Graue, & leue mouentur a seipsis, licet non per cognitionem, & hoc modo concessimus omnes rationes Philosophi, quia maximè maiores ueræ sunt de mouentu se per cogoitionem. Secundo suppo oitur, quòd cum Philosophus. 8. Physic. dicit, quòd Grauia & leuia noo habent principium faciendi, sed paciendi, quia Philo sophus uult habere, quòd motus grauium & leuium non est naturalis a principio actiuo, sed passiuo. Tunc est difficultas, quomodo Philosophus probabit quòd grauia & leuia mouean tur ab alio? quod tamen ipse nititur probare, quomodo stabit illud cum opinione tua Scote; qoòd dicas, quòd grauia & leuia mouentur a seipsis? quomodo saluabis Philosophum? Est difficultas, quàm tangit nunc Scotus.

Resp. ad dif ficultatem. Respondet ad hoc Scotus, supponendo illam distinctionem sæpè dictam de potentia, quòd Duplex est potentia. Quædam essentialis, uel ad actum primum. alia accidentalis, & ad actū secundum Potentia essentialis, uel ad actum primum, est potentia ad aliquam formam, qua habita, agens potest exire in actum, uel operationem secundum illam. Potentia accidentalis, uel ad actum secundum, est potentia, qua quis habens formam, uel actum primum, potest exire in actum secundum, & illum causare. Tunc dicit Scotus unam distinctionem. quòd Grauia & leuia moueri ab alio est dupliciter. Vno modo quo ad actum primum. Alio modo quo ad actum secundum. hoc modo omnia mobilia mouentur ab alio altero duorum modo rum. Notat tamen Scotus. 8. distinctione primi quæstione ulti ma, quòd Duplicia sunt mobilia, uel generabilia & corruptibi lia sicut duplicia, quædam, quæ continuè generantur, & corrumpuntur. Alia sunt, quæ secundum se totum, & non secundum partem corrumpuntur, & generantur, ut mista. mistum enim totum corrumpitur, uel generatur, ut totus homo corrumpitur, uel generatur & ista mobilia mouentur secundum se totum, & non secundum partem. Alia sunt mobilia generabilia, & corruptibilia secundum partem, non secundum totum, ut elementa, ignis, aqua. &c. nam tunc machina mundi destrueretur: Tunc Scotus dat sua dicta, ut patet in libro.

Vtrum elementa possint moueri. Sed est difficultas de elementis, Vtrum possint moueri ad formam substantialem suā, patet benè quòd sic. ad minus secundum partes, dico etiam, quòd secundum sui tota, non repugnat illis, quòd habeant etiam ussa ab alio reducente illa ad potentia essentiali, ad actum primum; & ad potentiam accidenta lem; quia elementa sunt finita, creata a Deo; & ita uniuersaliter omne mobile potest moueri, & mouetur, ab alio uniuersaliter ad actum primum. nec instantia de elementis ualet, & ita stat illa distinctio. s. quòd grauia & leuia moueri ab alio, est dupliciter, scilicet quo ad actum primum & quo ad actum secundum.

Omne quod mouetur ab alio mouetur, obserua tur. Notat secundo Scotus, quòd quādo Philosophus dicit: Om ne quod mouetur, ab alio mouetur. Non dicit, omne quod mouetur in omni suo motu, ab alio mouetur, quia est magna differentia inter has duas propositiones. nam ad ueritatem primæ, sufficit aliquid, quod non sufficiat ad ueritatem secundæ ut patet. ad ueritatem primæ sufficit, quòd illud moueatur ad actum primum ab alio, ut ipsa grauia & leuia Ad ueritatem secundæ non sufficit illud, sed requiritur quòd quo ad omnem motum, & per consequens ad actum secundum moueantur ab alio. grauia & leuia ergo non mouentur ab alio uniuersaliter, sed tantum quo ad actum primum ab ipso generante illa, non tamen quo ad actum secundum, imo a seipsis.

Ex his, ad dubium, quando quæritur, quomodo saluabitur &c. Dico, quòd Philosophus hic uult habere, quòd omne quod mouetur, ab alio mouetur quo ad actum primum & hoc modo concedo; & de ipsis grauibus & leuibus, quòd quo ad actum primum non mouetur a seipsis, sed ab alio. quo ad actū uerò secūdum utique. patet primum quia non producuntur a seipsis in actu primo sicut nulla alia res creata. cum hoc tamen stat, quòd Scotus habet suam intentionem, scilicet quòd grauia & leuia mouentur a seipsis. quo ad actum secundum. & tunc nulla est contradictio inter dicta Philosophi, & Scoti, omnes benè dicunt. & hoc etiam patet, quòd stent simul. *Resp. ad dubium.*

Si quis uellet proteruire dicendo, quòd Philosophus intelligit, quòd omne, quod mouetur, ab alio mouetur, etiā quo ad actum secundum. unde dicit Scotus, tanquam bonus socius & secundus, transeat istud: adhuc tamen dicit Scotus: stat illud, q Philosophus dicit illud in ueritate, & etiam qood ego dico, est uerum. Pro quo dico unam distinctionem quòd aliquid dicitur moueri a seipso dupliciter. Vno modo a se tanquam primo independenti, & moueri. Secundo dicitur moueri a seipso, tanquam a posteriori, & secundo dependenti mouente. Primo modo nihil mouet se, quia semper dependet ab alio. Grauia etiam & leuia non mouent se primo modo tanquam causæ independentes in illo motu. Secundo benè concedo, quòd mouent se, sic tamen, quòd ab alio aliquo dependent. Vnde sæpè dictum est, quòd agentia sine cognitione dicuntur ab ali quo cognoscente finem, dirigi in finem; & ita intelligo ego, q mouent sa, dependenter tamen, & hoc uult Philosophus. Dico etiam, quòd Philosophus uult habere, quòd non mouent se independenter, quod concedo. & sic nulla est contradictio inter me, & ipsum. & ita soluitur illud dubium.

Sed est tunc una alia difficultas propter unum argumētum. Quid est illud, quo grauia mouent se, similiter & leuia; & hæc est maior difficultas, quæ possit esse in ista materia. Vtrum illud dicatur ussu forma substantialis grauis, uel leuis, uel utrum sit aliqua qualitas consequens formam substantialem grauis, & leuis. Ad hoc tamen datur una distinctio, quòd Grauitas capitur dupliciter. Vno modo pro denominato uel materiali, s. pro forma substantiali ipsius grauis. Secundo modo pro forma li, scilicet pro quadam qualitate denominante illam formam substantialem grauis. quid ergo est hoc, quo graue mouetur a seipso? Vtrum illa qualitas denominans, uel forma substantialis denominata illa qualitate? est bene difficile. Quidam dicūt quòd est forma substantialis. Vnde dicunt isti, quòd Duplex est mouens graue. Quoddam est mouēs, quod & est ipsummet graue, quod mouet se, Aliud est mouens, quo, & hoc est duplex. Quoddam principale; aliud minus principale, uel instrumentale. Primum est forma substantialis illius grauis. Secundo dicunt illam grauitatem, uel qualitatem consequentem illam formam substantialem; & dicunt isti. quòd primum mouens quo, non sufficit sine secundo mouente quo; & hoc modo se expediunt isti ad hoc, sine de hac difficultate; & satis probabiliter, nisi esset illud argumentum Commentatoris. ponendo, q grauitas illa superetur a subiecto, sicut Deus potest facere; quia realiter distinguitur in Eucharistia. Si conficeretur corpus Christi in magna quantitate, sicut in primitiua Ecclesia, il læ species si dimitterentur, caderent deorsum, & in tāta quan titatu possent esse, quòd possent lędere caput alicuius; tamen non esset mouens quo principale, idest forma substantialis panis; quia tunc nulla est; deinde, si Deus separaret grauitatem, non uidetur, quin etiam descenderet; & ita non esset illa causa. hoc argumentum est difficile contra istum modum. *Dubitatio magna de principio quo mouens se grauia, & leuia. Soluitur dubitatio.*

Sed quidam modernus nititur saluare istum modum, & dicit ad argumentum, quòd quando motus est separatus a subie cto, non oportet illius motus assignare mouens quo, nec mouens quod; nam sicut quantitas in Eucharistia separatur a subiecto, etiam qualitas, & quicunque motus, qui ibidem circa species fierent, & tunc non daretur mouens, quod, quia non est compositum substantiale, nec mouens quo, per casum; & si hoc ualeret, tunc illud argumentum esset bene solutum. & sic iste modus est probabilis ad istam difficultatem.

Alius modus dicendi est, q grauia, & leuia mouentur ab illa grauitate, uel leuitate, quæ est qualitas, tanquàm in principio principali, & motiuo in illo motu; & iste modus est probabilior,

bilior, & fundamentum istius modi dicendi est per unum simile de igne, & aqua; nam calor in igne, est principium mouendi ipsam aquam ad caliditatem; non dico tamen, quòd calor in igne sit principium igniendi, sed calefaciendi; quia principiū igniendi, est forma substantialis ipsius ignis, & non ipse calor; & si calor separatus esset conseruatus per potentiam Diuinam, adhuc posset calefacere. etiam frigiditas in aqua, & humiditas in aere, & breuiter illæ qualitates elementales in elemētis sunt principia principalia, quibus ista agunt modo dicto. & ita iste modus faciliter diceret ad dubium, quod illud quo graue mouetur, est grauitas: & leue, leuitas. & sic patet ad istam quæstionem principalem, qua quærebatur, Utrum Angelus possit mouere se. & hæc est resolutio Doctoris.

Resp. ad argumenta principalia AD primum argumentum &c.] Contra tamen istam resolutionem sunt argumenta ante oppositum, quæ uolunt probare partem negatiuam quæstionis, quod Angelus nullo modo possit se mouere. arguitur sic. Nihil idem potest esse simul in actu, & in potentia; sed si aliquid posset seipsum mouere, illud idem esset simul in actu, & in potentia; ergo nihil potest seipsum mouere. & per consequens nec Angelus poterit seipsum mouere. quod est propositum. maior patet propter oppositionem, quā habent actus, & potentia, ex 5. & 9. metaph. probatur minor. nam quando aliquid mouet se, illud est in actu, quia mouet, deinde est in potentia ad recipiendum illum motum, quē causat in seipso: ergo argumentum stat. *primū deducitur.*

Resp. ad primum princ. Ad hoc argumentum respondet Scotus in 3. distinct. primi. quæst. 7. in opinione Godofredi soluendo rationes illius, quomodo anima non est causa actus intelligendi secundum Godofredum, quia anima recipit illum. Dicit Scotus duas distinctiones. Prima est hæc. Aliquid esse in actu, intelligitur dupliciter. Uno modo in actu formali; alio modo in actu uirtuali. Unde illud dicitur esse in actu uirtuali, quod quantum est, ea se, est principium sufficiens productiuum effectus; hoc modo nos sumus in actu uirtuali ad eundum ad cameram. nam habemus principium, quo possumus exire in illum actum, quā do uolumus, scilicet potentiam progressiuam. Secundo modo illud dicitur esse in actu formali, uel formaliter, quando habet aliquid formaliter denominans illud. Vel quando habet illud productum ab illo actu uirtuali, quo producto, illud dicitur formaliter tale. hoc modo, quando sumus in camera, sumus in actu formali, idest habemus illam formam, illud ubi, quod produximus uirtute illius actus uirtualis, quo effectu producto, ego dicor esse in camera; & sic patet distinctio. Secunda distinctio Scoti est per oppositum de potentia, quod aliquid esse in potentia ad aliud, potest intelligi dupliciter. Uno modo in potentia formali; alio modo in potentia uirtuali. Unde illud dicitur in potentia formali, quod est in potentia ad recipiendum aliquam formam, uel effectū principii uirtualis, quo habito, illud dicitur esse formaliter tale. Exemplum: ego sum in potentia formali ad esse in camera, quia scilicet sum in potentia ad posse recipere illam formam, illud ubi, quo habito, ego dicor ubicatus. Ego sum in potentia formali ad nigredinem, quia sum in potentia ad illam formam; qua habita dicar niger secundum illam. Sed illud dicitur in potentia uirtuali, quando aliquid est in potentia ad aliquam formam, quæ pōt illi esse principium sufficiens ad aliquem effectum producendum secundum illam. Exemplum, quando ego sum frigidus, ego sum in potentia uirtuali ad calorem, quia ad illam formā; qua habita, non dicor solūm talis, sed etiam quia ipsa potest esse mihi principium calefaciendi aliquid aliud. Ista distinctio est bona, & bene intelligenda. Ex istis est primum dictum Scoti iuxta istas distinctiones, ad declarandum mentem Philosophi. dictum est tale. Nihil idem potest esse simul in potentia uirtuali, & in actu uirtuali. imò est impossibile, patet, quòd ego sim in potentia ad calorem, & quòd habeam illum, non stant simul ista duo. nt patet. Secundum dictum. Impossibile ast idem esse simul, & semel in potentia formali, & in actu formali. patet. nam esse in actu formali, est habere illum effectum, secundum quem dicatur esse tale, Et dicere illud esse in potentia formali est dicere, illud non habere illam formam, qua dicatur esse tale. & ista contradicunt, ut patet. Tertium dictum. Possibile est idem esse simul, & semel, in actu uirtuali, & potētia formali. patet, quia hoc est respectu diuersorum, ut patet. ego sum in actu uirtuali ad cameram, idest habeo in meipso principium quo possum me facere præsentem cameræ: tamen cum hoc stat, quod ego non sim in camera, & ita sim in potentia formali ad illam cameram, uel ubi, quo habito, formaliter dicerer esse in camera. & ista solutio est egregia; & credo quod nullus Doctor tetigit hoc, nisi Scotus, saltem de prioribus illo, *Primum dictum Scot.* *2. dictum.* *3. dictum.*

quos ego uiderim. Modo ex hoc ad formam, quando arguitur sic. Nihil idem &c. Dico quod nullum est inconueniens, idem esse in actu uirtuali, & potentia formali, & quādo idem mouet se, illud est in actu uirtuali, & in potentia formali: & hoc nullam infert repugnantiam, ut patet ex tertia conclusione, uel dicto. & ita ista ratio non concludit, quin Angelus possit se mouere. *Ad formā argumenti.*

Cōfirmatio rationis. Confirmatur tamen ratio, quòd Angelus non possit se mouere. quia Actus, & potentia sunt duo immediate diuidentia ens, & incompossibilia in uoquoque ergo impossibile est idem esse simul in actu, & in potentia. Ista confirmatio potest esse una bona replica ad solutionem datam ad argumentum. Consequens tamen sequitur, si unum & idem mouet se: ergo illud non est dicendum &c. Pro isto antecedente notandum est, quod aliqua diuidunt ens, quæ sunt incompossibilia in aliquo uno ente, & non in omnibus. Aliqua autem sunt incompossibilia in omni ente; modo substantia & quantitas sunt incompossibilia in Angelo, scilicet quantitas molis; actus, & potētia sunt incompossibilia in omnibus entibus, & ita idem non mouet se, & tunc esset simul in actu & in potentia.

Potentia duplex. Respondendum ad istam confirmationem. patet 7. distinctionū primi de multis diuisionibus entis, quæ ibidē dantur; ubi enim datur ona distinctio, quòd Potentia est duplex. Quædam est potentia ante actum, alia est potentia cum actu. quæ distinctio etiam tangitur distinctione 20. primi quæstione unica. Dictum est, quomodo potentia ante actum, est potentia obiectiua. Et potentia cum actu, est potentia subiectiua. Unde potentia sub iectiua dicitur esse cum actu, quia ad illam sufficit, quòd illud quod dicitur modo est in potentia, possit aliquid recipere. Et sem per illud est actu, quod est in potentia hoc modo. sed potentia obiectiua dicitur, ante actum; quia ad illam potentiam requiritur, quòd illud, quod hoc modo est in potentia obiectiua, nō sit, sed quòd sit tale ens, cui ex ratione sua non repugnet esse; & sic in hoc non est contradictio. modo quādo dicimus, quòd actus, & potentia diuidunt ens; capitur pro potentia obiectiua, & actus pro actu entitatiuo, ita quòd est sensus, Omne ens, uel est in actu, uel in potentia, idest est tale, quòd actu existit extra causam, uel est tale ens, cui non repugnat esse. Notandum secundo quòd actus capitur dupliciter. Uno modo pro illo, quod est actu, ut nos possumus dici actus. Secundo modo capitur pro principio actiuo alienius. modo cum dico, quòd actus opponitur potentiæ, non capitur semper actus pro principio actiuo alicuius. modo cum dico, quòd actus, & potentia sunt opposita incompossibilia in omnibus entibus, capiendo potentiam obiectiuam, & actum autitatiuum. Secundo dico, quòd actus, & potentia non sunt incompossibilia in omnibus entibus, capiendo actum pro principio actiuo, & potentiam pro principio passiuo. patet in Angelo quomodo habet principium actiuum, & potentiam ad recipiendum ubi, & ad faciendum se in illo; & mouendum se; & ita non sequitur aliqua contradictio. & nullo modo argumētum istud concludit cum suis confirmationibus.

2. arg. prin. deducitur. ¶AD Secundum Argumentum dico &c.] Consequenter probatur secundo articulo principali, quòd Angelus non possit se mouere, cuius oppositum dictum est. arguitur sic. Omne, quod mouetur, diuiditur in partem per se motam, & partem per se mouentem: sed Angelus non potest diuidi in duo, quorum unum dicatur per se mouens, aliud dicatur per se motū: ergo Angelus non potest se mouere. Maior patet ex intentione Philosophi in 8. & in principio. septimi Physic. nam aliter quiescente parte, etiam totum quiesceret. ut deducit ibidem Philosophus ad longum, & sequitur contradictio, ut declarabitur etiam magis in responsione ad istud. ista ergo est intentio Philosophi, quod omne quod mouetur, est diuisibile illo modo; sed Angelus est indiuisibilis: ergo &c.

Solutio Sc. Respondet Scotus ad hoc argumentum primo exponendo illam authoritatem Philosophi in 8 Physic. deinde exponendo illam, septimi. primo ad illud quod dicit in octauo, scilicet omne, quod mouet se, diuidetur in partem, & supponit pro hoc illam distinctionem datam heri, quòd Agens est duplex. Quoddam est agens per cognitionem: Aliud est agens sine cognitione. per cognitionem agens uel mouens est illud, quod cognoscit illud, ad quod mouetur. mouens sine cognitione est illud, quod non cognoscit illud, ad quod mouetur, sed dirigitur ab aliquo alio cognoscente illud. Exemplum primi sunt animalia rationabilia, siue bruta. Exemplum secundi. Elementa, & corpora mixta, inanimata, grauia, & leuia & c. Notandum secundo quòd mouens per cognitionem est duplex. Quoddam est mouens per cognitionem, & organicè: aliud est mouens

per

per cognitionem, & non organicè. Exemplum primi est illud mouens, quod requirit determinata organa ad agendum aliquam operationem; ut animalia. modo omne moués isto modo est diuisibile in partem per se motam, & partem per se mouentem. Exemplum secundi est mouens, quod non requirit organa ad mouendum se; sicut Angelus, quem requirit alas ad uolandum, ut fingunt illi pictores; quia est mouens per cognitionem non organicè; etiam anima rationalis post separationem a corpore, est mouens hoc modo. Ex his sit nunc primum dictum. Omne mouens per cognitionem organicè, diuiditur in duo, quorum unum est per se mouens, & aliud per se motum; ut patet; quia omne tale est animal, & hoc diuiditur in partem per se mouentem, scilicet animam; & partem per se motam, scilicet corpus.

Dubitatio de motu animali. Sed hic mouetur communiter difficultas a Doctoribus. Vtrum motus animalis dicatur esse naturalis, uel uiolétus; quia aliquando mouentur deorsum, aliquando sursum, aliquando motu locali de uno loco ad alium locum directè. Pro hoc notat Commentator in libro de substantia Orbis, quod Motus animalis, est motus compositus ex motu recto simplici, & motu etiam circulari. nam imaginatur ipse, quod Corpori, inquantum corpus est, conuenit motus rectus deorsum naturaliter. nam ut sic, corpus tandit deorsum, quantum potest, & ad locũ deorsum naturaliter inclinatur graue; secundum tamen animã mouetur motu circulari, uel alio; sicut intelligentia mouet cœlũ circulariter, quod tamen quantum est de se, mouet deorsum, inquantum corpus est. Pro ista tamen difficultate, notandum est, quod Duplex est motus animalis. Quidam est motus est animalis secundum animam tantum; Alius est motus animalis secundum corpus tantum, alius est motus animalis, qui inest ipsi animali ratione utriusque simul, scilicet ratione corporis & animæ simul. Exemplum primi. Est motus deorsum ad terram: nam corpus ibidem prædominatur. Exemplum secundi motus saltatiuus, qui fit saltãdo, ille non est ratione corporis, sed uirtute animæ, & uirtute motiuæ illius. Exemplum tertii. Motus progressiuus, uel uolare in auibus, est totius animalis, scilicet tam animæ, quam corporis.

Primum dictum Scoti. Modo dico, quòd loquendo de motu animali, idest de illo, qui est ab anima, omnis talis motus est naturalis: quia ab anima 8. Physi. quia anima est principium actiuum motus, & corpus habet naturalem inclinationem, dico tamen quòd motus qui conuenit illi corpori secundum elementum prædominãs, dicitur esse naturalis, & ille motus qui est oppositus illi prædominio, est uiolentus, non dico in comparatione ad animam, quia semper est naturalis: sed in ordine ad corpus, quod habet naturalem inclinationem ad oppositum illius, & sic hoc

2. dictũ Sc. primum dictum est uerum. Secundum dictum Scoti, extra librum tamen, est quòd mouens per cognitionem non organicè, non diuiditur in duo, quorum unum sit per se moués, aliud sit per se motum: vt Angelus, quia est indiuisibilis, ut bene probat argumentum, & hoc modo concedo argumentum.

3. dictũ Sc. Tertium dictum, & est in libro. Non est necesse, quod mouens sine cognitione semper diuidatur in duo, quorum unum dicatur per se mouens, aliud dicatur per se moueri. ratio huius dicti talis est, quia tale mouens sine cognitione est unum totum homogeneum, & habet esse uniforme, quò ad actum primum illius, & quælibet pars est ipsum: ut patet de igne, qui uniformiter mouetur sursum, terra deorsum, secundum se totum, & secundum quamlibet illorum partem.

Ex istis nunc ad argumentum quando arguitur sic. Omne quod mouetur &c. Concedo de illo mobili, quod mouet se per cognitionem, & organicè, & hoc modo minor est falsa. & consequentiam concedo: quia Angelus non est tale agens organicè, & sic istud argumentum non plus concludit, & bene soluitur.

Digressio Scoti circa problema ex 7. Physic. Sed Scotus digreditur parum, ratione illius probationis ex 7. Physi. quæ hic declaratur usque ad finem quæstionis. arguebatur sic. Omne, quod mouetur, ab alio mouetur. nam aliter quiescente parte, &c. Et iste est locus ad quem remittit se Scotus in primo quæstione ultima, distinct. 8. Primo Scotus dat unam distinctionem, quæ nisi bene intelligatur, textus erit bene difficilis. Distinctio est, quòd ly, primo capitur dupliciter. Vno modo, ut dicit primitatem totalitatis. Alio modo ut dicit primitatem præcisionis: & primo modo sensus est, primo mouetur, idest secundum se totum, & quamlibet eius partem mouetur. & hoc modo loquitur Philosophus, & capit ly, primo in 8. Phys. quando dicit, quod aliquid mouatur primo, idest secundum se totum, & quamlibet partẽ illius mouetur, & hoc mõ loquitur Philosophus 5. Physic. quando dicit. Aliqua mouentur secundum unam partem, & aliqua per accidens. etiam hoc modo capitur ly, primo 6. Physi. quando dicit. Quicquid mouetur in aliquo tempore, primo mouetur, idest in qualibet parte illius temporis, ly, primo dicit primitatem totalitatis: & illud, quod non mouetur nisi secundum unam partem, non mouetur primo isto modo, ut patet bene. Secundo modo capitur ly, primo, ut dicit primitatem adæquationis, uel præcisionis, sic, quòd illud dicitur alicui conuenire primo, quod præcisè illi, & non alteri conuenit. Primo hoc modo, passio primo conuenit subiecto, ut risibile conuenit homini primo, idest adæquatè. nam illi soli sic conuenit, quòd negatur uerè a quocunque quod non est homo. Et hoc modo capitur ab Aristotele, in primo posteriorũ. Stante hac distinctione est conclusio Scoti ad illud dictum septimi Physic. quòd nullum cor- *Concl. Sco.* pus mouetur in se primo, hac duplici primitate, scilicet totalitatis, & præcisionis. Scotus sic probat hoc, bene sequitur, illud corpus mouetur a se primo primitate totalitatis: ergo mouatur secundum quamlibet partem sui. Patet consequentia, quia iste est sensus de ly, primo primo modo sumpto, sic, quòd sensus est, quòd mouari est passio homogenea, conueniens illi toti, & cuilibet eius parti. unde bene sequitur, quòd si una pars totius quiescit, etiam totum quiescit: quia non mouetur primo primitate totalitatis, si una pars illius quiescit. Secundum declaratur, scilicet quòd nullum corpus potest sic moueri primo primitate præcisionis, & adæquationis. Supponendo, quòd licet aliqua passio, quæ conuenit alicui subiecto primo primitate præcisionis, & adæquationis, negetur ab illo, a quo subiectum negatur, & è conuerso; subiectum, scilicet negetur ab omni, a quo talis passio negetur, tamen illa passio non propter hoc negatur ab illo subiecto, cui primo, idest adæquatè conuenit. Exemplum. Habere tres Angulos est una passio, quæ primo, idest adæquatè conuenit triangulo, & præcise: & ratione illius conuenit cuicunque cui conuenit habere tres; ista passio negatur uerè a quadrato, uel quadrangulo, dicendo, quadratum non habet tres; quadrangulus non habet tres, &c. tamen propter hoc illa passio non negatur ab illo triangulo. Exemplum daretur in mille millibus. Ex hoc sequitur bene, quòd si moueri, uel mobile esse, quæ est una passio corporis, remouetur, uel negatur ab aliqua parte totius moueri primo, scilicet a primitate adæquationis, & præcisionis, sic quòd uerè dicatur, hæc pars non mouetur primo primitate adæquationis, tamen moueri, non remouebitur ab ipso toto, cui primo, idest adæquatè conuenit. non erit uerum dicere, hoc totum, non mouetur primo. Ista regula est uera, & uniuersalis, ut bene patet in illis exemplis, & ita sequitur nunc, quòd si aliquid mouetur primo primitate præcisionis, & adæquationis, illud non quiesceret, si una pars quiescit. non stat, quòd pars quiescat, & quòd totum moueatur hoc modo. Nunc dicit Scotus, quòd Philo- *Sensus Philosophi.* sophus nult habere, quòd nihil potest moueri a seipso, nisi hac duplici primitate: & hoc modo applicando ad grauia, & leuia, quòd illa mouant se primo, intelligitur primitate totalitatis tantum, non autem primitate præcisionis. nam moto graui, quælibet pars illius mouetur nam una parte illius quiescente, iam totum ipsum graue quiesceret, quod non potest conuenire ei, quod dicitur primo moueri primitate adæquationis, & præcisionis, & sic patet ad illam authoritatem septimi Physic.

Sed nunc est nouum dubium. Vtrum grauia, & leuia possint *Dubitatio. Notandum primum.* moueri primo primitate præcisionis? uam primitate totalitatis. patet, quòd sic. Dat tamen Scotus ad hoc unam distinctionem, scilicet quòd Graue moueri deorsum est tripliciter. Vno modo uniuersaliter, & in communi. Alio modo pro motu huius grauis, quo mouetur deorsum. Tertio modo pro moueri huius partis illius grauis, quod mouetur deorsum, inquantum, scilicet moueri deorsum, dicatur de illis, scilicet uel de graui in communi, uel de hoc graui, uel de parte huius grauis. Similis distinctio datur de leui.

Notat secundo & uerum est, quòd sicut quælibet pars gra- *Notandum secundum.* uit, & ipsum graue, sunt eiusdem rationis, sic etiam moueri deorsum alicuius totius, & moueri deorsum partium illius totiut, sunt etiam moueri eiusdem rationis, & homogenea, ut bene patet. Modo quæ quæritur. Vtrum graue &c. dicit Scotus, *Solutio dubitatio.* quod non; & rationem assignat: quia impossibile est, quod conueniat ipsi graui moueri primo deorsum primitate præcisionis, nisi et conueniat illi moueri primo primitate totalitatis, quia graue est unum totum homogeneum, & illud scilicet moueri deorsum, est una passio homogenea, & conuenit omni parti totius grauis eiusdem rationis: & ideo non est necesse, quòd quiesce-

te

te parte, illud totum quiescat; patet, quia illa passio coueuit illi subiecto primo, idest adæquatè. Tamen hoc est falsum ibi, quia propter aliam primitatem conconitatur necessitas mouendi secundum omnem partem; quia est eiusdem rationis. Dico tamen quòd possumus dicere quod, graui primo cōuenit moueri primitate præcisionis; & hoc loquendo de moueri in vniuersali, inquantum, scilicet prædicatur de hoc moueri deorsum, & de illo, & de alio. Dico tamen, quòd de moueri, quod est huius particularis corporis grauis, illud moueri non couenit cuilibet parti ipsius sigillatim: nam primitate totalitatis, & adæquationis, moueri conuenit illi, & negatur a parte, & nulla est contradictio; quia non pono illum motum conuenire toti, & parti; sed alium pono conuenire toti; alium conuenire parti.

Replicatur Sed fit hic una replica, quòd non benè dicatur; imo quòd sit impossibile, quòd graue moueatur primo primitate totalitatis, uel præcisionis, si remoueat a parte motus partialis. arguitur sic. Quandocunque ab aliquo graui remouetur motus partialis, etiam ab illo remouetur motus totalis: ergo impossibile est, quòd illi graui insit motus primo primitate præcisionis. ante cedens patet. nam dicimus, quòd si ab illa parte remouetur fieri motus; etiam ab alia, & deinde ab alia; & ita de omnibus eiusdem rationis; & per consequens totalis motus remouetur ab illo toto, & finaliter motus totalis non erit, & ita non conueniet illi motus localis. primo consequentia probatur per

Regula. unam regulam, ad quam Scotus principaliter respondet, quæ talis est, quòd si aliquis motus primo inest toti, non remouetur ab illo propter hoc, quòd remoueatur aliqd ab aliquo, qd non est ipsum, uel ab aliquo, quod est aliquid ipsius; sed totus motus conuenit illi graui, & tamen si partialis motus remouetur a parte; & totus motus remouetur ab illo graui: ergo motus ille non conuenit toti graui primo, & per consequens malè dicis.

Solutio S.o. Respondet Scotus ad hoc argumentum assumendo unum benè difficile, & deinde subtiliter dicit ad argomentum. primo dicit, quòd Totale graue, inquantum est totaliter graue, est unum totum homogeneum; pars terræ, & lapide, & aquæ. quælibet pars illius terræ, est terra; & illæ partes sunt priores ipso toto, ad minus in ratione partium: quia constituunt illud; quia constitutivum alicuius, est prius ad minus secundum naturam ipso, quod constituitur. Dicit secundo quòd illis partibus grauis conueniunt suæ motiones partiales; nam sicut sunt plures partes granis integrantes ipsum graue, ita etiam sunt plures partes motionis, integrantes illam totam motionem, quæ dicitur ipsi toto conuenire primo: quæ partes motus sunt etiam priores ipso toto motu, qui conuenit ipsi graui primo, & sunt eiusdem rationis cum illo motu. Modo ad argumentū quando arguitur sic: Illud, quod conuenit alicui primo &c. Di

Negat Sco. regulã uniuersaliter. cit Scotus, quòd ista regula, non est uniuersaliter uera, licet benè in multis dicatur esse uera. Tamen ubi subiectum habet etiam aliud subiectum prius, & passio habet aliquam passionem prius se, non est uerum dicere, quòd illud, quod conuenit illi primo & adæquatè, non negetur ab ipso, si etiam negatur aliquod ipsi, quod non est ipsum, uel quod est aliquod illius. Exēplum patet in proposito. Graue mouetur taoiū p motum qui conuenit illi primo & adæquatè: totum graue tamen habet aliquod subiectum prius, & illa passio, idest moueri habet etiam aliam passionem priorem: & subiectum prius ipso graui, respectu illius motus, sunt partes ipsius grauis, quæ tamen sunt priores ipso toto; etiam passio prior illa passione est quælibet motio, quæ est pars illius. Modo dicit Scotus, quòd non est uerum in proposito, quòd si a parte negatur hoc, quòd est moueri, quòd etiam illa passio non negatur a toto, imo etiam negabitur ab ipso toto. modo ad argumentum; quando arguitur sic. Quandocunque &c. Concedo: ergo non conuenit &c. nego consequentiam. & quando probatur per illam regulam, patet, quòd illa regula non est uniuersaliter uera; & ista est uera solutio Scotica. aliter est impossibile soluere argumentum. & sic patet ad totam istam quæstionem, & dubitationem, de grauibus & leuibus.

QVAESTIO VNDECIMA.

De mensura motus Angeli est quæstio. VTRVM Angelus Possit moueri in instanti; quòd nō &c.] Hæc est undecima quæstio, & penultima huius secundæ distinctionis secundi, in qua Scotus declarat, qua mensura mensuratur motus, quo Angelus mouetur de loco ad locum.

Moueri duPliciter. Pro cuius declaratione notandum est, quod Moueri capitur dupliciter. Vno modo ut distinguitur contra mutari, uel mutationem; & hoc modo distinguit Philosophus motum a mutatione, 6. Phy sic. & hoc modo moueri, dicit quodam successionem, quam non dicit ly, mutari. Secundo modo capitur moueri, ut est unum commune, extendens se ad ly, mutari, & hoc modo in 3. Physi. sub motu capiuntur generatio, & corruptio, tanquam species illius.

Angelum posse moueri in instanti, multipliciter capitur. Pro cuius ampliori declaratione ad propositum notandum, quòd Angelum posse moueri in instanti, potest multipliciter intelligi, secundum quòd motus capitur multis modis, & diuersimodè. Uno modo quòd Angelus possit moueri motu alterationis. in instanti: Alio modo motu locali in instanti. Tertio modo quòd possit moueri etiam motu productionis, uel motu cuiuscunque speciei. Primo modo de motu alterationis, nulla esset difficultas; nam certum est, quòd sic. quia Angelus intelligit in instanti & recipit illam intellectionem, & tunc alteratur quis, quando de nouo efficitur, isto modo nulla est quæstio, etiam Secundo modo nulla est quæstio, utrum Angelus producatur in instanti. uel utrum productio illius fiat in instanti; nam patet quòd sic. quia uniuersaliter creatio, & annihilatio fiunt in instanti, licet illis non repugnet fieri in tempore. etiam Tertio modo de motu augmentationis nulla esset quæstio. Vtrum Angelus possit augeri penes illos habitus, quos habet, & alia accidentia intensibilia, & remissibilia: & tunc patet quòd sic de alteratione, & ita in hoc sensu nulla est quæstio. Tandem potest esse quæstio de motu locali, & quo ad istum sensum, potest esse quæstio & difficultas, Vtrum Angelus motu locali, possit moueri in instanti. hoc modo est quæstio, & sensus tituli quæstionis nostræ. & pro ueritate arguitur ad partem affirmatiuam, quòd sic. Aliqua natura potest agere ad motum instantaneè, uel in instanti; ergo etiam Angelus, cōsequentia probatur, quia etiam Angelus est una natura creata, & principalior & actiuior inter omnes alias naturas creatas. antecedens patet de sole, & illuminatione facta ab ipso, quæ fit in instanti, & est motus localis aliqualiter, licet ipsa potius dicatur alteratio; tamen omne medium, secundum omne ubi, illuminatur; & in instanti; ut patet. &c.

Arguitur ad par-tē affirmatiuā.

¶Hic Dicitur &c.] Scotus ad istam quæstionem primo dat duos modos dicendi probabiles; Vnus est D. Thomæ, alius est Hēric. Gandauensis, qui modi alibi recitantur: sic tamē impugnantur. Secundo Scotus de mente sua dicet ad quæstionē, & postremo ad argumenta anta oppositum. Pro primo est opinio B. Thomæ, prima parte Summæ, quæstione. 53. articulo. 1. quære ibidem, dicit Scotus, unde pro nunc dico, quòd illa opinio stat in una distinctione & in duabus conclusionibus, distinctio est hæc. Motus est duplex. Quidam est continuus: alius est non continuus. membra declarabuntur, declarando opinionem illius, & suum modum dicendi. Dicit ille primo quòd impossibile est Angelum moueri motu continuo in instanti. probatur hæc conclusio secundum illum, & probatio impugnatur a Scoto, arguit ipse sic.

Vide procedendi Sco.

Opinio B. Thomæ.

Dist. Tho. 1. quòd motus sit duplex. Conclusio D. Tho.

R. D. Tho. Si possibile esset Angelum moueri in instanti, motu continuo, sequeretur, quòd Angelus quieuisset in toto tempore præcedente illud instans: consequens est falsum, nec probabitur: ergo Angelus non potest moueri motu continuo in instanti. hæc est tota ratio illius ad istam conclusionem: falsitas consequentis patet. nam illud, quod quiescit in toto illo tempore præcedente illud instans A, etiam quieuisset in illo instanti A; quia est aliquid illius totius temporis præcedentis; & si ali Angelus quiescit in illo instanti A, quomodo mouebatur in illo instanti; quia illud instans A, est ultimum illius temporis. Ratio est bone, sed maior probatur, scilicet quòd illud nō quiescit &c. nam illud mobile quiescere, non est aliud, quàm ipsum sic se habere uniformiter nunc, sicut prius; patet quòd requiritur, quòd in illo instanti se habeat sicut prius, aliter non quieuisset in toto illo

Corollaria quæ sequuntur ratione B. Thomæ. Primum. tempore; & ita impossibile est, Angelum &c. quod est conclusio illius. Ex hac ratione sequitur primo de mente D. Thomæ. quia secundum ipsum necessario est dabile ultimum instans temporis ast ultimum quietis illius, in quo mobile quiescebat; nam secundum descriptionem de ly, quiescere, oportet, quòd prius illud, quod quiescit, se habeat in illo nunc, eo modo, quo prius se habebat.

2. Correl. Secundò sequitur secundum ipsum, quòd in motu est possibile, quòd mobile moueatur in toto tempore, & quòd in ultimo instanti illius quiescat; patet secundum illum. nam mobile est aliquid aliter se habere quàm in instanti ultimo, quàm prius se habuerit in tempore. est necesse, quòd si aliquid moueatur in toto tempore, quod in ultimo illius non moueatur, sed quiescat.

Tertiò

3. Corell. Tertiò sequitur secundum illud, quod oportet generationem esse terminum alterationis; & illuminationem esse terminum motus localis; & istud impugnabitur secundo loco a Scoto. Impossibile est aliquam mutationem esse instantaneam, quæ non sit terminus alicuius motus localis; nam generatio est motus, uel terminus illius alterationis præuiæ ad illam, deinde illa alteratio, qua sol illuminat medium, est terminus; & sic patet conclusio prima cum suis corollariis.

2. cōcl. D. Thomæ. Secunda conclusio illius est. Angelus si mouetur motu continuo de uno loco ad alium locum, hic nō est motus, qui mensuretur tempore continuo, sed motus, quod mensuratur tempore discreto, de quo tempore discreto satis dictum est in quæst. 4. huius. Si Deus uellet, Angelum mouere de Cœlo ad terram in instanti, ille motus esset in tempore quodam discreto, & non in tempore continuo: iste est modus dicendi B. Thomæ.

Scotus deducit D. Tho. ad cōtradictionem. ¶Contra primam &c.] Contra hunc modum arguit Scotus; quia uidetur contradicere sibi ipsi, & ideo arguit ad hominem ex dictis eius alibi. Nam quæstione 5. distinctionis secundæ huius secundi dictum est secundum D. Thomam, quod Angelus est in loco per operationem suam. Notādo rō, quod duplex est operatio Angeli. Quædam est transiens, alia est immanens. Operatio transiens est, quę est productiua termini ad extra; Operatio immanens est, quæ est ipse terminus productus. Exemplum primi domificatio, calefactio. Exemplum secundi intellectio, uolitio, modo operatio transiens mensuratur tempore etiam continuo, ut domificare, uel mouere orbem; modo illud tempus discretum nunquam posuit Diuus Thomas, cum loqueretur de mensuris illarum operationum Angelorum. Vnde arguitur sic. Dicis, quòd Angelus est in loco per operationem. quæro, uel est in loco per operationem immanentem, uel per operationem trāseuntem. quicquid dicas, habeo contra te. Si dicas, quòd per operationem transeuntem, cum illa per te, mensuretur motu continuo, sequitur, quod etiam motus Angeli mensurabitur tempore continuo, & non tempore discreto, quod dicis nunc. Si autem dicas Angelum esse in loco per operationes immanentes, cum dicas, illas mensurari æuo, in quæst. 4. huius distinctionis. ergo si secondum illas est in loco, etiam motus ad illum locum mēsurabitur æuo, & non tempore discreto. & ita non dicis conformiter ad dicta tua.

Sco. arguit contra D. Thomam. Consequenter arguit Scotus contra rationem illius, & hic simul soluitur illa ratio. Dicis beate Thoma pro resolutione, quòd quandocunque mobile mouatur in aliquo tempore. Contra. Si illud, quod quiescit in aliquo tempore, necessario debet quiescere in ultimo instanti illius temporis, sequitur, quòd in illo ultimo instanti prolationis uerborum factæ a Sacerdote in Consecratione Eucharistiæ, non esset ibidem Corpus Christi; consequens est falsum, contra fidem nostram, & hæreticum: ergo & antecedens. consequentia probatur, nam in toto illo tempore prolationis uerborum, quiescebat forma panis, & substantia panis sub illis accidentibus, & per cōsequens in illo instanti terminante prolationem illam, etiam illa substantia panis quiescet necessario, & ita erit ibidem: & per consequens non ipsum Corpus Christi. quia non stant simul de lege posita, & ita non est necesse, quòd si aliquod mobile quiescit sub aliqua forma in aliquo tempore, quòd etiam illud quiescat sub eadem, in ultimo instanti terminante illud tempus. argumentum istud est bonum, & bene tangens, & per consequens illa maior est falsa, scilicet quod ly, quodlibet, distribuat pro quolibet, quod est aliquid illius temporis; nam instans ultimum est aliquid illius, & non oportet, quod in illo quiescat, nam aliquando datur ultimū quietis, quo non datur primum motus. Ista conclusio est uera. s. quod ly, quodlibet, distribuat pro qualibet parte diuisibili illius temporis, non autem si sumatur tam pro parte diuisibili, quàm pro indiuisibili: ut patet.

Confirmatur rō Sco. Confirmatur ista ratio ad probandum, quòd maior Diui Thomæ esset falsa; nam si illa maior esset uara, sequeretur quòd aer in ultimo instanti terminante illam quietem sub tenebra, esset tenebrosus; quod tamen est satis falsum: ergo & illud, ex quo sequitur. falsitas consequentis patet, quia si in illo instanti terminante illam quietem aer esset tenebrosus, sequeretur, quòd illuminatio non fieret in illo instanti; patet, nec in alio immediatè sequenti: quia nullum tale datur; & ita illuminatio illa fieret in tempore & non in instanti; quod nullus diceret: ergo dicendum est, quòd illa maior est falsa.

Resp. ad rō nem. Dices fortè, quòd illa illuminatio est terminus motus localis, & hoc sufficit ad hoc, quòd ipsa fiat in instanti: nam in tertio articulo dictum est, quòd non est simile de motu, & quiete: nam possibile est mobile moueri, & quod ipsum quiescat in ultimo instanti. hoc modo illuminatio est terminus, & non nisi motus localis Solis; & ita illa illuminatio in instanti & non in tempore. quia non est nisi mutatio. Euasio est satis apparens, ut patet. Sed tamen contra illam arguit Scotus ponendo unum casum. Volo, quòd in illo instanti temporis, quo Sol illuminat medium, Deus in illo eodem instanti producat ipsum Solē: possibile est, quod tunc illa illuminatio fiet in instanti; & tamen non erit terminus motus localis Solis: quia nullus talis motus fuit per casum: ergo illa euasio non ualet. *Contra responsionem arguit Sco. primo.*

Item etiam diceret, quòd quia ubi terminans motum localem Solis, & illuminatio medii a Sole fiunt in eodem instanti, ideo illuminatio est terminus motus localis: hoc non ualet: nam illud ubi, quod acquirit Sol per motum, est terminus illius motus Solis, & non ipsa illuminatio; sed quia uirtualiter inest Soli actus illuminandi, mediante motu ad ipsum ubi, ideo simul fiunt. Nam si per potentiam diuinam suspenderetur ab ipso Sole uirtus illuminandi ita, quòd non illuminaret, non minus motus ipsius terminaretur ad illud ubi, quia illa illuminatio accidit. & sic illa ratio nō ualet. quia semper sequeretur, quòd ipse aer esset tenebrosus in illo instanti. *2 arguit ad idem.*

Item etiam dicit Scotus: sequeretur, quòd argumentum nō esset propter hoc solutum, immo semper staret; nam si quiesceret in illo instanti, sequeretur, quòd aer essat pro illo tenebrosus; patet, nam totum tempus præcedens, in quo fuit aer sub tenebra, terminatur illud rorum tampus ad illud instaos. quæro tunc, uel in illo instanti aer est tenebrosus, uel nō. Si non, ergo illud est falsum. s. quod quicquid quiescit &c. si est tenebrosus, & in illo terminatur, sequitur, quod in illo instanti, in quo illuminatur aer, est tenebrosus. quod est falsum.

Tertiò principaliter arguit Scotus contra illam maiorem. Nam si illa esset uera, sequeretur quòd Angelus non posset moueri; quia sequeretur quòd quicquid quiescit in aliqua parte temporis, & quiesceret in ultimo instanti terminante illud. nam data quacumque parte temporis, adhuc dabilis est alia. non tamen uidetur nunc, quare magis illud instans determinat illam quietem, quàm unum aliud: quia non assignatur rō uisi, quia est illud, in quo aer illuminatur. & sic non dabitur illud instans, & per consequens Angelus non mouebitur. *3. rō princ. contra D. Thomam.*

Consequenter arguit contra secundam cōclusionem. Quæro de illo instanti temporis discreti, in quo Angelus mouetur, uel illud instans est immediatum instanti temporis nostri, in quo Angelus quiescit, uel est illi mediatum, quodcumque dicas, aliquid habebo contra te. Si est illi mediatum, hoc non est nisi quia inter illud instans, & instans temporis nostri, est aliquod tempus, in quo Angelus diceretur etiā quiescere: consequens hoc est falsum, ut patet, quia tūc in illo instāti tpis discreti, in quo dicebas, Angelum moueri, nō moueretur; nam si quiesceret in tpe nostro: ergo & in tpe medio inter instās tpis discreti, & instās tpis nostri; quare & in ultimo instāti illius tēporis medii, in quo tū ponebas Angelū moueri. Si aūt dicas, quod illud instās est mediatū instāti tpis nostri, sed est illi immediatum, tunc quæro, quid correspōdet in tpe nostro illi instāti tpis discreti? Vel correspōdet illi tps nostrum, uel instans tpis nostri: si instans, sequitur bene, quod tempus nostrū est discretum: quia instans instanti est immediatum. quod tū est falsū, & contra te. Si autem illi instanti tēporis discreti in tempore nostro correspondet tempus, tunc Angelus iam non mutabitur in illo instanti temporis discreti instantaneè. patet consequentia. Nam illud, quod mouetur in instanti, cui correspondet tempus, mutatur successiuè, & non instantaneè; cuius oppositum dicis. Et ideo iste modus dicendi non ualet. *Arguit Sc. cōtra secundam concl. D. Thomæ.*

¶PROPTER istud &c.] Et ideo est secunda opinio Henrici, quodlibeto decimotertio quæstione septima, quòd in Angelo est duplex actus. Quidam est perfectus. Alius est imperfectus. Actus perfectus est habens moram, & diu durans in illis, ut intellectio, & uolitio. Alius est imperfectus non habens moram in illis, nec diu durans, & istum nocat Henricus actum, uel motum localem. Secundum actum, uocat instantaneum. Dicit iste primo nunc. quòd actus perfectus Angeli mensuratur tempore discreto, se habēta ad medium orationis: hoc est dicere, quod sicut partes orationis diu durāt in mēsura sua, etiam istud tempus discretum diu durat: & in hoc tempore discreto sunt illi actus perfectiui ipsius Angeli, quia in illis Angelus habet moram. Secundum dictum Henrici est, quod actus Angeli imperfecti mensurantur instanti

temporis discreti: quod tamen tempus discretum assimilatur numero. Vnde notat ipse Henricus, quòd differentia est inter partes orationis, & partes numeri: nam partes orationis habent moram, in proferendo: illæ tamen partes numeri nō habent istam moram, quia sunt entitates simplices; etiam Angelus non diu durat in actu ambulandi, & loquendi, immo citò facit illud, sicut etiam numerus non subsistit. ista imaginatio est satis subtilis. Ex qua, sequitur primo quòd ponenda sunt duo tempora discreta: Vnum, cuius partes non diu durant, & non habent moram. Aliud tempus discretum, cuius partes habent moram, & diu durant. Secundo sequitur, quòd Angelus potest moueri in instanti temporis discreti illius scilicet, cuius partes se habent ad modum numeri: non autem in instanti temporis illius discreti, cuius partes se habent ad modum orationis. Tertio sequitur, q inter duo instantia temporis discreti, est dare quietem mediam. & contra istud arguit Scotus. Probatur tamen istud Corollarium secundum illum, nam imaginatur ille, quòd si Angelus moueatur in instanti temporis discreti, quod quiescit io illo medio; quia aliter duo instantia essent sibi inuicem immediata. & patet, quid diceret.

Corollariū primum. Corollariū secundum. Corollariū tertium.

¶ SED CONTRA illam secundam positionem &c.] Consequenter arguit Scotus contra istam positionem secundam in ordine, quæ fuit ipsius Henrici ad quæstionem; Vtrum Angelus possit moueri in instanti. Et dicebat, q Angelus poterat moueri in instanti temporis discreti, inter cuius duo instantia, cadit quies media. Contra istud ultimum dictum primo arguit Scotus, deinde contra conclusionem suam principalem. primo contra illud, quod dicit, q inter duo instantia datur quies media, & est una ratio facta quæstione quarta huius distinctionis de mensura Angeli & de illo tempore discreto, eo modo arguitur hic nunc. Non est necesse operationem aliquam Angeli durare tantum per instans: ergo non est necesse ponere quietem mediam inter illa duo instantia temporis discreti, antecedens patet loco allegato multis rationibus, & maximè probatur sic. quia si homo potest habere. si pro quia, actum, qui non duret tantum per instant, multò plus Angelus quia Angelus est actiuior. consequentia probatur. nam si tantum operatur in uno instanti, & est necesse ponere quietē mediam, immediatè post, & deinde aliud instans, in quo operet, iam nō haberet operationem, quæ duret plusquàm per instās, quod tamen non est negandum ab illo; & ita illud dictum de illa quiete media, non est nisi una fuga, nec ille habeat dicere, quòd tempus discretum est tempus nostrum; & èconuerso. & quòd unum indiuisibile, alteri indiuisibile est immediatū, istud est unum fugere. Si ergo illa operatio Angeli duraret plus quam per instāt, oporter dicere, quòd non datur quies media.

Cōtra Hēr. Rē Scoti cōtra Hēr.

Item etiam arguitur sic. Supponendo q secundum Hēricum, in illo instanti, in quo nunc Angelus mouetur de uno ubi ad aliud ubi continuè, habet alium & alium locum, & cōtinuè trāsit illa ubi, non tamen duratione, quia iam non esset in instāti, sed oportet dicere, q secundum imaginationem, uel secundū naturam, uel ordinem naturæ, transit illa cōtinue. nam multa instantia naturæ possunt assignari in uno eodem instanti temporis. ut patet in principio huius libri. Tunc sic arguit Scotus contra Henricum: Si Angelus posset moueri de Ecclesia nostra ad istud Collegium in instanti, sequeretur q in instāti posset esse in omnibus illis locis, uel ubi quæ loca, uel ubi, sunt intermedia inter Collegium, & Ecclesiam nostram. consequens tamen illud est falsum, & impossibile: nam sequeretur quòd idem Angelus naturaliter & uirtute sua propria, posset esse simul, & semel in pluribus locis, quod tamen est satis contra eundem. consequentia tamē probatur. nam per te, idem Angelus transit illa omnia ubi, in uno eodem instāti: & ita patet quòd est in ipsis. Confirmatur etiam q sequeretur, q idem Angelus esset in diuersis locis. exemplo illo, quod dat ipsemet Henricus. nam quærit conformiter ad Philosophum in quarto Physicorum. Vtrum graue possit moueri in uacuo. etiam Philosophus illud quærit. Dicit tamen Philosophus, & Henricus secū dum suam expositionem. q uacuum illo modo cōsideratur dupliciter. Vno mō q dicatur spacium nullam habens resistentiā ad graue, quod nullo modo cedit. hoc modo, dicit q non. quia moueretur graue motu continuo secundum Philosophū, uel successiuo; & hoc modo nos dicetemus q moueretur motu continuo. Secundo modo consideratur uacuum, q sit unū magnum spacium, in quo aliquid cedens graui esset, & graue haberet aliquam resistentiam propter illud; & tunc dicit Philosophus q graue illud bene moueretur motu continuo successiuo; oam secundum unam partem sui erit in uno loco, & secdm

2 rō contra Henr. Vacuum cōsideratur dupliciter secundum Henr.

aliam in alio loco. Tunc secdm istud exemplum, probatur contra sequentia contra Henricum. nam quando Angelus mouet de Ecclesia ad Collegium, in medio est aliquis illic sedens, iò primo transit unum ubi, deinde aliud ubi, & sic successiue transibit illa ubi; & tamen in uno eodem instanti mouetur per te, p omnia illa ubi: ergo erit in pluribus illis locis, & per cōsequēs malè dicit, quòd potest moueri in instanti.

Primo, exemplo declaratur propositum.

Ad idem dabatur aliud exemplum ab Henrico secundum Philosophum. Si corpus mouetur super quantumcunque paruam magnitudinem, illud pertransibit infinita loca in potentia in tempore finito, & etiam finita loca in infinitum: semper enim sunt in illa, in potentia loca infinita; sicut aliqui dicunt de partibus continui. s. q sunt finitæ, in infinitum tamen accepibiles. isto mō et dicam, si Angelus ille mouetur de ecclesia ad Collegium, transibit illa finita loca in infinitum, & non in tempore, sed instanti; quod est maius inconueniens, quā si corpus transiret illa finita in infinitum, & tempore finito: quod tamen ipse habet pro inconuenienti: ergo etiam istud debes habere pro inconuenienti, & per cōsequent Scotus dimittit modum dicendi ipsius Henrici.

Secūdo exemplo idem declaratur.

¶ DICO ergo ad quæstionem &c.] Scotus hic de manere sua dicit ad istam quæstionem; quando quæritur, Vtrum Angelus possit moueri in instanti, præmittendo aliqua. Primo pro illis duabus opinionibus scilicet Thomæ, & Henrici. deinde dicat ad quæstionem. Primum dictum Scoti est istud. Non est ponendum tempus discretum aliud a tpe cōi, & cōtinuo, quod nos ponimus, & Philosophi posuerunt. probat hoc una ratione communi secundum Philosophos. Non est ponenda pluralitas sine necessitate, primo Physic. Sed nulla uidetur necessitas ponendi istud tempus discretum, aliud ab isto tēpore nostro: ergo malè ponit illud. maior est Philosophi, & minor probatur. Nam omnia æquè bene possunt saluari, q saluantur ponēdo illud, si illud non poneretur quò ad motum Angeli uel operationes illius; ergo illud non est necessario ponendum. consequentia est clara. Sed antecedens, uel assumptū probatur inductiuè, per aliqua discurrendo. nam ponendo illud tpt discretum secundum Henricum. Si Angelus mouetur in uno instanti, non oportet illum moueri in alio instanti immediato, sed oportet illum quiescere in medio. hoc modo etiam possumus dicere, si uellemus. ponendo tempus nostrum continuum. Immo melius, quia licet possit habere motum continuum post illud instans in tempore habito, non tamen potest moueri motu instantaneo, in alio instanti immediato sequenti, ut bene patet.

Opin. Scot. I. dist. Sc.

Notandum tamen pro hoc, quod diceret Henricus, q illud tempus discretum ponitur ab illis, qui ponunt illud ad mensurandum Angelum, qui non possit mensurari tempore nostro. Et io pro hoc notas Scotus, q Angelus pōt considerari dupliciter. Vno mō absolutè, inquantum tale ens, talis naturę. Alio mō inquantum illi conuenit aliqua passio corporalis, uel conuenire pōt. i. habere locum diuisibilem, uel moueri localiter, & huiusmodi. Primo modo sumendo Angelum inquantum talis natura intellectualis, non mensuratur tempore nostro, sed ipso æuo, ut unaquæque alia substantia. Secundo mō pōt mensurari tempore nostro, sicut etiam unaquæque alia substātia, inquantum dicitur esse subiectum motus localis, & receptiua loci diuisibilis; inquantum mouetur locali motu, qui etiā est eiusdem rationis cum illo motu locali, quo unum aliquod corpus mouetur. & ideo non requiritur illud tempus discretum, etiam ad mensurādum Angelum, ut dicebat illa euasio; & per consequens non est ponēdum illud tempus discretum: hoc est quod uult habere Scotus in ista ratione.

Euasio pro Henr. Angelus cō sideratur dupliciter secūdū Sco.

Obiicitur tamen contra hoc, q nunquàm Angelus mēsuraē tpe nostro quocunque considere etur: quia stat, Angelū moueri motu locali, tamen motus localis non mensurabitur tempore nostro, patet, dicunt illi, quia desinat motus talis, sicut post iudicium generale fiet, tunc tempus nostrum non erit. tamen bene Angelus poterit tunc moueri de Cœlo, ad terram, sicut nunc.

Obiectio contra dictum nata.

Respondet ad hoc Scotus, quòd hoc non est dicere ad difficultatem. nam sicut in illo casu, corpora beatorum, & Angeli poterunt moueri motu continuo, qui motus, licèt non mensuretur isto tempore quo motus continui nunc mensurantur, attamen mensurabitur tempore potentiali. Pro cuius declaratione notandum est, dicit Scotus, uirtualiter in textu, quòd Duplex est tempus, ut etiam dictum est quarta quæstione, huius distinctionis. Quoddam est tempus potentiale. Aliud est tempus actuale. Tempus actuale est illud, quod actualiter cōsequitur motū primi mobilis. Tpt potētiale, est, siue imaginarium,

Solutio obiectio.

ginarium.nam tempus est passio motus,tamen quies mensura tor tempore,ut dictum est, & hoc prout quies opponitur motui, iuquantum motus mensuratur tempore, & per motum mensuratur quies,& ita a primo ad ultimum quies etiam mensuratur tempore.

Dubiū pulcherimum. Et si quæratur, Vtrum tempus possit esse sine motu,hoc est, utrum sequatur tempore Iosue,quando præliabatur cōtra Gabaonitas,& omnes sphęræ quieuerunt, & non tantū ipsa sphęra solis:quia aliter fuisset disproportio,& dissonantia inter ipsos,si ona fuisset mota,alia non. utrum bene sequeretur tunc, quia nullus erat motus cœlorum. ergo nullum ast tempus. est bonum dubium. Ad hoc tamen communiter dicitur, per unē

Solutio. Tempus duplex. distinctionem, ꝙ Tempus est duplex. Quoddam est cōe,quod scilicet primo,& immediatè conuenit ipsi motui primi mobilis,tanquam subiecto illius;& de isto dicu breuiter, ꝙ non fuit tunc,quia subiectum illius non fuit,scilicet motus primi mobilis per casum.mō subiecto destructo,ēt passio non est. Aliud est tps particulare, quod correspondet motui particulari istorum inferiorum.& de isto dico,ꝙ istud tps mansit. nam etiam motus particularium tunc fuit, qui motus est subiectum illius

Nota q̄ de Bassolis 48 d.4. q.unica ar.2.dicit ꝙ nō in cōmuni unumquemque motum habere proprium tempus. & ita dari particulare tempus. temporis. Dicit & de Bassolis,ꝙ non inconuenit istud.ſ.ꝙ ille motus habeat tale tps particulare tanquam passionem. ideo potest esse tale tps sine tempore cōi, & uniuersali,& illo mensurabatur motus bellantium,ut dicamus, ꝙ motus illorū bellantium mensurabitur tempore potentiali; & ꝙ illud tempus potentiale tunc erat,& illud actuale non erat,uel aliter, & melius si diceremus,ꝙ tunc nullum erat tempus, & istud uidetur dicere Scotus in quarto loco allegato ; tamen si ponatur illud tps particulare,bene probabiliter diceremus,ꝙ ipso mensurabantur motus particulares, qui tunc erant ; hoc modo etiam hic diceremus,ꝙ stāte cœlo,motus Angeli, & beatorum post iudicium erit,& mensurabitur tempore potentiali, uel imaginato.sic breuiter,ꝙ non illo tempore discreto,quia nullū tale ponimus, nec aliquis Philosophorum illud posuit , quia tunc Arist.de hoc fecisset aliquam mentionem, tñ nullam fecit. & æquè bene soluantur omnia de motu Angeli,negādo illud tps distinctum a tempore uostro:ergo illud non est ponendum.

Resp. Scot. ad q̄onem. Motus capitur dupliciter. Ex istis præmissis nunc dicit Scotus ad quæstionem unam distinctionem,ꝙ Motus capitur dupliciter. Vno modo motus uel mutatio. nam idem sunt in proposito, capitur,ut dicit totam realitatem motus. Secundo modo ioquantum motus dicit realitatem terminorum ipsius motus. Vnde notandum est, quòd realitas motus non est nisi illa cōtinua successio partis motus ad aliam partem, qua totus motus dicitur esse unus motus, & continuus. Secundo modo capitur, ut dicit realitatem terminorum motus, idest ut dicit illa, quæ simul & semel in uno eodem instanti producuntur, uel deperduntur. Vno eodem instanti acquiritur una realitas ubi,& deperditur alia, tanquàm termini illius motus. Datur exemplum de A, & B, duo ubi,scilicet Camera, & Ecclesia , mouetur unum mobile ab Ecclesia ad Cameram, transeundo multa ubi media, quæ ibidem sunt; tunc dicitur motus habere totam suam realitatem,quando successiuè habet unum ubi, deinde aliud ubi, & si illa duo ubi,scilicet Scholæ, & Cameræ,essene simul,perderdo unum , acquirit aliud, & diceretur ille motus tunc habere realitatem terminorum suorum,ad quos est.

Prima conclu.Sco. ad q̄onem. Dicit nunc Scotus ad quæstionem, primam conclusionem contra Henricum. Angelus uirtute naturali sua, non potest moueri localiter de uno ubi ad aliud ubi in instanti,capiendo moueri,ut dicit totam realitatem motus.probatur sic. Quia non uidetur esse possibile, quòd Angelus propria uirtute sua possit moueri localiter, & habere plura ubi simul localiter distincta : sed sic est,quòd si Angelus posset moueri in instanti propria sua uirtute naturali , sequeretur, quòd ille posset habere simul illa plura ubi localiter distincta, & propria uirtute: ergo Angelus non potest localiter moueri in instanti,quia tūc simul esset in diuersis locis adæquatis, quod tamen est falsum. Maior patet. Minor probatur. oam realitas motus dicit continuitatem unius ubi ad aliud ubi, & ita quodlibet illorū ubi, est locus adæquatus Angeli, si ergo ille transiret illa simul in instanti, haberet plura loca adæquata simul, quod est falsum, ut patet.ergo &c.

Quid de Bassolis. Isto modo arguit de Bassolis contra illam rationem. unde sequitur,quòd de potentia absoluta Angeli,uel creaturæ cuiuscunque, etiam si Deus dimittat illam in sua natura. addit etiam de Bassolis,de potentia Diuina absoluta. Angelus non

Coroll.^m de Bassolis. posset moueri in instanti de uno loco ad alium locum; sumendo motum,ut dicit illam totam substantiam motus,uel realitatem.ratio est : quia Deus non potest facere motum continuum esse in instanti, capiendo motum hoc modo, scilicet ut dicit illam successionem partis ad partem. secundum Philosophum quinto Physic. Similiter & eodem modo se habent tempus,& motus, quò ad realitatem illorum, nec Deus aliter faceret horum entitates,uel realitates, nisi in quadam successione. Vnde etiam secundo sequitur. ꝙ Opinio Henrici dicens *Secundum coroll.* motum posse fieri in instanti, habet illud falsum fundamentum,scilicet,quòd Successio motus, dicatur esse una passio ipsius motus realiter distincta ab ipso motu : quod tamen est falsum,dicit de Bassolis, quia successio illa est de ratione formali ipsius motus localis, quia motus est entitas successiua actus mobilis, & sic ista conclusio Scoti est uera.

Secunda conclusio Scoti est ista.Probabiliter potest dici. Angelum in instanti per se moueri de loco ad locum motu continuo, dicente præcisè realitatem motus terminorum. sensus conclusionis est,non uidetur inconueniens,imò probabile est, quòd unus Angelus in instanti possit se facere de ista Vrbe præsentem Romæ. nullum sequitur inconueniens ad hoc; *2. Concl. Scot.* Vnde imaginatur de Bassolis, quòd Duo ubi, uel sunt continua, uel sunt contigua; modo nullum est inconueniens de uno ubi moueri ad aliud ubi continuum illi in instanti; nullū est dubium de hoc. Sed de duobus ubi remotis, & longè distantibus unum ab alio, esset maior difficultas. De hoc tamen dicemus quæstione sequenti. istud est probabile, quòd de uno ubi ad aliud, quando illa essent continua, uel contigua, Angelus posset moueri in instanti, ad sensum datum, & ista est resolutio Doctoris ad istam quæstionem.

¶Ad ARGVMENTVM &c.] Contra illam tamen resolutionem est unum dubium & unum argumentum ante oppositum,quod est de mente Henrici,uel pro ipso probando, quòd nullo modo Angelus possit moueri de loco ad locum motu continuo, nec etiam pro realitate terminorum, quod tamen concessum est contra ipsum,& est argumentum Philosophi 6. Physic.arguitur sic.Si Angelus posset moueri de uno ubi ad aliud ubi localiter motu continuo , sequeretur, quòd maior uirtus,uirtute ipsius Angeli,posset mouere in minori mensura,quàm in instanti. Consequens est falsum, & impossibile ipsi Philosopho ; quia non datur secundum ipsum minor mensura,quàm est ipsum instans. probatur consequentia secundum Philosophum hoc modo arguentem in illo sexto. Si uirtus, uel potentia maior in tanto tempore, puta unius horæ , potest moueri duabus leucis. Maior uirtus in duplo, in eodem, uel æquali tempore mouebit quatuor leucis.ut patet satis deductio argumenti ibidem.

Respondet Scotus ad hoc argumentum declarando mentem Philosophi in illo sexto, & dicit Scotus , quòd Philosophus loquitur ibidem,aut de mensura diuisibili , aut de indiuisibili.hoc est dicere , quòd si aliqua uirtus minor finita potest mouere motu diuisibili in aliqua mensura diuisibili , tunc etiam maior uirtus finita poterit mouere illud idem mobile in minori mensura diuisibili : tamen in proposito arguitur de mensura indiuisibili , quia de instanti , & de motu facto in illo,qui etiam esset indiuisibilis, & propter non esset motus, & ita argumentum istud bene solueretur ex hoc,quia non est ad propositum.ideo non concludit. *Solut. Scot.*

Sed addit Scotus unum notabile. notando, quòd quando aliqua consequentia est bona enthimematica, illa aliquando est ex ueris, aliquando ex falsis, quæ includuntur in illo antecedente. modo ad propositum maior Philosophi in illo sexto est ista, quòd Quicquid causat uirtus finita in mensura diuisibili, maior uirtus illa, uel superior, poterit illud causare in minori mensura etiam diuisibili. ista maior hoc modo est uera. Sed si subsumatur minor ad propositum, iam illa erit falsa, scilicet quòd Angelus potest causare motum in instanti. Primo modo capiendo motum, quia supponitur, quòd motus fiat in instanti, quod tamen est falsum ex dictis. ut patet; & deinde sumo, quòd Angelus potest causare motum in instanti, & sic minor est falsa.licet consequentia esset bona. sic ista. si asinus habet alas, asinus potest uolare. tamen tenet ista consequentia uirtute unius falsi, scilicet, quòd asinus habet alas; & hoc modo, licet argumentum Philosophi ualeat in illo proposito,non tamen in isto. & sic patet quid est dicendum ad illam primam quæstionem. *Notab.Sco.*

QVAESTIO DVODECIMA.

Notandum primum.

QVAERITVR ultimo, Vtrum Angelus possit moueri &c.] Pro declaratione est notandum, quòd titulus istius quæstionis potest intelligi dupliciter. Vno modo, Vtrum Angelus de sua potentia naturali, & uirtute, possit transire de eatremo ad eatremum, non transeundo per medium. Alio modo. Vtrum de potentia diuina absoluta, secundum quod Scotus tangit etiam in argumentis principalibus. Dico tamen ꝙ principaliter quæstio est de potentia naturali Angeli, & nô de potentia diuina: licèt utroqua modo possit intelligi.

Solutio q̄onis, quo ad potētiā Dei absolutam.

Eapediendo secundam partem scilicet de potentia diuina absoluta. Dicitur quòd sic. quia illa media, quæ sunt necessaria uirtuti finitæ, & limitatæ, non sunt necessario uirtuti infinitæ, & diuinæ. & ita primo modo est difficultas nostra.

Notandum secundum.

Nota secundo quòd Doctores antiqui, propter quos mouatur ista quæstio, principaliter loquebantur de motu Angeli, ut dictum est quæstione præcedenti. distinguendo de motu continuo, & de motu discreto; sed quid dicebat Beatus Thomas? quòd motuum quidam erat continuus, quidam erat non continuus. Sed hoc uidetur mirabile, cum omnis motus localis, de quo hic est sermo, dicatur esse de genere continuorum secundum Philosophum. illa ergo distinctio est nulla, & non est distinguere motum, in motum continuum, & in motū non continuum, quia motus non continuus, iam non est motus, ut patet bene. Quicquid sit tamen, illi Doctores illo modo distinguentes, dicunt Angelum motu continuo non posse moueri ab extremo ad eatremum, non transeundo medium: & hoc modo bene dicunt, & secundum omnes Doctores istud est uerum.

Sed de motu non continuo, dicunt illi, ꝙ Angelus illo motu non continuo potest moueri de eatremo ad eatremū sine hoc, ꝙ transeat per medium; tamen illum motum non continuū, nec ipsi, nec alii adhuc uidere potuerunt; quia non est, nisi quędam fictio.

Tertium notandum.

Notandum tertio quòd Scotus loquitur hic de motu locali, & in omni motu locali dabile est extremum, & eatremum scilicet ubi, a quo mobile recedit: & ubi quod per illum motum acquirit. etiam Angelus quando mouetur, & substantia alteratur: ibi sunt duo extrema illius motus: unum est, non esse formæ inducendæ, & est eatremum a quo incipit motus: & aliud eatremum est terminus ad quem, illius motus: & forma, quæ acquiritur in illo motu. hoc modo etiam quæritur hic. Vtrum Angelus de isto ubi Scholæ, ad illud ubi Ecclesiæ, quæ sunt duo extrema illius motus, possit transire, & ꝙ non transeat per media ubi, quæ sunt inter illa; & hoc de potentia sua naturali.

Argumētū pro ueritate.

Pro ueritate tamen arguitur ad partem negatiuam, quòd non. arguitur sic. Sicut se habet præteritum, & futurum in tēpore, respectu ipsius præsentis, eodem modo se habet eatremum in motu respectu medii: uel terminus, & terminus respectu medii: est idem dicere. ista est maior. addo minorem. Sed sic est ꝙ nulla pars temporis potest transire a futuro ad præteritum, nisi transeat per præsens: ergo etiam non potest unum mobile ab uno extremo a quo, motus, transire ad aliud extremum eiusdem motus localis, nisi transeundo per medium. maior illa patet. & supponitur pro nunc tanquam uera. minor declaratur bene; quia de tempore tantummodo habemus præsens, & non præteritum, uel futurum: & ita ista pars est uera, loquendo semper de uirtute naturali ipsius Angeli.

Ordo q̄onis.

¶Hec dicunt &c.] In ista quæstione Scotus sic procedit, scilicet ponit aliquas distinctiones. Secundo aliquas cōclusiones, scilicet tres cathegoricas, & unam probabilem, & hypotheticam conditionalem. & tertio ad argumenta principalia. Prima distinctio declarat illum terminum, qui ponitur in titulo quæstionis scilicet, Extremum. pro quo dicit, quòd Duplicia sunt extrema. Quædam sunt distantia, Alia sunt non distantia, sed immediatè se habentia. Exemplum primi ubi istius aulæ, & ubi Ecclesiæ nostræ, distant satis. tamen illa possunt esse extrema motus localis, qui fit inter illa ubi huius aulæ, & ubi Dominæ nostræ Parisiensis. Pro cuius declaratione notandum, quòd Medium est duplex. Quoddam est, quod nihil est eatremorum: Aliud est, quod est aliquid extremorum. medium, quod nihil est eatremorum, est illud, qd̄ non est continuatiuum, uel contiguatiuum partium illorum extremorum: istud nihil est ipsorum. Exemplum: si unus esset in una parte aulæ, & ego in alia, haberemus medium commune, quod tamen nihil esset nostri, patet, quia non continuaret uel contiguaret nos. Medium tamen, quod est aliquid extremorum est illud quod continuat illa: ut punctus inter duas lineas, est aliquid illarum, quia continuat illas. inter duo ubi, etiam datur medium, quod est aliquid illorum, aliquando scilicet aer, continuans, uel contiguans illa. Ex his patet illa prima distinctio quòd extrema distantia sunt illa, inter quæ datur medium, quod tamen nihil est ipsorum. & extrema motus localis non distantia sunt illa, inter quæ cadit medium, quod tamen est aliquid illorum hoc modo dicto.

Motus duplex.

Secunda distinctio principalis est, quòd Duplex est motus. Quidam propriè dictus, alius est motus largè dictus. Propriè dictus est ille, qui dicit totam realitatem motus modo dicto supra. Sed motus largè dictus est ille, qui non dicit totam illam realitatem motus, sed realitatem terminorum motus, & instantaneam acquisitionem alicuius. & hoc modo sumendo motum, est unum commune ad motum propriè dictum, & ad mutationem illam instantaneam.

Prima conclusio Sco.

Ex istis distinctionibus sunt primo tres conclusiones. quarum prima est, loquendo de motu propriè dicto, & de mediis inter aliqua extrema, quæ media sunt aliquid illorum eatremorum. non potest Angelus transire de extremo ad extremum, non transeundo per media, quæ sunt aliquid illorum eatremorum.

Probatur ista conclusio. Nam illud medium inter illa extrema quod est aliquid illorum, est ratio continuitatis illorum extremorum: ergo si Angelus mouatur uno motu ab extremo ad extremum, non potest continuè moueri, nisi transeat illa media, ut patet secundum Philosophum decimo Metaph. Tex. Comm. xxii. media hæc dicimus, in quæcumque permutari necesse est, & sic Angelus motu continuo &c. Ista conclusio est communis omnibus Theologis tam Antiquis, quàm Modernis.

2. conclusio

Secunda conclusio Scoti loquendo de motu propriè dicto, & de mediis, quæ nihil sunt illorum extremorum, non potest Angelus transire de extremo ad eatremum, non transeundo medium. unde ista conclusio differt a prima, ut patet. nam in ista mutatur acceptio mediorum, aliterquam in prima, tamen omnes sunt de eodem motu scilicet propriè dicto. Conclusio ista probatur sicut præcedens. Nam si moueretur Angelus motu continuo hoc modo, tunc partim esset in termino ad quem, & partim in termino a quo, & non semper in termino a quo, nec in termino ad quem, & per consequens oportet, quòd sit in medio. & ita ista conclusio uera. etiam sumendo partem, & partem propriè, quia attenderentur ratione spacii, uel medii, & non ipsius Angeli, qui non habet partes, & partes. & si non esset in medio, iam non moueretur motu continuo. maximè si illa media non sunt aliquid illorum extremorum, ut dicitur in ista conclusione. Vnde Angelus Gabriel ueniens ad Ioseph, & ad Mariam, probabiliter tenendum est, quòd transiuit per multa media, quæ non erant aliquid illorum eatremorum, licèt illa extrema essent continua. non tamen continuabantur, ut patet, Cœlum, & ille locus, in quo erat Ioseph. Confirmatur ista ratio, quia si Angelus non transiret per medium, tunc Angelus fuisset in duobus locis discontinuis, quod tamen nullus diceret, maximè propria uirtute. nam hoc modo loquimur in illa quæstione. illud consequens ergo est falsum, & antecedens. unde dico in consequente, pluribus locis adæquatis, uel continuis: nam dubium fuit quæstione sexta huius, & probabiliter tenebatur, quòd Angelus potest esse in pluribus locis inadæquatis, non tamen adæquatis. & hoc sequeretur nunc, Si Angelus esset in loco, a quo simul, & semel, & in loco ad quem, si non transiret per medium. & hoc est falsum ibidem. ergo conclusio uera.

3. concl. Sc.

Tertia conclusio Scoti, loquendo de motu impropriè dicto, pro mutatione indiuisibili, possibile est, & ita fuit aliquādo factum, quòd Angelus transeat de extremo ad extremum, non transeundo per media, quomodocunque media sumantur, maximè medium, quod est aliquid extremorum. patet hoc quæstione præcedenti. in qua dictum est secundum de Bassolis, ꝙ loquēdo de motu, nō ut dicit totū realitatē motus, uel propriè loquēdo de motu, sed impropriè, idem Angelus simul potest perdere unum locum, & aliū locum acquirere, maximè qn̄ illa duo ubi sunt contigua adinuicem: ut si ponatur primo quòd Angelus habeat totam istam aulam pro loco adæquato sibi, deinde in aula est unum medium continuans illa duo

extrema,

extrema, puta aliam aulam, tunc Angelus possit illam aliam aulam dimittere simul, & se facere in ubi alia in instanti. & istud aliquando fit. tamen iste non erit motus continuus, sed instantaneus, & potius mutabitur, quam moueatur, nec ad hunc requiritur, motum esse partim in termino ad quem, & partim in termino a quo. & ita de hoc nulla est difficultas. Sed istud patet quasi per simile. nam mari legus leuis impeceptibiliter se transfert de uno ubi deperdendo illud, ad aliud ubi acquirendo illud. multo plus istud uidetur de ipso Angelo.

Difficultas

Sed tunc est una difficultas. Dicit Scotus. Si Angelus esset in ubi A, distincto ab alio ubi B, Vtrum se posset facere ab uno ad aliud, ab A, ad B, & quòd illa duo ubi essent distincta, separatim existentia a longe. de hoc est difficultas.

Solutio Sc.

Respondet ad hoc dubium Scotus, & est quarta conclusio probabilis, quòd Angelus non potest transire de extremo ad extremum, quæ extrema sunt adinuicem distincta. inter quæ extrema etiam sunt media, quæ nihil sunt illorum, non transeundo per media. sensus conclusionis est, quòd probabile est dicere. quòd est impossibile, quòd Angelus sua naturali uirtute ueniat de Cœlo ad terram, nisi transeat omnes sphæras medias, etiam per ignem, aerem, &c. hoc probabiliter potest teneri.

Ratio est, quia ordo præfixus a superiori agente. Verbi gratia. natura, uel Deus, necessarius est agenti inferiori & creato, sed iste est unus ordo datus a Deo summo rebus creatis, mobilibus de loco ad locum, ne aliquando sua uirtute transferant se de uno loco ad alium locum, nisi etiam transeant per medium: ergo iste ordo est etiam necessario seruandus ipsi Angelo. nam oportet nos facere illud, quod uoluntas diuina uult nos facere; oportet nos conformare eius uolitioni, minor patet, quia nullum agens creatum est tàm potens, quod posset illum ordinem præfixum a Deo peruertere. & hoc sua propria uirtute naturali. ista ergo conclusio relinquitur probabilis.

Monetur dubitatio.

Et si dicatur, quòd ista ratio uideatur esse contra tertiam conclusionem, quia si illa ubi non distant, sed aliquod medium est inter illa, quod est aliquid illorum, cùm ordo ille, per te, ex illa ratione sit talis, oportebit etiam illum transire per illa media, quod tamen negas in illa tertia conclusione: ergo ratio tua contra te.

Solutio Sco.

¶ QVANTVM AD istud &c.] Primo respondet, quòd non est simile; quia quando illa extrema distant adinuicem, illa iam habent necessario ordinem durationis inter se. quando uerò illa non sunt distantia, sufficit inter illa ordo naturæ in transeundo illa. Vnde inter Cœlum, & terram, quæ multum distant, oportet mobile quod mouetur inter illa, naturaliter prius duratione esse in Cœlo, quàm in terra. & prius in Cœlo Lunæ, quàm hic in infima regione aeris. si autem non distarent. & esset medium, quod est aliquid extremorum, sufficeret prioritas naturæ in transeundo. & Ita patet ad istam ultimam quæstionem huius secundæ, & longæ distinctionis.

Ad argum. principalia

Contra illam tamen resolutionem sunt duo argumenta probantia, quòd Angelus possit moueri de extremo ad extremū, non transeundo per medium, quæ sunt de mente Beati Thomæ. Et primum supponitur pro primo argumento secundum Beatum Thomam, quòd Angelus est in loco per suam operationem. Dictum est sæpe de ista opinione in ista distinctione secunda. Secundo supponitur secundum communem opinionē, quæ ponit potentiam executiuam in Angelo, quòd Angelus uirtute suæ potentiæ executiuæ se faciat præsentem loco, & illis, quibus est præsens, & in Angelo Potentia executiua nihil aliud est, q̄ aliquid spirituale, quo Angelus potest se mouere, quando uult. & etiam alia corpora.

Argum. D. Thomæ.

Suppositio Thomæ.

Deducitur primū principale.

PRO PRIMO argumento. Angelus potest uelle operari in uno extremo, non uolendo operari in alio, uel in medio: ergo Angelus potest se facere de extremo ad extremum, non tamen essendo in medium. illud antecedens patet. consequentia probatur, q̄ Velle operari, uel operari in loco, est Angelū esse in loco secundum Diuū Thomam, uel secundum potentiam executiuam se facere in uno, & non in alio: igitur &c.

Resp. Scot. ad primum Angelus in duplici differentia.

Respondet Scotus ad hoc argumentum supponendo, quòd Duplex est Angelus. Quidam est bonus. alius est malus. unde bonus est finaliter bonus, quia nunquam erit malus, nec etiam esse potest malus, saltem potentia proxima. Alius malus est finaliter malus, qui nunquàm erit bonus. nec esse potest bonus modo dicto. Exemplum primi. Gabriel, Raphael, Michael. Exemplum secundi. Lucifer, & sequaces eius. Dicit primo. Scotus, quòd Angelus malus non potest se facere de extremo ad extremum, nisi transeundo per media. ratio est, quia ille uniuersaliter semper malè uult, & inordinatè, & non permittitur illi, se facere de extremo ad extremum, sine transitu mediorum; & in hoc reprimitur malitia sua.

Velle est duplex.

Sed in Angelo bono esset difficultas; & ideo notandum est quòd Duplex est uelle. Quoddam est uelle ordinatum. Aliud est uelle inordinatum. Vnde uelle ordinatum, est uelle, qui elicitur conformiter ad dictamen rectum, dictans de aliquo agibili, uel operabili, secundum regulam rectam. Velle autem inordinatum est illud, quod est contra dictamen rectum. Nota etiam, quòd Duplex uelle est in Angelo. Quoddam est de potentia Dei ordinata, uel absoluta, ut quando dicit Angelus meus Custos, uel dicere potest, uelle esse Romæ erat, & alia die esse ubi nunc sum. ut multi etiam homines dicunt. Aliud est uelle secundum suam uirtutem naturalem, ut quando dicit Angelus. Vellem secundum meam uirtutem naturalem esse hic, uel esse in Inferno, uel in alio loco.

Velle Angeli duplex

1. dictum.

Dico primò, quòd Bonus Angelus non potest uelle ordinatè secundum suam potentiam naturalem uelle esse in aliquo extremo, non transeundo prius per media, uel non transeundo illa media prius. patet, quia iam malè uellet, quia uellet illud, quod non conuenit uoluntati suæ. Secundum dictum. Potest Angelus bonus ordinatè uelle esse in aliquo extremo, non transeundo per media, de potentia diuina: ut ego uellem nunc esse in patria mea, si Deus uellet ibidem me nunc esse. illud quidem potest Angelus bonus. quia est unum uelle rectum. quia transire illa media, est unum ordinatum a Deo respectu ipsius agentis creati, finiti, & limitati, non autem ipsi Deo, ut bene patet in aliis mediis rerum, quibus ipsæ res ligantur ad obseruandum. Deus autem non. Sed dixit, & facta sunt. mandauit &c. & ita argumentum hoc bene soluitur &c.

2. dictum.

Deducitur secūdū arg. principale.

FINALITER arguitur, quòd Angelus possit transire de uno extremo ad aliud extremum non transeundo media. arguitur sic. Corpus Christi potest transire de extremo ad extremum, non transeundo per media: ergo etiam Angelus hoc potest. patet consequentia. nam Angelus est maioris uirtutis, & actiuitatis in agendo, quàm ipsum Corpus Christi, ut Corpus est. antecedens patet in Eucharistia, nam in illo instanti, in quo terminatur prolatio uerborum a Sacerdote, Corpus Christi trahitur de Cœlo ad terram, non transeundo per media: ergo propositum.

Soluit Sc. secūdū principale.

Respondet Scotus ad istud argumentum breuiter concedē do totum, de potentia diuina absoluta non autem de potētia ipsiusmet Corporis Christi, ut Corpus est. nec de potentia ipsius Angeli, ut nos loquimur de naturali uirtute Angeli: nobis; quia certum est secundum fidem, q̄ Deus omne mobile quantumcumque magnum de Cœlo ad terram potest trāsferre sine hoc q̄ per media transeat. patet ex dictis. & ita istud argumentum non cogit. quia non est contra nos.

Scotus infert Corollarium ex dictis.

Ex omnibus istis, Scotus nunc infert unum Corollarium cō clusionum distinctionis secundæ, & quæstionis ultimæ huius, & unius difficultatis, quæstione octaua huius. Quomodo dabatur minima pars motus. quia dicebatur: Si non magnum fuerit illud quod alteratur. Scotus in illo loco remisit se ad istum locum ad soluendum illud, & iam fuit dictum ibidem; hoc tamen nunc dicamus ex solutione quæstionis. Nam dictum est illic, quòd Motus localis propriè dictus nunquàm fit in instanti. licet tamen illa mutatio, tamē Philosophus in libro de sensu & sensato uidetur dicere, quòd aliquis motus fit in instanti. oportet uidere quomodo est ille motus. Vtrum motus propriè dictus, uel non. quomodo uocatur. Si est motus propriè dictus, tunc Scotus esset contra Philosophum. ideo declaratur ille passus. scilicet idest in instanti &c. ideo ad concordandum ista, declaratur, quomodo illa mutatio, uel alteratio est in instanti, & quæ non. tamen illa non est motus propriè dictus, sed mutatio. Vnde notādum est q̄ ad hoc &c. q̄ aliqua alteratio, uel aliqua mutatio fiat in instanti, uel subito, duæ cōditiones requiruntur. Prima est, q̄ forma acquirenda per illam alterationem non habeat aliquam formam contrariam illi positiuē, idest quòd nullum ens positiuum illi formæ inducendæ per illam alterationem, contrarietur. Vnde sequitur quòd quando Sol lumine suo illuminat aerem, illud lumen Solis nō inuenit in medio aliquam formam illi contrariam positiuē, quia nulla talis est ibidem: nam aliter non fieret illa illuminatio in instanti; unde est ibidem aliqua forma priuatiua illi opposita priuatiuē, scilicet tenebra: non tamen positiua.

Resp. Scot. ad authoritatē Arist. de sensu, & sensato, quā adducit sup. q. 9 pro primo principali ad probādū, q̄ cō tinuū componatur ex minimis.

Ex quo etiam sequitur secundo, quòd quando intellectus recipit unam intellectionem in seipso in instanti, quòd in ipso intellectu nullâ est alia intellectio contraria illi formaliter, & positiuè.quia si aliqua talis esset in ipso, ipsa resisteret illi intellectioni, quæ recipitur: & ita intellectio iam non fieret in instanti;quod tamen est falsum, & contra omnes; & ista conditio patet benè.

Secunda conditio requisita ad hoc, quòd aliqua alteratio fiat in instanti est, quòd ipsum medium, uel subiectum,quod alteratur,dicatur summè & perfectè dispositum ad illam formam,quæ in ipso induci debet, ut intellectus, ad intellectionem est ultimatè dispositus, & medium, scilicet aer, ad illuminationem, uel lumen; ergo alteratio, quæ habet has duas conditiones, dicitur instantanea, & fieri in instanti.

Alia est alteratio (dicebamus) in qua habitum ab habito patitur; ut quando magnum est, quod alteratur, ut aqua maris alteratur secundum unam partem, habitum, idest illa pars alterata, alterat aliam sequentem; & illa aliam, & sic consequenter; quia in illo subiecto est forma contraria positiuè illi formæ inducendæ: & etiam illud medium non est ultimatè dispositum ad recipiendam illam formam; & ideo habitum, idest pars secunda patitur ab habito, idest a parte prima, quæ pars sequitur ad partem præcedentem.

Notandum tamen, quòd habitum ab habito pati, hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo quòd prius secundum naturam alteratum,alteret aliud. Alio modo quòd prius alteratum secundum tempus,alteret illud,quod sequitur ipsum. Dico quòd utroque modo potest intelligi, tamen secunda expositio est probabilior, quòd non solum natura uerum est, sed etiam duratione,prius alteratur una pars,deinde alia. & sic de inceps: & ista uocatur mutatio successiua uel motus &c.

Modo dico, quòd Philosophus uult habere, quòd non est idem de multiplicatione soni in medio, & de multiplicatione lucis etiam in aere:nam multiplicatio soni est quędam multiplicatio localis specierum per medium: & non potest esse in instanti.illa tamen illuminatio est una mutatio, quæ fit in instanti:ergo non est simile. ergo Angelus non potest nerc mutari in instanti, benè tamen potest alterari.

Notat tamen Scotus unam. nam diceret quis de mente B. Thomæ, Dicis quòd illa illuminatio fit, & quòd illa alteratio est instantanea: quomodo illa alteratio se habet ad quietem præcedentem, quando, scilicet aer quiescebat sub expositione lucis, & sub tenebra? utrum dabile esset ultimum immutatum esse in ultimo instanti illius quietis, in quo aer erat tenebrosus? Scotus ad hoc dixit, & dicit nunc; quòd non, contra B. Thomam: nam aliter duo instantia essent sibi inuicem immediata; nam habet Scotus hic unam regulam, quòd si alteratio aliqua fiat in instanti; non datur ultimum quietis præcedentis: nam aliter duo instantia essent sibi inuicem immediata, ut deduxit Philosophus in 8. Physicorum Dicebamus etiam, quòd & si illa alteratio non habeat primum, sic quòd in tempore non datur prima pars illius alterationis, tamen benè dabitur ultimum alterationis,scilicet instans temporis præcedentis; ut quando ignis calefacit aquam,aqua habet frigiditatem, formam contrariam illi caliditati inducendæ, dabitur ultimum quietis sub frigiditate;quia alteratio illius ad calorem, fit in tempore, ut patet ibidem.& sic est finis nostræ longæ, & prolixæ distinctionis &c.

Regula Sco.

DISTINCT. TERTIAE.

QVESTIO PRIMA.

De natura Angelorũ, & qualiter creati sint Angeli. Ordo distinctionum à Scot.


ECce ostensum est,ubi Angeli fuerunt &c.] Magister in ista distinctione. 3. determinat de natura Angeli, in qua natura ipse Angelus conditus est, qualis ipse Angelus fuit, quo ad perfectiones, & dignitates, ut dicemus in secunda parte huius distinctionis. Primo tamen tractat de distinctione personali Angelorum. Secundo loco de operationibus & cognitionibus illorum; & quia diuersi diuersa dicunt de distinctione personali ipsorum, ideo oportet uidere quomodo distinguuntur,& qualiter, de omni substãtia quæ est principium distinctionis. Ideo de natura materiali primo agitur, quomodo una distinguuntur numero ab alia, & quo ut per illam cognoscamus, quo etiam natura intellectualis, & immaterialis distinguitur,& sit hæc, & una numero.

Et ideo quærit Scotus primo unam talem quæstionem in forma,sed Vtrum substãtia materialis ex se, siue ex natura sua, sit hæc,& indiuidua, & singularis. Cuius quidem quæstionis primus terminus declarandus est substãtia.Pro quo dico quòd substãtia capitur dupliciter Vno modo, ut dicitur a subsistendo. Alio modo a substando. Vnde subiecta a subsistendo, uel per se essendo,benè ponitur in Diuinis; Nam Deus,uel natura Diuina dicitur per se esse, & subsistere, tamen non est subiectum accidentis. Secundo modo dicitur quia substat accidentibus,& hoc modo tantum est in creaturis,& non in Diuinis, & illo modo, abusiuè, & malè, diceremus Deum esse substãtiam, secundum D. Augustinum. Vnde Notandum est secundo,ꝙ substãtia, ut dicitur a substãdo, capitur quatuor modis. Vno modo Metaphysicè. Alio modo Physicè, siue naturaliter. Tertio modo logicè. Quarto Metaph. Primo modo capitur, Metaphysicè secundum quod 7. Metaph. dicitur, ꝙ substãtia est prior natura ipso accidente; natura, tempore, & diffinitione, uel cognitione. primo est prior definitione. nam cadit in definitione cuiuscunque accidentis tanquam subiectum illius, & non è conuerso: sed accidens non ponitur in definitione subiectæ. Deinde substãtia est prior accidente cognitione.nam substantia pôt benè cognosci, sine hoc quod cognoscatur accidês: non tamen potest accidens cognosci, nisi in ordine ad substantiam. Etiam substantia est prior accidente tempore ad illum sensum, quia substantia potest esse sine accidente hoc, uel illo: accidens tamen naturaliter nullo modo potest esse sine substantia. Isto modo Angelus est substantia, etiam anima, & corpus, & huiusmodi; non tamen ipse Deus. Nihil dictum de Deo dicitur substantia isto modo. quia nihil formaliter dictum de Deo est in genere. ex 8. distinctione primi. hoc modo non capitur substantia in titulo nostræ Quæstionis, propter illam particulam, quæ ponitur ibidem, sed materialiter.

Prima conclusio Scot. Declarãtur termini. Subiecta dupliciter capitur.

Subiecta a substando capitur quatuor modis.

Quo substantia sit prior accidente declaratur.

Secundo modo capitur substantia Physicè secundum Philosophos, & hoc modo secundum Boetium, substantia diuiditur in materiam, formam, & compositum: & hoc modo capitur hic, & est sensus. Vtrum substantia materialis, idest utrũ Compositum ex materia, & forma, hoc modo omnis rei composita, ad differentiam Angelorum, & animarum, quæ non componuntur ex materia & forma, dicuntur substantiæ. Homo, lapis, Asinus, in suo esse completo ultimato, dicitur substantia hoc modo. Tertio modo capitur substantia logicè, & hoc modo nihil aliud est, quàm definitio quidditatiua uniuscuiusque rei: secundum illud, æquiuoca dicuntur, quorum nomen est commune, & ratio substantiæ &c. hoc modo non capitur hic, animal est de substantia hominis, hoc modo sumendo substantiam. Quarto modo capitur substantia Metaphysicè, & transumptiuè, propter quandam similitudinem: & hoc modo fides dicitur substantia sperandarum rerum argumentum non apparentum, hoc modo idem est substantia quod fundamentum, siue stabilimentum alicuius: Hic ergo capitur Physicè & non alio modo. & ideo rectè additur in titulo, materialis, ad differentiam aliorum modorum, quibus substantia potest sumi.

Sequitur aliud declarandũ, scilicet ex se, sine ex natura sua. pro quo Notandum est, ꝙ quando cũque sunt aliqui duo actus ordinati secũdum prius, & posterius, quærere de causa unius, est etiam quærere de causa alterius, & dicit canonicus. 6. primi Physicorum. articulo primo. Exemplum dicimus, quòd rationale in homine, dicit duos actus in homine ordinatos secundum prius & posterius. s. esse susceptiuũ disciplinæ. deinde dicit etiam illum esse rationalem. Ideo quærere causam huius, Quare homo est susceptiuus disciplinæ, est quærere causam alterius, sed quare homo est rationalis: & è conuerso. Ad propositum dico, quòd in qualibet natura singulari sunt duo actus, quia habet esse hoc, uel hoc. Deinde est indiuiduum: isti duo actus in qualibet natura singulari subordinantur secundum prius, & posterius; nam unus est prior, alius est posterior. Nam esse hoc, uel hæc natura singularis, dicit aliquid positiuum in ipsa natura: & habet rationem prioris in ipsa: & esse indiuiduum, est unum dicens puram negationem: & ideo dicitur habere rationem posterioris, in ipsa natura. Nam priuat diuisionem in partes subiectiuas in ipsa. quia indiuiduum est quod est indiuisum in se, & diuisum a quolibet alio. Ideo quando quæro, quæ est causa, quare natura ista dicatur indiuidua, uel indiuiduum? Vt patet benè secundum regulam datam

Secundus terminus ex se.

datam secundum Canonicum. Nam aliter non essent actus sub ordinati inter se.

Notandum tertio quod quaeritur quo nam est indiuidui.

Notandum tertio pro isto titulo, & sequentibus etiam, quod cum quaeritur de causa indiuiduationis naturae, quo scilicet est indiuidua, non quaero quare, uel quo natura est indiuiduū logicè, sed realiter. Nam esse indiuiduum logicè est una secunda intentio, cuius indiuiduationis causa est intellectus, idest illud praedicatum, scilicet esse indiuiduum, dicitur de natura ipsa, per intellectus tantum. hic quaerimus de causa reali indiuiduationis, propter quid nam dicatur una numero, & haec. Et hoc modo quaerendo de causa indiuiduationis, potest esse duplex sensus. Vnus scilicet, quo natura lapidis, uel hominis, dicatur una numero, & haec, realiter indiuidua, uel formaliter. Alio modo, quo ipsa natura dicatur indiuidua, & haec fundamentaliter tantum. Dico primo, quod indiuiduum, siue natura quaecunque, dicitur formaliter & realiter indiuidua, indiuiduatione. semper oportet suum abstractum assignare, quando quaeritur, quo aliquid formaliter est tale; isto modo faciliter respondemus ad istam quaestionem, & ad alias, assignando illud abstractum. Iden non quaerimus hoc modo hic. Secūdo modo fundamentaliter, & realiter, quod est illud fundamentum, per quod conuenit naturae hominis, & asini, uel lapidis, repugnātia ad diuidi in plures partes subiectiuas, specie distinctas; siue in plures species, & non ipsi animali. Hoc modo quaerimus hic. Quid est illud fundamentum, in quo illa indiuisio fundatur.

Duplex pot esse sensus quaestionis.

Notandum quartum quod esse indiuiduum, & unū numero dupliciter.

Notandum quarto quod aliquid esse unum numero, & indiuiduum potest intelligi dupliciter. Vno modo determinatè, & signatè. Secundo modo omne indiuiduum in sua specie. Primo modo sortes Plato, hic lapis, dicitur unum numero, & indiuiduum, & dicuntur indiuidua signata, & hoc etiam seruit argumento post oppositum. Secundo modo omne indiuiduum in sua specie, est unum numero, indeterminatè. Nam species illius est indeterminata ad hoc, uel illud indiuiduum, nata tamen determinari, ut natura mea secundum se absolute sumpta est unum numero, indeterminatè: nam in aliquo priori non repugnat illi, quod determinetur hoc, uel illo. Hic tamen quaerimus de signata, & determinata indiuiduatione, & non aliter, ut patet.

Vltima particula tituli quaestio. ex se dupliciter.

Finaliter in titulo quaestionis ponebatur, ex se. Pro quo Notandum est, quod ly ex se, potest capi dupliciter. Vno modo formaliter, & intrinsecè, & de natura sua quidditatiua; idem ualeant omnia ista, & quodlibet illorum, sicut ex se. Alio modo ly, ex se, ut idem est, quod extrinsecè. Primo modo sensus quaestionis est. Vtrum substantia materialis ex se, & ex ratione, & formali desinitione quidditatiua, omni alio extrinseco extra illam definitionem secluso, sit indiuidua. Secundo modo sensus est. Vtrum substantia materialis, ex se, idest per aliquid extrinsecum illi, dicatur esse haec, & indiuidua. Primo modo quaerimus hic, & non secundo modo. Nam tunc non esset controuersia inter nos, & nominales. Nam illi dicunt, quod non est indiuidua per aliquid extrinsecum: & nos dicimus quod sic. Illi enim dicunt, quòd ex natura sua, uel sua ratione formali quaelibet natura est de se haec. & sic litigamus contra illos, quod non. Et hoc modo intelligendo quaestionem, Arguitur pro ueritate ad partem negatiuam, quam tenemus, quod natura non dicatur esse haec indiuidua, ex natura sua, duobus argumentis.

Prima rō Sco. ad partē negatiuā quam tenet esse ueram.

Primò sic arguitur. Quicquid inest alicui ex natura sua, sine per se, inest illi in quocunque illud sit: ergo si ex natura lapidis, uel hominis, de se est haec, sequitur quod in quocunque in quo ipsa erit, ipsa esset indiuidua. consequens est falsum, & incōueniens: ergo & illud, ex quo sequitur. Argumentum est bonum. antecedens patet inductiuè in multis: quia quicquid conuenit naturae humanae secundum se, & ex eius ratione formali, conuenit etiam omni homini: quia natura humana est in qualibet homine: etiam quicquid conuenit albedini secundū naturam suam, ut disgregare, illud etiam conuenit ipsi, in quocunque subiecto illa sit; patet nulla est instantia ad hoc antecedens. consequentia patet per te: nam illa natura est indiuidua, & haec ea ratione sua formali: ergo illa ubicunque fuerit, erit haec & singularis. Istud tamen est falsum. falsitas consequentis probatur: nam alius lapis esset hic lapis, & nullus alius lapis esset hic. patet nam si conuenit naturae lapidis esse unam numero, & hanc ex natura sua, omnes erunt hic lapis unus numero, maxime de singularitate determinata loquendo; de qua est sermo hic: quod omnes lapides sint unus lapis, non uidetur nisi in specie specialissima: & ita ista pars uera relinquitur hoc argumento.

Occhā euasio.

Aliquid in esse alteri dupliciter secundum Occham.

Circa tamen illam rationem Venerabilis inceptor, distin. 2. primi sui, quaestione sexta nititur soluere istas rationes, & primo ad primam dicit, quod aliquid inesse alteri potest intelligi dupliciter. Vno modo realiter. Alio modo per praedicationem. Exemplū primi. Albedo realiter inest parieti, sic quod est alia res ab ipso, & risibilitas homini, licet non eodem modo. Nam albedo realiter inest illi sic, quod est alia res ab illo, non autem ipsa risibilitas; imò est idem realiter homini. Secundo modo subiectum inest praedicato, idest praedicatur de ipso. Modo ad istam rationem Scoti, quando arguitur, scilicet: Quicquid inest &c. Concedo dicit ipse, si illud insit per realem inhaerentiam, & realiter inest illi. Vbicunque illud fuerit. Nego tamen de illo, quod tantum inest illi per praedicationem: ergo natura lapidis est de se haec, concedo ergo in quocunque &c. nego consequentiam, quia illud inesse est tantum secundum praedicationem, & non realiter, & ita nullum sequitur inconueniens, hoc modo soluit Occham istam rationem: quae ratia replicam.

2. rō Sc. ad idem.

SECUNDO arguit Scotus ad partem istam negatiuam, quod natura non dicatur de se, neque ex natura sua haec, & indiuidua. Nam cuicunque ex natura sua, & ratione sua formali conuenit unum oppositorum, illi repugnat suum oppositum: si ergo ex natura sua, & formali ratione, lapidi cōuenit esse unum numero, & hoc, ea natura sua, & ratione formali repugnabit illi suum oppositum, scilicet esse plura numero, hoc tamen est falsum, sed quòd illud oppositum repugnet naturae lapidis ex sui natura · nam aliter non essent plures lapides solo numero distincti. quod est contra sensum: ergo oportet dicere, quòd illud membrum, idest esse hanc, & unam numero, non conuenit illi ex natura sua. Ratio est bona, ut patet, & melius in primo argumento. Antecedens patet inductiuè. Nam igni ea ratione sua formali conuenit, quòd sit calidus; etiam ex illa eadem ratione repugnat illi esse frigidum; & sic de alijs dicatur. Modo esse unum numero, & esse plura numero, sunt opposita, ut patet bene: ergo illa pars relinquitur uera.

Occhā resp. ad 2ā Sc.

Reiectio solutionis Occham.

Respondet tamen ad istam rationem Venerabilis inceptor loco dicto ad maiorem: Concedo illam absolutè. Ad minorem dicit. Concedo illam, ut ly natura lapidis, supponit personaliter: nego tamen illam dicit, ut ly, natura lapidis supponit simpliciter. Et cum ista solutione soluit omnia argumenta Scoti. Hoc modo diceremus nos, quòd homo supponens personaliter, est unum numero. Nam tūc supponit pro Sorte, Platone &c. Secundo etiam concedo. Nam natura est unus conceptus, quia natura hoc modo supponens, significat simpliciter quendam conceptum mentis fabricatum ab anima. Tamen secundum Scotum, quando ly homo supponit simpliciter, stat pro natura ipsa secundum se, & in sua indifferentia, & hic est briga inter nos & ipsos, & ille conceptus est uerificabilis de multis. & ita istas rationes dicit non concludere: tamen contra illas responsiones bene patebunt replicae in prosequutione materiae.

¶Hic dicitur &c.] In ista quaestione Scotus, primo ponit opinionem fratris Adae, cum una ratione fundamentali illius ad conclusionem. Quam opinionem hodie tenent nominales; & Scotus impugnat illam ad longum. In secundo art. principali, Scotus de mente sua ponit illas naturas communes, nel uniuersalia extra animam, praeter actum intellectus aliquem; & bene, finaliter ad argumenta ante oppositum.

Opinio fratris Adae & conclusio opinionis.

Frater ergo Adam Anglicus, ad istam quaestionem dat unā conclusionem talem; quod sicut unaquaeque natura ex se formaliter est talis natura, ita quaecunque natura ex se formaliter est una numero, & singularis: & ista conclusio bene posset intelligi, & concedi a nobis, aliter tamen exponendo secundā partem, quam ipsi faciant primam partem faciliter concedimus, quòd homo est homo, quia est talis naturae, & sic de omnibus aliis. Dicamus tamen, quo ad secundam partem, quod quaelibet natura est ex se formaliter singularis; & formaliter, & actualiter intelligat, isto modo bene concedimus, & sumus cum illis. Nam illa indifferētia, quam nos ponimus in natura, est per actum intellectus abstractiuum, & non per actum intellectus cōparatiuum, sicut ipsi putant nos dicere, & ipsi dicunt; illi tamē aliter intelligunt. Ex quo ille doctor infert, quòd non est alia causa uel ratio quaerenda, quare haec natura dicatur esse una numero, & singularis, nisi quia haec natura est talis entitatis. Nec est quaerenda causa, quare est talis natura, quia nulla est alia causa ab ista, quia est haec & talis natura. etiam nulla est alia causa, quare est una numero, nisi quia est haec, & talis natura. probat ipse illud Corollarium, & conclusionem illam simul una ratione tali. Arguit sic: sicut se habet esse intellectum alicuius

eius naturæ, & esse uerum ipsius naturæ ad illam naturam, eodem modo se habet singularitas, & communitas, uel pluralitas ipsiusmet naturæ ad ipsam naturam: sed sic est, quòd esse in intellectu, & extra intellectum, conueniant uni naturæ sic, quòd unum illorum conuenit ipsi naturæ secundum quid, reliquum uero conuenit ipsi naturæ simpliciter: ergo eodem modo singularitas & communitas se habent circa naturam, sic quòd unum conueniet naturæ secundum quid, reliquum etiam conueniet ipsi naturæ simpliciter. Maior uidetur esse satis nota, & similiter de uno, & de alio; si ergo naturæ conuenit singularitas simpliciter, & ex se, & communitas per accidens, & secundum quid; sequitur ergo, quòd nulla est quærenda causa, quare illa natura dicatur esse una numero, & hæc. Exemplum ad propositũ, quia de quacunque natura dicitur, quòd est uniuersalis & cõmunis, de eadem etiam dicitur, quod est singularis, & indiuidua; aliter non diceretur indiuiduum, Deinde homo potest habere esse in anima, & aliquando habet; deinde habet esse extra animam sic, quòd uniuersalitas secundum quid, diuidit illa; etiam esse unum conuenit illi simpliciter, & ut habet esse extra animam. Singularitas etiam, tunc conuenit illi simpliciter, inquantum habet esse præter intellectum, & communitas conuenit illi secundum quid, dicunt illi. Ideo nulla est quærenda causa illius unitatis, quare illa natura est una; quia esset quærere causam illius, cuius nulla est causa.

Solutio rõnis secundũ Scotum.

Respondet Scotus ad istam rationem, in fine quæstionis, quæ arguitur sic. Sicut se habet &c. nego istud assumptum, & dico, quod non est simile: non est idem loqui de uniuersalitate & de communitate: nam concedimus essentiam Diuinam esse communicabilem, uel communem multis: non tamen concedimus istam esse uniuersalem; quia non habet plures essentias sub se tanquam partes subiectiuas, de quibus ipsa dicatur. Nam 22. distinctione primi ratio uniuersalitatis non reperitur in Deo. Nam uniuersale semper dependet ab opere intellectus, non autem hoc, quod est esse commune. Ideo non est idem iudicium de uno, & de alio. Vnde communicabilitas, uel incommunicabilitas consequuntur naturam inesse simpliciter, & ex ratione sua formali: tamen ipsa uniuersalitas consequitur naturam præcisè inesse secundum quid, quia per intellectum. & ita illa ratio non concludit. Et ideo Scotus contra hanc opinionem, & modum dicendi arguit, benè discurrẽdo per illam, primo, quòd ista opinio non stat, imo, quòd datur aliqua natura, quæ ex se, & ex sua ratione formali, non sit de se hæc, & indiuidua; cum dicit

Contra opinionem arguit Scot.

¶Contra istud arguitur &c.] Arguit primo sic. obiectum alicuius potentiæ, inquantum obiectum illius, est prius naturaliter ipso actu: sed in ipso priori, in quo obiectum dicitur esse prius ipso actu potẽtiæ circa ipsum obiectum, dicitur esse hoc, & singulare: ergo potentia non dat illi obiecto esse singulare. & ita intellectus intelligens illud obiectum, intelligit ut singulare, & non ut uniuersale præcisè. Hoc tamen est falsum, quòd intellectus præcisè intelligat singulare, & non uniuersale, & cõtra Philosophum. 1. posteriorũ. Istud argumẽtum est bonum, si bene ponderetur, Maior est. Obiectum &c. Vnde Notandum est, quòd obiectum in ratione obiecti, semper est prius potentia, licet non aliquando in ratione talis entis. Nam obiectum aliquando est accidens; & nullum accidens ut sic, est prius substantia, imo è conuerso. ideo benè dicitur, ut obiectum est, tamen uniuersaliter obiectum quomodocunque sumatur, semper prius ipso actu ipsius potentiæ circa ipsum. patet, nam obiectum partialiter ad minus pro nunc, concurrit ad causandũ illum actum; & omnis causa ut sic, est prior naturaliter suo effectu: ergo hoc patet. Minor, quòd illud obiectum est præcisè hoc singulare; patet per te. nam dicis illud esse unum numero ex ratione formali sua: si esset tantum obiectum potentiæ sensitiuæ benè staret, cum sit præcisè singulare, sed obiectum intellectus, aliquando est uniuersale, aliquando est singulare. Modo quæro, quando intellectus intelligit obiectum sub ratione uniuersalis. uel intelligit illud sub ratione repugnãte illi obiecto, uel sub ratione, & modo non repugnante ipsi obiecto, sed conuenienti. Si Primo modo concipit, sequitur quòd falso modo concipit: quia si ego intelligerem hominem sub ratione Asini, falso modo intelligerem, & sub ratione, & modo repugnanti illi. Sed non est dicendum, quod quando intellectus concipit uniuersale. sub ratione uniuersalis, quòd falso modo intelligat: ergo iste modus uniuersalis, non repugnat obiecto, & sic propositum, quod ille modus conuenit obiecto ex natura rei.

Occhã debiliter respõ. ad argum.

Et Venerabilis inceptor satis debiliter respondet ad hoc. Argumentum, quod maior non est uniuersaliter uera: Nam dicit primo, quòd est aliquod obiectum posterius suo actu. & si non intelligat in ratione obiecti, iam non soluit. Nam aliter benè concedimus, ut dictum est. Secundo dicit ipse, quòd ratio Scoti supponit unum falsum, sed quòd uniuersale dicatur esse obiectum intellectus sed est ipsum singulare, ut tenet ipse in tertia distinctione sui primi. tamen istud faciliter impugnatur in tertia distinctione Doctoris nostri ad longum.

Sco. dupliciter prima responsio.
2. responsio.

Et prima euasio, quòd illa maior non sit uniuersaliter uera, non multum ualet: Nam qua ratione de uno dicitur, eadem ratione de omnibus dicam: & illud patet manifeste de illis, & de multis semper in ratione obiecti, & ita dicendum est de omnibus aliis.

Reprobatur prima solutio.

Præterea secundo arguit contra eundem, Quod natura nõ dicatur esse de se hæc, & singularis. Nam si illud esset uerum, sequeretur quòd nulla daretur unitas minor unitate numerali; consequens tamen est falsum, & absurdum, ut probabitur ad longum sex argumentis infra: ergo & antecedens. consequentia probatur. primo sic, cuiuscunque unitas realis propria & sufficiens est minor unitate numerali, illud non est de se unum unitate numerali, & unum numero, idest non est unitas illius singularis, & indiuidua, prædicatum illius maioris infert subiectum oppositum. Nam si est una unitate numerali, iam non est una unitate minori unitate numerali. Minor, sed naturæ lapidis existentis in isto lapide, unitas propria, realis, ac sufficiens, dicitur esse minor unitas unitate numerali: ergo &c. Minor probatur sic. Illa unitas, quam habet iste lapis, uel est unitas realis, uel rationis, non est rationis tantum. Nam si esset rationis tantum, quæro, uel illa unitas est unitas singularis, uel aliqua alia; si est unitas singularis: ergo non datur unitas minor unitate numerali, quod tamen est inconueniens non dari. Si est aliqua alia, illa erit minor, & sic propositum.

Sco. sex uijs probat dari unitatẽ minorem unitate numerali.

Quòd autem sit inconueniens unitatem minorem unitate numerali non dari; probatur sex uiis. Pro prima sumitur secũdùm Philosophum. 1. & 10. Metaphysicè, quòd in omni ordine est dare unum, quod est metrum, & mensura omniũ, quæ sunt in illo genere. patet in genere substantiæ, est nobilissima substãtia creata quacunque sit illa, dictum est secunda distinctione huius, quæstione secunda quid est mensura, & mensurare. & ideo mensura, seu pertinens ad rationem mensuræ, est unitas. Supponitur secundo, quòd ens rationis, non potest esse mensura, uel non potest mensurare ens reale. Nam oportet, quòd si mensurata sint realia, quòd etiam mensura sit realis; quia mensurata essentialiter dependent ad mensuram: Sed ens reale, nõ potest essentialiter dependere ab ente rationis: ergo ens rationis nullo modo potest esse mensura entis realis. Supponitur tertio pro ista ratione, quòd inter indiuidua eiusdem rationis, uel speciei, nulla est ratio mensuræ unius ad aliud: quia nulla est dependentia realis unius ad aliud, quam semper dicit ratio mensuræ, inter illa non est prius & posterius secundum Philosophum tertio Metaphysicæ.

Prima uia, & tria supponit Sc. primum suppositum.
2. suppositum.
3. suppositum.

Hic datur communiter una euasio ad istud, quòd inter indiuidua eiusdem speciei, uel rationis, esse ordinem secundũ prius, & posterius, potest dupliciter intelligi. Vno modo absolute. Secundo modo in ratione constituentis, & cõstituti. Modo quando Philosophus dicit, quòd nullus est ordo &c. intelligit secundo modo, quòd nullus est ordo inter indiuidua, prioris constituentis, ad posterius constituentia, uel quòd ipsi non constituunt aliquid unum, sicut inter hominẽ, & animal, est iste ordo prioris, & posterioris, constituentis, & constituti. Vnum indiuiduũ non constituit aliud. Et hoc uult Philosophus habere. Non tamen propter hoc uoluit negare, quin absolutè sumendo illa; non esset ordo prioris, & posterioris inter illa. &c. imò datur prius indiuiduum simpliciter absolutè, & posterius. Hoc modo exponit illud Commentator ibidem.

Reprobatio euasionis.

Dicit tamen Scotus hic, quòd ista euasio non ualet, nec est de mente Philosophi, imò contra illum. Nam plato dicit, quòd ab indiuiduis abstrahitur unum commune uniuersale separatũ, quod uocabat Ideam. Modo non posuit Ideas generis, sed tantum speciei; & rationem huius assignat Philosophus. Quia species specialissimę habent ordinem essentialem, inter se, & una reducitur ad aliam in ratione mensurati, & mensuræ. Nec oportet ponere aliquam mensuram illis communem, ad quam reducantur. Bene autem indiuiduis oportet ponere Ideam communem illis, ad quàm habẽt reduci, ex eo quod ipsa non possunt reduci ad se inuicem cum non habeant talem ordinem essentialem; Expresse ergo Philosophus ponit ordinem essentialem inter species absolutè: & illum negat ab indiuiduis, eo modo, quo ponit illud in speciebus. Et ita illa euasio nulla est, & suppositum relinquitur uerum. Ex istis nunc formatur ratio Scoti, contra illum Doctorem, scilicet Adam. Il-

Formatur ratio prima Sc. quòd detur unitas minor unitate numerali.

lud, quod est mensura in aliquo genere omnium illorum, quæ sunt in illo genere, illud dicitur habere unitatem minoré unitate numerali, uel aliquam unitatem realem: sed sic est, quòd illud, quod est mensura omnium, quæ in uno genere sunt, non habet unitatem numeralem: ergo habet aliquam unitatem minorem unitate numerali: ergo dabilis est illa unitas minor vni tate numerali, quod est propositum. Maior patet iuductiuè, ex secundo supposito facto ad rationem. Nam ens reale, non mensuratur ente rationis: & patet quod species rerum sunt entia realia; & ita oportet, quod habeant pro mensura ens reale. Minor probatur ex tertio supposito: quia inter indiuidua eiusdem speciei, nullus est ordo, nec absolute, nec quomodocūq; ut patet ex dictis: ergo unum non mensuratur alio. Nam hoc modo mensurari dicit ordinem essentialem inter mensurans, & illud, quod mensuratur: ergo oportet illud tale habere unitatem minorem unitate numerali, & consequens propositum. Ratio est multum bona.

Occhā resp. ad rationes Sco. duplex mensura secundum Occham. Sed Occham ad istam rationem dat unam responsionem talem, supponendo, quòd duplex est mensura; Quædam est realis. Alia est intentionalis. Mensura realis est unitas aliqua, qua mensuratur aliquid: ut ultra, est mensura realis. Alia est intentionalis, quæ habet esse per intellectum fabricantem in illo rationem mensuræ, respectu alicuius. Modo non oportet, quòd mensura realis, sit una unitate numerali, dicit Occham, sed illa talis mensura potest esse plura numero simul.

Ad rōnem, & authoritatem resp. Contra. In omni genere est dare unum, quod est metrum & c. dicit ipse, quòd Philosophus loquitur de mensura intentionali, quam oportet esse unam, non autem de mensura reali: quia ista realis bené compatitur secū pluralitatem aliquam. Vnde imaginatur dominus Occham, quod omnia indiuidua naturæ humanæ, sunt mensura omnium aliorum indiuiduorum creatorum: & ideo mensura realis non est una, sed est plures. Vt patet. Ista expositio bene fugeret argumentum, tamen nó est de mente Philosophi, dicentis, quòd in omni genere est dabile unum, quod est metrum, & mensure: tamen Occham soluit argumentum isto modo.

2. rō principalis ad probandum unitatem &c. ¶PRAETEREA secundo probo &c.] Secundo arguitur, quod danda est unitas minor unitate numerali. Arguitur sic. Formæ, secundum quam est comparatio, est aliqua unitas realis; & illa unitas est alia ab unitate numerali: ergo propositum, quòd datur unitas minor unitate numerali. Antecedens habet duas partes. Prima est, quod formæ, secundum quam &c. probatur ista pars, quia si forma secundum quam fit illa comparatio non haberet aliquam unitatem realem, sequeretur quod eque bene in generibus fieret comparatio sicut in speciebus: consequens est falsum, & contra Philosophum septimo Physic. oportet ergo dicere, quod illa forma, secūdum quam fit illa comparatio, habet aliquam unitatem. probatur consequentia. Nam si unitas rationis sufficeret ad comparationem, tunc eque bene est genus unum secundum rationem, sicut aliæ quæque intentiones secundæ, & sic in ipso possent æquè bene fieri comparationes, sicut inter species. consequens istud patet esse falsum secundum Philosophum in septimo dicentem, quod in specie athoma fit cóparatio, quia in generibus latent æquiuocationes: ergo illam formam, secundum quam fit comparatio, uerè oportet habere unitatem realem aliquam; & sic ista pars uera. Secunda pars probatur, quod illa unitas realis est alia ab unitate numerali. Arguitur sic: Nihil idem comparatur sibi ipsi, sed si unitas, secundum quam fit comparatio, esset eadem cum unitate numerali, idem compararetur sibi ipsi: ergo dicendum est, quod illa unitas formæ, secundum quam fit comparatio, est alia ab unitate numerali. Et illam uoco unitatem minorem, unitate numerali. ergo illa est danda. Maior bene patet. Nam illa, quæ comparantur ad inuicem, comparantur inquantum sunt unum; si ergo inquantum sunt unum numero indiuisum in se, & diuisum a quolibet alio, fieret comparatio, tunc idem penitus cóparabitur ad seipsum: quod tamen est falsum. Nam comparatio est relatio realis, requirēs extrema realia, realiter distincta: ideo relinquitur, quod dabilis est in illa forma, secūdum quam fit huiusmodi comparatio, aliqua unitas minor unitate numerali, quod est propositum.

Resp. Occham. Dominus Occham ad istam rationem bonam, dat unā euasionem talem, per unam propositionem, quod ad faciendam comparationem in aliqua forma, non sufficit unitas conceptus; nā comparatio est relatio realis, ad quam relationem realem, nó sufficit unitas conceptus; nec sufficit unitas numeralis dicit ipse, ad comparandum aliqua inter se, præter per argumentum Scoti: nec sufficit unitas specifica: sed comparatio fit inter aliqua indiuidua. Nam plura indiuidua (dicit) possunt facere unum indiuiduum; & non est alia ratio secundum ipsum; tamen istud dictum est satis leue; sed ille intelligit, quod comparatio non est nisi in formis, quæ suscipiunt magis, & minus; albū hoc, ad illud aliud album, comparatur in albedine. Nam ex illo indiuiduo albedinis, fiet unum aliud indiuiduum, cum illa albedine. Vt quatuor, & quatuor ad octo; ideo possunt ad inuicem comparari. Sed in genere nulla est comparatio. Nam nullæ duæ species, possunt facere unam tertiam speciem. Tamen ista est satis leuis expositio. Non enim oportet, quod comparatio, solummodo fiat in formis, quæ suscipiūt magis, & minus; quia in substantia uel in indiuiduis substantiæ potest fieri comparatio secundum Philosophum. Tamen substantia uel indiuidua substantiæ, non sunt formæ intensibiles, & remissibiles: cū substantia non suscipit magis, neq; minus: nec ex indiuiduis substantiæ, fit unum aliud indiuiduum tertium. Vt patet bené, & ita illa euasio, non uidetur ualere. Argumentum ergo Scoti stat: & ideo pro ista positione arguitur. *Refellitur euasio Occham.*

¶Item tertio secundum Philosophum &c.] Tertio arguitur ad idem, scilicet quod est dabilis aliqua unitas minor unitate numerali. Et istud idem argumentum habuimus alias, in primo, distinctione. 2 1. & distinctione. 24. Arguitur sic. Similitudo, & æqualitas, sunt relationes fundatæ super unitate: sed nó possunt fundari super unitate reali secundum numerum: ergo oportet, quòd fundetur super unitate reali, quæ erit minor illa unitate numerali. Et per consequens dabilis est unitas minor unitate reali. quod est propositum. Maior patet bené in illis locis etiam distinctione. 3 1. primi quomodo ex 5. Metaphysicę æqualia sunt, quorum quantitas est una. similia sunt, quorum qualitas est una. Eadem sunt, quorum substantia est una. Modo quantitates duorum pedalium, quæ dicuntur æqualia, quia habent eandem quantitatem. Vel quantitas illorum dicitur esse una secundum unitatem unitate numerali, uel aliqua alia unitate. Non est una numero, quia iam non essent æqualia. sed esset tantum unum æquale. Etiam quatuor alba sunt similia, tamen albedo illorum non est una numero. Nam iam non esset nisi unum album. *3. rō ad idē.*

Venerabilis inceptor, in primo suo, in materia de relationibus, nititur soluere hoc argumentum, negando relationes esse aliquid, pertinet ad tertiam distinctione primi, & ad quartum Quodlibeti quæstionem, esset alia materia tunc. Tamen isto antecedente dato, ipse nesciret soluere argumentum contra D Thomam, qui concedit relationes reales, negat tamen istā unitatem minorem unitate numerali, & ista solutio non ualet. *Occhā respondet ad tertiā rōnē.*

Quartò Principaliter. Ad idem arguit Scotus, quòd dabilis sit unitas minor unitate numerali. Nec possent fieri rationes subtiliores ad hoc probandum, & oppositum impugnandum. Arguitur sic. Si non daretur unitas minor unitate numerali, sequeretur, quòd nulla esset prima contrarietas: consequens est contra Philosophum, 1. de generatione & 10. Metaphysicę. ergo oportet dicere, quòd datur ista unitas minor. consequentia probatur. Nam oportet oppositionis realis, extrema esse realia, & per consequens oportet oppositionis calidi & frigidi, humidi, & sicci, esse extrema realia: Sed sic est, quòd si non datur ista unitas, nó dabitur prima contrarietas; quia tot essent, quot essent calida, & frigida in mundo; quæ possunt esse infinita, ad minus in potentia: & omnia ista essent extrema illius contrarietatis: & sic essent infinitæ primæ contrarietates, & non esset una prima. Quam tamen Philosophus dicit esse dandam in loco dicto, de contrarietate elementorum. Quod si dicas, quod tantum esset una; oportet tūc illud album habere aliam unitatem ab unitate istius albi, uel calidum habere aliam unitatem ab unitate istius calidi. *4. rō ad idē.*

Resp. Occham. Respódet ad hoc argumentum Venerabilis inceptor secundum logicam suam. Quando arguitur negat consequentiam. & cum probatur, quod cuiuslibet oppositionis &c. distinguo dicit ipse. Extrema esse realia dupliciter inquantum ipsa supponunt simpliciter. Alio modo extrema esse realia, inquantum supponunt personaliter. Secundo modo concedo, quod oportet esse realia, & sunt. Primo modo tamen nego, quia extremum oppositionis realis, secundum quod supponit simpliciter, stat pro uno conceptu in intellectu, si autem supponant personaliter, stat pro illo extremo, & illo, calido hoc, uel illo; & frigido hoc uel illo, quæ sunt realia: & sic soluit ipse illud argumentum satis debiliter; & dicit, quod non sequitur illam unitatem minoré unitate numerali esse dandam. *Extrema realia duplicia secundum Occhā.*

¶PRAETEREA quinto, unitas &c.] Quinto, Ad idem arguitur, quod dabilis sit unitas illa minor unitate numerali. Arguitur sic. Vnius actionis sensus, est aliquod obiectum secundum unitatem *5. rō ad idē.*

unitatem realem: sed sic est, ꝙ illa unitas talis obiecti non potest solum esse unitas realis numeralis; ergn dabilis ast alia unitas minor unitate numerali, qua illud obiectum erit unum. Maior patet, nec probatur hic. Nam loquitur Scotus, de una uisione particulari, & uno de sensatiuue in uniuersali; ꝙ illius est aliquid unum obiectum reale; quia actio sensus, uel sensatio, ast actio realis, & terminatur ad aliquid reala existens. Vnde non possumus uidera intentiones secundas nec relationes fabricatas per intellectum. Minor probatur. Nam si obiectum illius sensatiuues terminaret illam sensationem secundum unitatem numeralem tantum, sequeretur, quòd illud obiectum talem terminaret illam actionem, sub ratione singularitatis: consequês hoc est falsum; ergn & antecedens. Ratio est bona, & Metaphysica. consequentia probatur, quia illa unitas numeralis est ratio singularitatis; si ergo secundum illam terminatur actus sentiendi per te, etiam sub ratione singularitatis terminatur. hoc est falsum. Negn. probo, quia si obiectum terminaret illam actionem sub ratione singularitatis, sequeretur, ꝙ circumscriptis ab indiuiduis eiusdem rationis, uel speciei, loco, tempore, situ &c. huiusmodi differentiæ materiales, & consequentes indiuiduum, adhuc sensus ille, cuius esset illa actio, posset unum illorum indiuiduorum ab alio distinguere, & discernere. consequens hoc est manifeste falsum: ergo & illud, ex quo sequitur. Declaratur tamen hæc consequentia. Capio duo indiuidua omnino similia, duos radios solis, uel ut dicitur cómuniter, duo nua. Vnus illorum radiorum intret in cameram per unum foramen, reliquus per aliud. Tunc ego benè sciam dicera, ꝙ unus non est alius radius, ille qui est a dextris, non est ille radius qui est a sinistris, si tamen ille situs circumscribatur, ego nesciam dicere, Vtrum unus sit alius. Nam non differunt per illum casum, nisi solo situ. Tamen si ratio singularitatis terminaret illam uisionem. Tunc scirem dicere, hic radius nó ast ille, uel è conuerso. Concedimus etiam quibuscunque extrinsecis accidentibus, ista ergo unitas minor unitate numerali dabilis est, ratione cuius terminatur ista actio, ratio est bona.

Resp. Occh. Respondet tamen ad ipsam Dominus Occham, concedo maiorem, & nego minorem. & ad probationem, quádo arguitur, si daretur &c. negat cósequentiam; & ratio est, dicit ipse, quia ad cognitionem distinctiuam unius ab alio, plus requiritur, quàm requiratur ad cognitionem illorum aprehensiuam. Tunc sensus bene aprehendit illud obiectum sub ratione singularitatis, sic quòd ratio singularitatis est illi ratio terminandi illam apprehensionem: tamen sensus non habet quod possit discernere inter illa duo obiecta. Hoc modo soluit. Sed ut patet hoc est fugere argumentum. quia ponam ego, quòd sensus habeat actus suos circa illud obiectum, & ita perfectiorem cognitionem, quàm possibile est illum habere pro ut Lynceus, & Aquila possunt habere: tunc illa actio non esset distinctiua, sed tantum apprehensiua. Quod non uidetur ualere. & ideo argumentum non soluitur, ut patet.

Secundum Occham ad cognitionē distinctiuā plus requiritur, quàm aprehensiuam.

Reprehenditur solu.

¶P o s s a t etiam iuxta hoc &c.] Cósequenter Sco. idem argumentum firmat ex obiecto sensus, ad probandum, quòd detur unitas minor unitate numerali. Arguitur sic in uniuersali. Omnis actionis, cuiuslibet sensus est aliquod obiectum, secundum unitatem realem: sed illa unitas realis, non potest esse unitas numeralis: ergo est dabilis aliqua unitas minor unitate numerali. Maior patet. Nam obiectum adæquatum uisus non est hoc album, uel illud; nec obiectum auditus est sonus timpani, uel Campanæ: ergo est aliquod obiectum habens unitatem realem. Nam potentiæ realis obiectum debet esse reale. illa tamen præcisè non est unitas numeralis, quia obiectum auditus non est præcisè est sonus, uel ille: ergo dabilis est unitas minor unitate numerali. Arguitur sic. Si omnis unitas realis esset unitas numeralis, sequeretur, quod omnis diuersitas realis, esset diuersitas numeralis; consequens est falsum: ergo & antecedens. Et Occham multa supponit ad soluendam illam rationem. falsitas consequentis probatur, quia si omnis diuersitas realis esset numeralis, sequeretur, quòd non plus distinguerentur Sortes & Brunellus, quàm Sortes, & Plato; nec ego, quod patet satis esse absurdè dictum. consequentia probatur. Nam per te non datur nisi distinctio numeralis: & ita sicut Sortes & Plato, tantum distinguuntur numero, etiam Sortes, & Brunellus; & non plus. consequentia probatur quia unum, & multa, idem, & diuersum opponuntur secundum Philosophum. ideo Metaphysice & quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis dicitur reliquum. Si unum dicitur tantum de unitata numerali, & non de alia, etiam distinctio, uel diuersitas dicetur de distinctione numerali, & non dabitur alia, & ita sequitur, ut

Ex eodem modo aliter arguit.

prius, quòd nulla alia maiori distinctione distinguitur Sortes, & Brunellus, quàm Sortes, & Plato; quia nulla alia datur, quod tamen est absurdum. ergo argumentum est bonum. Respondet tamen Occham ad hoc, quando arguitur sic, benè sequitur, dicit ipse, concedo; sed cum dicitur consequens est falsum; nego, dicit ipse; & cum probatur, quia diuersitas numeralis &c. hoc negat ipse; ratio ipsius est, quia ab aliquibus distinctis numero, potest abstrahai conceptus communis per intellectum, ab hoc homine, & illo; qui tamen conceptus non potest abstrahai ab hoc Asino, & illo. Et si quæratur ab ipso, quare non abstrahitur aliquis conceptus ab hoc Asino, & illo; dicit, quòd nó est quærenda ratio, nec causa, nisi quia hoc est hoc, illud est illud; quia Sortes est Sortes, & Plato est Plato. Ideo ab ipsis abstrahitur conceptus ille communis: & quia hic Asinus est hic Asinus, & ille Asinus est ille Asinus, ideo ab ipsis non abstrahitur. Et ipsi nominales derident ipsam solutionem. hoc est hoc, & illud est illud, quando tamen datur illis. princeps ipsorum utitur illa tempore necessitatis. Nos tamen diceremus, quòd ratio illius ast aliquid positiuum, & sic patet quomodo istud argumentum stat: nec modus dicandi Occham habet magnam apparentiam.

Solutio Occham.

Confirmatur tamen ista ultima ratio tripliciter. Primo sic, quòd sit dabilis unitas minor unitate numerali, quia bene sequitur, omnis unitas realis est unitas numeralis: ergo omnia indiuidua eiusdem speciei, sunt primo diuersa: consequens est falsum, & contra diffinitionem, quam Philosophus assignat de primo diuersis: ergo & antecedens. consequentia probatur. Nam secundum Philosophú, primo diuersa sunt, quæ in nullo conueniunt; in una unitate reali, & conceptu reali communi illis: Sed sic est per te, quòd Sortes, & Plato, in nulla unitate reali conueniunt; quia nulla talis datur per te &c. ergo sunt primo diuersa: consequens est contra Philosophum, & falsum, ut patet decimo Metaphysicæ. quare illa, quę sunt eiusdem rationis, uel speciei, nullo modo sunt primo diuersa: qa habent ad minus conceptum illius generis, uel speciei, communem illis. licet bene illa dicantur differentia: ergo sequitur quòd dabilis ast unitás minor unitata numerali.

Vlt. rō Sco. tripliciter cōfirmatur. Prima confirmatio.

Respondet ad istam rationem Venerabilis Inceptor, quòd aliqua esse primo diuersa, potest dupliciter intelligi. Vno modo quòd nihil unum, & idem reale, quod est in uno est in alio, & hoc modo concedo, quòd duo indiuidua eiusdem speciai, non sunt primo diuersa. Secundo modo aliqua dicuntur primo diuersa asse, quia ex ipsis non potest fieri una propositio negatiua, & hoc modo illa sunt primo diuersa, Sortes & Plato, nó autem ista: Sortes & Brunellus, & hoc modo, dicit ipse, loquitur Philosophus decimo Metaphysicæ quando diffinit primo diuersa, quia formamus hanc negatiuam immediatam, Sortes, non est Plato; quæ nullo modo potest probari. Ideo dicimus illa esse primo diuersa, & de aliis non possumus talem negatiuam immediatam formare, Sortes non est Brunellus, ista non est immediata: quia benè possit probari, arguēdo sic: Nullus homo ast Asinus, Sortes est homo: ergo Sortes non ast Asinus: & Brunellus ast Asinus: ergo Sortes non est Brunellus. Istis duob. modis dicit Sortem, & Platonem esse primo diuersa: quia primo nihil reale, quod ast in uno, est in alio. Secundo quia ex his ista modus ast facilis.

Resp. Occh. ad confirmationem. Primo diuersa dupliciter secundum Sco.

Confirmatur tamen illa ratio Scoti secundo sic. Quia diuersitas numeralis secundum nominales maxime, non est aliud, quàm negatio unius extremi ab alio extremo, Sortem esse diuersum numero a Platone, nó est aliud quam Sortem non esse Platonem. Hoc modo intelligunt nominales hoc, & ideo benè sciebat Scotus modos loquédi nominalium ante Occham. Dicit nunc Scotus, ꝙ illa negatio unius extremi de alio extremo, non impedit quin illa dicantur primo diuersa; & hoc concedit Occham; tamen hoc non ast multum a mente Philosophi, ut patet expresse. licet modus dicendi ipsius sit probabilis, & sic argumentum stat.

2. confirmatio rationis Scoti.

Finaliter & tertio confirmatur illa ratio Scoti, quòd dabilis est unitas minor unitate numarali. Et arguitur sic. Nullo existente intellectu, adhuc ignis generaret ignem, & generatione uniuoca eiusdem rationis, approximato illi combustibili: ergo inter ignem generantem, & ignem genitum, est aliqua unitas, præter intellectam aliam ab unitate numerali. Ista unitas non est tantum unitas rationis per casum; quia nullus intellectus ponitur; consequentia tamen patet. nam aliter non esset generans uniuocum; quia illa generatio uniuoca, requirit unitatem inter naturam generantis, & ipsius geniti: ergo est dabilis aliqua unitas inter illos ignes, alia ab unitate numerali. Illam uoco minorem &c.

3. confirmatio rōnis Sco.

Venerabilis

Reſp. Occh.

Venerabilis Occham dicit ad argumentum, quando arguitur ſic. Nullo aaiſtente &c. Concedo hoc, & cum dicitur, quòd inter generans, &c. dicit ipſa, ꝙ daretur unitas, nõ tantum numeralis, ſed unitas ſpecifica, ideſt unitas alicuius, quod prædicaretur da pluribus realiter, & numero diſtinctis. Hoc tamen non uidetur ſatisfaceta argumento, imò eſſe pro nobis. Nam illam unitatem ſpecificam dicimus aſſa minorem unitate numarali, & ita iſta modus Scoti patat, quomodo dabilis eſt unitas minor unitata &c. nec ſolutiones nominalium ſufficiunt.

Reprob. ſolutio.

Opi. Sco. ponitur.

An Quæſtiones igitur. Conſequentar ſequitur opinio Scoti, ad probandum, ꝙ eſt ponanda aliqua natura communis, ſealuſo opera intallectus, ſiue ea natura rai. Et pro hoc ſunt duæ concluſiones. Prima eſt hæc. Subſtantia materialis, ea natura ſua, non aſt de ſe hæc, & indiuidua. Iſta concluſio eſt contra nominales de directo. probatur tamen illa concluſio, & prima ratio eſt ſuperius tacta, qua arguebatur ſic capio naturam lapidis in hoc, uel illo lapide, uel illi naturæ repugnat concipi, ut communicabilis, ual ipſi naturæ non repugnat; dictum eſt ad longum iam.

Prima concl. Sco.

Prima rō ad conclu.

2. Cōcl. Sco.

Et ideo ſecunda concluſio Scoti eſt, ꝙ extra omne opus intellectus, datur aliqua unitas minor unitata numerali. Iſta concluſio babet duas partes. Prima eſt ꝙ talis unitas naturæ dicitur realis: quia dicitur eatra omne opus intellectus. Secundo dicitur, ꝙ eſt minor unitate numerali. Primo probatur ſecunda pars, & arguitur ſic. Illa unitas, quæ compatitur ſecum aliquam pluralitatem, & diuiſibilitatem, eſt minor illa unitate, quæ compatitur ſecom talem pluralitatem, & diuiſibilitatem: ſed unitas numeralis, nõ compatitur ſecum illam pluralitatem, & diuiſibilitatem, Vnitas uerò naturæ compatitur ſecum illam: ergo unitas naturæ aſt multo minor, quàm illa unitas numeralis. Prima pars probatur, ſcilicat, ꝙ unitas illius naturæ ſit realis. pro cuius declaratione ponuntur aliqua dicta. Primum dictum. Aliquid poteſt habere eſſa dupliciter: Vno modo axtra intellectum. Alio modo in intallectu. Sed aliquid babere eſſe in intellectu, ſtat dupliciter. Vno modo ſubiectiuè. Alio modo obiectiuè. Primo modo ſubiectiuè, ſcilicet habent aſſa in intellectu ſpecies intelligibilas, habitus omnes intellectuales, & actus intelligendi: omnia iſta habent ipſum intellactum pro ſubiecto. Sed aliquid eſſe in intallectu ſecundo modo ſcilicet obiectiuè, eſt dupliciter. Vno modo habitualiter. Alio modo actualiter. Habitualiter, ſicot obiectum in ſua ſpecie intelligibili, quæ non monat actualiter intellectum, ſed eſt in proxima diſpoſitione ad mouẽdum intellectum. hoc modo ſpacies de roſa dicitur eſſe in intallectu alicuius, ſcilicet obiectiuè. Nota etiam ꝙ aliquid eſſe in intellectu obiactiuè actualiter, poteſt adhuc intelligi dupliciter. Vno modo eſſa actualiter ante actum intelligendi. Alio modo eſſe actualiter poſt actum intelligendi. Primo in intallectu obiectiuè, & actualiter ante actum intelligendi, dicitur eſſe ſpecies, uel natura uniuerſalis in actu, in determinata potentia, habens eſſe in intellectu per ſpeciem. Sed illud dicitur habere eſſe in intellectu, obiectiuè actualiter poſt actum intelligendi, quod capit eſſe per actum intelligendi. iſto modo ſecnodæ intentiones ſunt in intellectu; nam non ſunt niſi quamdiu manet actus intelligendi: & derelinquitur ex actu comparatiuo intellectus.

Rñ ad ſecũdam partẽ concl. ſecundæ.

Pro ſolutione primæ partis ſecundæ concluſionis quædã dicta.

Primum dictũ aliquid habere eſſe dupliciter dicitur.

Aliquid habere eſſe in intellectu dupliciter.

Eſſe in intellectu obiectiue actualiter dupliciter.

Primum dictum Sco.

Et nota ꝙ indaterminatio eſt duplex. Quædam eſt poſitiua. Alia aſt priuatiua. Indeterminatio priuatiua aſt illa, quæ conuenit naturæ, non inquantum eſt determinata, ſed eſt abſoluta, nata determinari per ſingularitatem. Priuatio enim eſt negatio in ſubiecto apto nato. Ideo dicitur indeterminata, quia nõ eſt determinara, ſed apta nata determinari. Vt natura mea, non ut eſt mea, ſed ipſa in ſe ſumpta, eſt indeterminata priuatiuè; & intelligitur diuiſim, & non coniunctim. Nam illud eſt indetarminatum in determinatione priuatiua coniunctum, quod ſimul natum aſt determinari per omnes ſingulares. Hoc modo non intelligitur illud, quod dictum eſt. Nam ſic eſſet unum chymericum. Sed indaterminatum iodeterminatione priuatiua diuiſim, eſt illud, quod non eſt determinatum, aptum natũ tamen determinari per hanc ſingularitatem, uel illam, uel iſtã, iſto modo diſiunctiuè. Nam naturæ, quæ eſt in me, non inquantum eſt mea, ſed inquantum natura eſt, nõ repugnat ſibi, quod determinetur per hanc ſingularitatem, uel illam. & dixi inquantum natura eſt, quia inquantum eſt natura mea, iam eſt determinata. Nec illi, ut ſic conuenit determinari hac, uel illa ſingularitate, ſed ipſi ſumptæ abſolutè, inquantum natura eſt, & quantum de ſe, eſt non determinata, ideſt non includit in ſua ratione differentiam indiuidualem, uel hęcceitatem. ideo nata eſt determinari hac uel illa ſingularitate, diuiſim, & nõ coniunctim. Sed indaterminatio poſitiua, uel contraria eſt illa, qua natura nõ ſolum eſt indeterminata indetarminatione priuatiua, ſed etiam habet eſſe abſtractum actualiter a quolibet ſuo ſingulari. Vnde imaginatur Scotus, quòd intellectus, ſiue agens, ſiue poſſibilis, poteſt ſua uirtute a quolibet ſingulari abſtrahere naturam, ſcilicet a Sorte, Platone, humanitatem: & illa natura iſto modo per intellectum abſtractam a Sorte, ual Platona, habet illam indeterminationem poſitiuam: quia actualiter eſt abſtracta, nec eſt in ſingulari. Et hoc ſecundum cõſiderationem; ita ꝙ ſi debaat habere illam indeterminationẽ poſitiuam, oportet, quòd fiat per intallectum, & abſtrahatur tantum per intellectum: quia aliter nunquam natura mea eſt abſtracta a me. Et quando illa natura mea habet illud eſſe abſtractum per intellectũ, dicitur habere aſſe obiectiuum, & eſſa obiectiuè in intellactu. Et dicitur entitas poſitiua, ſic, ꝙ nõ ſolũ dicit aptitudinem, ſed etiam actũ. Vnde ſequitur, ꝙ ad uniuerſalitatem naturæ, non ſufficit, ꝙ illa natura ſit indeterminata priuatiuà, ſed cum hoc requiritur, ꝙ ipſa ſit indeterminata poſitiuè. Quando illa natura dicitur eſſe indeterminata poſitiuè, tunc dicitur habere eſſa in ſpecie, & præcedere actum intellectus; & illa natura, ut ſic repræſentatur in ſpecie, & ſic patet illud dictum.

Secundum dictum, & eſt declaratiuum ſecũdi membri principalis: & iſtud dictum ſumitur ex quinto Metaphyſicæ. Vbi Philoſophus diſtinguens ens, in ens in anima, & ens extra animam, nõ capit ens in anima, pro ente in anima ſubiectiue, nec pro ente in anima obiectiuè, actualiter uel habitualiter, anta actum intellectus; ſed Philoſophus capit ens in anima, pro ente babente eſſe actualiter obiectiuè poſt actum. Pro hoc daclarando ſuppono unum, ꝙ ſcilicet ſi probauero, ꝙ unitas illa, quæ eſt minor unitate numerali, ſit in re eatra animam, quod etiam bene probabitur, ꝙ illa unitas eſt realis. Tunc declaratur hoc ſacundum dictum. Quod habet duas partes. Prima eſt, ꝙ Philoſophus diſtinguit illud, patet. Secunda eſt, ꝙ nõ capit ans in anima, pro ſcientia, ual habitibus intellectualibus, quæ ſubiectiuè tamen omnia habeat eſſe in intellectu. Nã ibidem dicit, ꝙ ens eatra animam ponitur in genere. Et par conſequens uirtutes, habitus, uel huiuſmodi ſcientia, nõ ſunt entia in anima, modo quo Philoſophus capit ibidem ens in anima. Nam dicit quomodo illa ponuntur in genera qualitatis, ut patet, & ſic non capit ens in anima ſubiectiuà. Dixi etiã ſecundo ꝙ non capit ens in anima obiectiuè, uel actualiter, uel habitualiter, anta actum intelligendi. Nam illud, quod habet eſſe illo modo in anima, ſcilicet obiectiuè, dicitur aſſe in aliquo prædicamanto. Etiam illud, quod habet eſſe in intellectu obiectiuè actualiter ante actum; quia nihil ponitur in prædicamento præter iſta. Et ita dicuntur entia extra animam. Et hoc modo intelligendu, ꝙ ſcilicet illa, quæ ponũtur in prædicamento non ſunt termini, ſed etiam entia extra animam. Et ita relinquitur, quòd per ens in anima intelligit Philoſophus illud, quod habet eſſe in anima obiectiuè, actualiter, poſt actum intelligendi cuiuſmodi ſunt ſecundæ intentiones, & relationes rationis. Relinquitur etiam, quòd per ens extra animam, intelligit ens illis duobus primis modis, & patet bene. Iſtis ſic declaratis, nunc ſubſumitur ſic; ſed ſic eſt, quòd natura ſumpta ſecundum ſe, & ſecundum illam indeterminationem poſitiuam, & etiam ſecundum illam indeterminationem priuatiuam, quam habet etiam ante actum, non habet eſſe in intellectu, poſt actum intelligendi, ſed ipſa eſt ens eaiſtens uerè, quomodocunque ſumatur, non ſequitur actum intallectus: ergo ipſa habet aliquam unitatem, quæ ſequitur ipſam ante actum intelligendi: & illa unitas non eſt præcisè numeralis. Nam iam primo habebat illam: ergo habet aliquam unitatem minorem unitate numerali, quod eſt propoſitum.

2. dictũ Sc.

Vnde pro maiori declaratione iſtorum dictorum, Notandum eſt, quòd iſta tria differunt, ſcilicet ſingulare, natura, & uniuerſale. Nam ſingulare in creaturis eſt illud, quod actualiter eſt impluriſicabile, etiam in diuinis. Nam ratio impluriſicabilitatis, eſt communis omni indiuiduo tam creato, quàm etiam increato. Nam natura diuina una numero, eſt ſingulatiſſima, & impluriſicabilis. Similiter etiam natura Sortis; ratio tamen incõmunicabilitatis conuenit indiuiduo creato, & non indiuiduo increato: quia eſſe incommunicabile dicit imperfectionem. Modo natura diuina aſt communicabilis, licat hæc, & una numero.

Not. differẽtiã inter ſingulare, naturam, & uniuerſale.

Sed utrum ſit aliqua differentia inter iſta duo, ſcilicet ſingularitatem, & ipſam naturam: patet, quòd ſic, Dicit Scotus, quia ſingularitas eſt illa entitas, qua ſingulara dicitur incommunicabile,

municabile, & implurificabile: natura autem est entitas pluribus communicabilis, uel quæ est actualiter pluribus communicata. Nam dictum est, quòd natura non est nisi quidditas, actu existens in pluribus; ita quod dicendo, natura est communicabilis, sensus est, quod ipsa de se non est incommunicabilis, uel singularis, sed nata est communicari. Notandum etiam, quòd uniuersale capitur dupliciter. Vno modo formaliter. Alio modo pro denominato. Vniuersale formaliter primo modo non dicit nisi relationem rationis, ut genus uel species. Sed uniuersale pro fundamento, est illud, in quo illa talis relatio fundatur. Vnde uniuersale pro fundamento est duplex; quia duplex est fundamentum illius relationis, scilicet fundamentum proximum, & fundamentum remotum. Vnde fundamentum est ipsa natura actualiter existens in pluribus; quæ natura ut sic, non est nata proximè dici, uel prædicari de ipsis inferioribus. Sed uniuersale pro fundamento proximo, est ipsamet natura, inquantum ipsa actualiter per intellectum abstrahitur ab illis singularibus uel inferioribus, quia illa ut sic abstracta, nata est prædicari, uel dici de pluribus. Tunc dicitur uniuersale in actu. Vnde ad uniuersale in actu, duæ conditiones requiruntur. Prima est quod sit natura actualiter abstracta per intellectum a suis singularibus; & tunc illa natura licet sit una numero, tamen nata est dici de pluribus, & est unum obiectum numero: & tunc dicitur esse in potentia proxima, ad hoc, quòd dicatur de pluribus. Secūda conditio est, quòd in ipsa natura sit actualis attributio prædicationis ipsius ad ipsa inferiora. Nam si illa natura esset abstracta per intellectum, & non compararetur ab ipso eodem intellectu ad sua singularia, in ratione communioris, & prædicabilis de illis, iam non esset uniuersale in actu, sed secundum esse uniuersale in potentia proxima. Primo modo quando, scilicet ipsa natura abstrahitur per intellectum a suis singularibus, & non comparatur actualiter ad illa, est de consideratione Metaphysici: & Secundo modo quando est abstracta, & actualiter comparatur illo. Tunc est de consideratione logici; & dicitur uniuersale in actu. Vnde sequitur, quòd uniuersale in actu, habet suam unitatem, & entitatem ab intellectu, non tamen ipsa natura, ut dixi; quia differentia erat inter ipsum uniuersale, & ipsam naturam, & sic patet ꝙ dabilis est natura communis realis.

Duæ conditiones requiruntur ad uniuersale in actu.

Confirmatur hoc idem, scilicet, ꝙ dabilis est natura communis auctoritate Auicennæ, dicentis, quòd equinitas, & quæcunque alia natura est tantum equinitas, uel natura; nec est una, nec plures, nec uniuersalis, nec singularis. De qua auctoritate habitum est distinctione. 2. primi Q. 3. in soluendo primam rationem Henrici, quomodo Auicenna per illam dictionem exclusiuam, tantum, non excludit a natura, uel quidditate, prædicata primi modi dicendi per se, & prædicata quidditatiua illius; sed tantum excludit ab ipso prædicato secundi modi dicendi per se, scilicet risibilitatem, flebilitatem. Et si quæratur; quare ergo ista non cōceditur, humanitas est animal, sicut ista conceditur, humanitas est animalitas, uel rationalitas, cum illa sint prædicata primi modi? Respondet ibidem Scotus, ꝙ est propter diuersum modum significandi grammaticaliter. Ad propositum ergo dico, quòd esse unum numero, esse plures, esse uniuersale, esse singulare, sunt prædicata in Secundo modo dicendi per se dicta de ipsa natura; & ita natura relinquitur in sua natura communi, & non est una hoc primo modo, nec plures, & sic ista conclusio uera, quòd dabilis est natura communis.

Dabilis est natura cōis realis, probatur per Auic.

Dubitatio.

Solutio.

Et si quæratur, quomodo intelligat Auicenna, quòd illa natura ex se, non est una, nec plures? Vtrum intelligat, quòd natura illa, in sua ratione formali, nō includit unitatem, nec pluralitatem: dicit Scotus, quòd sic, licet benè secundum suam rationem formalem concomitetur pluralitas, uel unitas, quia potest plurificari. Et quando Auicenna dicit, quòd non est uniuersalis, loquitur de uniuersali completo, quod habet unitatem suam per intellectum, ad quod illæ duæ conditiones dictæ requiruntur. Etiam dicit Auicenna, ꝙ equinitas ex sua ratione formali, non est singularis. Vnde sequitur secundum Scotū, quòd licet equinitas ex sua ratione formali non sit una, uel plures, uniuersalis, uel singularis, semper tamen est actualiter sub aliquo istorum; quia natura habet esse in suppositis, & est idem realiter illis. Vnde etiam secundo sequitur, quòd equinitas hoc modo sumpta ex sua ratione formali, dicitur esse obiectum intellectus, & dicitur quidditas, uel quod quid est; & dicitur esse illud, quod per definitionem quidditatiuam exprimitur; ut sic, consideratur tantum a Metaphysico, & ut sic nata est prædicari de suis inferioribus proximè, & immediatè, omnia prædicata quidditatiua cōueniunt illi sumptæ hoc modo.

Aliud dictum Scoti ad quæstionem est, quòd non solum ipsa natura quantum est de se est indifferens ad singularitatem, sed etiam ipsa quantum est de se est indifferens ad uniuersalitatē. Primum patet ex dictis, quia ipsa natura ex rōne sua formali non includit singularitatem. Secundum etiam declaratur ex dictis, quia ipsa natura non est ex se abstracta a suis inferioribus, sed est nata abstrahi per intellectum ab illis. Ideo intellectus potest illam abstrahere a suis inferioribus, & comparare in rati one prædicabilis de illis.

Aliud dictum Scoti, licet natura intelligatur sub uniuersalitate, ut sub modo intelligendi; illa tamen uniuersalitas, nō est pars conceptus ipsius naturæ. Vnde pro hoc Notandum est, ꝙ aliquid potest dupliciter concipi. Vno modo tanquam pars cō ceptus alicuius. Alio modo, non tanquam pars conceptus alicuius, sed tanquam modus uel conditio, sub quibus illud, quod cōcipitur, dicitur concipi. Exemplum primi, ut quando concipio hominem, concipio etiam & rationale, & rationale concipitur tanquam pars conceptus, scilicet hominis. Exemplum secundi. Quando intelligo hominem esse speciem, & animal esse genus, uel intelligo illa esse uniuersalia, tunc genus, species, uniuersalitas, concipiuntur non tanquam pars ipsius concepti, scilicet hominis, uel animalis, quia non sunt partes ipsius, sed tāquam modi quidam, sub quibus illa, homo, & animal, concipiuntur; quia homo est de consideratione Metaphysici & animal; tamen species, genus, uniuersalitas, sunt de consideratione logici. Vnde sequitur, quòd in re extra, ubi natura est cum singularitate, ubi natura determinatur aliqua singularitate, non est dicendum, quòd ipsa includat in sua ratione formali singularitatem, uel habeat illam de ratione sua, sed tantum ipsa, ut sic, nata est determinari per hanc, uel illam singularitatem, nec ipsa de se est indeterminata in determinatione priuatiua, sed ut actualiter abstracta per intellectum, est in determinata in determinatione positiua. Et licet ipsa præter omnem actum intellectus sit indeterminata indeterminatione priuatiua, non tamen ipsa est indeterminata indeterminatione positiua, sine actu intellectus. Vnde sequitur, quòd singularitas, non est prædicatum primi modi de ipsa natura, & ista est resolutio Doctoris.

Natura quantū est ex se est indifferens ad singularitatem.

¶Sed contra istud uidetur esse &c.] Dictum est, respondendo ad quæstionem, de mente Scoti, quòd est dabilis natura cōmunis, & unitas minor unitate numerali, non ponendo tamen naturam communem, quæ nullo modo sit singularis: quia omnis natura mundi est hæc, & una numero singularis; sed dicimus illam communem, per quādam indifferentiam. quia ipsa natura oēs tanquam prædicatum primi modi includit singularitatem, uel commonitatem, etiam dicimus illam esse communē, quia est indeterminata indeterminatione priuatiua; sed positiua, & contraria, per actum abstractionum, intellectus, & non collatiuum, illa fuit resolutio.

Resolutio quæstionis.

Consequenter contra istud dicit Scotus, sunt duæ difficultates; quia ea istis uidetur sequi duo absurda, & inconuenientia. Primo enim uidetur sequi, inquiendo in quo fundatur illa unitas realis; & ꝙ uniuersale est aliquid extra animā, quod tamen est contra communem opinionem, & Commentatorem; patet consequentia. nam primo de anima, uidetur dicere Commentator de intentione propria, ꝙ uniuersalitatem in rebus intellectus facit, & per consequens uniuersale, nō erit aliquid extra animam. consequentia probatur. Nam illa natura, quam ponis, & dicis esse in hoc lapide, si consideretur secundum se, & suam rationem formalem, non includit ipsam singularitatem, sed manet sub quadam indifferentia, qua non repugnat illi contrahi ad hanc, uel illam singularitatem; & illam naturam, ut sic, dicis uniuersale, & ita ponis uniuersale extra animam: ergo &c. male dicis.

Dubitat Sc. contra rese lutionē q̄onis duplici ter.

Prima dubitatio, q uidetur poni uniuersale extra animam.

Respondet Sco. ad istud argumentum, disputando illam difficultatem, quæ monetur septimo Metaphysicæ, & in principio logicorum librorū sæpe. Vtrum uniuersale sit aliquid extra animam, uel intellectum: uel utrum sit aliquid tantum in intellectu. Et ultra illa, quæ dicta sunt in lectione præcedenti, quòd uniuersale pro formali, non est aliquid extra animam, sed tantum est habens esse in anima, uel in intellectu; & dependens ab intellectu, quo ad fieri, & conseruari, uel esse ipsius: patet, quòd uniuersale isto modo, non est nisi una relatio rationis merè: quia una intentio prima comparatur ad aliam primā intentionem, quo actu comparatiuo non stante, iam non est uniuersale pro formali, & ita dico, quòd tantum habet esse per intellectum. Secundo dico, ꝙ uniuersale pro formali, est aliquid unum in intellectu obiectiuè actualiter post actum. patet ex dictis supra, quomodo illa relatio rationis, quæ dicitur uniuer-

Resp. Scot.

Primum dictum Scot.

2 dictum.

uniuersale pro formali, relinquitur ex actu comparatiuo intellectus. Tertium dictum. Vniuersale pro fundamento remoto, hęc simpliciter eē extra aiam, non dependens quouis modo ab ope intellectus, nec abstractiuo, nec collatiuo, patet. nam illud uniuersale hoc mō non est aliud, quā ipsa natura mea, uel tua, actualiter existens in singularib. hoc, uel illo; quæ tñ natura indifferens est. i. non includit singularitatem in sua rōne formali, eo mō quo dictum est, & ut sumitur in singularibus, non est abstracta hoc modo. Quartum dictum. Vniuersale pro fundamento remoto, non habet esse in aia, nec subiectiue, nec obiectiuē, nec habitualiter. patet primo, qđ non subiectiuē. Nā natura illa cum suis singularib. ur scis, non est in aia, nec accidēs, sed substantia; & in anima non sunt nisi tria, species, actus, & habitus: patet ꝙ nullum istorum est ipsa natura p̄cisē, ut in singularibus. Quintum dictum. Vniuersale pro fundamento proximo, habet esse extra aiam realiter, habet tamē esse in anima obiectiuē actualiter, habitualiter ante actum. Primo habet eē realiter, & actualiter extra animam, patet quia illa natura est actualiter abstracta a suis singularibus, illa tamen est in anima obiectiue, habitualiter per speciem intelligibilem, quæ repræsentat illud uniuersale ante actum.

Ex istis ad materiam argumenti dicamus, deinde ad formā. Supponendo ꝙ duplex est uniuersale, quoddā est in actu. Aliud est in potētia. Vniuersale in actu est qđ hēt illas tres cōdones; de quib. sæpē dictum est. s. ꝙ sit natura abstracta ab oīb. singularibus, indeterminatum priuatiue; deinde ꝙ illud tale habeat actualem attributionem, uel comparationem ad ipsa singularia; & ꝙ hēat unitatē rōnis, & entitatē suā ab intellectu. Scdō mō uniuersale in potentia, uel incōplatū, est illud abstractum a suis singularib. dictum est satis. Dico nunc primo ꝙ uniuersale in actu habet fieri per intellectum, patet. nam illud uniuersale dicit naturam istam abstractam ab oīb. singularib. cum illa actuali habitudine prædicationis, quæ omnia talia debent fieri per intellectum. Secūdum dictum. Intellectus faciens illud uniuersale in rebus, inuenit in ipsis rebus, unde moueatur ad faciendum tale uniuersale. Vnde quòd intellectus dicat hominem, uel Asinum, esse uniuersale, hoc, ideo est, quia in homine, uel Asino, est aliquid unde conueniat sibi istud prædicatum, scilicet uniuersale. Vnde quando homo, uel animal, intelligitur sub ratione uniuersalis, non intelliguntur sub modo illis repugnanti; nam aliter esset ratio in se falsa, dicendo, homo est uniuersale, animal est uniuersale. & ideo intellectus repetit aliquid in ipsis, ratione cuius potest illa concipere, isto modo illa ratio est bona. Nam si intellectus non reperit in homine, quare debeat illi imponere hoc nomen uniuersale, uel species, plusquam in ipso Sorte, non uideretur ratio quare non posset æquè bene ipsi Sorti attribuere illa prædicata, scilicet species, & uniuersale. & ideo oportet quòd ea parte rei moueatur. Vnde quando homo supponit simpliciter, etiam secundum nominales, supponit pro quodam conceptu communi. uel ergo ille conceptus dicit rationem in se falsam, & tunc nulla esset disputatio. Si ergo non dicit rationem in se falsam, oportet dicere ꝙ intellectus, non comparat unum ad aliud, attribuendo unum alteri, & faciendo illam prædicationem, homo est species, uel est genus, nisi aliquo modo mouerctur a re ipsa.

Ex his sequitur bane, ꝙ non est intelligendum dictum Commentatoris, ubi dicit ꝙ intellectus facit uniuersalitatem in rebus, quia denudat ipsam quidditatem existentem in phantasmate. Hæc ratio non est causa, dicit Scotus. patet, nam sine natura ipsa habeat esse in specie, uel phantasmate, siue non, uel in singularibus, uel quocunque modo, ipsa habeat esse, semper sumitur ab ipsa re, ꝙ de illa possit uerificari. i. uerè dici. Illa diffinitio uniuersalis primo posteriorum data ab Arist. s. ꝙ uniuersale est illud, quod est aptum natum dici de multis, & esse in multis; illud dici de multis, conuenit naturæ ex parte rei: itaquod, si intellectus non abstraheret illam naturam a phantasmatibus, adhuc ipsa natura cum illis phantasmatibus, & cōditionibus existentiæ, hic, & nunc, posset dici de multis, ad minus habitudinaliter, & sic patet ad materiā istius auctoritatis.

Ad formam argumenti concedo consequentiam, sumendo uniuersale pro potentia remota. & ēt de uniuersali pro fundamento proximo. Ad Commētatorem dico, ꝙ loquitur de uniuersali in actu completo, & non de fundamento uniuersalis: ut patet bene. & sic illa auctoritas non cogit.

Alia est auctoritas Damasceni dicētis, quòd aliud est, quod re consideratur tale, & aliud est ratione, & cogitatione considerare illud tale. Deinde dicit Damascenus, ꝙ diuisio aliter cōsideratur in creaturis, aliter cōitas, uel copulatio, & aliter cōsideratur in Diuinis. Nam diuisio est ex natura rei, .s. communitas, & ipsa unitas, in creaturis est per intellectum: & per cōsequēs intellectus facit uniuersalitatem in rebus. Dicit etiam tertio Damascenus, quòd differentia est inter Diuinas hypostases, idest supposita Diuina & supposita creata, quia in creaturis consideratur communitas per intellectum: in Diuinis autem est communitas ex natura rei, & realis. Vnde in Diuinis bene conceditur esse commune, non tamen conceditur esse uniuersale. Patet, nam uniuersale, connotat plurificabilitatē: commune autem non. In Diuinis ergo est aliquid commune si ne plurificabilitate, non tamen est uniuersale.

Respondet Scotus ad hoc, declarando intentionem Damasceni, ꝙ ipse uult habere, quod aliter ponitur commune in Diuinis, & aliter in creaturis. Vnde in creaturis ponitur commune sub ratione uniuersalis: & in Diuinis ponitur commune absolutē, non sub ratione uniuersalis. Pro cuius declaratione Notandum est, ꝙ commune tunc habet rōnē uniuersalis, qñ habet rationē plurificabilis: ergo cum in Diuinis nulla sit plurificabilitas, uel nullum sit commune, quod habeat rationem plurificabilitatis, nullum ponimus ibidem uniuersale diuinum. primum. Commune in creaturis non est unum reale, sed est diuisibile plurificabile, in Diuinis non. Quando dicit Damascenus &c. uult habere quòd non eodem modo, ut dictum est, & nihil contra nos. Nām illud cōmunē est singulare hoc, & unum numero, & sic bene soluitur.

Aliter tamen possemus respōdere ad illud, per unam distinctionem, ꝙ commune consideratur dupliciter. Vno modo in ratione communis. Alio modo in ratione prædicabilis. Commune primo modo absolutē, pro natura illa, inquantum est in differens, & secundum suam rationem formalem, est illimitata, ad hanc, uel illam singularitatem. Secundo mō in ratione prædicabilis, inquātum dicit uniuersale actu. Modo ad Damascenum, concedo dictum eius, quando consideratur commune in ratione prædicabilis: quia tunc est per intellectum, ut dictum est iam: nō tamen quando commune consideratur in rōne communis absolutē. & hoc modo loquimur nos hic, & utroque mō argumentum bene soluitur. Sed hic modicū est aduertēdū pro litera. Nā dicit ꝙ oē illud qđ est uniuersale in actu, & prædicabile actu, sic se habet, ꝙ non dependet ab actu intellectus, sed ab ipso intellectu tantum. Dubitatur nunc, quam unitatem habet, ut sic.

Resp. Sco. in una linea per unam distinctionem ꝙ uniuersale consideratur dupliciter: illud obiectum intellectus illo modo abstractum uno modo consideratur in rōne obiecti considerati. Alio modo in ratione formali absoluta. Primo dicit Scotus, quòd habet unitatem numeralem, quia est unum obiectum cognitum numero. Vt homo est unum obiectum, & quā do deinde consideratur per intellectum, & abstrahitur a singularibus, fit uniuersale in actu, ut dictum est, & in illo tunc habet unitatem rationis. & sic patet ad quæstionem.

Contra istam tamen resolutionem, natura non est de se hæc, & singularis. Arguitur sic probando, quòd natura dicatur esse de se hæc, & una numero & singularis. Nam secundum Platonem, ut saltem Philosophus ai imponit, ponendæ sunt Ideæ separatæ a singularibus. Sicut etiam nominales cœci nobis imponunt. Tunc Philosophus contra Platonem arguit sic. Substantia uniuscuiusque rei, est propria illi, nec inest alicui alteri: Sed si natura non esset propria formaliter ratione sua, & de se hæc, ipsa posset in esse alteri: ergo dicendum est, quòd ipsa est hæc de se, & ratione sua. Maior est Philosophi contra Platonem. Nam ille homo prosecor, quem ille imaginabatur, qui datur cuique indiuiduo hominis aliquam portionem, secundum illam partem, secundum quam Philosophus diceait illum, dicebatur secundum Platonem, natura communis.

Respondet Sco. ad istud argumentum, admissu, ꝙ Philosophus arguit contra Platonem, dico tñ unam distinctionem, ꝙ aliquid esse propriū alicui, pōt dupliciter intelligi. Vno modo quod dicatur proprium de se, & ea natura sui. Alio modo per aliquid contrahens, quo posito in ipso, ipsum non pōt alteri in esse, licet illi quātum est de se, nō repugnet posse alterius esse, uel alteri inesse. Primo modo risibile est proprium haberi, & si miras conuenit naso. Secundo modo humanitas mea dicitur mihi propria, non tamen ex ratione sua formali, dicit illam entitatem, quia determinatur ad me; quia si non determinaretur ad me per illam, posset alicui alteri determinari: stante tamen differentia indiuiduali contrahente eam ad me, ipsa non potest esse alicuius alterius.

Notādū ēt, ꝙ duplex est substantia. Quædā prima: Alia scda

Margin notes:
- 4. dictum eiusdem.
- 5. dictum.
- 1. dictū Sco.
- 2. dictum eiusdem.
- Coroll. quo sit intelligē dū dictū Commentatoris, intellectus facit uniuersalitatē in rebus.
- Ad formā arg. Resp.
- 2. dubitatio ex Damasceno.
- Soluit Sco. secundā dubitationem.
- 2. Solutio.
- Notandum pro litera.
- Dubitatio.
- Solutio.
- Arg. principale Iudaeo tur.
- Resp. Scot. ad primum principale.

Quæ distinctio est multum communis in summulis. Unde substantia secunda est, quæ dicit quale quid: & substantia prima dicit hoc aliquid. Dico nunc primo ad argumentum. Nam substantia non dicitur esse propria &c. i. natura nõ includit in sua ratione formali entitatem, uel differentiam indiuidualẽ, qua determinatur ad tale, uel tale singulare: hoc mõ cõcedo ꝙ nõ dicitur esse propria. Secundo dico ꝙ natura dicitur propria alicui supposito singulari, per aliquod contrahẽs illam, quo posito, ipsa non potest alteri communicari, licẽt illi nõ repugnet quãtum est de se inesse alteri; ut dictum est. Tertio dico ꝙ nõ intelligitur, ut natura quæ dicit substantiam secundam, dicatur esse propria illi, cui inest de se formaliter; nam non est illi propria. Quarto dico ꝙ natura ut dicit substantiam primam, põt dici esse propria illi, cui inest, uel cuius est, capiendo ergo naturã pro substantia prima, Concedo illud ꝙ dicit Philosophus. Unde hæc humanitas est mihi propria, & dico hæc, & ut sic, repugnat illi esse in alio. Modo cum arguitur substantia &c. Cõcedo loquendo de propria ratione alicuius, uel de substantia prima, non tamẽ loquendo de substantia quo ad rõnem suam formalem: & sic patet ꝙ argumentum non concludit, & sic finis illius quæstionis.

QVAESTIO SECVNDA.

Agit de principio indiuiduationis substantiæ materialis.

SECVNDÒ quærendum est. Utrum substantia &c.] prosequitur Sco. inquirendo causam indiuiduationis naturæ. Habito ꝙ natura non est de se hæc, & indiuidua; quærendũ est nũc quod est illud, quod ipsa dicitur hæc & indiuidua, oportet aliquid assignare, quia ipsa est indiuidua, & hæc, & non seipsa: ergo aliquo alio. Quæritur nunc quid est illud. Utrum sit aliqd positiuum, uel priuatiuum. Termini satis patent ex dictis.

Aureolus reprehẽdit Sco. ut incõgruè tractã tẽ hãc qõnẽ.

Notãdum tamen ꝙ Aureolus dicit istam qõnem insufficiẽter moueri a Doctore nostro, & superfluè, & irrationabiliter, & probat hoc sic arguendo. Illa qõ mouetur irrationabiliter, & insufficienter, quæ supponit unum falsum: sed ista qõ supponit unum falsum: ergo irrationabiliter mouetur. Maior sumitur a Philosopho septimo Metaphysicę. Omnis bona qõ aliquid certi supponit, & quærit aliquod dubium. Nam irrationabile esset, quærere ꝑ quid homo est Asinus. Nam supponeretur ꝙ homo esset Asinus, qđ tamẽ est manifeste falsum. Illa maior est uera. Minor probatur. Nam ista qõ supponit aliqđ esse, & illud non esse unum numero, quod tamen est falsum ꝓpter auctoritatem Boetii dicentis: Omne quod est, ideo est, quia unum numero, & singulare est. etiam est alia auctoritas, ꝙ omne indifferens ad aliqua, potest transmutari ad aliquod illorum. patet, quia si aliqua natura esset extra animam, & esset indifferens ad hanc, uel illã singularitatem, ipsa posset trãsmutari ad aliquod illorum. Istud tamen est falsum, dicit ipse: ergo ista qõ, & aliæ sex quæstiones de principio indiuiduationis, sunt irrationabiles.

Redarguitur Aureolus per suã rõnem.

Sed ex istamet rõne sua, retorquendo illam contra eũ probatur, ꝙ ista qõ, & aliæ sunt rationabiliter motæ, sumẽdo oppositum maioris. Omnis illa quæstio est rationabiliter mota, q̃ supponit unum uerum, & unum certum, & quærit unum dubium. Sed ista quæstio, & aliæ sex sunt huiusmodi: ergo ipsæ sunt rationabiliter positæ. Maior est Philosophi, nec ipse negat illam. Minor probatur. Nam istę qõnes supponunt aliquid esse, & illud esse unum numero, & singulare, & indiuiduum: nec hoc negaret ipse: deinde quærit quid est illud, quo indiuiduum est indiuiduum, & unum numero: Utrum aliquid positiuum &c. & sic istæ qõnes non sũt irrationabiles, immo rõnabilissimę. Nam non uidetur ꝙ tam magni Doctores, de hoc dubitassent, & fecissent qõnem, sicut fuit B. Thomas, Henricus Gandauensis, nisi istud esset rõnabiliter dubitandum. & ad rõnem illius dicemus. Concedo maiorem, nego tamen minorẽ. Et ad probationem quia supponit aliquid esse &c. Concedo. Oh, istud est falsum, nego, probatur; Nam scdm Boetium. Oẽ qđ est &c. Ad illam authoritatem dicemus suo loco infra. Dico tñ pro nũc, qđ aliquid esse unũ numero, est dupliciter. Uno mõ formaliter, & intrinsecè. Alio mõ realiter, & extrinsecè. Primo mõ concedo ꝙ oẽ indiuiduum formaliter & intrinsecè est unum numero, realiter tamen & extrinsecè, siue denominatiuè, dico ꝙ omnis natura est una numero denominatiuè. Mõ concedo illam auctoritatem, & qñ dicitur oĩs natura &c. nego hoc, immo dico, ꝙ est una numero realiter; de hoc tamen dicemus latius suo loco: & sic patet, ꝙ illa rõ non concludit. & per cõsequens restat, quòd ista qõ est rõnabiliter mota. Quid est ergo illud, quo natura est unum numero? Utrum

Argumẽtũ post oppositum.

aliquid quod sit aliquod positiuum. Arguitur ꝙ sic. prima substantia aliquid addit super secundam substantiam: sed prima substantia non addit præcisè negationem super secundam substantiam: ergo addit aliquã entitatẽ positiuã. Sed prima substãtia est indiuidua, & singularis, & nõ scđa substãtia: ergo hoc ẽ ꝑ aliqđ positiuũ, quo est hæc, & indiuidua. Maior est Philosophi 7. Meth. Prima substãtia ꝑ se gñatur, oꝑatur. ẽt in 1. Meta. dicitur, ꝙ actiones sũt singulariũ, gñari primo & oꝑari nõ cõueniunt substãtiæ scđæ, sed primæ. probatur minor. Nã eadẽ rõne oꝑari, & gñari ꝑ se cõueniret scđæ substãtiæ, sicut & primę, qđ nullus diceret, nec diceret quicquid cõueniret scđæ substãtiæ, ẽt & primæ, & ẽconuerso; ergo illa addit aliqd: sed nõ addit negationẽ. ꝓbatur, nam dicimus ꝙ primæ substãtiæ cõuenit ꝑ se oꝑari, & gñari, & hoc ꝑ illud, qđ ipsa addit supra scđam substãtiã: sed ꝑ illã negationẽ nõ põt primæ substãtię cõuenire, oꝑari: ergo oportet dicere, qđ ipsa addit aliqđ positiuũ. Ista rõ est bona, cõcludamus: sed singulare, & indiuiduũ, & prima substãtia est aliqd unũ & idẽ: ẽt singulare, & substantia scđa est natura: ergo indiuiduum supra naturam addit aliqđ positiuũ & illo, est singularis; & pro ista parte hoc concludimus.

Ordo dicendorum.

¶ Hic dicitur qđ nunc &c.] In ista qõne prima ponitur opinio Henrici ad qõnem, tenẽtis partem negatiuam. Deinde declarat titulum qõnis quõ intelligatur. Deinde arguit cõtra illum. & finaliter ad argumentũ ante oppositũ. Primo respõdet Henricus ad istam qõnem, ponendo cõclusionẽ negatiuam, ꝙ substantia materialis non indiuiduatur aliquo positiuo. ꝓbat istam conclusionem una tali rõne. Si substantia materialis indiuiduaretur aliquo positiuo, uel illud esset materia uel forma uel compositum, uel esset aliqđ ens positiuum, consequẽs materiam uel formam, uel compositum: sed nullũ illorum est dicendum: ergo non indiuiduatur aliquo positiuo. patet cõsequentia a sufficienti diuisione. Minor probatur. qa primo non est materia. Nam illa nõ põt esse principium indiuiduationis.

Concl. Henr. negatiua ad qõnẽ rẽ Henr.

Per quod substantia materialis indiuiduatur secũdũ Henr.

Dicit Henricus contra D. Thomam: ẽt illud dicemus nos contra ipsos, ꝙ nõ indiuiduatur substantia materialis ꝑ materiã tanq̃ per positiuum, licẽt distinguamus de materia, tñ non ꝑ materiam quæ est altera pars compositi, de qua ipsi loquũtur. Nec substantia materialis indiuiduatur per formam: nam per te, & ꝑ me ẽt sicut natura, non est de se hæc, ẽt ipsa forma non est de se hæc, & singularis; & tunc quærã, ꝑ qđ forma indiuiduatur, & dicitur esse hæc, & una numero. Nec est ipsum cõpositum, patet bene, nam idẽ indiuiduaret se; & eadẽ rõne qua de forma oporteret quærere, ꝑ qđ compositum est hoc, cum sit rõ indiuiduandi substantiam; & sic in infinitum. Nec dabis illud quartum, ꝙ substantia indiuiduatur ꝑ aliqđ consequens materiam, formam, uel compositum. patet, nam quæro, qđ est illud consequens; uel est aliquid absolutum, uel respectiuum; non absolutum, nam semper manet quæstio, quo illud absolutum indiuiduaretur & quid esset hoc. Nec est dicendum, ꝙ sit respectus, uel respectiuum. Nam omne respectiuum præsupponit extremum positiuum aliquod: & sic semper maneret eadem qõ, quæ prius: & per consequens non est dicẽdum. Dicit Henricus, ꝙ substantia materialis indiuiduetur ꝑ aliqđ positiuũ. Et si quæratur ab Henrico, ꝑ qđ ergo substãtia indiuiduatur? ipse respondet Corollariè ex dictis, ꝙ substantia materialis indiuiduatur duplici negatione, sed diuersitatis, & identitatis. Unñ notat Henricus, ꝙ duplex est negatio, quædam est diuersitatis. Alia est identitatis. Negatio diuersitatis est illa, qua aliqd dicitur esse oĩno unum & indiuisum in se, qua negatur oĩs diuersitas, uel distinctio, uel diuisio ab aliquo. Alia est negatio identitatis, & est illa, qua ab aliquo negatur oĩs identitas non aliquo alio: Ut Sortes est non idem Platoni. Modo dicit ille, ꝙ ista duplex negatio scilicet, esse indiuisum in seipso, & diuisum a quocũque alio, est principium indiuiduationis. Ista est resolutio Henrici ad istam quæstionem.

Secundus articulus qõnis.

¶ CONTRA ISTA &c.] Hic Scotus, ut melius impugnet istam opinionem Henrici, declarat titulum quæstionis, & omnium sequentium. pro quo Notandum est, quòd quærere quomodo natura dicatur esse hæc, & indiuiduatur, uel per quid. potest dupliciter intelligi. Uno mõ Logicè. Alio mõ realiter. Unde logice quærere per quid natura est hæc, & indiuiduatur, est quærere per quid natura dicitur indiuiduũ, capiẽdo indiuiduũ propriè logicè, qñ illi conuenit illa scđa intẽtio logicalis, s. esse indiuiduum. Et tunc diceremus nos, ꝙ conuenit illi naturæ effectiuè per intellectum. Nam intellectus est ille, q facit effectiuè secundas intentiones, & illas attribuit reb. ratione alicuius proprietatis, repertæ in illis rebus, ut dictũ est; hoc modo non quærimus hic, per quid natura dicitur esse indiuidua; nam facilis esset responsio, ut dixi. Scđo mõ intelligit realiter,

aliter, & Physice, & hoc mō quærere realiter, & Physicè, uel melius Metaphysicè per quid natura dicitur indiuiduum, est dupliciter. Vno mō formaliter p quid illa est indiuiduū. Alio modo fundamentaliter. Sed adhuc realiter formaliter quærere eam, uel principium indiuiduationis pōt dupliciter intelligi. Vno mō formaliter, tanquā pro principio quo denominandi. Alio mō formaliter tāquā illud quo formaliter repugnat illi, diuidi. Si quæratur in qōne, quę est cā indiuiduandi naturam, tanquā principio quo, denominandi, hoc mō est facile respondera, quia illud est indiuiduatio; abstractum illud, ut lectione aliquis denominatur legens: & dicitur talis tanquā principio quo denominandi, & isto mō etiam facile est respondere, natura indiuidua est ipsa indiuiduatione, hoc mō non quærit qō ista, nec aliæ sequentes. Secundo mō quo. s. formaliter tanquā illud, quo formaliter repugnant ipsi naturæ diuidi. Nam quæcunque formaliter sunt incompossibilia incōpossibilitate formali, formaliter dicuntur incompossibilia. & hoc mō non est qō nostra. Nam hoc mō formaliter ipsa repugnātia repugnat naturæ diuidi in plura, & sic faciliter etiā per abstractū repugnantiæ respondeteinus. Restat ergo aliud mēbrū, quo ut fundamento proximo intrinseco, ista repugnant.

¶Est ergo intellectus quæstionis &c.] Tertio loco declarat Sco. sensum qōnis & dicit, ꝙ istæ qōnes quærunt, quid est illud, quo, tanquam fundamento, natura dicitur indiuidua. quæ est illa entitas positiua, in qua fundatur illa repugnantia naturæ ad diuidi, cum dese dicatur esse diuisibilis, hoc quærimus hic, & hoc modo intelligendo quæstiones.

Primum argumentum cōtra Hēr. Arguitur primo principaliter. Contra Henricum, ꝙ hæc substantia materialis, non sic hæc & indiuidua, & singularis p illam duplicem negationem, quam ipse ponebat. Arguitur sic. Nihil simpliciter repugnat alicui enti per aliquam negationē in ipso. Sed per aliquam entitatem positiuam: ergo non repugnat ipsi naturæ, huic & singulari diuidi in plura, per illam duplicem negationem, quam ponis. Argumētum istud est bonū, consequentia est nota; antecedens probatur, quia illa natura est ens positiuum. Nullus negat istud. Modo declaratur quomodo negatio in ente, non ponit repugnantiam. & licet ipsa negatio in ente tollat proximam potentiam ad aliquid, non tamen ponit repugnantiam simpliciter ad illud. probatur. Nā si substantia materialis separetur ab omni quantitate, tunc illa esset indiuisibilis, diuisibilitate, quæ est in partes quantitatiuas: illa negatio scilicet non habere quantitatē extensam in ipsa substantia materiali, negat potentiam proximam in substantia ipsa ad diuidi in illas partes. patet, quia ut sic substantia materialis, potentia proxima non est diuisibilis. Dico tñ ultra quòd illa negatio non habere quantitatem, non dat ipsi substātiæ materiali, quòd simpliciter, & absolutè ipsa sit indiuisibilis, & quod illi simpliciter repugnet diuidi in illas. Nam Deus posset illi substantiæ dare illam quantitatem, quo factū ipsa diuideretur, & esset diuisibilis potentia proxima. Etiam ista negatio cęcitas in homine potest negare potentiam proximam ad actum uidendi, non tamen ponit repugnatiam simpliciter in illo, in quo est, ꝙ ipsi. s. simpliciter repugnet actus ille, qui est uidere, quia aliter Deus non posset sua omnipotentia, illuminare cęcos, quod tamen est falsum: & per consequens, istud dictum est uerum, ꝙ negatio in ente &c. Sed tollit potentiam proximam. Declaratur etiam istud, quia aliquod uerum ens, in quo, pro nunc dicitur esse negatio post illud idem ens, remota negatione potest esse sub opposito illius negationis: Ut cęcus habet negationem uisus. Remouet Deus illam negationē sicut potest, ponendo habitum oppositum, tunc ille cęcus primo erit in potentia proxima ad uidendum. Et ita istud argumentum stat. quia nihil alicui repugnat per aliquam negationem; ergo oportet dicere, quòd repugnantia semper conenit enti, ratione alicuius affirmationis, uel positiui. Sed quia quis posset instare contra hoc antecedens: ideo Scotus aliter format argumentum.

Mouetur difficultas. Vnde difficultas, quæ posset esse contra istud antecedens, est ista; quia uideretur sequi quòd tunc non repugnatet naturæ humanæ, sua propria suppositatione suppositæ assumi a uerbo: consequens est falsum, nam assumitur athoma, sed non supposita. probatur consequentia. nā per negationem non potest repugnare alicui naturæ assumi, modo illi naturæ ut sic suppositatæ, repugnat assumi a uerbo; & hoc non propter aliud, nisi quia est iam suppositata; & hoc nō uidetur esse aliud, quam una negatio: ergo illa negatio impediret. hoc tamen est falsum, quia uerbum posset assumere natura mea: ergo regula tua est falsa.

Solutio difficultas. Respondeamus ad hoc argumentum. Quando arguitur sic, quòd illi naturæ ut sic, non repugnat assumi, distinguo, uel ꝙ simpliciter non repugnat illi. & sic concedo, quòd non repugnet illi; uel secundum quid, & sic nego. Modo in antecedente, non dicebatur simpliciter: nam naturæ meæ suppositatæ iam, simpliciter & absolute non repugnat assumi a uerbo; quia nō est impossibile illam assumi. Nam si simpliciter repugnaret illi, nunquam illa posset assumi, etiam quantumcunque separaretur ab illa propria personalitate. Sed dico quòd repugnat illi, ut suppositata est, & idō secundum quid. Exemplum, accidens separatum in Eucharistia, habet repugnantiam ad esse in subiecto; & hoc secundum quid, inquantum separatum est: & non simpliciter, inquantum accidens est, quia aliter per nullam potentiam posset esse in subiecto, & hoc modo dico in proposito, & ita illud argumētum bene soluitur. Dicit de Bassolis in tertio. Argumentum ergo illud hoc modo formatum, bene ualet. Sed formatur iterum & fortius contra Henricum Gandauensem.

Secundò contra Henricum arguitur sic. Nulla imperfectio repugnat alicui, nisi propter aliquam perfectionem in illo reperiam, incompossibilem illi imperfectioni. Sed sic est quòd diuidi in partes subiectiuas, dicit imperfectionem in illo, in quo est; imperfectio tollitur ab aliquo propter perfectionem existentem in eo imperfectioni oppositam. hoc modo diuidi in partes subiectiuas, non repugnat ipsi naturæ huic & singulari, per aliquam negationem, sed per aliquam entitatem positiuam oppositam illi. Maior patet bene, quia imperfectio, quæ est negatio perfectionis, tollitur per perfectionem illi oppositam: sicut generaliter, omnis negatio tollitur per suum positiuum: ignorantia per scientiam, & insipientia, per sapientiam, limitatio per illimitationem. Minor probatur: sed sic est quòd diuidi &c. patet in primo distinctione nigesimasexta, in argumento pro Bonauentura. Quomodo natura Diuina communicatur tribus diuinis suppositis, sine sui diuisione in illis. Et tota ratio est, quia illud diuidi, dicit imperfectionem, non tamen cōmunicari. ergo illa negatio dicitur talis a prima substantia tanquam imperfectio sua, per aliquod positiuum, & non per solam negationem. Argumentum est bonum de facto. *Fundatur aliter argumentū primum quod sit secunda ratio.*

Tertiò principaliter contra Henricum. Arguitur quod natura non dicitur esse hæc, & indiuidua, sola negatione. Arguitur sic. Negatio non constituit aliquid formaliter in entitate perfectiori, quam sit entitas præsupposita negationi. Sed prima substantia est natura singularis, & maxime substantia, & magis substantia, quàm substantia secunda: ergo prima substantia non constituitur in esse primæ substantiæ per aliquam negationem. Sed prima substantia est natura singularis: ergo ipsa non fit hoc aliquid, & incommunicabilis per solam negationem. Argumentum hoc est bonum. Maior patet, nam negatione, non constituitur ens positiuum. Nam nihil pōt dare perfectius esse, uel maiorem perfectionem alicui, quàm ipsū in seipso habeat, & nisi illud sit positiuum. Vnde perfectior est homo, quàm animal, quia supra animal, homo dicit entitatem positiuam; negatio non dat aliquid alicui. quomodo ergo dabit dignitatem? Nam dare esse uel maius, uel minus, non conuenit nisi enti positiuo, & sic patet ista minor, etiam probatur secundum Aristotelem in prædicamentis expresse, & ita oportet dicere, quòd ipsa non est hæc alicua per se. *3. rō contra Henr.*

Quartò principaliter arguitur contra Henricum. Si natura esset hæc, & singularis illa negatione, sequeretur ꝙ natura non diceretur de suis singularibus per se: consequens hoc est falsum. consequentia probatur. Nam nihil dicitur per se de aliquibus, quod non dicit conceptum per se unum. Quia regula est Scoti, ꝙ de ratione in se per accidens, nihil dicitur per se: Sed si natura esset singularis, & hæc, illa duplici negatione, ipsa non diceret conceptum per se unum. patet hoc, nam illa duplex negatio & illa natura non faciunt per se unum conceptū. Nam regula est etiam, ꝙ ex positiuo, & negatiuo, non fit per se unum ens, uel conceptus unus: & ita ista non esset per se, Sortes est homo, sed per accidens. & si dicas, quòd ista esset per se ratione unius partis, scilicet ratione naturę, nō tamē ratione totius; dicit Scotus ꝙ illud nihil est dicere: quia tunc non esset prædicatio superioris de inferiori. patet, nam natura illa, cum illa duplici negatione, non est aliud realiter, nisi ipsamet. & sic idem diceretur de seipso. *4. rō ad idē.* *Regula Sc.*

Sed hic esset una difficultas, etiam in uia Scoti: Nam diceret aliquis; Ex dictis sequitur, quòd natura non diceretur per se de suis suppositis. nam suppositum dicit entitatem positiuam, etiam & negationem: si ergo natura non dicitur per se de aliis per te, propter illam duplicem negationem, *Dubitatio.*

qua creatura potest esse ergo omnis creatura est composita ex actu & potentia.

Soluit Sco. rōnē S.Th. Ad istam rōnem cum sua confirmatione, Respō. scđm Scotum. 2.q distinct. 8. primi, ꝙ omnem creaturam compositā ex actu, & potētia, pōt dupliciter intelligi. Vno mō ex actu, & potentia, tanquàm ex duobus positiuis. Alio mō ex actu, & potētia, tanquàm ex positiuo, & priuatiuo. Primo modo falsum est & nego ꝙ omnis creatura &c. Secundo modo concedo; & sensus est ꝙ omnis creatura est aliquid unum positiuum, isto mō concedo, in quacunque creatura uniuersaliter. Nam dicit negationem maioris perfectionis, quam habeat, cuius tamen ipsa creatura est capax in ratione entis, licèt non in rōne proprie huius: Vt dicitur ibidem benè. Et si hoc modo intelligat beatus Thomas, nos sumus cum illo. Et ad confirmationem quando dicitur, omnis creatura est in potentia ad esse, concedo de potentia obiectiua, sic tantum est in potentia obiectiua ad esse, ꝙ nunc non est, potest tamen esse: ergo eē est actus illius, concedo, obiectiuus, uel autiuatiuus. Nego tamen ꝙ sit actus formalis illius. Ista patent etiam ad longum dist. 3. primi. & sic illa dicta non ualent.

Sc. facit tria notanda. Primum notandum: esse capitur dupliciter scđm Sco. Notandum secundum. Sed pro ampliori declaratione Doctoris, & dicendorū, Scotus facit tria notanda uniuersalia. Primo notat, ꝙ esse secundum uiam Doctoris nostri, capitur dupliciter. Vno modo pro esse essentiæ. Alio modo pro esse existentiæ. Notandum ꝓ isto secundo loco, quod intelligamus nos per essentiam, uel per existentiam. Vnde per essentiam non intelligo nisi omne illud, cui non repugnat existere, uel illud, quod existit. Vnde sequitur, quòd chimera, figmenta, impossibilia entia, intentiones secundæ non dicuntur essentiæ nec existunt: immo illis repugnat existere. Intentiones secundæ tantum existunt, quando sunt, non plus. hoc modo capitur esse pro esse essentiæ; & hoc modo esse, & essentia, non distinguuntur, nisi sicut concretum, & abstractum. & non capitur esse pro esse existentiæ, quia tunc falsum esset. hoc modo loquitur Scotus sexta distinctione, quæstio una prima tertii, & ubicunque dicit, quòd non distinguuntur, loquitur de esse essentiæ. Tamen illud esse, scilicet existentiæ, est unū contingens, non est de essentia ipsius rei. quia existentia non est prædicatum dictum in quid de illo, quod existit, nisi in diuinis: Sed de creatura est unum accidentale. Ista est cōtingens. Sortes existit. Illa bene est loquendo, Sortes est ens. Notat tertio Scotus ꝙ secundum ipsum quolibeto nono, articulo tertio, esse capitur dupliciter. Vno mō pro eo quod dat esse ultimatū essentiæ, pro actu ultimato. Secūdo mō capitur pro omni illo, quod recedit a non esse. Primo mō natura abstracta non habet esse ultimatum, sed cum sit sola forma. Secundo modo bene habet esse, etiam quæcunque pars & accidentia etiam, quia recedunt a non esse. Da istis est uerū dicere ꝙ sunt, & falsum dicere, non sunt.

3. Notādū: esse capitur dupliciter.

Dicta Sco. de esse existentiæ. 1 dictum. Modo de esse existentiæ, dico aliqua dicta per ordinem secundum Scotum. Primum dictum: esse essentiæ & existentiæ, non dicunt inter se ordinem originis, uel durationis. Istud dictum habet duas partes. Prima est quòd essentia non dicit ordinem. patet istud. Nam duratio, uel originatio, & processio secundum tempus, est conditio existentis, sic, quòd nihil durat nisi existat, uel producit nisi existat. etiam nihil originatur nisi existens. hic Magister bene festinabat.

2. dictum. Secundum dictum: inter essentiam, & existentiam est ordo naturæ. probatur, quia existentia præsupponit essentiā, & etiā scientia est modus intrinsecus essentiæ in creaturis, non autem in Diuinis; immo est de ratione ipsius essentiæ Diuinæ. Modo inter modum, & res, cuius est modus, est ordo naturę, & unum præsupponit aliud.

3 dictum. Tertiò dico, ꝙ inter essentiam, & existentiam, est ordo perfectionis. quia essentia est perfectior. quia est essentiale illi, cuius est, existentia uerò est unum accidentale.

4. dictum. Quartò dico, ꝙ existētia, & essentia, nō distinguūtur formaliter, positiuā, capiēdo ly formaliter, sed bene negatiuē. Nam quodlibet illorum non dicit propriam formalitatem, sed negatiuē formaliter distinguuntur illa, quæ sic se habent, ꝙ unum non est de ratione formali alterius, sicut dicat propriam formalitatem, siue non. hoc sufficit, & hoc modo. f. formaliter, & negatiuē, modus intrinsecus distinguitur ab illo, cuius est modus, nec est extra rationem illius, non de ratione illius, nisi negatiuē. Existentia ergo, & essentia non distinguuntur formaliter, positiuē loquendo.

5 dictum est con. D. Tho. Quintò dico, & contra Thomam, ꝙ essentia, & existētia, nō distinguuntur realiter, ut patet supra. patet dictum, quia per quamcunque potentiam, non potest esse essentia sine existentia. immo est simpliciter impossibile. Nam terminus potentiæ productiuæ, est simpliciter existens, uti ponantur istæ Ideæ abstractæ, tamen non ponimus illas isto modo, ut patet sæpe ex dictis.

6. dictum. Sextum dictum, essentia, & existentia, distinguuntur sicut quidditas, & modus intrinsecus illius. & sic patet, licèt multa alia dicēda restēt de illis, patet, pro nunc de essentiā & existentia, quod esset dicendum secundum Scotum, & Thomam.

Concl. Her. & sectatorū ad quæst. tenētiū partē affirmatiuam. Et ideo ad quæstionem nostram ueniendo, quæritur. Vtrum substantia materialis, sit hæc & indiuidua per existentiam suam, tanquàm per positiuum. Et primo est opinio Henrici, quam sequitur etiam Bonetus octauo suæ Metaphysicæ. & Canonicus etiam illud idem dicit, quæstione sexta primi Physicorum. Conclusio istorum est hæc. substantia materialis est indiuidua & hæc per actualem existentiam probat una rōne sumpta, ex quadam auctoritate. Actus distinguit & separat: ergo ultima distinctio indiuiduorum, est per ultimum actū: Sed ultimus actus istorum est ipsa existentia: ergo ultima distinctio indiuiduorum, est per ipsam existentiam, & per cōsequēs substantia materialis distinguitur, & indiuiduatur per ipsam existentiam. Maior illa est auctoritas septimo Metaphysicæ, & minor patet: & per consequens illa conclusio relinquitur uera.

Soluit Sco. rationem rōnē. Resp. Scotus ad istud facile argumētum, & est cōe in uia nostra: ꝓ unam distinctionē c oēm, ꝙ duplex est actus, quidam formalis. Alius est formalis, accidētalis tñ. Actus formalis est, qui formaliter distinguit, ut rōnale in hoīe distinguit illū a quocūque, qd non est homo, congregatiuum est actus formalis ipsius nigredinis, distinguens illā a quocunque, qđ nō est ipsa. Actus formalis accidentalis tñ, sunt oēs illæ formę, & accidentia quę accidentaliter distinguūt: Vt albedo, & nigredo. & c. Mō addēdo singula singulis. Dico, qñ arguitur sic. Actus distinguit, cōcedo suo mō, actus formalis distinguit, formaliter, & intrinsecè: actus accidentalis distinguit accidentaliter, & extrinsecè. & cū dicitur. Vltima distinctio indiuiduorum est per existentiā. nego istud. Nam dicit Scotus, ultima distinctio indiuiduorū est per ultima distinctiua, quæ habent coordinationem prædicamentalem: ꝑ illa fit ultima distinctio. & illa sunt differantiæ indiuiduales, & non ipsa existentia. & per cōsequens illud est falsum, quia illa existentia est unum accidens, & ultimus actus alicuius, dicitur etiā intrinsecus formaliter illi, cuius est. Vtrum autem differentia indiuidualis, dicatur formalis, & quō, dicemus 6.q huius dist & ita argumentum bene soluitur. & ita relinquitur ꝙ iste modus, non benedicit ad quæstionem.

Scot arguit contra opin. Henr. & sectatorū eius. Cōsequitur cōtra istum modum arguitur duob. argumētis, ꝙ nō ualeat. Arguit er primo sic. Illud, qđ nō est ex se distinctū & determinatum, nō pōt eē principium distinguēs, uel determinatiuum aliqua. est maior: sed existētia actualis, nō est ex se distincta, & determinata: ergo ipsa existentia nō pōt eē alicui principium determinandi, uel distinguendi illud, & ꝑ consequens ipsa existentia actualis, non est cā indiuiduationis. Maior patet, nam quō distinguet hoc ab illo, si non est distinctum? quo dabit esse album, illud, quod non est album? Nō uidetur, qđ nō est ex se formaliter albū, nō dabit eē albū. ista maior est uera. Minor probatur. Nā ꝑ essentiam huius, & Asini distinguitur homo ab Asino. Quia alia est natura hoīs, & alia Asini, & non ꝑ actualē existētiā, immo in illa cōueniūt. Cōtingeret ēconuerso ꝙ existētia distinguat ꝑ eēntiā. patet. nā negando hoc, oportet dicere plura eē pdicaméta, q decimū, nā oportet ponere pdicamēta existētiarū, nā illa pdicata ordinant scđm eē eēntiale, & quidditatiuū: & ꝑ cōsequēs oporteret dicere, ꝙ ipsa existētia actualis, nō est principium indiuiduandi ipsam substantiam.

2. rō contra Henr. Scđo & finaliter arguitur ꝓbando ꝙ substātia materialis, nō indiuiduetur ꝑ existētiā actualē, & arguit sic. Illud qđ pcipuè ꝑsupponit distinctionē alterius, nō pōt eē prima rō distinguendi alia: sed existentia actualis præsupponit distinctionem aliorum, ad hoc ꝙ ipsa distinguatur: ergo ipsa nō pōt eē prima rō, uel principium distinguendi alia: & per consequens non principium indiuiduandi. Maior patet satis. Nam distinctiuū aliorum, debet esse distinctum in se, aliter non uidetur quomodo distinguet alia. minor patet: Nam existentia non distinguitur, nec determinatur, nisi per essentiam ipsam: ergo non erit ratio distinguendi, uel determinandi aliqua, & indiuiduandi.

Soluitur argumentū ab Henr. Datur tñ una euasio ad istam rōnem de mente Henrici, ꝙ distinctio ašētiarū, dicitur eē duplex: qdā est distinctio eēntiarū, & est rōna ipsorū indiuiduorū. Alia est dist. eēntiarū, q̄ é qua fi dist. post ipsa indiuidua. Exemplum primę dist. Hō, & Asinus

ergo substantia materialis non indiuiduatur per quātitatem.

Ordo assignatur procedendi.

In illa quæstione Scotus primo inducit illam opinionem, propter quam mouetur quæstio, quæ est Domini Godof. de fontibus ponendo conclusionem suam; quam ipse probat duabus rationibus fundamentalibus, & soluit illas. Secundo Scotus quinque mediis arguit contra ipsum modum, & opinionem impugnando illam. pro secunda uia est opinio Aegidii de Roma tenentis eandem conclusionem cum Godofredo; aliter tamen probantis illam; & impugnatur etiam ista probatio, seu declaratio. Tertio principaliter Scotus de mente sua dicit ad quæstionem; & finaliter ad argumentum primum ante oppositum.

Opinio Godofredi eius conclusio. Prima ratio ad cō. lusionem.

Quantum ad primum est opinio Godofred. quòd substantia materialis est indiuidua, & singularis per quantitatem, tanquam per fundamentum positiuum. probat ipse illam conclusionem duabus rationibus. Prima est hęc. Illud, quod primò, & per se conuenit alicui, cuilibet alteri si conuenit, conuenit per rationem illius, cui primo & per se conuenit. Sed diuidi in partes eiusdem rationis, per se primo conuenit quantitati: ergo si diuidi in partes eiusdem rationis conuenit alicui, hoc tantum est ratione quantitatis. Declaratur hoc, & primo Maior, sumendo ly, primo, idest adæquatè, ut capitur sæpe in primo posteriorum. & tunc maior illa est manifesta, quę et habita est quæstione, Vtrum Angelus posset mouere se, distinctione præcedēti. Vbi declarabatur, & dabatur exemplum de risibili quomodo conuenit homini. Et cuicunque conuenit, hoc non est nisi per rationem hominis. & habere tres, conuenit primo & per se triangulo, & si conuenit ysocheli, & Scaleno, hoc non est nisi per rationem trianguli, cui primo, idest adæquatè conuenit, illa maior satis patet. Minor declaratur secundum Philosophum. 7. Metaphysicæ, ubi dicit, quòd quantum, est illud, quod est diuisibile in illa, quæ insunt, quorum quodlibet natum est esse hoc aliquid. Quæ auctoritas etiam adducta est. q. 9. distinctione. 2. huius libri. Vnde quælibet pars quanti, nata est esse unum numero singulare, & indiuiduum. & ita cuicunque conuenit diuidi in partes eiusdem quantitatis, hoc non est nisi ratione quantitatis: & sic patet illud. Sed subsumatur nunc ad propositum sic. Substantia materialis nata est diuidi in partes quantitatiuas eiusdem rationis; ergo illam diuidi hoc modo, est ratione quantitatis. Et ita indiuiduatio ipsius substantiæ materialis, erit per quantitatem, quod est probandum. Modo probatur minor. Nā Sortes, Plato, Cicero, in quę homo diuiditur, sunt eiusdem rationis: sed sic est, quòd idem est principium in natura diuidēdi illam in plura, & distinguendi illa, uel distinctionis ipsorum: ergo quantitas sicut est principium diuisionis in substantia materiali, erit etiam principiū distinctionis illorum, in quæ diuidetur. Ratio est bona, & benè apparēns, & Responsio datur ad illud, quod dicit: sed idē principium.

Solutio Sc. ad primam rōnē Godof.

¶ AD primam rationem &c.] Respondet Scotus ad istud, supponendo aliqua, quæ declarabuntur, impugnando illum. Primo supponit, quòd duplex est totum, quoddam est uniuersale. Aliud est totum continuum. secunda distinctio, quam supponit, est; quòd duplex est pars, quædam quantitatiua; Alia subiectiua, declarantur ista simul, primo ponendo differētiam inter partes subiectiuas, & quantitatiuas. primo differūt, quia partes quantitatiuæ non recipiunt ut sic, prædicationem sui totius, uel sui ipsius. partes autem subiectiuæ, benè recipiunt prædicationem totius in recto, dicendo, hoc est hoc, ut quælibet pars integralis hominis, non est homo: patet. pes non est homo, nec caput, si diuidatur in illas: sed si homo diuideretur in partes subiectiuas in Sortem, Platonem &c. benè illæ reciperent prædicationem totius. benè diceremus: Sortes est homo. Plato est homo. Illæ ergo partes hoc modo differunt. Secundo dicit, quòd illę partes conueniunt in hoc, quòd sicut partes subiectiuæ, in quibus diuiditur homo, sunt unum numero, & hæc indiuidua, ita & partes quantitatiuæ. Ex istis nunc ad argumentum illud, quando arguitur. Transeat maior. Ad minorem, concedo illam de diuidi in partes quantitatiuas, non autem de diuidi in partes subiectiuas. Primo modo diuidi benè conuenit substantiæ materiali ratione quantitatis, & cuicunque conuenit: non tamen diuidi secundum partes subiectiuas; illud non dat ipsa quantitas. Et Primo modo diuidi in partes quantitatiuas, non est ad propositum: sed benè est ad ad propositum diuidi in partes subiectiuas. Et isto modo diuidi conuenit naturæ ratione sui. & ad illud quod subsumebatur, scilicet illud, quod est principium &c. quicquid &c. Nego, istud est falsum. Quod probatur esse falsum dupliciter: primo quia natura specifica diuiditur in sua singularia, sed non est principium,

Ad formā rōnis respō.

quo diuiditur & natura ipsa est ratio conuenientiæ illorum, in quæ diuiditur: quia in illa conueniunt omnia, diuisa sub natura, sed non est principium distinctionis illorum, sed ipsæ differentiæ indiuiduales sunt rationes distinguendi illa, in partes subiectiuas. Secundo probatur illud esse falsum, quia genus diuiditur in plures species specialissimas, quę in ipso conueniūt, & genus est illis ratio conuenientiæ. patet, ut homo; & Asinus, in animali tamen genus non distinguit illas, sed ipsæ differentiæ specificæ distinguunt illas adinuicem. Vt rationale & irrationale faciūt distinguere hominem, & Asinum adinuicem: & ita illud argumentum multipliciter potest solui, quia multipliciter peccat, ut patet, & sic non concludit.

2. rō Godof. ad idem.

Et ideo est secunda ratio Godofred. ad probandam illam eandem conclusionem, scilicet, quod substantia materialis, est hæc, & indiuidua per quantitatem. Arguit sic. Tota distinctio istius ignis, ab illo igne, est per quantitatem ipsorum: ergo quātitas est ratio, uel principium indiuiduandi. antecedens est difficile quia consequentia patet. Antecedens ergo probatur tribus conclusionibus ipsius Godofred. prima est hæc. Ille ignis non differt ab illo igne; nisi quia forma istius ignis, differt a forma illius ignis, & ad istam conclusionem nihil dicit Scotus. secunda conclusio illius est. forma non differt a forma, nisi quia recipitur in alia; & in alia materia. forma hominis, dicit iste, differt a forma Asini, quia præcisè forma hominis est in tali materia hominis, & forma Asini est in tali materia. Et ad istam conclusionem dicit Scotus: tertia conclusio illius est. Non est alia & alia pars materiæ, nisi per aliam, & aliam quantitatem: & ita a primo ad ultimum. Quantitas est ratio faciendi indiuiduum. & istis tribus conclusionibus, iste relinquit illud antecedens probatum.

3. conclusio nib. probat antecedens.

Solutio secūdæ rōnis Godof.

¶ Respondet Sco. ad istud argumentum, quando arguitur sic iste ignis &c.] Nego istud antecedens; imo si illud antecedens esset uerum, æque benè concluderetur, quòd idem generaret se, per hoc argumentum. Nam si præcisè iste ignis generans distinguitur ab illo igne genito ab ipso per quantitatem, tunc separaretur quantitas ab illis, hoc est possibile, quia distinguitur realiter: etiam. quia in eucharistia, quantitas separatur a substantia de facto. Tunc, illæ separata, nullo modo differunt ille ignis generans, & ille ignis genitus, sed sunt penitus idem per se; quia tota distinctio illorum erat per quātitatem, & ita idem generabit se. Quod nullus uellet dicere. Nec etiam ipse diceret hoc. ergo antecedens, uel assumptum est manifestè falsum. tamen quicquid sit de ipso. quia dare instantiam non est completè soluere. Ideo Scotus dicit ad argumentum quando arguitur sic Totalis distinctio &c. Nego hoc, dicit Scotus. Nam duæ conclusiones præmissæ sunt falsæ, scilicet secunda & tertia. Nam de prima, quòd ille ignis &c. transeat illa, tamen aliæ duæ sunt falsæ primo secunda est falsa, scilicet, quod forma non distinguitur a forma, nisi quia est in alia, & alia materia. Nam dicebamus heri, quod actus distinguit & separat. quare forma est illud, quod distinguit, & non ipsa materia; istud non oportet impugnare, licet alia forma habeat aliam materiam, & alia aliam. Tamen alietas formæ, non est propter alietatem materiæ, sed rationibus formalibus suis habent ipsæ formæ, quod una non est alia. Nam forma habet rationē actus: patet etiam secundum Philosophum: membra cerui non differunt a membris leonis, nisi quia anima differt ab anima. Anima, idest forma, & non dicit, nisi quia materia, sed anima, idest forma. Illa ergo conclusio est falsa. Similiter tertia conclusio est falsa, quod materia non est alia, nisi per aliam quantitatem, falsum est, benè concedo tamen, quod quando est alia. & alia materia, est alia, & alia quantitas. quoniam consequitur illam. alietas quantitatis, bene sumitur ex alietate materiæ: sed non est è cōuerso, ut ipse dicit. & ita illa ratio Godofredi non concludit.

Reprobat Sco. secundam & tertiam conclusione Godofred.

Formæ non distinguuntur propter materiam, sed ex suis roīibus formalib. tantum Sco.

Ad confirmationem resp. Sco.

Confirmat tamen ipse istam secundam rationem una tali ratione; & hic est maior difficultas, & uult probare, quòd propter aliam, & aliam quantitatem, dicatur esse alia, & alia substantia materialis. Arguitur sic. Generans generat aliud propter distinctionem materiæ: sed ille generans non habet aliam materiam distinctam a materia geniti, nisi propter aliam, & aliam distinctam quantitatem, quam habent: ergo quantitas est ratio distinguendi illam substantiā. Antecedens patet. Nam si generans haberet eandem quantitatem, iam idem generaret se, & generans non potest generare, nisi supponēdo materiam quantam, dicit ipse; etiam in Philosophia; Vniuersaliter agēs naturale non agit in non quantum: & quòd illa materia sit quanta alia quantitate, Arguitur sic. Quia illa materia geniti, non est quanta quantitate ignis generantis: Nam tunc idem generaret se: ergo dicitur materia esse quanta, natura geniti

esse

esse quanta, & alia quantitate ab illa, qua est quanta natura generantis. Sed ꝙ in natura geniti præsupponitur, ut sic, patet ꝙ materia erit hæc per quantitatem.

Soluit Sco. confirmationem.

Respondet Sco. ad istud argumentum. Quando arguitur sic. Agens naturale non est generans &c. transeat hoc: sed non potest &c. Nego istud. Vel transeat pro nunc, Quicquid sit de illo, quando dicitur nõ potest agens naturale agere, nisi inquantum &c. dico, quòd falsum est. Nam potest agere in nõn quantum. Nam non perficit materia agens naturale, nisi inducendo formam in illo, quæ forma substantialis est principium omnium accidentium in composito. Illa ergo uniuersaliter ast falsa, & hoc maximè, quando agens naturale agit ad generationem, tunc agit in non quantum. Bena posset esse uera, quandó agens agit ad alterationem, uel augmentationem, quòd tunc requiritur materia quanta. hoc transëat pro nunc. Dico tamen, ꝙ unitas materiæ, est passio immediatè præcedens rationem generationis; & ita ꝙ ad hoc, ꝙ generans dicatur aliud generare, requiritur, ꝙ ipsum habeat materiam unam i. hanc signatam: & ita illa unitas est ratio distinguendi illam: qua distincta materia, illud producit aliud. Secundo dicit, quòd generans præcedit tanquam naturale agens generationem illam, sic tamẽ, quod præsupponit materiam ipsam, in qua agat. Nam educit formam de potentia materiæ, & aliter non agit. Dico tertio, ꝙ agens naturale præsupponit materiam quantã concomitanter. probatur hoc. Nam agens naturale semper requirit materiam, uel passum, in quod agat: & quia materia, nunquam est sine forma actualiter, ideo concomitanter agens naturale in actione sua, requirit materiam quantam, & non primo, & per se; quia sine illa forma substantialis sufficit. Modo illa confirmatio nõ ualet, quia non probat, quòd ipsa quantitas dicatur esse ratio distinguendi primo, & per sa substantiam materialem, sed occasionaliter tantum; quia concomitanter, & non aliúd. Nam quòd illa sit quanta illa quantitate, hoc est concomitanter, quia scilicet ratione materiæ, quam agens naturale præsupponit, & sic istud bene soluitur.

Forma substantialis ẽ principium omnium accidentium in cõposito.

Quo agens naturale requirat materiã quantam.

¶[Si obiiciatur, quòd saltem &c.] Pro opinione Godof. arguebatur. Quantitatem esse causam, & principium indiuiduandi substantiam materialem; quia iste ignis, & ille, non distinguuntur. Vltimate, &c. dictum est ad hoc, quòd agens naturale præsupponit materiam, non tamen materiam quantam; licet ipsa quantitas concomitetur. Contra hoc nunc arguit Sco, pro Godof probando ꝙ argumentum stat. Arguitur sic, in generatione, generans necessario requirit materiã quantam: ergo argumentum illud stat. Antecedens patet, ut dictũ est, agens naturale antequam generet, non respicit materiam nudam, sed præsupponit illam distinctam, & quantam, determinatam per quantitatem, ratione quantitatis; & illud argumentum stat. ista est replica.

Obiicit Sco. cõtra se pro Godof.

Respondet Scotus ad hoc Argumentum per tria dicta. Primum ast. Quantitas, & generaliter omnia accidentia corruptibilia, presupponuntur ordine durationis ipsi indiuiduationi geniti. exemplum declarat istud, quando ex igne generatur aqua, corrumpitur ipse ignis, & generatur aqua; corruptum est ipse ignis. Modo dicit dictum, ꝙ quantitas ipsius ignis, & omnia accidentia, præsupponuntur indiuiduationi ipsius aquæ, quæ generatur. Nam totum compositum secundum omnia accidentia sua, & secundum omnes proprietates præsuponitur in indiuiduatione ipsius geniti. Secundum dictum, licet quantitas corrupti & omnia accidentia illius uniuersaliter præsupponãtur ipsi indiuiduationi, tamen non præsupponitur ab ipso agente quantitas illius. Modo concedo argumẽtum totum, tamen nihil ad propositum. Nam non prerequiritur materia quanta, licet bene materia eadem sit in per se supposito genito. Tertium dictum, sicut accidentia corrupti sequuntur formam substantialem illius cuius sunt &c. Vnde pro declaratione illorum imaginando sunt tria, in generatione naturali. prima est materia, sine forma inducenda; deinde inducitur forma substantialis intenta ab agente naturali: & tertio ipsa forma substantialis est principium effectiuum omnium accidentium; & non solum materia illorum subiectiua, sed etiam in genere causæ efficientis, efficit illa. Tunc illa forma inducta in materia, & existente in materia generantur illa accidentia consequentia illam ordine suo. sicut illa accidẽtia prius habebant esse in corrupto, stante forma ipsius in materia, & uirtute illius formæ substantialis. Ideo agens naturale, non prerequirit in genito illam quantitatem. Ex istis patet nunc. Resolutio ad argumentum concedo, ꝙ agens naturale generans, requirit materiam corrupti quantam; non tamen materiam geniti; & ita natura geniti non indiuiduaretur illa quantitate: & per consequens nihil ad B.

Soluit Scot. obiectionem per tria dicta.

Primum dictum.

2. dictũ Sco.

3. dictũ Sco.

Tria imaginanda in generatione naturali.

Forma substantialis ẽ non solũ materia, sed efficiens omnia accidentia ipsius geniti secundũ Sco.

Soluitur replica.

Sed ea intentione Godofr. de fontibus Quol. 10. q. 3. Arguit Sco. contra prædicta de diuerso, probando, ꝙ agens naturale præsupponat materiam geniti quantam, & non solum materiam corrupti. & arguitur primo ratione, deinde auctoritate. Ratione arguitur sic. Si hoc esset uerum, ꝙ generans naturale non præsupponeret materiam quantam, sequeretur, quòd agens naturale respiceret materiam nudam, & passum nõ quãtum: consequens hoc est falsum; ergo & antecedens. consequãtia patet bene, quia respicit per te materiam geniti non quantam, & illa non potest esse nisi nuda materia, istud tamen non est falsum. probatur quodam dicto communi, ꝙ agens naturale non attingit materiam nudam uel ut materia est; sed materiam, ut quanta est. & ita uidetur ꝙ non bene dicas.

Scot. arguit cõtra se pro Godof.

Respondet Scot. ad hoc argumentum duo faciendo, primo ostendit, ꝙ Godof. contradicit sibi in dictis prius. Secundo ad argumentum dicet. Quantum ad primum dicit Scotus, ꝙ ponentes illam opinionem habent quatuor dicta, cum quibus nõ stat istud dictum, sed, quòd agens naturale respicit materiam. primum dictum est, ꝙ quantitas non ast actus primus materiæ, & bene dicit. Nam primus actus materiæ est forma substantialis; & quantitas est accidens per accidens ipsius materiæ. Secundum dictum est, secũdum illos. Nulla forma corporeitatis manet eadem in genito, & corrupto. Istud probaretur etiam Physicè, Ex primo de generatione. Nam in omni corruptione, fit resolutio usque ad materiam primam, & nihil illius corrupti manet, nisi materia prima, etiam quando aliquid generatur, fit resolutio usque ad materiam primam. istud dictum secundum nos est uerum. Tertium dictum. Nulla quantitas, manet eadẽ in genito, & corrupto. Expressà cõtradicit sibiipsi. Quarto dicit, ꝙ quantitas siue in genito, siue in corrupto, perficit substãtiam compositam, sic ꝙ quantitas non habet præcisè pro subiecto materiam, uel formam, sed totum cõpositum ex illis. & in istis dictis bene dicit. Ex istis etiam dictis bene sequitur, quòd agẽs naturale non respicit materiam quantam. quia nulla manet quantitas, quæ fuit in corrupto. ipse ergo non potest dicere, ꝙ agens naturale respiciat materiam quãtam geniti. & per consequens contradicit sibiipsi. Sed quicquid sit de illo, dicit Scotus, Dicamus ad argumentum, & pro hoc dat Sco. unam regulam talem, quòd quantitas, & quodcunque accidens corrupti, uniuersaliter est posterius substantia ipsius corrupti: & quãtitas, & quodlibet accidens ipsius geniti, est posterius substãtia ipsius geniti. Breuiter omne accidens est posterius substantia. probatur ex 7. Metaph. substantia est prior omni accidente, natura, tempore, & diffinitione. Vt dicemus etiam cras. & ita forma substantialis perficit materiam nudam, non quantam. Modo quando arguitur sic. si agens naturale &c. Concedo consequens, & cum dicitur, hoc est falsum. Nego istud; & cum probatur, quia agens naturale non respicit &c. Nego istud. Nam agens naturala respicere materiam, non quòd cum òculis uideat illam, sed debet intelligi, quòd agens naturale perficit materiam nudam, dando sibi formam, ultra formam, quam habet, & ultima forma immediate informat naturam, & ideo agens naturale respicit illam. si ergo forma substantialis, qua agens respicit materiam, perficit illam; argo agens naturale respicit materiam, ut materia est, non ut quanta, uel quòd quantitas sit ratio media, quare agens naturale inducat formam in illam. Exemplum: sine quantitate paries non dicitur albus, & per consequens illa propositio assumpta est falsa.

Resp. Scot.

4. dicta Godofr.

Regula Sco. omne accidens geniti ẽ posterius eo.

Confirmatur tamen illa ratio secundum Auerr. de substãtia orbis, quia si non remaneret eadem quantitas in genito, & corrupto, sequeretur ꝙ generãs de nõ corpore generarat corpus, consequens tamẽ est falsum. probatur consequentia. Nam per quãtitatem, quæ deficit in corrupto, dicitur non corpus; & de corrupto generatur genitum. Et ita ex non corpore generatur corpus, quod tamen uidetur negare ipse Auer. in illo libello.

Confirmatio per Auerr.

Respondet Scotus ad illud argumentum, quòd non est incõueniens illud, ꝙ uidetur habere Auerr. pro inconueniente. s. ꝙ ex nõ corpore generetur corpus. Notat tñ Sco. unam distinctioné, ꝙ ex nõ corpore, generari corpus, uirtute agẽtis naturalis, põt intelligi dupliciter. uno modo, ut ly de, dicat circunstãtiam termini a quo. Alio modo ut ly, de, dicat circunstãtiam subiecti. Primo modo, sensus est, ꝙ non corpus, est terminus a quo ipsius generationis, uel prædicationis, ut ex albo fit nigrũ. etiam, ut terminus a quo, hoc modo est falsa. Nam terminus, à quo est aqua, quæ corrumpitur: Ideo non est dicendum, ex non corrupto fit genitũ. Secũdo modo illa est uera, quia ly ex, uel, de, dicat circunstantiã subiecti; quia ex non corrupto, tanquã

Resp. Sco.

sub-

ſubiecto ſit genitum, ideſt ex materia ipſius corrupti, quæ non eſt corrupta, ſit genitum. etiam hoc dicimus, ex non compoſito fieri compoſitum, tãquam ex ſubiecto: ex compoſito tamen ſit compoſitum primo modo, ſcilicet tãquam termino a quo. & ita illud non ualet.

Cõtra reſp. inſtatur.

Datur tamen una inſtantia, quòd ſi agens naturale de non corpore producit corpus, ut de ſubiecto, &c. ſequitur, quòd agens naturale reſpicit materiam, non ut quantam, quod tamen eſt falſum.

Soluitur inſtantia.

Reſpondet Scotus, ſicut dictum eſt, ꝙ ſicut de non compoſito, ut parte poteſt generari uirtute agentis naturalis compoſitum; ita de non corpore, & parte, bene poteſt generari compoſitum. Nam materia eſt pars compoſiti, quæ materia manet in corruptione. & ita illa materia ſit pars compoſiti geniti. & hoc nullum eſt inconueniens. Idem dico etiam, quòd, de non quanto, ut ſubiecto poteſt generari corpus. Ex iſtis oportet dicere, ꝙ nulla dimenſio interminata, remanet eadem in genito, & corrupto. Nam illa quantitas non manet in genito, quæ præfuit: licet agens naturale præſupponat illam quantitatem corrupti. Nulla ergo dimenſio interminata manet in illis, ut patet diſcurrendo per omnes modos dictos; & ſic patet quomodo illud non concludit.

Arguit S. cõtra God.

¶ Contra iſtam quæſtionem arguo quatuor &c.] Conſequenter uiſo modo ipſius Godof. & ſolutis motiuis ipſius, Scotus impugnat illum modũ dicendi, quatuor, uel quinque uiis,

4. Viæ.

ut patet in proceſſu libri. Quarum prima eſt ex ordine ſubſtantiæ, quem habet ad ipſum accidens. & arguitur probãdo, quòd

Prima uia cõtra Go.

quantitas non ſit ratio, uel principium indiuiduandi ipſam ſubſtantiam, & tres uiæ primæ uniuerſaliter probant de quocunque accidente. quarta tamen uia, & quinta ſpecialiter ſunt

Diſt. ſuppo nitur.

de quantitate. Primo arguitur & pro iſta ratione ſupponitur una diſtinctio. ſcilicet, quòd aliquid poteſt dici indiuiduum dupliciter. Vno modo dicitur indiuiduum indeterminate. Alio

Indiuiduũ dupliciter.

modo indiuiduum determinatè. Vnde indiuiduum indeterminatè, eſt omne ſingulare in ſua ſpecie. Vt quilibet homo ſecundum ſuam ſpeciem, dicitur indiuiduum; nam poteſt determinari hac, uel illa ſingularitate. Secundo modo indiuiduum determinatè, eſt illud, quod dicit naturam determinatam, & contractam ſua propria ratione ſingularitatis, uel differentia indiuiduali. Modo cum in iſta quæſtione noſtra quæritur cauſa indiuiduandi, contra opinionem arguitur de indiuiduo ſignato, & determinato.

Deducitur prima rõ cõtra Godofr.

Notandum etiam ſecundo, ꝙ ut dictum eſt, quòd cum dicimus aliquid eſſe indiuiduum, dicimus aliquid, cui repugnat diuidi in plura ſolo numero diſtincta; & non ſolum iſtud, ſed etiã dicimus illud tale eſſe indiuiduum determinatum iſta, uel illa differentia indiuiduali. Tunc ſic arguitur per rationem. Si ſubſtantia materialis eſſet indiuidua, & hæc per quantitatem, uel quocunque aliud accidens, ſequitur, ꝙ ſubſtantia eadem numero, nulla facta mutatione ſubſtãtiali in illa, poſſent eſſe duæ ſubſtantiæ ſucceſſiuè. Nunc eſſet una, & poſtea alia: conſequẽs iſtud eſt ſatis abſurdum apud omnes; ergo & antecedens. conſequentia probatur, quia eadem ſubſtantia numero, poſſet eſſe nunc ſub iſto accidente, & poſtea ſub alio, nulla mutatione ſubſtantiali facta, in ſubſtantia ipſa: cum deus poſſit mutare accidentia ipſa in ſubiecto. uel illa, ſine ſubiecto facere, & poteſt etiam illam quantitatem ponere in alio homine; & ita erit eadem ſubſtantia, quæ prius; & ſubſtantia Sortis erit ſubſtantia Platonis, & eadem quantitas: ergo una ſubſtantia erit duæ, & duæ una.

Reſp. God. et ſectatorum,

Reſpondent tamen Godofred. & ſequaces illius, quòd iſtud argumentum ſupponit unum ſupra naturam, uel procedit ſuppoſito miraculo, & nos loquimur naturaliter; licet ergo argumentum iſtud propter illum caſum benè concludat, nihil tamen contra me. Nam ego loquor naturaliter. Et caſus eſt ratione miraculi factus: & ſic euaderet argumentum. Contra illud tamen arguit Sco. quia miraculum nõ eſt reſpectu illius, quod ſimpliciter implicet contradictionem, ſed eſt reſpectu illius,

Scot. reprobat ſolutionem Godof.

quod eſt poſſibile fieri. Si ergo hoc eſt miraculum, quòd una ſubſtantia ſucceſſiuè fiet duæ ſubſtantiæ, tam iſtud eſſet poſſibile, & non impoſſibile, ſcilicet (ſuple tn) iſtud eſt ſimpliciter impoſſibile, quòd una ſubſtantia eadem numero, ſit duæ ſubſtantiæ, & quòd nulla mutatio ſubſtantialis fiet; ſimpliciter eſt impoſſibile: & ita miraculum non ſe extendit ad illud. Nam miraculum, licet excedat uires naturæ, non tamen omnipotentiæ Diuinæ.

Cõfirmatur ſolutio.

Confirmatur iſta reſponſio, a ſimili, ſupponendo, quòd eſt duplex unitas: quædam eſt minor unitate numerali. Alia eſt unitas numeralis. prima eſt unitas ſpecifica; & ita ſicut eſt ſimpliciter impoſſibile unam, & eandem ſpeciem, nulla mutatione facta, eſſe plura ſpecie, uel aliam, & aliam ſpeciem. Ita etiã eſt ſimpliciter impoſſibile, unum, & idem numero eſſe plura numero. patet primo ſecundum Porphyrium, quomodo ſpecies duæ non permiſcentur ad unam aliam ſpeciem producendam: ergo etiam unum non poteſt eſſe plura numero, patet conſequentia quia unum numero eſt magis unum, quàm unũ ſecundum ſpeciem. & ita ille modus dicendi non uidetur ualere.

2. reſponſio ad idem ex prima uia

Secunda ratio Scoti ex prima uia ad probandum, ꝙ nulla quantitas, & generaliter nullum accidens poteſt eſſe principiũ indiuiduandi ſubſtantiam materialem eſt iſta. Et iſtud argumentum eſt bonum. Arguitur ſic. Impoſſibile eſt eandem ſubſtantiam eſſe terminum primum, & adæquatum duarum productionum completarum, in eſſe ſimpliciter, & ſubſtãtiali, ſed ſi ſubſtantia materialis eſſet indiuidua per quantitatem, uel accidens aliquod, tunc eadem ſubſtantia eſſet terminus primus, & adæquatus duarum productionum. ergo impoſſibile eſt quãtitatem eſſe principium indiuiduandi ſubſtantiam. pro iſto argumento notandum eſt, quòd illa maior poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, quòd una ſubſtantia ſit terminus, ſimul, &

Maior rõnis põt dupliciter intelligi.

ſemel duarum productionum ad eſſe ſimpliciter, ſcilicet, quòd una ſubſtantia eſſet terminus creationis propriè dictæ, quæ eſt ad eſſe ſimpliciter; & quòd ſit etiam terminus ſubſtantialis generationis quo ad eſſe ſimpliciter, & actione agentis naturalis. & hoc eſt impoſſibile ſimul, & ſemel. Secundo modo ſic, ꝙ eadem ſubſtantia ſucceſſiuè, nunc ſit terminus unius productionis ſubſtantialis in eſſe ſimpliciter, nunc alterius. Quia tũc idem bis produceretur. Nã productio debet eſſe ad illud, quod non eſt, & quomodocunque illa maior intelligatur, ſemper eſt uera in hoc caſu. patet per caſum Scoti. Iſte panis, qui conficitur in Miſſa, eſt unus panis numero, & indiuiduum, & dicitur eſſe hic panis per ſuam quantitatem per ſe. Tunc facta conſecratione a Sacerdote, eſt quantitas illa, tamen non eſt ipſe panis. Tunc uolo etiam, ꝙ Deus creet alium panem, qui afficiatur illa quantitate, quæ remanſerat ſine ſubiecto in conſecratione. Tunc eadem ſubſtantia eſt terminus primus duarum productionum, ad eſſe ſimpliciter ſucceſſiuè ſe habentium ad inuicem. patet conſequentia. Nam iſte panis de nouo creatus, eſt idem panis cum illo, q. prius fuit; patet quia habet illam eandem quantitatem, quæ per te eſt ratio eſſendi illi hic, & idẽ panis: ergo eſt idem numero panis. & tunc ille panis fuit terminus creationis ſimpliciter. & prius fuerat terminus illius productionis, qua ille panis fuit factus; & per conſequens terminus duarum productionum. Imo, quòd peius eſt, dicit Scotus, ſequeretur, quòd ille panis non eſſet conſecratus. Nam illa ſubſtantia de nouo cauſata ſub illis accidentibus, non eſt conſecrata & per te eſt idem numero panis, qui fuit ante conſecrationem, quia eadem quantitas; & ita ille non fuit unquam cõſecratus. Iſta ſunt falſa, & abſurda: ergo & illud, unde ſequuntur. & per conſequens oportet dicere, quòd quantitas non eſt principium indiuiduandi ſubſtantiam: & hoc argumentũ maximè cogit. Et ſic patet prima uia.

Arguit Sco. ex ſecunda uia .ſ. ex ordine accidẽtis ad ſubſtantiam. Rõ deducitur.

Secunda uia arguendi Contra illum modum Godufred. qua dicebatur ſumi ex ordine ſubſtantiæ ad accidens. Arguitur, ꝙ nullum accidens poteſt eſſe ratio indiuiduandi ſubſtantiam. Arguitur ſic. Subſtantia eſt prior naturaliter omni accidente. nam tempore, & definitione; ſed ſubſtantia non eſt prior accidente, niſi ſecundum ſuam totam coordinationem prædicamentalem: ergo ſubſtantia ſingularis eſt prior illis modis, omni accidente; & per per conſequens eſt prior ipſa quantitate. & ultra benè ſequitur, ſubſtantia eſt prior quantitate; ergo quantitas non eſt principium indiuiduandi ipſam ſubſtãtiam materialem, quod eſt propoſitum. Maior illa aſſumpta eſt Philoſophi, & ſecluditur una expoſitio aliquorum, ad illam auctoritatem, ꝙ illa intelligitur tantum de ſubſtantia prima ſimpliciter, & omnino, ſcilicet de deo, quòd ſcilicet illa ſit prior omni accidente illis modis. patet tamen, quòd iſta expoſitio non eſt de mente Philoſophi, dicit Doctor noſter. Nam Philoſophus ibi diuidit ens extra animam, in decem genera. Deinde comparat ſubſtantiam, quam diuidit, ad omnia illa nouem genera accidentium, dicendo, ꝙ ipſa eſt prior omni accidente: ideo non loquitur Philoſophus de prima ſubſtantia, nempe de Deo. Sed de uno genere diuidẽte ens, quod dicitur ſubſtantia: quia Deus non eſt in genere. Illa ergo expoſitio non ualet. Et ita maior reſtat uera, loquendo de ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum accidentium. Minor etiam patet, quia ſi non eſſet prior omni accidente, iam non eſſet ſimpliciter prior. Et tamen Philoſophus dicit, illam ſimpliciter eſſe priorem omni accidente,

&

& a toto genere. & ita hæc substantia singularis quæcunque est perfectior, & prior omni accidente, & per consequens ouila substantia per quodcunque accideos est hæc, & uoa numero, & singularis.

Confirmatur ista ratio. oam secundum Aristotelem Aliqua substantia est maxime substantia, puta substantia prima, quæ principaliter, & maxime substare dicitur. & secunda substãtia dicitur non maxima; homo non est albus, nisi quia aliquis homo est albus. Tunc arguitur sic. Illud, quod per se conuenit alicui, maximè conuenit illi, quod est maxime tale: sed per se cõuenit substantiæ, habere prioritatem respectu omnium accidentium, illi triplici modo: ergo habere prioritatem ad accideotia illo modo, cõuenit illi, quod est maximè substantia, & illa est substantia prima: ergo ipsa maximè erit prior omni accidente; & per cooseques, ipsa noo indiuiduabitur per accidens quodcunque, tanquam principio quo. Maior patet inductiuè, in omnibus, quę per se conueniunt alicui, si per se conuenit albedini disgregare uisum, illud maximè conuenit albedini perfectiori inteosiuè: Nulli dubium est de ista maiori, si color immutat uisum, perfectissimus color maximè immutabit uisum. Minor illa probatur satis ex dictis. ergo istud argumentum concludit propositum.

Cõfirmatur ratio.

Datur tamen una euasio ad istud argumentum per oνam distinctionem, quòd substantiam primam esse priorem accidentibus, potest intelligi dupliciter. Vno modo in essendo. Alio modo in distinguendo, uel indiuiduando. Primo modo dicũt illi. Concedo quòd substantia simpliciter est prior omni accidente in essendo: & hoc uult habere Philosophus, dicunt isti. Secundo dicunt, quod non est uerum. Secundo modo, quod substantia dicatur esse prior accidente, indiuiduando; nec hoc uult habere Philosophus, imo aliquod accidens potest esse prior ipsa substantia, in ratione indiuiduandi, & faciendo unum numero.

Euasio ad arg. & acci pit substantiã primã.

Contra tamen ipsam enasionem arguit Scotus, quod ipsa implicet. Nam benè sequitur substantia est prior omni accidente in essendo; & substantia dicitur esse hæc, & non per aliquod accidens; & per consequens nec per quantitatem. Antecedens patet per te. consequentia probatur. nam substãtia in illo prio ri, quo est prius, quam quantitas, uel accidens, non potest intelligi nisi hæc una numero, & cætera. quomodo tunc erit ipsa substantia una numero, per quantitatem, non uidetur, & per consequens illa euasio destruit seipsam.

Reprobat euasionem.

Et ideo confirmatur illa ratio Scoti, contra istam euasionẽ sic, quia si substantia prima esset prior omni accidente, quo ad esse, non autem quo ad distingui, sequitur, quòd quantitas esset prior in essendo, quàm ipsa substantia; quod tamen est contra illud antecedens, quod ipse concedit, ut patet benè. consequentia probatur: Nam dicimus, quòd si quantitas dicatur esse prior ipsa substantia, hoc ideo esset, quia quantitas distinguit substantiam: & per consequens quantitas erit a ctus primus ipsius substantiæ, dans illi esse; quod eadem sunt principia essendi, & distinguendi: ergo illa quantitas est prior ita benè in essendo, sicut in distinguendo, & istud est falsum: ergo dicendum est, quòd quantitas non est ratio indiuiduandi substantiam ipsam.

Cõfirmatur rõ secũdum Scot.

Sed quomodo ipsa forma dicatur esse prior ipso composito, & magis ens, quam compositum; hoc habet locum in Quo lib. q. 9. articu. tertio, quomodo intelligitur, quo ad principationem. Nam formæ conuenit principiare, & dare esse ipsi cõposito; & non è conuerso. Nõ tamen intelligitur, quòd forma dicatur magis esse ens intrinsecũ, quàm compositum. De hoc ibidem.

Dub. quo forma sit prior compo sito.

Confirmatur secundo eadem ratio, probando, quòd substãtia prima sicut est prior ipso accidente, in essendo, etiam est prior in distinguendo. Nam benè sequitur, substantia prima est prior in essendo ipsa quantitate; ergo est prior ipsa quantitate etiam in distinguendo, idest non distinguitur per ipsam quantitatem, sed prius est distincta, & hæc, quàm ipsa habeat quantitatem. probatur, quòd benè sequatur. Nam substantia prima est causa efficiens aliquo modo ipsius quantitatis, & cuiuscunque alterius accidentis corporalis: & secundum Philosophum, effectum singularium causæ sunt singulares; ergo illa substantia est prius, hæc, & singularis, quàm habeat quantitatem: & ipsa quantitas non est ratio indiuiduandi illam. ista ratio est bona.

2. Confirm.

Tertiò finaliter confirmatur eadem ratio, & arguitur sic: Omne, quod est prius alio natura, est etiam prius illo duratione. est una magna conclusio, & maior Scoti, tamen patet, quod in cet in libro; sed substantia prima, (etiam per te, est prior ipsa es-

3. Confirm. quod è prius alio natura è prius etiã duratione.

sendo ipsa quantitate, natura ad minus; ergo ipsa substantia prima est prior ipso accidente, etiam in essendo secundum durationem, uel duratione. Totum argumentum est benè clarũ, nisi maior, quæ est satis dubia. Vnde Notandum est, ut dictum est supra, quod septimo Metaphysicæ Philosophus dicit, quod substantia est prior accidente, natura, tempore, & duratione, idest quod illud est prius duratione aliquo alio, cui quantum est de se, non repugnat esse sine illo. & illud etiam, quod est prius natura aliquo, sic se habet, quod in illo priori, quo dicitur esse prius illo natura, non repugnat posse esse sine illo, ut sic, non repugnat priori esse sine illo posteriori. Benè exponit ergo se Scotus, quomodo intelligatur ista maior. Nam communiter arguitur ea hoc passu contra Scotum, quod passio propria distinguatur realiter, ab ipso subiecto; & arguitur sic. Quod est prius & c. sumendo illam maiorem, ergo non repugnat subiecto, esse sine passione propria; concedo quantum est de se, ut est prius illa, nõ repugnat illi. Si autem aliquo modo repugnet illi, hoc tantum est ratione identitatis realis, quam habeat inter se; quia sunt idem realiter. Hoc modo capiendo prius duratione, idest, quod non implicat, uel cui repugnat. Nulla talia argumenta ualent. ista ergo maior patet, ad propositum: ergo huic substantiæ non repugnat esse sine quocunque accidente; quantum est de se. Et ita est prior illis natura, & tẽpore, ad sensum datũ, & per consequens ipsa non indiuiduatur per ipsam quantitatem, quod est probandum.

Ardua pro positio Sco. & dubia.

Tertia uia arguitur Contra Godofredum de fontibus probando, quod quantitas non est principium indiuiduandi substantiam, nec etiam quodcunque accidens: & pro hoc supponitur, quod duplex est coordinatio prædicamentalis, uel quòd dupliciter consideratur illa coordinatio. Vno modo fundamentaliter, & tũnc nõ est aliud, quàm illa, quæ ipso ponuntur directè ut substantia, corpus, uiuens, anima, rationale, ista sunt prædicamentum substantiæ fundamentaliter, secundum mage commune, & minus commune, nõn plus. Secundo modo capitur formaliter, & tunc coordinatio prædicamentalis, nõ est aliud, quàm quidam ordo, inter illa fundamentaliter dicta, quæ ponuntur in ipso prædicamento. Modo dico, quòd hic in argumento capitur prædicamenti coordinatio fundamentaliter, & non formaliter. Arguitur sic. deducitur argumentum quacunque coordinatione prædicamentali, sunt omnia illa, quæ per se pertinent ad illam coordinationem, circumscripto etiã omni alio, quod non est aliquid illius coordinationis: sed ad perfectam, & completam coordinationem prędicamenti petri oent singularia, & indiuidua illius generis, ual prædicamenta: ergo in quacunque coordinatione prædicamentali sunt indiuidua, & singularia illius, etiam quocunque, quod non est aliquid illius coordinationis, circumscripto; & per consequens in genere substantiæ sunt indiuidua, & singularia, circunscripta quantitate, quæ non est aliquid per se, nec reductiuè illius coordinationis. & per consequens singularia, uel indiuidua prædicamenti substantiæ, non indiuiduantur nisi per substantiam. Maior patet, Nam secundum Aristotelẽ duæ coordinationes prædicamentales, sunt primo diuinæ. communiter dicitur, quæ essentiæ prædicamẽtorum sunt impermixtæ: ergo illud, quod est in uno prædicamento, non habet esse in alio eo modo, & sub illa ratione, qua est in illo: uel aliquid illius non est aliquid alterius. quia aliter illæ coordinationes non essent primo diuersæ.

3. Arguit ex ordine. Deducitur argu.

Notandum tamen, quòd duæ coordinationes prædicamentales tales, esse primo diuersa, potest intelligi dupliciter. Vno modo obiectiuè. Alio modo subiectiuè. Obiectiuè sunt primo diuersæ illæ duæ prædicamentales coordinationes, quæ in nullo conueniunt conceptu reali. & hoc modo non debet intelligi, quòd illa sunt primo diuersa, quia cõceptus entis realis est uniuocus illis decem coordinationibus; nec hoc modo intelligit Sco. Secundo modo subiectiuè, scilicet quia diuersa genera, & species unius generis sunt primo diuersa ab ipsis generibus, & speciebus alterius generis: quia nihil unius prædicamẽti, constituit aliquid alterius prædicamenti. Quia diuersorum generum non subalternatim positorum, diuersæ sunt species, & differentiæ. Et hoc modo intelligitur, illa esse primo diuersa, & non aliter. Et sic illa maior patet. Minor probatur, quò ad prædicamentalem & c. Nam sicut quo ad prædicamentalẽ coordinationem pertinet supremum prædicabile, etiam ad illam eandem pertinet illa ultima, uel infima subiicibilia. Vnde supremum prædicabile est genus generalissimum, & sic datur ipsum genus generalissimum, quod sic prædicatur, quod nullo modo subiicitur, sic etiam datur, uel dabile est aliquid prædicabile, uel aliquid in linea prædicamentali, quo sic subiicitur

quod

quod nullo modo prædicabitur, nisi de ipso, & illa sunt singularia in uno quoque genere. & ita illud singulare datur in primo genere substantiæ, siue quocunque alterius generis. Notandum tamen, quòd quando dico genus generalissimum sic prædicari, quòd nullo modo subiicitur, hoc debet intelligi respectu alterius prædicati superioris limitati, uniuiq; quia nullū tale habet, ut dicitur in summulis. Non tamen intelligitur respectu generis superioris, & transcendentis; quia multa talia sunt, ut ens: & sic patet illa tertia uia contra Godofredum.

Arguit secundo ex eadem uia.

Ex eadem tertia uia arguitur. Quod substantia materialis non dicatur esse hæc per quantitatem, uel aliud accidens sic. In quocunque ordine prædicamentali, secluso quocunque alterius generis, & per consequens in genere substantię, est ratio speciei specialissimæ. Sed de ratione speciei specialissimæ est habere, per se indiuidua, de quibus pręedicatur per se, prædicatione dicente, hoc est hoc, in recto: ergo in omni genere sunt indiuidua, secluso quocunque alterius generis: & per consequens in genere substantiæ sunt talia. Maior patet. Nam secundum Augustinū Nullus finget species specialissimas, esse in aliquo genere, per aliquid alterius generis; nullus dicit, quòd homo est in genere substantiæ, per aliquid generis accidentium; Nisi fortè dicat Sco. in respectiuis. Nam aliqui dicūt, q aliquod prædicamentum est, quod non habet species, ut, quando, uel si habet species, illæ sunt generis relationes. Istud tamen est in respectiuis. In absolutis, nullus debet. & hoc sufficit Scoto. licet illa opinio de respectiuis sit falsa: ad minus tamen est uera in absolutis. pro nunc ad minorem quæ fuit; sed de ratione &c. patet secundum Porphirium, species specialissima est, quæ cum sit species, nullo modo potest esse genus: Dicitur tamen de pluribus numero, in eo quod quid immediatè. Ita omne illud pertinet ad genus prædicamentale, quod facit ad rationem speciei, quæ est in illo genere. & ita illa indiuidua faciunt, ad rationem generis, & speciei, & non per aliquid alterius generis. Modo cum in genere substantiæ, dicantur esse genera & species, & manifestius, quàm in alio quouis genere, illę habebunt sua indiuidua, de quibus per se dicentur, quocūque, alterius generis remoto. Et ita remota quantitate, indiuidua substantiæ erunt indiuidua; & per consequens quantitas, uel quodcunque accidens, non erit principium indiuiduandi substantiam, quod erat probandum.

Arguit tertio ex eadem uia.

TERTIÒ arguitur ex eadem tertia uia sic. Si substantia materialis esset hęc per quantitatem, sequeretur, quòd species specialissima generis substantiæ non posset per se dici de suis inferioribus, & indiuiduis: consequens est falsum. Nam ex dictis, species est, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero. consequentia probatur, supponendo illud quinti Metaphysicæ, q de ratione in se falsa, nihil dicitur uere, nec de ratione per accidens, nihil dicitur per se. de homine albo non dicitur album per se, uel rationale. Modo si substātia materialis, indiuiduaretur per quantitatem, ipsa esset unum per accidēs; & ita de nullo diceretur per se. Nec aliquid de ipsa. Et ita substantia non diceretur per se de se ipsa, quod tamen est falsum, q illa non dicatur per se, hæc substantia numeralis est substantia. Et ita dicendum est, q substantię non indiuiduatur per quantitatem. Nam tunc hic homo, hic lapis, diceretur unum compositum per accidens, scilicet ex substantia & quantitate aggregatum.

Arguit quarto ex eadem tertia uia.

QVARTÒ ex eadem tertia uia arguitur, quòd scilicet, substantia non indiuiduetur per quantitatem. Nam si hoc esset uerum, scilicet, quòd substantia hęc, & indiuidua, pertinēs ad genus substantiæ, esset hæc per quantitatem, sequeretur, q idem esset indiuiduum, commune, uniuersale, & singulare: consequens est falsum & nullus dicit hoc. consequentia probatur. Nam quandocunque aliquid conuenit alicui præcisè secundum aliquam unam rationem, cuicunque illud tale cōueniat, conueniet illi præcisè, secundum illam eandem rationem: sed sic est, quòd esse singulare in coordinatione prædicamentali substantiæ conuenit illi, cui conuenit præcisè in ratione tali, quia est aliquid illius coordinationis, & ita præcisè conuenit illi, inquantum est aliquid illius coordinationis. Declaratur primo ista maior exemplo. Nam per rationem hominis, conuenit Sorti esse rationale, illud; tantum per rationem hominis, Sortes est rationalis, quare? quia est homo. Plato etiam, quare? Quia est homo. Minor declaratur. Quare animal est unum cōmune, & genus, ad hominem Capram &c. nisi quia est aliquid communius, in genere substantiæ, quàm homo, uel Asinus, & ponitur in genere substantię. Ens non est indiuiduum Asini, quia non continetur sub illo immediatè. Quantitas non est aliquid commune illis, quæ sunt in genere substantiæ, & ita simpliciter, & essentialiter & realiter conuenit omni indiuiduo generis substantiæ, esse hoc aliquid, per aliquid ipsius generis. Sed sic est, quòd si substantia materialis esset hęc & indiuidua, per aliquid alterius generis, scilicet per quantitatem ipsa non esset hæc, & indiuidua, per aliquid ipsius generis substantiæ, & ita substantia singularis non obstante illa quantitate, determinante, & contrahente illam, adhuc ipsa esset hæc, & communis. Et ita esset communis, & singularis, & uniuersale & singulare. Quod autem ipsa esset semper communis, licet indiuiduaretur per quantitatem, probat Scotus. Nam licet homo dicatur esse albus, non tamen per hoc tanquam per principiū formale dicitur homo quantumcunque intelligatur, q homini non repugnat habere albedinem, non tamen propter hoc intelligitur esse hic homo, indiuiduū hoc, & singulare. Hoc modo substantia quomodocunque intelligatur hæc, & indiuidua per quantitatem, ipsa tamen semper erit communis in ratione substantiæ: & per consequens ille modus dicendi non ualet.

Aegidii declaratio.

Et ideo dominus Aegidius Quol. 5. q. 1. Volendo fugere ista argumenta Scoti, Aliter declarat illum modum dicendi, quòd substantia indiuiduetur per quantitatem, supponendo duas distinctiones. Prima est, quòd extensio in substantia materiali, dicitur esse duplex. Quædam extrinseca. Quædam intrinseca. Extensio intrinseca est extensio, quæ est partium entitatiuarum; & attenditur penes illas partes entitatiuas. Et hoc modo substātia materialis, seclusa quantitate, habet partes etiam extra partes, ut dicitur in primo Physicor. sumendo ly, extra, ut dicit extensionem partium substantialium. Alia extensio extrinseca, & attenditur penes quantitatem accidentalem, accidentaliter aduenientem ipsi substantiæ. Secunda distinctio, quàm ille supponit, proportionabiliter loquendo. duplex est signatio, uel indiuiduatio. Tamen Aegidius utitur illo termino, signatio, quædam est intrinseca, alia extrinseca, secundum illum, est quidam modus derelictus a quantitate causaliter, distinctus a quantitate, idem tamen illi realiter. iste modus dicendi maxime reprehenditur a Scoto unde imaginatur Aegidius, q quantitas adueniens materiæ, causat in illa quendam modum, quo quidem modo, illa materia fit hæc, & singularis, figuratur tali, & hac figuratione intrinseca; & quòd iste modus est idem realiter ipsi materiæ, & realiter distinctus a quantitate, & hoc modo dicendo, illa argumenta Scoti facta contra Gofred. benè soluerentur. Nam tunc substantia, & quantitas facerent unum per se, cum illo modo derelicto, diceret ipse. Alia est signatio extrinseca secundum illum doctorem, & est quando materialis substantia accidentali quantitate illi inexistente extenditur accidentaliter, etiam per accidens. Tunc illa figuratione indiuiduatur extrinsecè. & de hac non intelligitur, q ipsa substantia materialis dicatur hæc &c. Ille est modus Aegidii. Scotus non est cōtentus de isto modo dicendi, & ideo contra illum modum arguit.

Arguit Sc. contra Aegidium.

Primo arguit sic; probando, quòd iste modus destruit seipsum. & arguit potissimè contra illud, quod per figurationem, materia intrinsecè intelligatur signata, & quòd ille modus derelictus a quantitate, est realiter idem ipsi materiæ, & non ipsi quantitati. Contra istud arguit Sco. si ille modus derelictus esset idem realiter ipsi materiæ, & non quantitati, sed distinctus a quantitate, sequeretur, quòd idem simul esset, & non esset: consequens est falsum, & contra primum principium, ut patet satis. ergo & antecedens. consequentia probatur, & arguitur sic: impossibile est aliquid dependens a posteriori, naturaliter esse idem alicui priori, a quo illud dicitur dependere: sed substantia est prior naturaliter ipsa quantitate, & quantitas est posterior naturaliter ipsa substantia: ergo impossibile est, aliquid causatum a quantitate, esse idem realiter ipsi substantiæ. Declaratur maior sic. Nam si A, est prius naturaliter ipso B, sicut effectus sua causa, quomodo ipsum C, potest esse idem realiter ipsi A, non uidetur quomodo, sic est hic, substantia, & quantitas realiter distinguuntur (Aliter argumentum non ualeret) & deinde substantia est prior quantitate; quomodo ergo illud, quod causabitur quantitate, dicetur ipsi substantiæ esse idem realiter, non uidetur. Nam tunc substantia causaretur ab ipsa quantitate; & tunc cum possibile sit substantiam esse, non existente quantitate, quia sunt duo absoluta, realiter distincta, tunc quantitas non causabit illum modum: quia quantitas non est, & tamen ille modus erit. patet, quia substantia est, cui ille est idem realiter: ergo idem erit, & non erit. Quod tunc est falsum, ut patet. ergo illud, ex quo sequitur.

2.m Sc. ad idem.

¶SECVNDÒ ad idem arguitur &c.] Contra istum modum

dicendi

dicendi Aegidii arguitur sic. Illud, quod est conditio necessaria ipsius causæ in causando, non potest esse ab ipso causato. Sed sic est, q singularitas est conditio necessaria in ipsa causa in causando: ergo ipsa singularitas non potest esse ab ipso causato: sed causatum ab ipsa substantia est ipsa quantitas; ergo singularitas ipsius substantiæ, non potest esse ab ipsa quantitate, & ita quantitas non potest causare illam figurationem intrinsecam, qua substantia dicatur hæc, & singularis. Maior est Philosophi tertio Metaphysicè, quoniam absolutum causæ, est prius ipso effectu. Quomodo ergo illud, quod est idem realiter cum ipsa causa, dependet ab ipso effectu in essendo, non uidetur. ergo &c. Minor patet d.3.q.6. in primo quomodo singularitas est conditio agentis, non tamen est ratio agendi, sed ipsa natura, & oportat illam naturam, quæ debet agere, esse hãc, & unam numero, & sic illa declaratio, uel modus non ualet.

3. rõ Sc. ad idem

Tertiò ad idem ea eadem uia arguitur contra istum modum Aegidii quid intelligat ipse pecilium modum derelictũ? Quid est, dicit Scotus Aegidio, quantitatem derelinquere illũ modum in substantia? Vel tu intelligis, q quantitas sic se habet ad substantiam, q substantia præfuit illi quantitati. Et sic dicit Scotus, iam non sequitur, q ipsa substantia indiuiduetur per quantitatem. Nam iam primo substantia erat hæc, & singularis. Si autem dicas, q illud est quantitatem aliquid efficere, & causare in ipsam substantiam. Tunc dicis contra omnẽ Philosophiam dicentem quantitatem esse formam sterilem actione reali, & Physica ad minus, & ideo hoc nullo modo dicendum est. Item etiam illud est unum merè dictum ad placitum, quòd quantitas, quæ est ratio indiuiduandi materiam per se, derelinquat in ipsa illum modum magis, quàm qualitas. Nam eadem ratione dicetur, de qualitate, q indiuiduaret substantiam, cum ipsa sit forma accidentalis ipsi materiæ; uel oportet dicere, quod qualitates indiuiduant ipsam substantiam, uel quantitatem, derelinquendo illum modum in ipsam substantiam, quæ ipsa indiuiduatur intrinsecè, & hoc non dicis: ergo etiam non debes dicere secundum hoc, & per consequens illa modus reiicitur istis tribus rationibus, & argumentis.

Arguit Sc. cõtra Godo. ex quarta uia. s. argumento speciali.

Ex quarta uia arguitur contra Godof. quarto loco principaliter. Arguitur, q ipsa quantitas non sit ratio indiuiduandi ipsam substantiam, supponendo illud, quod sæpe dictum est, q duplex est quantitas. Quædam est terminata. Alia est interminata, hoc declaratum est diuersimode secundum diuersos. Communiter illa expositio tenetur, q quantitas interminata est quantitas in potentia, & quantitas terminata, est quando ipsa materia actualiter est sub quantitate. Tunc arguitur sic. Si substantia materialis est hæc per quantitatem, uel hoc erit per quantitatem terminatam, uel quantitatem interminatã; sed nullum est dicendum: ergo substantia non indiuiduatur per quantitatem. Quod autem ipsa nõ indiuiduetur per quantitatem terminatam, patet, quia illa sequitur ipsam formam substantialem, patet. nam substantia est subiectum ipsius quantitatis, & ipsa quantitas est accidens per accidens, & ita substantia est causa ipsius. etiam in genere causæ efficientis; & est unus effectus singularis: & ita causa ipsius, scilicet substantia ipsa debet esse singularis, & hæc. Et ita illa non facit ipsam hanc, & indiuiduam. Nec potes dicere, q quantitas interminata dicatur esse ratio indiuiduandi ipsam substantiam. Nam tunc sequeretur, quòd idem numero, simul, & semel, esset genitum, & corruptum: consequens est falsum, & impossibile, ergo & antecedens. consequentia probatur, quia illa sunt eadẽ numero, quorum est eadem ratio indiuiduandi, & eadem ratio singularitatis; sed illa quantitas interminata, quæ per te est ratio indiuiduandi substantiam, est eadem numero in genito, & corrupto secundum te etiam; ergo genitum, & corruptum sunt unum, & idem numero. Istud est satis absurdum dicere; ergo non est uerum, quòd ipsa quantitas interminata dicatur esse ratio indiuiduandi substantiam.

Datur una respõsio ad rõnem Sco.

Sed datur una euasio ad hoc membrum de quantitate interminata Diceret Godofredus. Quantitas interminata non est ratio indiuiduandi substantiam uniuersaliter, nec uniuersaliter ipsa facit differre, & distinguit unum ab alio, sed quòd ipsa quantitas interminata ponatur ratio indiuiduãdi aliquam substantiam; & hoc præsupposita ratione specifica, & unitate specifica aliquorum inter se. aliter quantitas interminata non sufficit ad faciendum illa differre numero, & esse hæc, & singularia. Modo ad propositum diceret ille, q ratio non ualeret. Nam genitum, & corruptum, non sunt eiusdem speciei, sed alterius. Ideo non sequitur, q ipsa possint indiuiduari per ipsam quãtitatẽ interminatã. Hæc est una euasio Godof. satis apparẽs.

Contra responsionem arguit Sco.

Contra hanc tamen arguit Scotus, supponendo, q aliquando ex aqua generatur ignis, & ita ex igne generatur aqua. Tũc formatur ratio bona contra illum. Si quantitas interminata est ratio indiuiduandi substantiam, præsupposita ratione specifica, uel unitate specifica, ipsorum, quæ debent indiuiduari, sequitur, q illa aqua, ex qua primo genitus est ignis, & illa aqua, quæ generata est ex illo igne, esset omnino una, & eadem aqua numero; consequens est falsum, & contra oẽm Philosophiam, quia nullus diceret, q natura posset facere redire unũ & idem numero. probatur tamen consequentia. Nam in illa aqua, ex qua generatur ignis, & illa, quę generatur ex igne, manet omnino eadem quantitas interminata, eadem omnino numero: ergo illæ duæ aquæ sunt eædem numero. Añs, uel assumptum patet etiam per te, quia secundum te, eadem quantitas, manet in genito, & corrupto: & ita cum eadem quantitas interminata sit in igne genito, & aqua corrupta, & aqua ex igne iterum genita, semper manet eadem quantitas interminata, & illa per te est ratio indiuiduandi substantiam: ergo erit eadem substantia numero. consequens est impossibile, ut probatur secundo de generatione, & secundo Phys. quomodo idem numero indiuiduum, actione naturali, redire non potest. Saltẽ uniuersaliter secundum Philosophos, & tunc rediret semper, uel sępissime, idem numero: ergo.

Vtrum tamen idem numero per naturam redire possit. patet in quarto dist. 43. q. 3. Quidam dixerũt, q sic uniuersaliter, ut Plato, qui posuit illum magnum annum triginta sex millibus annorum, intra quod tempus omnia debent redire eadem numero. Quidam etiam dicunt ibidẽ, q simpliciter est impossibile per naturam aliquid redire idem numero. Tamen est opinio media, quam uidetur Scotus magis defendere, q aliquis effectus bene potest idem numero redire. Et Godof. non diceret, q uniuersaliter idem põt redire, nec simpliciter negaret: sed non ita sæpe concederet, sicut uidetur sequi ex illa positione sua. Vt ostendit hoc argumentum; & per consequens iste modus non uidetur ualere.

Arguit Sc. secundo ex eadem uia ad idem. Suppositio ex Godo.

Secundò principaliter, Ex illa eadem uia, scilicet quarta in ordine, arguitur. Quod nullo modo substantia materialis indiuiduatur per quantitatem Et est argumentum ad hoiem. Iden supponitur una conclusio, quam ipse dicit; q omnis differẽtia formalis est specifica. Omnis differẽtia, quæ est per formas, est specifica. De ista tamen conclusione licet ad aliud propositum habuimus in primo d. 17. de argumento charitatis. q. 2. Vbi secundum Scotum declarabatur, quomodo differentia est inter duas propositiones, s. inter istam, differentia formalis formarum; & istam, s. differentia formalis, in forma. Nam bene concedit Scotus, q differentia formalis formarum, est specifica. Non tamen concedit istam, q differentia formalis in forma, sit differentia specifica. Nam charitas uiginti graduum, & charitas decem graduum, differunt differentia formali in forma; non tamen differunt differentia specifica essentiali, licet bene accidentali. Ille tamẽ Godof. dicit illam, q differentia formalis oĩs est specifica. Tunc ista stante arguitur sic, contra illum. Si quantitas esset ratio indiuiduandi substantiam materialẽ, sequeretur, q omnis substantia materialis, hæc, & indiuidua, differret specie specifica ab alia substantia materiali, hæc, & indiuidua, uel sequeretur, q illa propositio famosa apud ipsum, esset simpliciter falsa: Vtrumque est inconueniens. Primũ uniuersaliter falsum, & secundum inconueniens in doctrina sua: ergo & illud, ex quo sequitur, scilicet, quòd substantia indiuiduetur per quantitatem. consequentia tñ probatur quo ad utrunq;. Nam si omnis differẽtia formalis est specifica, tñ quantitas est quædam forma, quæ faciet illas substãtias differre specie, quod tñ nullus diceret, q Sortes, & Plato differunt specie. Si aũt dicas, q illa propositio, non intelligitur de quantitate, sed de quacunque alia forma a quantitata, s. de qualitatibus, albedine, & nigredine. Iam dicit Sco. non oporteret facere, illam uniuersalem, quòd omnis differentia formalis &c. Tunc etiam quæram, quantitas hæc, ut hæc linea, etiam hoc corpus, quomodo dicuntur esse hæc, & indiuidua? uel per aliam formam, & quantitatem, uel per ipsam quantitatem. si dicas, quòd quantitas seipsa dicitur esse hæc, & indiuidua: & non est quærenda alia causa, sed q ipsa dicatur esse hæc ratione situs talis, uel talis, quem quantitas habet; & habere situm conuenit ipsi quantitati ratione sui, unde quantitas est.

Arguit S contra situm duplex.

Contra istud arguit Scot. benè supponendo distinctionem, habetur 10. dist. quarti. Quod duplex est situs, uel positio, quidam dicit ordinem partium totius ad ipsum locum: q quidam dicit ordinem partium totius in ipso toto. Primo modo sumendo situm, facit unum genus distinctum ab aliis generibus:

bus: est isto modo dicitur ibidem, ꝙ corpus Christi in eucharistia non dicitur habere situm. secundo modo situs non est nisi ordo, uel actus quidam de genere positionis, hoc modo partes meæ situantur in me, una habet ordinem ad aliam, pedes ad tibias, collum ad caput. Tunc arguitur inquisitiuè. Quãdo dicis ꝙ quantitas est hæc situ suo, quæro de quo situ intelligis; uel intelligis ꝙ sit hæc situ.i.ordine partium ad locũ, uel situ.i.ordine illo partium ad totum. Quodcunque dicas, aliquid erit; si primo modo pro ordine partium ad locum, hoc non est possibile. Nam situs isto modo est unum posterius ipsa quantitate ut quantitas est prius illo, & ita non indiuiduabitur per illum situm. Nam illud esset hoc, & indiuiduum per aliquod posterius ipso. Nec est dicendum ꝙ per situm, qui est ordo partium ad totum: Nam tunc dicere quantitatẽ hanc esse hanc, & unam numero, per illum situm, est idem dicere quantitate esse hanc, & unam numero, quia est hæc quantitas, hoc esset idem per idem ea ponere. Nam iste ordo partium in toto, non est nisi ipsa quantitas: & quantitas per te etiam non est quantitas hæc seipsa, ergo nec illo ordine. Oportet ergo dicere, uel ꝙ quæcunque substantia, differt specie ab alia substantia singulari & homine, uel oportet dicere ꝙ illa conclusio tua est falsa.

Arguit tertio ex quarta uia ad idem.

¶ Tertiò Principaliter &c.] Ex eadem quarta uia dicit Scotus, quod posset argui multis rationibus. Primo quod si illa propositio esset uera, sequeretur quòd daretur unitas minor unitate numerali, quam tamen Godofred. negat, patet consequentia. nam si daretur caro, quæram quomodo illa est hæc, si per quantitatem tunc esset difficultas de linea, & corpore, sicut nunc tactum est; & ita iste modus in se non ualet.

Reflectit rõnes God. cõtra ipsum.

Finaliter uidendum est Dicit Sco. quomodo rationes ipsius Godof. concludant. Nam ille habebat duo fundamenta. Vnũ secundum Philosophũ quinto Metaphysicæ cap. de quantitate. Secundum ex generatione generantis, & geniti: Oportet illas rationes infringere, & ostendere quomodo non ualet. Et prima illa, quæ sumitur ex Philosopho. Cum arguitur. Diuidi in partes &c textus Scoti est bene difficilis hic. Tamen est utilis. Ista ratione stante, ut deducta est, probat bene Scotus quòd quantitas non est ratio ipsi substantiæ, ꝙ ipsa diuidatur in plura indiuidua eiusdem rationis; & arguitur dicendo rationes ad oppositum. Hoc modo. Quandocunque aliquid per se conuenit alicui, hoc est ratione alicuius, quod illi inest, uel ratione aliqua, quæ ratio illi inest; sed sic est quòd quantitas non inest per se ipsi substantiæ materiali, sed per accidens: ergo si diuidi in partes subiectiuas, si pro quia, inest ipsi substantiæ materiali, illud nõ conuenient illi ratione quantitatis: Nam illa quantitas non inest per se ipsi substantiæ materiali, sed per accidens, sicut etiam est accidens per accidens ipsius. Maior declaratur, nam si per se conuenit homini esse animal rationale, est ratione alicuius existentis in ipso: quod illi conuenit per se, & non ratione albedinis uel nigredinis, quæ conueniunt illi per accidens, & sunt accidentia eiusdem. Minor primum. bene ergo &c. Confirmatur hoc distinguendo illud fundamentum, & textus est clarus. Vnde Scotus dat rationem, & conuenientiam inter totum continuum, & totum uniuersale, & inter partes illorum totorum. Nam dicit, ꝙ differunt totum quantum, & totum uniuersale. Nam totum quantum diuiditur in partes integrales. Totum uerò uniuersale diuiditur in partes subiectiuas, & istud iam est dictum; & accidit aliquando, ꝙ in eodem toto, concurrant ratio totius quanti, & ratio totius uniuersalis. Nam aliquando Vnum, & idem est totum uniuersale, & totum quantum. Exemplo capio aquam, uel uinum, Aliud totum homogeneum terram, ut ignem, istud totum diuiditur in partes subiectiuas in hanc aquam, & illam aquam: & diuidetur etiam in partes integrales. hæc aqua, & illa aqua integrat illud totum; & hoc accidit illi eidem, quod dicatur esse totum uniuersale & totum quantum. Nam istæ duæ rationes distinguuntur: quia una nõ est alia. patet ꝙ illæ dimensiones sunt duæ, una non est alia. Nam si diuidatur totum etherogeneum in suas partes integrales, puta corpus meum in caput, & pedes &c. non propter hoc diuidetur in partes subiectiuas, quia nullas tales habet, & sic ista duo tota differunt. Sed partes integrales, dicit etiam Scotus, differunt partibus subiectiuis, & èconuerso; nam partes integrales, integrant illud totum homogeneum, & totum de illis non prædicatur ut sic & ratione totius integralis, prædicatione dicendo, hoc est hoc, sed si dicatur de illis, hoc tantum est ratione ipsius, quia est totum uniuersale: & in quantum dicuntur partes subiectiuæ: & partes subiectiuæ ut sic, non integrant totum integrale. Et totum prædicatur de ipsis in recto, dicendo hoc est hoc. Scotus est homo. Et ita uult habere Scotus, quòd aliud est loqui de toto uniuersali, & aliud est loqui de toto quanto, uel integrali. Ex istis ad Philosophum quãdo dicit, quod ratio &c. dico primo quod dicis unum quod numquam philosophus dixit in illo quinto. Sed bene dicit, quòd diuiditur in partes eiusdem rationis, non dicit hoc, sed quod diuiditur in partes, quæ insunt, quorum utrunquæ, uel singulum, natum est esse hoc aliquid, ista sunt uerba Philosophi, & per hoc quod dicit in partes, quæ insunt, distinguit Philosophus totum continuum, uel quantum integrale à quanto uniuersali Nam quantum uniuersale nõ diuiditur in illa, quę insunt, idest constituunt compositum, ut integrale est. Nam homo non componitur ex hoc, & illo homine, secundum qđ homo est unum totum integrale. Deinde dicit Philosophus, quorum utrunque, si fiat diuisio totius continui in duas partes, Si uerò fiat diuisio in plures, tunc dicimus quòd horum singulum scilicet quodlibet natum est esse hoc aliquid &c. per hanc partem distinguit philosophus totum uniuersale à toto integrali. Nam partes totius uniuersalis, uel essentialis, non possunt esse per se existentes, uel separatæ à toto, sicut quælibet pars totius integralis potest esse per se existens, sicut ipsum totum. Deinde dicit philosophus, hoc aliquid. etiam distinguitur totum integrale à toto uniuersali per hoc. Nam licèt illa, in quæ diuiditur genus, non sint hoc aliquid, sed differunt specie, bene tamen illa, in quæ diuiditur species, sunt hoc aliquid, & indiuidua, unum numero. etiam illa, in quæ diuiditur totum integrale, ut sic: & hoc uult habere Philosophus. & non quod uniuersaliter totum idem diuidatur in partes eiusdem rationis semper. Nam potest diuidi in partes alterius rationis etiam totum integrale, patet de una linea tricubitali diuidendo illam in unam partem unius cubiti, & in aliam duorum cubitorum, quæ differunt in ratione cubiti, & bicubiti; & ita erunt alterius rationis, & sic illud non concludit.

Declaratur auctoritas Philosophi quinto Meth.c. de quãto.

Et cum finaliter ille Godof. arguebat, quòd iste ignis distinguebatur ab illo. Contra hoc arguit nunc Scotus, quia quantitas non est de ratione generantis in quantum generãs est, nec de ratione geniti, in quantum genitum est: ergo non bene dicis. Antecedens patet. Nam pater in diuinis est generans, & filius in diuinis est genitus, tamen non habent illam quantitatẽ accidentalem, de qua est sermo hic; & tamen ipsi necessario distinguentur realiter. Nam nihil generat seipsum, secundum Augustinum: ergo quantitas non est ratio distinguendi generãtem a genito: uel èconuerso. & per consequens iste modus dicendi, non ualet, quòd scilicet ipsa quantitas sit ratio indiuiduandi ipsam substantiam. Et ex istis habetur conclusio Sco. ad quæstionem, tenendo partem negatiuam: quòd impossibile est ipsam substantiam materialem fieri hanc, & indiuiduam per ipsam quantitatem, uel per quodcunque aliud accidens, quomodocunque capiatur quantitas, siue terminata, siue interminata.

Concl Sco. ad qonem.

¶ Ad auctoritates &c.] Restat soluere tres auctoritates, quæ sunt pro ipso Godofr. ꝙ.s. substantia materialis, dicatur esse hæc, & indiuidua per ipsam quantitatem. Arguitur sic, distinctio numeralis fit per accidentia: sed sic est quòd inter omnia accidentia, primum est ipsa quantitas: ergo distinctio numeralis prima fiet, & primo per ipsam quantitatem. Maior patet secundum Boetium libro de Trinitate, quomodo differentiam in numero accidentium uarietas facit: Alia sunt accidentia mea, alia Sortis. Ideo nos differimus numero; & ego sum hic homo, & ipse alius homo: Ista auctoritas est clara. & ita illæ septem proprietates indiuiduales, scilicet locus, tempus, patria &c. quas omnes habet quicunquè homo, & maxime quantitas. quia est una unius, alia alterius, sunt ratio indiuiduandi substantiam, & per consequens propositum. Respondet Scotus ad illam auctoritatem per unam distinctionẽ, quòd duplex est differentia, uel distinctio. Quædam dicitur prima. Alia secunda. Prima differẽtia uel distinctio est adhuc duplex: q̃dã est formalis alia materialis. Prima fit p differẽtias specificas. Vt differentia hoĩs, Asini, Leonis: Distinctio indiuidualis fit p differẽtias indiuiduales, de q̃b. ultima q̃õne. Alia differentia, scilicet secunda, uel cõcomitãs est extrinseca ratione accidentium, ille paruus, albus, ille niger, istæ sunt differẽtiæ accidẽtales. Dico nũc primo ꝙ uariabilitas accidẽtium facit differentiam secundam & concomitantem extrinsecam, & numeralẽ. prima patet ex dictis. Deinde etiã probabitur infra, quomodo illa est ex rationibus formalibus illorum: ergo hoc modo differunt. Secundo dico, ꝙ uariabilitas accidentium

Soluit rõnes principales.

Soluit Scot. primũ principale.

facit differentiã secúdam concomitanté, & extrinsecã. Tertlo dico, ꝙ illa auctoritas non est contra nos, quia uoo est de quãtitate, an sit principium indiuiduandi substantiam, & oporteres probare, ꝙ illa accidentia faciunt differentiam essentialé, & specificam, & primam; quod tamen non faciunt. Ideo illa auctoritas nihil ad B.1.ad propositum.

Arguit Sc. contra se.

Scotus arguit contra se, ꝙ uon bene exponator Boetius, immo ꝙ ipse intelligat de ipsa differeusia essentiali. nam ipse loquitur in diuiois: & quia in diuinis nulla est differentia numeralis. nam omnes personæ diuinæ sunt unum numero in essentia diuina, quæ nullo modo numerantur in illis; quæ licet distiuguantur realiter, noo tamen numero. & ita probat ipse, ꝙ in diuinis nulla est differentia numeralis essentialis: quia dicit, oariabilitas accidentium, differentiam numero facit: sed in personis diuinis nulla potest esse nariatio accidentium: ergo in ipsis nulla est distinctio numeralis, est argumétum ipsius Boetii, & per consequens ipse loquitur de distiuctioue numerali prima, & essentiali, & probat ipse minorem, quia forma simplex subiectum esse non potest. Ea hoc nunc arguit contra seipsum Scotus, ꝙ Boetins intelligat de differentia nomerali prima, & essentiali. Arguitur sic: Si ille nõ intelligeret de differentia prima essentiali, Argumentum ipsius non concluderet illas diuinas persooas oon distingui uumero, quod tamen ipse intédit probara: ergo oportet dicere, ꝙ uariatio accidétium facit differentiam primam numero, & non secundum tãtum. Assumptum patet bene. Nam ipse dicit, ꝙ io diuinis nulla est nariatio accidentium: ergo nec distinctio numeralis, ista est consequentia, quam facit; & tamé illa uon ualeret, si accidentia non essent causa distinctionis numeralis, & sic malè soluit.

Concl. Sco. notab.

Respondet Scotus ad boc, dando unam conclusionem, ex qoa ostenditur quomodo ualeat illa consequentia Boetii. Cõclusio est ista, omnem distinctionem numeralem necessario cõcomitator distiuctio accideotium. probatur, quia bene sequitur, Sortes & Plato distinguũtur numero: ergo accidẽtia illorum sunt numero distincta. Ista est bona consequentia. Notaodum secundo, ꝙ in causis pręcisis, sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio ast causa negationis, si, pro quia, pręcisa causa respirandi est habere pulmonem, etiam bene sequitur, non respirat, ergo nõ hẽs pulmoné: est animal rationale: ergo risibile. ét bene sequitur, non est risibile: ergo non est animal rationale. Notandum etiam tertio, ꝙ si affirmatio est cã affirmationis, ita ét in illis, quæ se concomitantur necessario, à positione unius, ad positionem alterius, est bona consequentia: ét a destructione unius, ad destructionem alterius, ualet cõsequentia. & per hoc soluitur illud argumentum. Vnde bene sequitur, hoc est corpus: ergo hoc est quantum Nihil est corpus, qđ nun sit quantum. ista necessario se concomitãtur: ratio substantiæ non est causa corpori quanto substantiali esse quantum. Nam tunc omnis substautia esset quanta extensa. Quod tamen patet esse falsum de Angelis, & animabus. Benè tamen sequitur, non est corpus: ergo non est quantum: non præcisè propter hoc, quia sicut affirmatio &c. sed quia ista necessario concomitantur se inuicem; esse corpus, & esse quantum; & à conuerso, non esse corpus. & non esse quantum. Ad propositũ dico, ꝙ huc modo arguit Boetius. In diuinis non est uariabilitas accidentium: ergo in diuinis non est distinctio numeralis. Non ꝙ in diuinis pręcisa causa differétiæ indiuidualis, uel numeralis, sit uariatio accidentium; non: sed quia ipse arguit ab illo, quod concomitatur necessario illam uariationem numeralem, & ita bene ualet etiam coosequensia illa secundũ Scotum, & Boetium. Et solutio ista est bene notanda. Et nun arguit ipse Boetius, ut a pręcisa causa differentiæ numeralis. ut argumentum imaginatur. Nam intelligitur de secunda differentia, & non de prima. Nec illa replica, quam facit, obstat.

Modus arguendi Boetij.

Notab. sol.

Arg. secun do auct. Damasceni.

Alia est auctoritas, per quam arguitur sic. & est auctoritas Damasceni, & uerba sunt græca. Arguitur sicut prius. Distinctio numeralis fit per accidentia: sed inter omnia accidentia, quãtitas est prior: ergo distinctio numeralis primo debet fieri per quantitatem. Maior est Damasceni, in elementario c.4. non computando capitula procemii huius libri. Vbi dicit: omnis differentia, qua hypostasim ab hypostati &c. est aduẽtitia. i. accidentalis: ergo illa fit aliquo accidente mediante.

Solutio Sc.

Accidens dupliciter.

Respon. Sco. ad hoc argumentũ faciliter per unã distinctionem, ꝙ accidens capitur dupliciter. Vno modo pruprie. Alio modo improprie. Illa membra sæpè declarata sunt. Nunc cum arguitur. omnis distinctio &c. dico, ꝙ si intelligas per accidẽs pro extraneo. hoc modo cunsedo; & hoc modo intelligit Damascenus. ꝙ differentia numeralis fit ab aliquo accidente infra per aliquid extra rationem formalem illorum indiuiduorum. Nã differentia indiuidualis, qua natura singularizatur, non includitur in ratione formali ipsius. Si aoté intelligas de accidẽta per accidens, dico ꝙ nõ oportet, nec hoc modo intelligis Damascenus; patet, quia expresse dicit oppositũ in libro primo de orthodoxa fide, quia dicit, plus omnibus distinguuntur, plus numaro, uuls habere, distinctionem numeralam fieri per differentius indioiduales, & istud facis pro nobis, & per consequens istæ duæ auctoritates prius positæ noo cogunt.

Argu. 3. ex auct. Auic.

Tertia auctorisas est Auicennæ dicentis .5. Metaph expressè, ꝙ accidens est pcincipium iodiuiduãdi: & túc arguitur sic, sicut prius, ꝙ accidens est principium indiuiduandi substantiam &c. dicis ille ad probãdum istam maiorem: Naturæ, quæ egent materia, idest substantiæ materiales, sunt tales, quòd adueniunt illis accidentia, & dispositiones extrinsecæ, per quas indiuiduantur; Nihil clarius: Nihil expressius his dictis: ergo oportet dicere, ꝙ substantia materialis indiuiduatur per aliquod accidens; & de nullo uidetur ita bene, & proprie, sicut de ipsa quantitate: ergo quantitas est principium.

Sol. arg.

Accidens dupliciter.

Resp. Sco. ad hoc argumentũ, ut prius, ꝙ accidés capitur dupliciter. Vno modo propriè, ut est unum prædicabile distinctũ ab aliis, inquantum est illud, quod adest, & abest. Secundo modo capitur improprie pro extraneo, ut capitur in fallacia eléchi, pro omui illo, quod est extra rationem formalem alicuius; & hoc etiam dicitur esse accidens, & aduenire. hoc modo dico, ꝙ Auicenna capit accideus impropriè, & non propriè, p accidente per accidens, cuius modi est ipsa quantitas. & per consequens non est contra nos. hoc modo soluerentur mille auctoritates ad hoc, si adducautur; & ita oportet dicere, quòd substantia materialis oou indiuiduatur per ipsam quantitaté.

QVAESTIO QVINTA.

Quæris utrum materia sit principiũ indiuiduationis.

¶QVINTÒ quærò otrum substãtia materialis &c.] Ista quęstio mouetur propter beatum Thomã, qui semper habet materiam pro fundamento. Vnde sæpe dictũ est de terminis istius tituli. Primo substantia materialis, & maximè nunc secũdum Auicenna, quando dicit, ꝙ substantiã, quæ ad sui esse eget materia &c. illa dicitur substantia materialis. Notandum tamen ꝙ materia capitur dupliciter, & istud ferè in omnibus argumentis Thomæ adducitur. Quædam uocatur materia partis, Alia dicitur materia totius. Vnde materia pro altera parte cõpositi, & materia totius differunt adinuicem, tripliciter. Vno modo differunt, quia materia partis recipit quidditatem prædicationis entis, materia uero totius non recipit. patet 3. dist. primi. q.3. ad longum, quomodo ista est in quid, & quidditatiua, materia est ens, forma est ens; sumendo materiam pro altera parte compositi. ista autem non est in quid, & quidditatiua, Sorteitas est ens, Platoneitas est ens. Nam istæ differétiæ ultimę indiuiduales sunt primo diuersæ, & non habent aliqué conceptum, in quo quidditatiuè conueniant, ut dicitur ibidé.

Secundo, istæ duæ materiæ differunt, quia materia totius est idé realiter cũ illo, cuius est. materia uerò partis non, sed distinguitur realiter ab illo, cuius est. Vnde differẽtia indiuidualis mea, quę dicitur totius materia, ipsa est eadem realiter mecum, & cum natura mea: tamé materia mea, ex qua ego sum, quæ dicitur materia partis, quæ est corpus meum, illa distinguitur realiter à me, & hoc maximè secundum nos, qui tenemus totum essentiale dicera tertiam entitatem.

Tertio modo istæ duæ materiæ differunt, quia materia partis est unum potentiale respectu formæ, quia est in potẽtia ad plures formas successiuè inducendas in ipsa: materia uerò totius non est in potentia ad aliquam formam, non sunt differentiæ indiuiduales receptiuæ formarũ substantalium. Dico núc, ꝙ beatus Thomas capit materiam pro materia partis. & non pro materia totius. nã hoc modo essemus cũ ipso, ut dicemus.

Quod D. Tho. capiat materiã in præsenti quæstione.

Sex cõditiones materiæ partis.

Notandum etiam, ꝙ ipsius materiæ partes sunt sex cõditionis, de quibus dicemus 12. dist. huius prima conditio est, ꝙ ipsa sit principium rerum naturalium per se suo modo. s. principium partiale materiale. Secũdo, ipsa est causa compositi materialis. nam est, ea qua fit aliquid, scilicet cõpositum, cum insit. 1. Physic. 3. dico ꝙ ipsa materia est pars essentialis intrinseca. & physica ipsius compositi, ut dicit Arist. 7. Metaph. Nã ex A, & B, tanquam ex materia & forma partibus intrinsecis fit, ab, & ipsum totum compositum. Quarto dico, quòd ipsa est per se fundamentum omnium formarum substantialium, & accidentalium. Quinto, ipsa est subiectum omnium accidentium, & substãtialium mutationũ, scilicet generationum, corruptionum. Sexto & finaliter secundum beatum Augustinum ipsa est per se terminus primus creationis, ut dicemus.

De ista ergo materia est hic ad propositum.

Ad partē negatiuam. Pro ueritate arguitur. Illud, qđ nō est secundum se distinctum uel diuisum, non pōt esse prima rō distinctionis, uel diuersitatis: sed materia nō est aliquid scđm se distinctum, uel diuisum: ergo ipsa nulli pōt esse prima rō diuersitatis: ergo substantia materialis, non diuersificabitur ꝑ materiam, uel indiuiduatur. Maior patet secundum Philosophum in secundo Metaph. dicentem, in fundamēto naturæ, nihil est distinctum: & hoc secundum antiquam translationem, fundamentum naturæ uocatur ipsa materia partis, de qua est sermo hic, ista est omnino indistincta, & per consequens ipsa non est ratio distinguendi: ergo propositum.

Op. B. Th. In ista qōne est primò Opinio B. Thom. quæ innititur plus auctoritati, q̄ rōni ꝙ indiuiduatio fiat per materiam, sumēdo materiam pro altera parte compositi. Et iō negat plura indiuidua esse in spēb. Angelorum. Dicendo ꝙ quilibet Angelus facit suā spēm, & hoc nimium adhærendo Philosopho, uel uerbis ipsius expressis: ergo cōclusio B. Thomæ est ista. *Concl. D. Tho.* Indiuiduatio substantiæ materialis fit per materiam ea qua, subiectum quantitatis signatæ & determinatæ. Ista est propria opinio B. Thomæ. Vnde imaginatur ipse, ꝙ primo in indiuiduo est indiuiduatio, qua singulare est indiuisum in se, & diuisum a quocūque alio. Primo ꝙ ipsum dicatur indiuiduum in se, hoc hēt a materia: & ꝙ ipsum dicatur diuisum a quocunque alio, hoc hēt per ipsam quantitatem, uel a materia signata, quātitate determinata. & ita patet modus, qui maximū tenetur ꝑꝑ multas *D. Tho. innititur auctoritatib.* auctoritates, quas faciliter euademus. Benè Scot. alio ordine adducit istas auctoritates, & alio ordine soluit. Adducemus tamen secundum, quod soluuntur.

Prima auctoritas. Prima auctoritas est Philosophi quinto Metaph. c. de uno, ubi dicit ꝙ unum numero sunt, quorū materia est una: ergo ipsa materia est principium indiuiduationis ipsius substantiæ.

Resp. Scot. per distin. Respon. Scotus ad istam auctoritatē, dādo unā distinctionē de materia; ꝙ materia est duplex. Quædam est materia partis. Alia est materia totius. dictū est in declarando terminos satis. Dico tūc ad Philosophū, ꝙ ipse capit materiam ꝑ materia totius, & nō pro materia partis, pro differētia cōtrahēte naturā ad hoc singulare. Scđo dico, ꝙ iō differētia indiuidualis dicitur eē materia, q̄a nō pōt cōstituere in esse formali. Notandū ꝑ hoc ꝙ quidditas, uel essentia rei, dicitur forma ipsius rei, & totius, ut humanitas dicitur forma hoīs, ut dictum est quinta dist. primi q. 2. contra Henricum, qūo essentia diuina nullo mō hēt rōnem materiæ, ut ipse dicit, immo multo plus rōnē formæ: quia oē illud, quo aliquid dicitur simpliciter esse tale, dicitur habere rōnem formæ: & illæ naturæ determinātur ꝑ ipsas differentias indiuiduales: ergo nullo mō constituunt ipsam naturam in esse, sed tm̄ dant illi illud esse indiuisum in se, & diuisum a quocunque alio, quod non est ipsa. & ita dr̄ materia totius, & ita capit Philosophus ibidē materiā, pro cōtrahēte. Ibidē ēt dicit Philosophus, ꝙ unū numero sunt, quorū est differētia indiuidualis eadem: specie uero eadem sunt illa, quorū rō, idest quidditas est una. Vt Sortes, & Plato sunt idem specie: Nam quidditas specifica est una illis communis, & ita ista auctoritas nihil facit contra nos.

Secunda auctoritas. Aliam auctoritatem adducit B. Thomas ad istam cōclusionem, quæ auctoritas sumitur primo Cœli, & Mundi. Cum dico cœlum, dico formam, cum dico hoc Cœlum, dico materiā: ergo uidetur, (dicit ipse) ꝙ de mente Philosophi dicendum est, ꝙ materia est principium indiuiduandi substantiam, & faciendi hoc, & numero signato differre. Respondeamus eodem modo, sicut dictum est prius. Cum dico hoc cœlū, dico primo, *Soluit Sco.* ꝙ quādo dico Cœlum, dico quidditatē ipsā, q̄ hēt rōnē formę, q̄a dat eē totale: & cū dico hoc cœlum, dico differētiā indiuidualē, q̄ non habet talē rōnem quidditatis, quia nulli dat esse simpliciter; & ita non habet rōnem formæ, sed magis rationē materiæ, & sic auctoritas nihil facit contra nos.

3. auctoritas deducitur. Alia auctoritas sumitȓ a Philosopho duodecimo Metaphysicæ. Vbi dicitur, ꝙ non possunt esse plures primi cœli, non dicit ꝙ non possint esse plures cœli. Nam hoc esset contra ipsum primo de cœlo, & mundo expresſè & sæpe alibi. sed dicit: nō possunt esse plures primi cœli. probat ipse, quia tunc essent plures primi motores, quod tamē est falsum, & impossibile: ergo nō possunt esse plures, quia tantum est unus primus motor, quia concludit ipse, quòd pluralitas principātium mala &c. Deducit hoc Philosophus, quia si essent plures primi cœli, hoc esset propter materiam: etiam si essent plures primi motores: hoc esset ratione materiæ: & tamen primum mouens est sine materia: quare primum cœlum maximè unum. hoc ergo uidetur habere Philosophus, ꝙ ipsa materia pro altera parte compositi, sit ratio, uel principium indiuiduandi ipsam substantiam.

Ad istam auctoritatem dicamus, concedendo totum argumentum, capiendo materiam etiam utroque modo: Nam Deus nullo modo habet materiam, alteram partem compositi, absit; nec materiam idest differentiam indiuidualem; & iō est una de rationibus dictis in primo, quomodo ipsa natura diuina non pluraficatur: nec possunt esse plures Dii: quia omnis differentia indiuidualis est actu contractiua, & omne contrahibile est determinabile, & potentiale: ergo potentialitas repugnat summæ simplicitati diuinæ: & ideo oportet dicere ꝙ ipsemet Deus, & primus motor, sua ratione est hic, non tamē per differentiam indiuidualem. Concedo ergo isto modo, quia non habet materiam totius, nec partis, quia est summe simplex, & tunc ad consequentiam: ergo materia est causa indiuiduationis: concedo, materia, ea differētia indiuiduali, nego tamen, alio modo sumendo materiam. *Resp Scot. ad auctoritatem 12. Metah.*

Alia est auctoritas septimo Metaphysicæ. c. de partibus diffinitionis in quibusdam substantiis, quod quid erat esse, idem est cum illo, cuius est; in aliquibus uerò non est idē, quod quid est, cum illo, cuius est: Nam in immaterialibus, idem est quod quid est. i. definitio, cum ipsis immaterialibus, cuius est, non tamen in rebus materialibus est idem definitio cum illo, cuius est. Et ista est expositio B. Thomæ ad illam auctoritatem, etiā ad illud septimi Metaphysicę quādo dicitur anima, & esse animę idem sunt. Nā anima est substantia immaterialis, separata à materia, non tamen dicit Philosophus, & B. Thomas de mēte illius (ut dicit) ꝙ homo, & hominis esse sunt idem, & ratio est, quia homo est substantia materialis, & coniuncta materię. Ex quibus omnibus B. Thomas uult arguere sic, materia est extra rationem quidditatis specificæ, & tamen materia reperitur in indiuiduo; ergo non potest aliter materia reperiri in illo, nisi inquantum ipsa habet rationem singularizandi, & indiuiduandi illud, & per consequens propositum. Maior patet ex illis auctoritatibus, quomodo quod quid est, non est idem cum substantia materiali, cuius est: Nam tunc iam non esset extra rationem formalem illius. Minor patet benè, quomodo indiuiduum componitur ex materia & forma. *4. auctoritas ex septimo Meth.*

Respondet ad hoc Scotus per unam distinctionē cōmunē. s. quod quid est, uel difinitio rei, potest ad tria cōparari: Vno mō comparatur ad illud, cuius est per se primo. Scđo comparatur ad illud, cuius est per se non primo. Tertio comparari potest ad illud, cuius nullo modo est, nec per se, nec primo Sed tantum per accidens. Notandum pro hoc, ꝙ aliquid diffiniri, uel habere diffinitionē, potest tripliciter intelligi. Vno modo per se & primo. Secundo modo per se, sed non primo: & Tertio modo per accidens. Dico primo ꝙ species specialissima diffinitur primo modo. s. per se, & primo. Secundo dico, ꝙ indiuidua bene diffiniuntur secundo modo. s. per se, sed non primo quia diffinitione speciei ipsorum diffinitur. Dico tertio ꝙ Tertio modo diffinitur totum per accidens, ut homo albus. Quia ipsius totius per accidens nulla est ratio, uel diffinitio per se, secundum regulas sępe datas. Quia de ratione in se contingenti, nihil dicitur per se necessario, & hoc ratione totius; licet bene in ratione partiū ipsius totius per accidens, aliquid potest dici per se. Hoc modo etiam definitio, uel esse quidditatiuum comparatur ad illa tria dicta. Dico nunc primo ꝙ quid est, est idem realiter cum illo, cuius est primo modo. s. per se, & primo. capiēdo ly primo semper. i. adequatè, eo modo, quo capitur primo posteriorum. Sic capitur hic Animal rationale, primo, i. adequate, est ipsius hominis definitio, & est eadē realiter cum ipso homine diffinito. Secundo modo ꝙ quodquid est est idem per se, & non primo. i. non adęquatè, cum illo, cuius est. secundo modo scilicet singulari suę speciei. Exemplum: animal rationale, est idem ipsi forti & omnibus indiuiduis hominis, per se. Et ea ratione formali illorum conuenit illis; non tamen primo. i. adęquatè. Nam primo conuenit ipsi quidditati, uel naturæ specificæ. etiam ipsa est est eadem realiter ipsis indiuiduis. s. per se, non tamen primo. Dico Tertio, quòd quidquid est est idem per accidens illi, cuius est per accidens definitio, animal rationale est ipsius hominis albi per accidens, & est eadem illi per accidens. Breuiter ergo loquendo, quodquid est, uel definitio rei, est eadem ipsi rei eo modo, quo est ipsius. Modo ad argumentum, cum dicitur quiquid &c. Concedo uniformiter. Ad formam respondendo, quando dicit in separatis &c. Dico, quòd semper loquitur Philosophus de materia totius. Nam uult habere, quòd illa, quæ non habēt materiam totius, ut Deus, angeli, aīæ rōnales, & breuiter natura quæcunque, sumendo illam scđm suam rōnem formalem specificam, non habent tales differentias indiuiduales; & *Respō. Sco. ad arg. ponens auctoritatē Aris. quodquid ē pōt ad tria comparari.*

tuoc illis naturis ut sic, conuenit dafinitio, primo, & adæquatè, & per se: & illa defioitio est eadem realitec illis naturis isto mō sumptis. hoc uult habere Philosophus. Nam illæ naturę ut sic abstrahunt ab oi materia, & ipsa auctoritas sæpe adducttor ab istis Thomistiseootra Scotum. Iō ast ootanda semel pro sp. Illius ergo natoræ sumptæ scdm rōnem formalem, est deffioitio primo mō, & eadem realiter illi. Secundo cum dicitur q in conionctis, cum materia, non est idem &c. idest differentia indiuiduali, ut sunt omnia indiuidua, ot sic, q actualiter habēt illas differeotias indiuiduales, quibus naturæ ipsorum actualiter determinatur, & cootrahuntur. In illis ut sic sumptis, nō est definitio eadem illis, oisi per se, & ooo primo. & ex hoc mō expooendi Aristotel. ad mentem ipsius non sequitur, q ipsi concludunt contra nos, q materia altera pars compositi dicatur esse principium iodiuiduandi substātiā. Sed aliquis posset facere uoam difficultatem, posito q esset aliquod ens carēs materia, quæ est altera pars compositi. ut molta talia etiam soot. Vtrum illa possent indiuidoari, & plorificari, ut Angeli, aoimæ, quæ careot materia isto modo. Et diceotus q sic, hoc tamē disputabitur infra: & ista auctoritas oon cogit oos.

Fundamentum præcipuum Thomistarū contra Scotū.

Alia est auctoritas ipsius Philosophi 7. Metaphysicę. Vbi ni detur dicere expresse, q gñaos generat aliod, sed geoitum, pp materiam. Hoc est dicere, dicit B. Thomas, q generans, & genitum, distioguuntur numero, pp materiam aliam, & aliam, qoam habent. patet antecedēs istud, ual assumptum. Nam philosophus ibidem dicit, quòd Callias, uel Plato, est aliud oel alius oomaro distinctus a Gulielmo, quia habet aliam materiam.

3. Auctoritas ex eod ced. 7. Met.

Resp. Scot. ad hanc autho. duplex ter.

Ad istam auctoritatem Respondet Scotus doplicitec primo declarando mentem Philosophi, deinde ad auctoritatem in sa primo dicit q mens Philosophi est ibidem arguere cōtra Platonem, dicentem Vnum, quod tamen Philosophus oult probare esse superfluom. Vnde dicebat Plato, q Ideę ponebantur, ut generaos assimilaret ibi genitum: ut Philosophus ibidem recitat, atiam dist. 7. & 13. dictum ast in primo, qōo generatio ooo ooca requirat q generans, & genitum distinguantur realiter etiam in quacuoque alia generatione. Quia oihil est quod seipsum gignat secundum B. Aug. Scdō ad generatiooem uniuocam requiritur similitudo generantis & geniti, io natura pater assimilat sibi filiū in natura, oel specie io qua est; & si Idea non poneretur, nollo modo esset illa assimilatio. Vt Plato dicit. Sed contra hoc dicit Philosophus, quòd per agens particulare scilicet per Sortem, Calliam generantem, habetur principium sufficiens distinctiuum, & assimilatiuum ipsius generaotis, & geniti: ergo Ideæ soperfluæ ponuntur. consequentia patet. Aotecedens probat ipsa Philosophos ibidē, quando Philosophus declarat ibidem, quomodo agens naturale, & particulare, habet assimilare sibi genitum, per formā, qoa agit. Ad illud generandom, per materiam autem distinguit illod agēs particulare a seipso, illod genitom. Nam uniuersaliter illa materia, in qua recipitur forma geniti, est alia numero, saltem ab illa materia, io qoa est forma generantis. & ita distinctio in materialibus dicitur esse oel fieri per ipsam materiam. Hoc modo Beatus Thomas deducit istam auctoritatem ad suum propositum.

Prima responsio.

Scotus uaro aliter inuestigabit. Et ponit unam distinctionem Scotus, q generans distingui oomero a genito, per materiam alteram partem cōpositi potast dupliciter intelligi. Vno modo priocipaliter, & hoc modo non est intelligendum, imò principaliter distioguontor per formas substantiales suas, quæ dant esse simpliciter illis, & suot priocipia essendi, & distinguēdi illa. Scdō mō pōt intelligi concomitanter. s. q distinguitur per materiam, quia ipsa materia concomittatur rationem iodiuidui: & hoc mō loquendo de indiuiduis materialibus compositis ex materia, & forma, concedo, & transeat, ad hunc sansum. Dico tamen q appropriatè loquendo, principium assimilatiuum attribuitur formæ. & principium distinctiuum attribuitur materię, secundum multos, licèt propriè dicatur q materia oon distingoit, uec separat, sed magis ipsa forma. & sic nihil cootra oos, quia semper stat. q primo & immediatè, ipsa sobstantia materialis indiuiduatur per differentias indioiduales, & nou per ipsam materiam alteram partem compositi: qd taman ipse deberet probare. & sic patet ista prima solutio.

Generās distinguit se necessario à genito pōt du pliciter intelligi.

2. solutio.

Scdō soluit Scotus illā rōnē, qñ arguitur sic. Generans &c. dat Scotus unā distinctionē q substātiā materialem indiuiduari p materiam potast dupliciter intelligi. Vno modo per materiam tanquam per caosam præcaistētem, & primam: Alio modo per mataniam tanquam per causam concomitaotē, oal consequentem. Primo modo concedo, ita, q Philosophus ponit differentiam ioter materiam, & formam. Vnda quando generans est, forma geoiti ooo semper est, tameo materia geniti semper est, & præexistit; & da potentia illius educitor forma geoiti ab ageote naturali. Modo Philosophus oult habere q duplex est causa, quare generans & genitum distingouotur oumaro, quæ dam est causa aotecedens & ita est mataria, quæ præexistit eadem oumero io genito, & corropto. Alia est causa consequēs, & est ipsa forma, quæ edocitur de potentia materiæ, & hoc non est cootra nos. Nam cum hoc stat, q illa distioguatur per soas differentias indiuiduales, & secuodo, ut coocomitaoter per illam materiam, ut causam præexistentem: ergo prima, & præuisa ratio indiuiduandi ipsam substantiam, ast materia partis; nego istam consequeotiam, & ita istæ auctoritates beoè soluuntur.

¶Contra istud primo per auctoritates &c.] Consequenter solutis ratiooibus beati Thomæ, qoibus probabat, q substantia matarialis esset hæc, & iodioidua per ipsam materiam, quę rationes sumebaotur ax auctoritatibus Philosophi. Scotus arguit cootra beatum Thomam. Primo auctoritatibus, dainde ratiooibos, q oullo modo possit uerè dici, q substaotia materialis iodiuiduetur per materiam alteram partem compositi. Prima auctoritas est Philosophi septimo Metaphysicæ cap. de partibus defioitionis. Vbi Philosophos dicit, q homo sumitur dupliciter. Vno modo ooiuersaliter. Alio mō particulariter, & dicit, q materia capitur dupliciter, s. uoiuersaliter, & particulariter. Primo mō pro materia io cōi conceptu suo, ut dicitur de ista, & illa materia. Secuodo modo capitur pro ista, uel illa materia, & ipsa nooast priocipium iodiuiduandi seipsum: ergo nec alia ab ipsa.

Sco. arg. contra B. Tho.

Alia est auctoritas etiam duodecimo Metaphysicæ cap. 4. Vbi dicit Philosophus, q sicut prioeipiatum dicitur esse cōe, etiam principia illius sont cōmunia, & sicut principiatom est singulare, ita & prioeipia, tam materia, quàm forma; capitur materia io commuoi, pro principio iocommuoi. ex illis duabos auctoritatibus arguitor ounc ad propositum. Illod, quod non est incommunicabile de se ex ratione soa formali, noo potast esse ratio iodiuiduandi substaotiam materialē, uel aliquid aliud, & faciendi illud iocommuoicabile, & hoc: sed materia, scilicet pro altara parte compositi noo est de se incōicabilis: ergo illa non potest esse principium iodiuiduaodi aliquid aliquid. Nam nihil coostituit aliqoid aliud, sub uoitate oppofita onitati ipsius coostituentis. Nam unumquodque das tale esse, quale habet, & talem uoitatem, qualem habet. Nam si priocipiom est unum specie, atiam priocipiata ab illo ratione illius eruot uoum specie: Si principium est uoum numero, principiatum ab illo erit unum oumero. Mioor patet, ex illis auctoritatibus. Non eoim est de se hæc & indioidua matecia ax rationibus formalibus suis. Nam aliter oon posset consiuerari, ut unioersalis. & ita oportet dicere, q materia noo est principium indiuiduaodi substantiam.

2. Auct. ex 12. Met.

Secūdo ad idem est alia aothoritas Philosophi 7. Metap. Vbi ipse uult habere, q sicut de essentia qdditatis est ipsa materia: & è cōuerso. Hoc patet satis secundū Scotū cōtra Albertū magoum dist. 12. tertii. & commuoiter teoet Scotus cum B. Thoma io hoc contra Albertum propter illam authoritatem, ex qoa nunc arguitur sic. Illud, quod est de quidditate, & alleotia oaturæ specificæ, ooo est principiom iodioiduandi illa: sed materia est huiusmodi, q scilicet ipsa est de quidditate rei, & entis materialis: argo ipsa non est principium indiordoandi illam &c. Minor patet, oam sicut natura specifica noo ast da se hæc, & siogularis; etiam nec illud, quod est da diffinitiooe illius est hoc, & singulare da se. Sed natuca noo est de se hæc, & singularis, etiam secundum beatum Thomam. Minor supponitur uera ex illis authoritatibus: ergo materia ooo est principium indiuiduandi substantiam, qood est propositum.

3. Auct. est ex 7. Meta. ubi dicit q nō tm̄ forma. sed etiā materia spectat ad quidditatem.

Tertio ad idem arguitor, qd materia non est priocipiū &c. Nam si hoc esset uerum, sequeretur, q genitum, & corruptum noo distinguêtur numero, cōsequens est falsum, & absurdum, qd idē numaro generaret sa cōtra B. August. satis patet falsitas consequētis. probatur consequentia. Nam materia una cadem oomero est geoiti & corrupti: istud argumētum āt fuit factum, q. 4. horus dist. & ita geoitum, & corruptū essent aadem oumero: quia materia per se facit differre oumaro. Et quæcūque habent eandem materiam, sunt idem numaro: ergo propositum.

Argu. tertiū contra D. Thom.

Et propter istud argumentum beatus Thomas, & sequaces ipsius aliter expoooot Philosophum, Qoando dicit, q eadem est materia oium geoerabiliū, & corruptibiliom, quod. s. illud intelligit habitudinaliter, & successiuè. q eadē materia potest esse huius, & illius. Scotus dicit, q idē est sibi, quomodocūq; illud

hud exponatur, semper manet argumentum. Nam semper manet eadem ratio differentiæ numeralis, uel identitatis numeralis: Nam materia est eadem, etiam indiuiduum idem. Respondetur adhoc sicut dictum est q. 4. in 1. quartæ uiæ, ubi dabatur ista euasio: q genitum, & corruptum non sunt eiusdē speciei, sed alterius. Modo materia facit differre numero illa, quæ sunt specie idem, & eiusdem rationis, & non illa, quę sunt alterius rationis. Sicut declarabatur ibidem de quantitate. Ideo nihil ad propositum.

Insta Thom. istarum.

Cōtra istud arguit nunc Scotus: Nō sequeretur, q si ex igne generaretur aqua, & ex aqua iterum generaretur ignis, quod idem numero rediret: quod tamen falsum est, & impossibile secundum omnes Philosophos, saltem communiter, & ut in pluribus. Quod tamen esset tunc: consequentia probatur, q a illa aqua, quę primo fuit corrupta, & ista, quæ nunc est genita, sūt eiusdem speciei, & habent eandem materiam, quæ per te est principium indiuiduandi. ergo illæ aquæ sunt una, & eadem numero: quod tamen est satis falsum: ergo istud argumentum stat. Aliqua alia argumenta contra illum modum dicendi habetis in Quolib. q. 2. de angelis. Videatis ibidem, etiam Sco. dando opinionem suam quæstione sequenti arguit contra hoc; & ita patet quid dicendum esset ad istam quęstionem. Sed primo modo alia quæstio in ista materia.

QVAESTIO SEXTA.

SEXTÒ quæro utrum substantia materialis &c.] Termini declarandi in ista q̄one est entitas positiua, quia alii termini satis patent ex sæpedictis; secundum Auic. ēt de substātia materiali. Vnde Notandum pro isto termino, entitas positiua, q entitas positiua est duplex. Quædam est per se determinans naturam. Alia est entitas positiua per accidens determinans naturam. Primo modo entitas positiua est omnis differentia indiuidualis, ut dicemus, q ipse ea rōnibus suis habet q determinent naturam, & indiuiduent illam. Exemplum. Vt omnia accidentia positiua, quæ etiam suo modo determinant naturam ipsam, & hoc concomitanter, & extrinsecè, non autē intrinsecè, Vt dictum est supra: Et eodem modo quæritur hic, scilicet intrinsecè formaliter. & ideo Scotus addit hic, per se determinans naturam. Nam de per accidens dictum est, & sic patet titulus quæstionis, Vtrum substantia &c.

Ad partem affirmatiuam pro ueritate arguitur, q sic. Oē in fariis per se includit aliquid in suo conceptu quidditatiuo, quod non includitur in conceptu quidditatiuo sui superioris: ergo aliquid includitur in ratione indiuidui, quod non includitur in ratione naturæ, & ita indiuiduum dicit aliquid ultra naturam. Sed illud, quod indiuiduum dicit oltra naturam, non potest esse aliqua negatio, nec aliqd ens positiuū per accidens: ergo est aliqua entitas positiua per se, determinans illam naturam. Minor declaratur, & probatur simul. Nam aliter sequeretur, q inferius esset æquè commune. sicut suum superius: & ita non esset omnium superius, & aliud inferius, si præcisè cōceptus superioris esset conceptus inferioris, & econuerso. & nihil adderent ipsa inferiora supra illa superiora. Hoc non uidetur dicendum. q unum præcisè sit aliud: ergo oportet dicere, q ipsa inferiora dicunt aliquam entitatem positiuam, ultra ipsa superiora: & aliquid includitur io conceptu ipsius inferioris, quod non includitur in conceptu superioris. Sed illud tale, nō est negatio, patet secunda quæstione dist. huius. Nulla negatione, substantia materialis est primo hæc. Nec illud tale est accidēs, quod est quantitas, nec aliquod aliud accidens ex 4. q̄one contra Godofr. Oportet ergo dicere, a sufficienti diuisione, q illud est aliqua entitas positiua per se, determinans illam substantiam. & ita hæc pars relinquitur uera.

Ordo dicendorum. ¶Hęc dicitur &c.] Scotus in ista q̄one ponit unā opinionē, cōiter dicentium ad partem affirmatiuam, qui aliter dicunt, q Scotus, et Godofr. Aegidius. Deinde Scotus dicit modum suū dicendi resolutiuum in ista materia, & probabilem multum. finaliter dicit ad argumenta.

Duæ concl. God. & dictorum. 1. concl. Quantum ad primum, sunt duæ conclusiones illorū Doctorū, quas ipsi probant prima est q natura specifica est de se hæc, & singularis; & iō non oportet quærere, quo indiuiduatur. Probatur ista cōclusio auctoritatib satis cōib. Prima est q quælibet spēs specialissima est athoma, & indiuisibilis: ergo quælibet species specialissima est de se hæc, & indiuidua. cōsequentia patet, cum athomum est esse de se hoc, unum, & idem. Antecedens, est una auctoritas Philosophi 7. Phys. Respondetur ab aliquibus, & benè p unam distinctionem: q spēs dicit athoma dupliciter. Vno mō q dicatur athoma. i. indiuisibilis, indiuisibilitate formali, & specifica. Alio mō q dicatur athoma. i. indiuisibilis, indiuisibilitate indiuidua. Primo mō illud est indiuisibile, qd nō potest diuidi in plures spēs: cuiusmodi est ois spēs specia issima; quæ spēs nullo mō possunt diuidi in plures spēs. & sunt indiuisibiles indiuisibilitate opposita diuisibilitati in plures res. Scdo mō sunt illa, quæ nullo mō in plura indiuidua, uel numero distincta, diuidi possunt: ut omnia indiuisibilia. Talia sunt omnia indiuidua, & singularia. Modo quādo arguitur; concedo indiuisibile formaliter, nego materialiter: ergo est de se hæc, non ualet consequentia. & ita illa auctoritas nihil contra nos.

7. Phys. soluitur ab aliis.

2. auctoritas, quæ confirmatur prima rō. Confirmatur tamen illa auctoritas per Porphyrium cap. de specie, dicentem, descendentibus nobis ab ipsis generalissimis &c. ergo species specialissima est de se hæc: & ita indiuisibilis. Nam in ipsis est status indiuidendo. Respondet Scotus ad auctoritatem, primo ad materiam, deinde ad formam. Ad materiam dicit, q ideo Plato uult nos quiescere descēdentes ab ipsis generalissimis, ad species ipsas specialissimas, quia ipsa indiuidua, & singularia sunt in numero infinito, & indeterminato: & ita relinquenda sunt ab arte: alias iter esset processus in infinitum, sed oportet in ipsis stare. Iō concedo illam auctoritatē. Ad formam qn arguitur scdm Porphyrium, dico q diuisio capitur dupliciter. Vno mō propriē. Alio mō cōiter, ad diuisionē propriè dictā requiritur primo q ipsa fiat per partes determinatas scdm multitudinem, & magnitudinem. Scdo mō requiritur q fiat per partes habentes proportionem ad totū illud. Et hoc est, qd Boetius dicit in libro diuisionū, q omnis bona diuisio debet esse bimembris, uel reducibilis ad bimembrē, debet habere tantum duo membra, uel si habeat plura, ad minus q ipsa plura possint reduci ad duo membra, tunc reducitur ad sufficientem multitudinem & determinatam. & hoc modo genus diuiditur in duas species sp, p duas differentias specificas; deinde per alias duas & c. uel saltem diuidi possunt. Et hoc mō spēs spālissima nō pōt diuidi. Nā illa, in quæ spēs spālissima nata est diuidi, uel pōt diuidi, sunt, uel possunt esse infinita, ut in indiuidua. Ista ergo est diuisio propriè. Scdo mō diuisio impropriè, est quæcunque diuisio alicuius naturæ in illa, quæ participant illam naturam, siue habeant determinatam multitudinē, uel quantitatem, siue non. hoc mō bene diuiditur spēs spālissima in ipsa indiuidua, q a diuiditur in illa tanq in ipsa, quæ participant naturam talis speciei, siue ipsa sint finita, & determinata in numero, siue infinita, sicut esse possunt. & ita concedo illam auctoritatem isto modo. & nego consequentiam. Et cū probatur, cōcedo de genere, dico tū q spēs spālissima est indiuisibilis isto mō, nō tn sequitur q ipsa sit indiuisibilis simpliciter, & q nullo modo possit diuidi in aliqua plura, saltem impropriè. & ita illa auctoritas non est contra nos.

Resp. Sco.

Alia auctoritate probatur prima concl. opin. Alia est auctoritas Boetii, q species est de se hæc. Nam dicit ipse q si species esset diuisibilis, uel hoc esset aliqua diuisione, de qua ipse determinat in illo libello diuisionum: sed nulla species specialissima est diuisibilis aliqua illarum diuisionum: ergo species specialissima est simpliciter indiuisibilis. Quod est probandum. Maior patet auctoritate ipsius Boetii, qui sufficienter uidetur determinare de diuisionibus logicalibus generum, & specierum, ut patet ibidem: quia ponit diuisiones generum specierum, etiam subiecti in accidentia.

Resp. Scot. ad auctoritatem. Respondet Scotus ad istam auctoritatem, q ipsa Boetius omnem diuisionem in partes subiectiuas reducit in diuisionē generis. Nam ipse differentiæ indiuiduales, aliqualiter diuidunt ipsam spēm, sicut differentiæ specificæ diuidere unt ipsū genus. & ita Boetius reducitur determinat de illa diuisione spērum specialissimarum, licet nō expressè, & hoc uidetur sufficere. & ita non sequitur, quod species de se dicatur eē hæc.

Rōne probatur concl. Consequenter ad rationem, quod ipsa natura specifica, uel species, dicatur de se hæc, & singularis. Nā si nō eēt de se hæc & singularis, cū ipsa dicatur esse hæc, hoc eēt aliqua entitate opposita illi, & positiua. Concedo, sed hoc non; nego. probatur q a tūc sequeretur q spēs nō diceret totū eē indiuiduum. cōsequēs est falsū. & cōtra Porphyriū dicētē, q esse specificū spēi, est totū eē unius cuiuslibet indiuidui illius. consequentia probatur. Nam per te indiuiduum, ultra illam entitatem specificam, dicit illam entitatem positiuam, qua natura specifica est hæc, & unā numero. Respondemus ad illam auctoritatem quòd duplex est esse, quoddam est esse quidditatiuum specificū, aliud est esse indiuiduale hypostaticum. esse specificum & quidditatiuum, idem sunt, & esse naturæ, quod esse nec intensionē, nec remissionem suscipit. Dico primo quòd species dicit totū esse

Soluitur rō D. Tho.

Declaratur auctoritas Porphyrii duplex. Tel.

 esse

esse indiuiduum specificum, & quidditatiuum, non tamen totum esse indiuiduū: & q esse est huiusmodi inquantum indiuiduum est, patet, quia illa differentia indiuidualis, qua ipsum indiuiduum addit ultra naturam, non est de ratioua formali ipsius esse quidditatiui, & specifici. Patet, quoniam non intrat in illo, nec uariat rationem formalem ipsius naturæ specificæ, sicut uariat ipsa differentia specifica: & ita ista ratio non concludit, quod species specialissima dicatur de se hæc. & ita illud dictum aorum cum rationibus, non ualet.

Differentia indiuiduālis non uariat rationē formalē in diuiduj.

Et ideo sequitur secundum dictum opinionis illorum doctorum, quòd licet natura specifica sit de se hæc, tamen per quantitatem, ipsa natura, illa quantitate in existente illi potest diuidi in plura. Est modus dicendi illorum. probatur istud dictum, una ratione, supponendo, quòd licet quantitas non sit ipsi ratio diuidendi illam in plures partes subiectiuas, tamen potest esse, imo de facto est ipsi materiæ ratio diuidendi illam, in partes quātitatiuas; & ista suppositio est uera, & benè dicitur. Nā nulla est quantitas molis, quę sit ratio homini diuidendi illum in hunc hominem, & istum hominem, sed benè est ratio diuidendi illum hominem in caput, in pedes, & alia membra. Tūc arguitur sic secundum istum modum. Idem est principium diuisionis naturæ alicuius in aliqua sub illa, & principium distinctionis illorum diuidentium illam naturam: ergo si quantitas est principium diuidendi aliquam naturam in aliqua plura. ipsa etiam erit principium distinguendi illa, in quæ ipsa natura diuidetur. & ita oportet dicere, si, pto quia, quia quantitas est principium iodiuidnandi naturam specificam. etiam ipsa erit principium distinguendi indiuidua; & sic istud dictum patet.

Secundum dictū illius opinionis si ue secunda conclusio.

Exigitur rō ad secundā conclusioni opinionis.

Sed diceret aliquis, quomodo est hoc possibile, q natura dicatur esse, hæc, singularis de se, & q ipsa posset diuidi in partes per ipsam quantitatem hoc non uidetur benè posse stare, etiam Scotus facit hoc argumentum in fine responsionum in forma. Respondent tamen, sustinentes opinionem, q substātia materialis, seclusa quantitate, est indiuisibilis, cum quantitas illi aduenit, ipsa fit diuisibilis, & potest diuidi in partes. hoc modo dicunt isti, & de natura licet dicatur esse hæc, ipsa tamē potest diuidi in partes per ipsam quantitatem aduenientem; Et sic patet dictum illorum cum ratione.

Dubitatio.

Soluitur dubitatio ad auctoritatibus opinionis.

Respondet Scotus ad istud dictum, & rationem; quòd fundamentum istud est falsum, scilicet, q idem sit principium diuisionis, & t. hoc est negatum supra, dando instantiam da diuisione generis. Illud ergo nego. nam materia est principium diuisionis, tū ipsa non facit differre illa, in quæ diuiditur; imo in ipsa natura conueniunt Sortes, & Plato, qui tamen diuidūt illam. Patet etiam de toto. Nam dictum est supra, quòd ratio quare ipsum totum quantum diuiditur in partes, est ipsa materia, & quantitas: tamen una pars non diuiditur ab alia, siue distinguitur, per ipsam materiam. Vnde dictum est quarta quæstione, quòd aliquando totum diuiditur in totum quantum, & totum uniuersale. Vt deductū est in toto homogeneo, quomodo illud diuiditur in partes suas: Aliquando duobus modis. ut patet ibidem.

Soluit Scotus rōnem opinionis.

Et contra si dicatur, cum ignis diuiditur in plures paruos ignes, nonne illa diuisio est in partes quantitatiuas? Dico, q sic, & subiectiuas etiam. Hoc tamen accidit, quòd illa duo concurrant simul: sicut accidit medico sanare seipsum. natura enim accidit, quòd eadem pars dicatur quantitatiua, & subiectiua: illa tamen distinguuntur ab alia parte quantitatiua per quantitatem, quæ tamen distinctio requirit aliam priorem, quę dicitur esse per differentiam iodiuidualem. Nam illa quantitas dicitur indiuidua. Nam non negamus, quòd non distinguantur duo in diuidua per quantitatem, & accidentia alia: sed negamus, q primo, & per se distinguantur illis accidentibus, hoc negamus, & ita illud dictum cum probationibus nihil ad nos.

Inquisitio

Responsio

¶ISTA positio uidetur &c.] Consequenter Scotus arguit contra illum modum dicendi, & probat, quod substantia materialis non dicatur esse hæc, & indiuidua per quantitatem. Et primo declarat illam opinionem, quomodo intelligitur, quod potest esse duplex sensus illius, Vnus potest esse, quòd natura specifica dicatur omnino esse una singularis, indiuisibilis in se, & q ipsa distinguatur per plures quantitates illi inexistentes, & quòd intrinsecè distinguatur illis. Alius sensus potest esse, q ipsa natura specifica dicatur de se hæc & singularis ex ratione sua formali. tamen, quòd per ipsam quantitatem actualiter diuidatur in partes quantitatiuas aduenientes illi. Quomodocunqua intelligas, habeo contra te. Nam si primo modo intelligas, sequuntur inconuenientia in Theologia, Philosophia, & Metaphysica: ergo illud tale non est dandum.

Sc. declarat opinionem Godof & Aegidij, & secunda cō clusio potest habere sēs dū sensum.

¶Primus intellectus uidetur impossibilis &c.] Posuit Scotus duos sensus, secundum quos prædicta opinio intelligi potest: Cum dicebatur, quòd secundum nullum illorum, opinio potest esse utra. probatur primo, non secūdum primum sensum. Nam sequerentur inconuenientia in Theologia. probatur consequentia, quo ad primum, quomodo sequerentur in conuenientia in Theologia, quia dicere, quòd Diuina natura existens una in se, indistincta, non possit esse in pluribus suppositis distinctis relatiuè, est contra uenire ueritati Theologicæ. Similiter contra Philosophiam est dicere, q sit aliqua una natura in pluribus realiter distinctis: quod nullus diceret. Ista ergo sunt inconuenientia. Deducuntur tamen ista, & maximè primum ex illo fundamento, quod tenemus in quarto dist. 8. & decima, q manentibus accidentibus, substantia nō manet, qñ hostia est consecrata. Et oppositum dicere est hæresis, & cōtra Theologicam ueritatem: probatur consequentia modo. Si substantia eodem numero indiuisa, & indistincta diuersis quātitatibus illam perficientibus dicatur esse prima numeraliter, & realiter, sequeretur, q nullus panis transsubstantiaretur in Eucharistia. imo, qđ fortius est, q non potest transsubstantiari. consequens est contra fidem nostram: ergo & illud, ex quo sequitur. Et hoc eodem modo arguatur de uino. consequentia tamen probatur. Nam substantia illius panis, uel uini, est eadem numero cum substantia alterius panis, uel uini, & illa manet eadem, manente quantitate post consecrationem. Nam illa substantia alterius panis, uel uini, manet, & per te est eadem substantia, cum substantia panis, uel uini consecrandi, ante cō secrationem. Et ita si manet una etiam alia: & illud argumentum sit in illo libello de naturis communibus destruendis; quia tunc eadem numero natura. poneretur in pluribus; & q Deus nunquam posset eam annihilare. Nam semper remaneret in aliquo alio, & ita diceremus etiam hic. Ille tamen libellus malè intelligit hoc: & ita non est dicendum, quòd eadem substantia manens eadem omnino in se indistincta, indiuiduetur, & fiat plures per quantitatem.

Reprobat Sc. primum intellectū.

Secundo sequuntur inconuenientia in Metaphysica, & primo, q erunt ponendæ Ideæ Platonis, & plusquam Ideæ Platonis, patet consequentia. Nam eadem substantia numero, quæ est de se hęc, manet in pluribus, & ita aliquod reale ponis unū, & idem numero in pluribus realiter distinctis, sicut Plato. imo plus. Nam ille Plato dicebat, q illa Idea non poterat informari aliquo accidente, & tu dicis, quòd ista natura una omnino eadem in pluribus, in quibus per quantitatem realiter distinguitur, informatur illa quantitate, & ita plus dicis, quàm Plato. hoc non est dicendum. secundo sequeretur, quòd arguendo ad hominem maxime secundum illud. 4. dist. 3. quòd duo accidentia eiusdem rationis solo numero distincta non possunt esse in eodem subiecto. Num hoc illi habent pro inconuenienti. Tunc enim sequeretur, q idem simul esset in actu, & in potentia. isto stante, sequitur, quòd multa accidentia absoluta, eiusdem rationis, possunt esse in eodem subiecto: patet, quam dicis, q substantia materialis una, & eadem numero manet, & q ipsa perficitur diuersis quantitatibus. & ita ponis plura accidentia solo numero distincta in eodē, quod tamen est contra alios doctores, & contra Philosophum quinto Metaphysicæ.

Deducit inconuenientia, quæ sequuntur in Metaphysica.

Confirmatur ista ratio, quia secundum Mathematicos, duę dimensiones eiusdem rationis non possunt simul idem subiectum perficere. patet. Nam unum, & idem corpus, non habet duplicem lōgitudinem, uel latitūdinem eiusdem rationis. Modo si eadem substantia in numero perficiatur illis diuersis quātitatibus, ut dicis, Tu ponis plures dimēsiones in illa: ergo hoc non est dicendum, & sic ista opinio esset cōtra Metaphysicos.

Cōfirmatur ratio.

Si tu intelligas istam opinionem in primo sensu, sequitur inconuenientia in Philosophia, q scilicet nihil potest generari, uel corrūpi; quod est destruere omnem Philosophiam naturalem. consequentia probatur. nam capio naturam lapidis, uel ignis, illa est, per te, una numero indistincta, & ita signetur nunc lapis, uel ignis, non generabitur aliquid de nouo nisi accidens. patet, quia illa materia eadem numero, una omnino indistincta, præsuit in alio, & sic non generabitur nisi noua quantitas, & accidentia ipsius; & ita nulla erit generatio substantialis, quod est absurdum in Philosophia similiter in corruptione, nunquam corrumpetur aliqua natura. nam semper illa remanebit in alio eadem omnino indistincta, & ita nulla erit corruptio substantialis. nam ista haberet pro termino ad quem, & a quo substantiam. Ista sunt absurda ergo illud nō est dicendum in illo sensu primo.

Deducit inconuenientia in Physica.

Sed fortius arguitur. Dicit Scotus supponendo illam opinionem illius maledicti Auerrois, quæ opinio est contra fidem, dicentem,

Fortius arguit Sco.

ventem, quòd cuiuslibet hominis est sua anima distincta, & uoluntas, & intellectus: Tamen ille maledictus Auer. (Dicit Scotus in quarto de resurrectione) dicit, quòd est una tantum anima in omnibus hominibus, ut patet tertio de aïa. & cōtra Magistrum suum Aristotelem. Supponitur ergo ista opinio tamquam uera, licet non sit, Tunc esset una substantia omnino eadem, & idem corpus, & tantum distingueretur secundū quātitatem diuersam, sed hoc non est dicendum. Et ita licet illi doctores euadant alia argumenta, ad istud de anima non reperiunt solutionem. Ad minus oportet ponere animam intellectiuam non esse de se hanc, & unam numero; nisi nellent esse cum Auerroe contra fidem. Et sic ille primus sensus relinquitur sufficienter improbatus.

Reprobat Sco. secundum sensum

Secundus sensus etiam non potest dari, s. q substantia materialis dicatur de sa hæc, tamen q ipsa diuidatur in sua indiuidua per quantitatem, quæ quantitas est de sa hæc; dicit Scotus q iste secundus sensus includit contradictionem, quòd aliquid dicatur de se hoc, & quòd illud multiplicetur in plura numero per aliquid adueniens illi, patet, quia dicere aliquid esse de se hoc, est dicere illud esse immulticabile, & implurificabile: Et deinde dicere illud multiplicari per quantitatem aduenientem, est dicere illud idem multiplicabile, & non multiplicabile, quę contradicunt. Et ita iste secundus sensus, non est tenendus. Et ideo ad illud exemplum, quod adducebatur ad istud secundum membrum, q substantia ante adeuntum quaotitatis est indiuisibilis in partes quantitatiuas, Dicit Scotus, quòd non est simile. Nam substantia materialis, seclusa quātitate, non est indiuisibilis sic, q repugnet illi diuidi: Sed est indiuisibilis quia non est actu quanta, tamen illi non repugnat diuidi in plures partes quantitatiuas. Non.n.dicimus illam indiuisibilem, sicut anima rationalis, sed quia illi repugnat simpliciter diuidi in partes quantitatiuas, quantuncunque quantitas adueniat illi; quia substātia materialis semper est talis, q illi coouenit posse diuidi: Sed dicere illam esse de se hanc, & unam numero, est dicere illam simpliciter indiuisibilem in plura numero, & esse de se talem, & indiuisibilem; & sic est dicere contradictoria, & ie argumento est fallacia consequentis. Nam ly de se, negatur in antecedente, & in consequente affirmatur. Non enim ualet: homo, ooo ast de se albus, argo homo est de se ooo albus; etiam demonstrando naturam illam quam dicis de se hanc, hoc nno est da sa habens partes; ergo hoc est de sa oon habens partes, & ita committitur fallacia in example illo, & per consequens ooo ualat, boe modo arguendo, ut patet.

Respondet Sco. ad exemplum.

Sco. Respondet ad quæstionem.

¶ Ad quæstionē ergo &c.] & ideo Scotus respōdet ad quæstiooem da menta sua, dimissis opinionibus multis, quomodo oatura, oel substantia materialis indiuiduatur. Nam dictum est primo, quòd noo indiuiduatur per illam duplicem negationem, nec per quantitatem, nec per materiam, oportet ergo uidere quid est illud per quod indiuiduatur. Et est conclusio Scoti, & saptima opinio in ordine. Ponit enim Scotus primo suam conclusiooem: Deinde declarat illam: & tertio mouet difficultates, quæ oriri possunt circa illam. Conclusio est hæc. Natora contrahibilis ad indiuidua plura, indiuiduatur aliqoo realiter positiuo, quod nomina communi dicitor diffatētia iodiuidualis, uel hę eccheytas. Et ita ad quæstionem diceret Scotus q sic affirmatiuè. probatur ista conclusio dupliciter. Et pro prima ratiooa suppooitur, quòd qoamliber entitatem consequitur sua propria unitas. Vnde Notandum, quòd duplex est unitas, & entitas: Quædā, quæ significatur nobis nomioe entis. Alia est limitata, & ista illa, quæ significatur nobis nomina generis, uel speciei. Modo dici, quòd qoamlibet entitatem, cōsequitur sua unitas. Illa entitas generis est etiam una genere; & entitas specifica est ona specie. Tarmioi autem patant ax dictis. Illa uoitas numeralis ast unitas simpliciter; quia est talis, quod illi, quod habet illam, repugnat diuidi in partes subiectiuas, & breuiter omois diuisio illi tali repugnat. Et ideo unitas specifica non est uoitas simpliciter. Nam ipsa patitur secum aliquam diuisionem: quia diuisiooem ipsius speciei in singularia. Tamen ipsa unitas nomeralis oullam patitur secum diuisionē. Ideo dicitur unitas simpliciter. Tunc probatur quòd illa unitas numeralis sumatur ab aliqua entitate positiua. Arguitur sic: uoitas substantialis, & simpliciter perfectissima est per aliquam eoritatem sobstantialem ultimatam, & simpliciter talā, quam consequitur: sed sic est q onitas indiuiduorum substantiæ est talis, scilicet substantialis, & ultima: ergo ipsa debet esse per aliquam entitatem positiuam simpliciter substantialem, & ultimā. Declaratur istud primo. Nam supponimus, quòd quālibet entitatem consequitur sua propria unitas, ut diximus

Conclusio Sco. quam probat dupliciter.

Supp. Sco.

Vnitas, & entitas duplex.

Deducitur prima ratio conclusionis Scoti.

proportionabiliter suo loco, scilicet entitatem simpliciter cō sequitur unitas simpliciter, & sic de alus, & ita antitatem substantialem indiuiduam in esse ultimato, debet etiam sequi unitas substantialis ultimata, & simpliciter. Tunc sic subsumamus: sed illa unitas substantialis simpliciter consequitur antitatem naturę, ual aliquam aliam entitatem absulutam superadditam ipsi naturæ. Non dabitur primum. Nam natura specifica quæcunque habet aliam unitatem specificam, qua conuenit illi diuidi in plures partes subiectiuas: Et unitas numeralis non compatitur secum talem diuisionem. Et ideo non est dicendum, quòd illa unitas consequatur illam entitatem naturæ: ergo aliquam aliam absolutam superadditam ipsi naturæ. quia non accidentalem, ut dictum est. q. 4. huius distinctiois, quòd nullum accidens potest esse principium indiuiduandi substantiam: & ita oportet dicere assa substantialem entitatem: & illam uoco ego differentiā indiuidualem, ul hæcceytatem, quomodocunque tum uoces illam: ergo illa indiuiduabitor ipsa natura substantialis, & materialis: Quæ differentia indiuidualis est eiusdem generis, substantiæ scilicet, cum ipsa oatura. Ad minus reductiuè, & sic habemus propositum.

Secunda ratio ad cōclusionem Sco. differentiæ est inter esse diuersa, & primo diuersa.

SECVNDÒ principaliter arguitur ad eandem conclusionem probandam, quòd scilicet natura & c. & ista ratio latius habetur in primo. d. 3. q. 3. supponēdo, quòd aliud est dicere aliqua essa diuersa, & aliqua esse primo diuersa, etiam dictum est nuper. Nam secundum Occham illa sunt primo diuersa, ex quibus una negatiua immediata constituitur. Et ita illa non sunt primo diuersa: Sortes, & Brunellus, sed bñ ista Sortes, & Plato, ut dictum est supra secundum illum doctorem. Et illa sunt primo diuersa, quæ in nullo concaptu cōmuni conueniunt, ut Deus, & creatura, non sunt primo diuersa: Nam conueniunt in conceptu entis. Tunc sic arguitur ad illam conclusionem. omnis differentia aliquorum differentium, reducitur ad aliqua primo diuersa: argo differentia duorum indiuiduorum quæ differunt, debet reduci ad aliqua primo diuersa. antecedens patet. Et ast sensus illius, quòd quando assignantur duæ differentiæ aliquotum duorum, oportet illas differentias esse primo diuersas, uel quòd ipsæ reducantur ad aliqua primo diuersa; aliter ast impossibile assignare illas, quia procederet in infinitum in illis, quod tamen est falsum, in speciebus maximè. cōsequentia probatur, nam rationale, & irrationale, uel sunt primo diuersa, & sic habetur propositum. uel sunt differentiæ tantum, & sic habent aliquid, in quo conueniunt, & aliquid per quod differunt, ea differentiona ipsorum differentiarum: Tunc quæram de illis, quibus differunt, & sic in infinitum, & par cōsequens ual illa sunt primo diuersa, uel differentiæ. Si primum, habeo propositum, sicut prius. Si secundum, etiam habent aliqua, quibus differunt, & sic in infinitum: argo oportet stare, & reducere illa ad aliqua primo diuersa. Et si dicas q illa differunt, & sunt primo diuersa: hoc dicit Sco. non uidetur ualere ex 10. Metaphysicæ. Et sic ista ratio est bona, & consequentia patet, quæ sunt: ergo differentiæ indiuiduales, quæ sunt illa primo diuersa, ad quæ reducitur differentia duorum indiuiduorum, uel est natura alia, & alia: uel est aliqua negatio: uel erit aliquod accidens absolutum positiuum, & erit aliquod de prędicamento substantiæ positiuum. Quodcunque dicas, habeo propositum, uel inconueniens: uel da mihi, quid est illud ad quod reduceretur. Noo dabis q dicatur esse ipsa natura. Nam oatura Sortis, & Platonis, oon dicuntur esse primo diuersa. Nam impossibile est, q unum sit illud, io quo aliqua duo formaliter conueniūt; & quod illud idem sit, in qoo ipsa differunt primo, atiam bene uerum est, q possibile est, quòd illud, in quo aliqua plura differunt, etiam illud idem sit distinctiuum illorum, oal in illis distinguitur realiter. Nam humanitas est illud, in quo Sortes, & Plato formaliter conueniunt, etiam secundum nominales: & ipsa humanitas ast illa, quæ realiter in ipsis diuiditur: tamen impossibile est aliquid unum, & idem esse principium formale, quo aliqua plura conueniant, & qno differant, & ad quod reducantur illa plura, & primo diuersa. Nec potest esse aliqua negatio, ex 2. q. huius. d. nec aliquod absolutum accidens, ex quarta quæstione. Et ita oportet dicere, q illud est aliquid additum ipsi naturæ, & de genere substantiæ reductiuè, & illud uocamus differentiam indiuidualem. & per consequens illa erit principium distinguendi, & indiuiduandi substantiam materialem.

Deducitur secunda rō.

Sensus propositionis, omnis differentia differentium.

Contra suas rationes arguit Sco.

CONTRA primam rationem.] Conclusio Scoti fuit ad quæstiooem, quòd aliqua antitate positioa, substantia materialis indiuiduatur, & hoc probauit duabus rationibus, contra quas ipsa ouoc arguit, ut magis appareant. Et primo contra illud, quod dicebatur, q ab entitate naturæ non potest sumi unitas singularis.

Deducitur ab Sco. contra primam suam rōnē.

singularis. Nam illa unitas specifica, est minor unitate numerali. Arguitur, uel, quòd natura humana est una numero, uel, quod est sicut natura Diuina, si esset aliqua unitas minor unitate numerali, uel illa esset in pluribus realiter distinctis, uel in uno numero tantum: si in uno numero tantum. Contra, quicquid est in uno numero, est unum numero: sed illa unitas specifica per te est in uno numero: ergo ipsa est unum numero: Quod negas dicendo, ꝙ ipsa est una unitate minori unitate numerali. Si autem ipsa est una numero in pluribus: ergo sequitur contra Damasce. quòd aliqua natura creata erit in pluribus realiter, & numero distinctis, quod ipse habet pro inconuenienti: quia dicit, quòd illud est proprium naturæ Diuinæ: & ita quodcunque dicas, habeo oppositum conclusionis tuæ esse uerum, uel inconueniens in Theologia.

Soluit Sco. hoc argum.

Respondet ad hoc argumentum Sco. supponendo illa dicta. q. 1. huius distin. deinde dat unum simile. Vnde dictum est supra, ꝙ natura prius est natura, quam dicatur esse hæc, & indiuidua, non tamen prius duratione; imo dictum est ibidem, quod quandocunque & pro quacunque mēsura ipsa natura est, semper illa natura est hæc, & indiuidua: tamen pro aliquo prius natura ipsa intelligitur, in quo non intelligitur esse hæc, & indiuidua: quia illud esse hanc, & indiuiduam, &c. est sibi idem realiter: quia illam differentiam indiuidualem, quàm nos ponimus esse principium indiuiduandi illam, dicitur esse eadem realiter ipsi; & tamen cum hoc stat, ꝙ ipsa natura, quātum est ex se, est prior naturaliter ipsa differentia indiuiduali: quia prius intelligitur esse, deinde intelligitur, illam esse hanc: quia natura non includit illam differentiam in sua ratione formali. Et sic illa natura ut sic, inquantum prior ipsa differentia indiuiduali, dicitur habere unitatem minorem unitate numerali. Nam ut sic ipsa potest contrahi ad hoc, uel illud singulare, per hanc, uel istam differentiam indiuidualem. Modo ad argumentum. Quando arguitur: illa entitas naturæ, quæro, uel &c. Dicit Scotus, ego faciam simile argumentum, in quo tamen non ualebat illa inquisitio, & per consequens non ualet in isto. Arguitur sic. Quicquid est in uno specie, est unum specie: sed color est in albedine sicut in uno specie; ergo color est unum specie. Argumentum istud est simile tuo, & bonum secundum formam; Tamen peccat in materia; quia conclusio est falsa: ergo aliqua præmissarum, & tamen arguitur, sicut tu arguis: ergo illud argumentum non concludit &c.

Aliqua dicta notabilia pro resolutione argumentorū.

Notandum tamen dicit Scotus pro declaratione istorum aliqua dicta, & unam distinctionem, & hoc in primo. d. 8. quæstione de attributis, post solutionem primæ difficultatis. etiā in Quolibeto. q. 13. Aliquid dicitur de aliquo denominatiue dupliciter. Vno modo per se primo. Alio modo denominatiuè tantum, uel per se non primo. Illud dicitur denominatiuè ab aliqua forma per se primo, quod est compositum ex susceptiuo illius formæ, & forma denomināte. Vt homo dicitur animatus ab anima. Anima denominat hominem per se primo, quia homo componitur ex anima, & corpore, quod est susceptiuū immediatum ipsius animæ denominātis formaliter. Secundo modo denominatiuè tantum, quando, scilicet illa forma denominans dicitur de susceptiuo formæ, non tamen de composito ex illo susceptiuo, & forma denomināte. Vt est ista: corpus est animatum. Anima tantum denominat ipsum corpus, quod est susceptiuum animæ immediatum, & non denominat ibidem hominem, quod est unum compositum ex illo susceptiuo; & anima non dicitur de corpore, nisi quia informat illud. Et ideo ista est accidentalis denominatiua, scilicet corpus est animatū. Alia est essentialis denominatiua, homo est animatus, quia non solum anima recipitur in potentiali, sed quia etiam dat illi esse simpliciter ultimatum. Datur unum exemplum hic de hac distinctione, quod tamen facit difficultatem. exemplum est, quòd ista est denominatiua tantummodo: superficies est alba. & ista est denominatiua per se primo: superficies alba est alba. in prima dicitur tantum, uel prædicatur forma de susceptiuo formæ: & in secunda dicitur albedo, uel forma de illo toto constituto ex illa superficie, & albedine; & ita esset per se primo modo duplici ratione, uel causa.

Mouetur dubitatio.

Respondeamus ad hoc de mente Scoti arguendo extra eex. Regula est, ꝙ de ratione in se per accidēs, nihil dicitur per se, sed illa est una per accidens, superficies alba, est alba ergo de ipsa non dicitur aliquid per se: & ita illa non est per se, superficies alba est alba. nā superficies alba est unum ens per accidens.

Soluit dubitationem occurrentē, et apparētē ꝗ prædictionē ex dictis Sc.

Ad hoc dico de mēte Sco. ꝙ prædicatio per se primo modo, fit duplici causa, uel ratione, aliquando enim dicitur per se, quia subiectum ipsius prædicationis dicit conceptum per se unum. & aliquando dicitur per se, quia prædicatum includit, uel est de ratione formali ipsius subiecti: & ista dicitur proprie, & uere, per se, quia habet illas duas conditiones. Vt est ista, homo est animal, homo est risibilis, sunt propriè per se, & primi modi. & sic dico, ꝙ ista non est per se, propriè loquendo, superficies alba est alba. Nam subiectum non dicit conceptum per se unum, ita per accidens, ut bene probat argumentum. Et tunc de ratione in se per accidens, nihil per se dicitur.

Alio modo sumitur prædicatio per se impropriè, & largo modo, pro prædicatione habente aliquam illarum duarum cōditionum, & non ambas, & hoc modo ista est per se, superficies alba est alba. & ista in Diuinis. pater est essentia. Nam licet nō sit ibidem prima conditio, quia non est conceptus per se unus in subiecto, tamen est bene secunda conditio, ꝙ prædicatum includitur in ratione subiecti, tanquam illud, quod dat illi subiecto esse simpliciter. nam propter essentiam pater est; uel esse accidentale. nam propter albedinem, superficies est alba. & hoc modo intelligit Sco. illam esse per se, & non primo modo: & tunc argumentum nihil facit contra nos. Nam regula intelligitur, ꝙ de ratione per accidēs, nihil dicitur per se, primo modo capiendo per se, & non secundo modo.

Aliquid esse unum specie dupliciter.

Ex his nunc est una distinctio Scoti, ꝙ aliquid esse unum specie, potest dupliciter intelligi. Vno modo per se non primo. Alio modo per accidens, & denominatiue tantum. primo, & per se, illud est unum specie, quod constituit aliud in esse specifico; & sunt differentiæ specificæ omnes, ut rationale, irrationale. Sed illud dicitur unum specie per se, non primo, quod cōstituitur in esse specifico per differentias specificas. Vt quæcunque natura specifica. Vt homo Asinus. Nam constituuntur in esse specifico per illas differentias specificas. Sed illud dicitur unum specie per accidens tantum, & denominatiue, ut color in albedine est unum specie, non primo nec per se, sed denominatiuè tantum. & eodem modo dicatur de esse unum numero. Quod est tripliciter per se primo; per se non primo & per accidens tantum. per se primo. Illud est unum numero, quod est alicui ratio essendi unum numero, & hoc est differentia indiuidualis, qua unumquodque constituitur in esse indiuiduali, & hoc. Et quodlibet indiuiduum signatum, est unum numero per se: quia per aliquid idem realiter sibi, & non per accidentale, non tamen primo, sed ratione differentiæ indiuidualis Et Tertio dicitur unum numero per accidens, species quacunque ratione, scilicet illorum indiuiduorum. Cum itaque arguitur sic. Quicquid continet &c. Concedo (aliquo istorum trium modorum:) & dico tūc, ꝙ illa species est una numero. Tertio modo, scilicet per accidens, ratione ipsius indiuidui, in quo ipsa est, & hoc nullum est inconueniens. Non tamen sequitur, ꝙ illa species per se primo sit hæc, & una numero: & sic patet illa conclusio. Nec ratio ista ualet contra illam.

Secundus punctus solutionis.

Consequenter declarat quantis sit illa differentia indiuidualis: (& quomodo differat a differentia specifica) & quomodo conueniat cum illa; & est secundus punctus principalis solutionis huius quæstionis. quia diuisio speciei in indiuidua, reducitur ad diuisionem generis,)quia aliquo modo cum differentia specifica conueniunt, & ista conuenientia declaratur hic. Notandum primo pro hoc, ꝙ differentia specifica potest comparari ad tria, & non plus. Primo comparari potest ad illud, quod est supra se: Secundo ad illud, quod est intra se. & tertio ad illud, quod est iuxta se. Primo modo, quando comparatur ad illud, quod est intra se, comparatur ad speciem. Secundo modo quando comparatur ad illud, quod est supra se, comparatur ad genus illius speciei, quod est aliquod superius: Tertio modo quando comparatur ad aliquid, quod est iuxta se, comparatur ad aliam differentiam specificam sub illo genere. etiam hoc modo differentia indiuidualis potest ad tria comparari: quando differentia specifica comparatur ad illud, quod est intra se, scilicet ad speciem, facit, ꝙ illi speciei repugnat diuidi in plures species, & ipsi differentiæ repugnat etiam constituere plura specie distincta. Dicimus tamen, ꝙ illud constitutum, illa differentia specifica, potest habere partes subiectiuas, & indiuidua. Et ista unitas specifica dicitur esse minor unitate numerali. Nam compatitur secum ipsam diuisionem, non in partes specificas, sed numerales. Et sicut quando differentia specifica comparatur ad speciem constituit speciem, cui repugnat diuidi in plures species: Ita etiam quando differentia indiuidualis comparatur ad indiuiduum, quod constituit, repugnat illi indiuiduo diuidi in plura numero. & hoc modo dicitur conuenire cum differentia specifica. Et hoc est, quod dicit Scotus, ꝙ illud, quod est unum specie, potest diuidi in plures quantitates materiales. Rectius tamen dicitur in libro, in partes subiectiuas: & sic patet, quod quando differentia specifica, & numeralis,

lis, comparantur ad aliquid infra se, conueniunt in hoc, & differunt etiam. Nam differentiæ ſpecificæ conueniunt aliqua diuiſibilitas, numerali uero conueniunt indiuiſibilitas.

Secundo modo, comparatur differentia ſpecifica ad illud, quod eſt ſuper ſe, ſ. ad genus, quod diuidit, habēdo ſe reſpectu illius generis, tanquàm realitas actualis ad realitatem potentialem. Vnde genus, & differentia, ad minus dicunt diſtinctas realitates; aliquando diſtinctas res. Aliter eſſet nugatio in diffinitionibus quidditatiuis, ſi penitus una, & eadem realitas ſignificaretur per illa.

Not. unde ſumatur genus, & differentia.

Pro quo nota, ꝙ genus aliquando ſumitur ab una re, & differentia ſpecifica ſumitur ab alia re. Aliquando genus, & differentia ſumuntur ab eadem re; & hoc quando illis correſpondet alia, & alia entitas realis ab unica, & eadem re. Vnde d. 3. dictum eſt in primo per iſtum terminum, rem, intelligo omne illud, quod ſine quocunq; alio poteſt habere actualem exiſtentiam; omne tale habet rationem rei. Vnde corpus eſt una res, anima alia res. Nam iſta poſſunt ſeorſum, unum ſine alio exiſtere, extra cauſam ſuam. per realitatem tamen intelligo, omne illud poſitiuum, quod natum eſt diſtinctè cōcipi ab intellectu, ſine alio. Vt animalitas in homine, eſt una realitas: & rationalitas alia. Nam unum poteſt bene concipi ſine alio; unum tamen non poteſt actualiter eſſe extra cauſam ſuam, ſine alio. ſine alio concipi poteſt, quia unum non eſt de conceptu quidditatiuo alterius. Vnde ſequitur, quòd in una, & eadem re, ſtant plures realitates, quæ omnes tamen una re, reantur ſecundum Bonetum.

Quando genus ab una re ſumitur, & differentia ab alia re, & quando ab una et eadē utrū que ſumantur.

Aliquando genus ſumitur, & differētia ſpecifica ab alia re. Nam animatū ſumitur ab illa re, quæ eſt anima, & illa eſt alia res, ab ipſo corpore, a quo ſumitur animal. Aliquando ab una, & eadem re, ut albedo, & color una, & eadē res, tamen dicunt diuerſas realitates. Et ita genus eſt unum potentiale ad differentiam: & differentia dicitur actuare ipſum genus, quando ſcilicet comparatur ad ſpeciem. Et ita conueniunt differentiæ ſpecificæ, comparatæ ad genus, & differentiæ indiuiduales cōparatæ ad ſpeciem. Nam actualiter determinát illas ſpecies, & naturas generis, & ſpeciei. Differunt tamen iſtæ differentiæ dupliciter quando comparátur ad ſupra ſe, ſcilicet ſpecificæ ad genus, & indiuiduales ad ſpecies. Nam differentia indiuidualis nūquam ſumitur ab alia re, quàm ſumatur natura ipſa ſpecifica, ſicut differentiæ ſpecificæ aliquando: ſed uniuerſaliter ſumuntur ab eadem re, tam in ſimplicibus, quàm etiam in cōpoſitis. Secundo etiam differunt, quia differentia ſpecifica conſtituit compoſitum, quod conſtituitur in eſſe quidditatiuo ſpecifico, & differentia indiuidualis non conſtituit hoc modo. Nō enim intelligitur perfectè homo, niſi intelligatur animal, & rationale, quæ ſunt de intrinſeca formali, & quidditatiua ratione illius. Non ſic eſt de differentia indiuiduali, & ideo Philoſophus ſeptimo Metaphyſicæ cap. de partibus diffinitionis dicit, ꝙ quidquid eſt idem realiter &c. quæ auctoritas eſt expoſita ſupra ad longū, quomodo humanitas eſt forma totius, & non forma partis: quia compoſitum ex anima, & corpore, formaliter dicitur homo adæquatè: & quomodo illa humanitas non eſt forma propriè informans, ſed eſt forma dans eſſe ſimpliciter ſubſtantiale; & per hoc multa argumenta ſoluuntur in materia de toto, & partibus. Etiam hoc uult Philoſophus, & Boetius, ꝙ nulla forma ſimplex, ſicut humanitas, poteſt eſſe ſubiectum, non ſic. Et ideo quidquid eſt idem illis, eſt primo, & per ſe tale illis. Differentia tamen indiuidualis conſtituit in eſſe hoc, ſingulari hypoſtatico. Sortes non dicitur ſimpliciter homo per ſuam differentiam indiuidualem, per ſorteitatem, bene tamen dicitur hic homo, per illam: & ita differunt iſtæ differentiæ, quando comparátur ad aliquid infra ſe, quod conſtituit. Ex dictis infert Scotus unum Corollarium, & dicit. patet illud dictum commune ſecundum logicos, quo dicitur, ꝙ ſubiectum habet rationem materiæ, & prædicatum habet rationem formæ. Sortes eſt homo, & huiuſmodi. Iſtæ differentiæ ſpecificæ, & indiuiduales, comparantur ad aliquid iuxta ſe; ut una differentia ſpecificè ad unam aliam. Vt rationale comparatur ad irrationale, & differentia una indiuidualis ad aliam, ut Sorteitas ad ipſam Platoneitatem, uel huiuſmodi. Et hoc modo comparatę ipſæ conueniunt, quia duæ differentiæ ſpecificæ ultimæ ſunt primo diuerſæ, ut dictum eſt heri. Differentiæ tamen indiuiduales, ſemper ſunt primo diuerſæ. Differunt tamen. Alio modo uniuerſaliter, quia uniuerſaliter de omnibus differentiis indiuidualibus, uerum eſt dicere, quòd ipſæ ſunt primo diuerſæ, non tamen eſt uniuerſaliter uerum dicere de differentiis ſpecificis, quòd ſint primo diuerſæ, ſed tantum de illis, quæ ſumantur ab una & eadem

Coroll Sco.

re, ſecundum diuerſas realitates. Nam quæ ſumuntur ab alia et alia re, illæ non ſunt primo diuerſæ. Vt quę ſumuntur ab anima, & corpore; animatum, & corporeum, non ſunt differentiæ, primo diuerſæ, quia de ipſis ens dicitur in quid, ſed ipſæ differentiæ ſpecificæ quæ ſumuntur ab alia & alia realitate, illæ tantum uniuerſaliter etiam ſunt primo diuerſæ, nec de iſtis dicitur aliquid in quid.

Soluitur argum. quodda ex dictis quod ſtale.

Ex iſtis differentiis, & conuenientiis differentiarum indiuidualium, & ſpecificarum non ſoluitur argumentum. Quando arguitur, quo de Sorteitate, & Platoneitate, uel ſunt eiuſdē ſpeciei uel non ſunt eiuſdem ſpeciei. Si ſunt eiuſdem ſpeciei, iam non ſunt primo diuerſa, patet conſequentia. Nam includere illam ſpeciem, & tunc quæro de illa ſpecie, quā includunt. uel illa dicitur de ſe hæc, & indiuidua, uel non. ēt ſi ſic; ergo eadem ratione natura lapidis, hominis &c. Nam eadem ratio eſt de omnibus. Si non eſt de ſe hæc, ergo habet aliquam differentiam indiuidualem, qua contrahitur, & ſic in infinitum: uel oportet dicere, quòd aliqua natura eſt de ſe hæc. Si illæ differentiæ ſunt eiuſdem rationis, uel ſpeciei; ſic patet primum membrum.

Secundum membrum, uel ſunt alterius ſpeciei, & rationis; conſequens eſt falſum: ergo & antecedens. conſequentia probatur, nam ſi conſtituentia ſunt primo diuerſa, & alterius rationis, etiam conſtituta, & ſic patet iſta obiectio, ad quam ex dictis patet ſolutio, dicit Scotus.

Soluit arg. per inſtātiā.

Reſpondet Sco. ad hoc, ſupponendo quòd differentiæ ultimæ ſpecificæ ſumptæ ab alia, & alia realitate, ſemper ſunt primo diuerſæ: non tamen ſequitur, ergo ſpecies conſtitutæ ſunt alterius rationis, uel diuerſæ: quia illæ habent genus ſupra ſe: ut rationale, & irrationale, habent animal tamquam genus & commune. Ideo non ſequitur, rationale, & irrationale ſunt duæ differentiæ primo diuerſæ: ergo homo, & Aſinus ſunt primo diuerſa, conſequētia nō ualet. Vnde clarè ſequitur, quòd ſtat, conſtituentia aliquorum eſſe primò diuerſa, ubi tamen conſtituta non ſunt primo diuerſa. patet in illo exemplo dato de illis differentiis ſpecificis, etiam ſeptima diſtin. data eſt iſta eadem inſtantia, quomodo illa conſequentia non ualet. & argumentum bene ſolueretur. Sed quia dare inſtantiam, non eſt realitatem argumenti dicere. Ideo Scotus ad hoc argumentum dat unam diſtinctionem talem, quòd aliqua æqualiter diſtingui, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo quòd æqualiter diſtinguantur quo ad impoſſibilitatem. Alio modo quo ad conuenientiam, uel non conuenientiam. Primo modo dicendo, ꝙ ſicut aliqua duo ſunt incompoſſibilia ad inuicem, ſic etiam aliqua alia duo, quæ ad ipſa comparantur. Vt ſicut calor, & frigus, ſunt incompoſſibilia naturaliter, etiam ignis, & aqua dicantur incompoſſibilia naturaliter; & ſicut duæ differentiæ ſpecificæ ſunt incompoſſibiles in eodem, etiam duæ ſpecies ſpecialiſſimæ, quæ illis conſtituuntur, dicuntur eſſe incompoſſibiles in eodem: Vt ſicut rationale & irrationale dicuntur incompoſſibiles ad eſſe ſimul in eodem; etiam homo, & Aſinus dicuntur incompoſſibilia in eodem. Secundo modo intelligitur quo ad differentiam & conuenientiam ipſorum ad inuicem, ſic ualet quòd Sortes, & Plato conueniunt in homine, ut in ſpecie: ſic etiam homo, & Aſinus conueniunt in animali, ut in genere. Dico nunc primo, ꝙ uniuerſaliter uerum eſt, ꝙ quantumcumque diſtinguantur conſtituentia aliqua, æqualiter diſtinguuntur eorum conſtituta, ſumendo diſtinctionem pro incompoſſibilitate: ſenſus eſt ꝙ æqualem incompoſsibilitatem habent ad eſſe ſimul homo, & Aſinus, ſicut rationale & irrationale: & ēconuerſo: tamen incompoſſibilia ſunt ad eſſe ſimul, albedo, & nigredo quæ ſunt duæ ſpecies conſtitutæ ſub colore, quantum diſgregatiuum, & congregatiuum duæ differētiæ conſtitutiuæ illarū ſpecierum. Hoc uniuerſaliter eſt uerum quo ad impoſſibilitatem. Secundo dico quod non oportet tanta diſtinctione diſtingui conſtituta, quanta diſtinctione diſtinguūtur conſtituentia, loquendo de æqualiter diſtingui, quo ad cōuenientiam, uel non conuenientiam patet ex dictis. Nam conſtitutiua, ſcilicet differentiæ illæ ſpecificę ſunt primo diuerſa: ubi tamen ipſę duæ ſpecies conſtitutæ illis, non erunt primo diuerſæ, ſed ſpecies uel conſtituta conuenient in aliquo quid ditatiuè. Sortes & Plato cōueniunt in aliquo quidditatiuè. Tamen duæ differentiæ indiuiduales, quibus conſtituuntur, ſunt primo diuerſæ. In nullo enim quidditatiuè conueniunt. Ad argumentum tunc dico, quando quæritur. Vel ſunt eiuſdem rationis. &c. Dico quòd alterius. Et ad improbationem. Nego conſequentiam. Nam non oportet quòd tantum diſtinguantur conſtituta, ſicut conſtituentia.

Soluit directe per diſt.

Aliqua æqualiter diſtingui dupliciter.

Contra,

Obijcit Sco. contra solutionē datā.

Contra, dicit Scotus. & est una replica. Nam uidetur, quòd argumentum non sit solutum, nam supponendo primo, quòd omnis substantia, uel est materia, uel forma, uel compositum. Quæro, illæ duæ differentiæ indiuiduales, etiam omnes, uel sunt substantia, uel accidens. Nam dictum est prius, ꝙ nullum accidens est principium indiuiduandi substantiam: ergo sunt substantiæ. Tunc quæro, uel sunt materia, uel forma, uel compositum. Non uidetur, quòd detur alia substantia: sed nullū est dicendum, ergo malè dicis. Respondit Scotus ad hoc per unam distinctionem, quòd est dupliciter entitas. quædam dicitur quidditatiua: Alia dicitur entitas hypostatica, uel indiuidualis entitas quidditatiua, est entitas formalis, specifica, quæ habet primo, & per se conceptum, & rationem formalem indiuiduam: quæ est una unitate minori unitate numerali: de qua sæpe dictū est in ista materia. Entitates hypostaticæ sunt omnes differentiæ indiuiduales, quæ constituuntur in esse hypostatico, incommunicabili, & indiuiduali, etiam dictum est.

Notandum secundo, ꝙ compositum capitur secundum entitatem quidditatiuam in communi, & secundum entitatem hypostaticam. etiam de materia, & forma, sicut de composito possumus loqui dupliciter. Vno modo in communi. Alio modo de contracta, & indiuidua, ut est forma hæc, determinatè, & contractè. Similiter de materia in communi, uel de materia hac, uel illa contractè & determinatè. Dico nunc, quòd Philosophus non loquitur de materia hac, uel illa determinatè, nec de forma hac, uel illa determinatè, nec de composito hoc, uel illo determinatè; sed loquitur de illis in communi. Vniuersaliter de composito substantiali, quodcunque sit illud: & quodlibet illorum est prius hoc singulari, & indiuiduo determinato: & tunc particularia sub illis dicuntur esse hæc, & indiuidua, per differentiam indiuidualis, & quando quæritur: uel ergo est substantia &c. concedo. & cum ultra quæritur, uel est materia &c. Dico nec hoc, nec illud cum dicitur contra. Nam omnis entitas &c. Concedo de entitate quidditatiua, quòd omnis talis est, uel substantia, uel accidens; & omnis substantia, uel est materia, uel forma, uel compositum, non tamen entitas indiuidualis, uel differentia indiuidualis, & hypostatica. Dico tamen, ꝙ differentiæ indiuiduales benè sunt substantia realiter, & identicè. nam sunt idem realiter ipsi substantiæ, uel est forma realiter, uel est compositum realiter; & differentia indiuidualis huius compositi, est ipsum compositum realiter; tamen distinguitur formaliter ab illo, cuius est differentia indiuidualis. Vt differentia indiuidualis, qua hæc albedo, est hæc, & una numero, est eadem realiter illi: & per consequens est accidens illa talis differentia; sicut illud, cuius est formaliter: ergo differentia indiuidualis, non est substantia nec accidēs formaliter, sed benè realiter. Tamen de illis, de quibus est sermo hic, benè sunt substantia formaliter; tamen nullum illorum trium includunt, & sic argumentum benè soluitur.

Soluit argumenta principalia.

¶ET per hoc patet ad primum Argumentum principale, quod includit &c.] Quærebatur utrum substantia materialis per aliquam entitatem positiuam per se determinantem illam dicatur esse hæc, & indiuidua Et dictum est, ꝙ sic. Contra hoc tamen sunt quatuor argumenta ante oppositum. Et primo arguitur sic. Si esset aliqua entitas positiua determinans naturā ad esse hanc; sequeretur, ꝙ ipsa entitas ad illam naturam se haberet, ut actus ad potentiam; consequens est falsum; ergo & antecedens. consequentia patet. Nam omne determinans aliud est actus, uel actuale, respectu illius: & illud, quod per ipsum determinatur, dicitur potentiale. falsitas consequentis probatur. Nam tunc ex illa differentia indiuiduali, & natura illa determinata per ipsam fieret aliqua compositio: cōsequens istud est falsum. ergo & antecedens. consequentia probatur, quia ex actu, & potentia, semper fit aliqua compositio, uel substantialis, & per se, si actus sit formalis, & potentia subiectiua: uel accidentalis, quando actus est forma accidentalis, uel accidens. Ita etiam ex illa natura determinata (si est potentia) & ex differentia indiuiduali determinanta illam (si est actus ipsius, fiet aliqua compositio) consequens istud est falsum: Nego: probatur. Nam si ex illis duobus fieret aliqua compositio, sequeretur unum absurdum, scilicet, quòd ibidem esset alia & alia materia. & alia, & alia forma; & per consequens ibidē esset aliud & aliud compositum. Nullū istorum est dicendū, ut patet. consequentia tamen probatur, quærendo de illa entitate positiua determinante naturam, uel ipsa est forma, uel materia, uel cōpositum: si est materia, & in cōposito est alia materia, iam ibidem erunt duæ materiæ. Si est forma, & in composito est alia forma, eadem ratione erunt ibidem duæ formæ. Si autem est compositum illa entitas, & ipsa additur ipsi composito. sunt ergo ibidem duo composita. Illa omnia sunt falsa, & absurda, ergo nulla talis est ponenda entitas. Argumētum est bonum, & habet bonam apparentiam.

Deducitur primū principale.

Soluit Scot. primū principale.

Respondet Scotus ad illud argumentum per unam distinctionem talem. Duplex est compositum, quoddam est compositum ex rebus, aliud est compositum ex realitatibus. Compositum primo modo est illud, quod cōponitur ex pluribus, quorum quodlibet est per se res, & uerè realiter existens extra causam suam. hoc modo compositum ex materia, & forma dicitur compositum ex rebus, quia tam materia, quàm forma, ex quibus, componitur, sunt uerè res. Aliud est compositum ex realitatibus, quando scilicet tam potentiale, quàm etiā actuale, dicunt distinctas realitates, & non res. Vt compositio albedinis ex colore, & disgregatiuo. Nam ista dicunt distinctas realitates, & nō res, & generaliter omnis compositio ex genere, & differentia dicitur esse ex realitatibus, & dicitur esse compositio Metaphysica. Dico nunc primo, ꝙ ex natura specifica, & differentia indiuiduali determinante illam, non fit compositio ex re, & re. Nam non sunt uerè res, licet bene ipsa natura dicatur esse res, nisi identice, & idem realiter illi rei, cuius est. proprius tamen dicitur realitas. Etiam genus, & differentia propriè non dicunt rem, & rem: quia duæ uerè res realiter distinguuntur: genus uerò, & differentia nunquam distinguuntur realiter, nisi quando sumuntur, genus ab una re, & differentia ab alia re; distinguuntur tamen formaliter, & ita non est compositio ex rebus; compositio ex ipsa natura, & differentia indiuiduali illius. Secundo dico, ꝙ ex ipsa natura specifica, & differentia indiuiduali, fit bene compositio realitatum, & realitatum; ex humanitate, & platoneitate fit compositio nō quidem, ut ex rebus, sed tāquam ex realitatibus; & nullam arguit imperfectionem.

Applicatur distinctio. Primum dictum.

a dictum.

Declaratio Scot. quare ex natura diuina, & relatione originis, non fiat compositio.

Sed Scotus declarat hic unam bonum uerbū. nam sicut concedimus, ꝙ ex ipsa natura, & differentia indiuiduali fit compositio ad sensum datum. Vtrum etiam concedendum sit, diceret aliquis, ꝙ ex natura diuina, & ipsa relatione originis, qua constituto in esse personali fiat aliquo modo compositio, ad minus ex realitatibus. Cum dicas, quòd nullam dicit imperfectionem, uel si non potest concedi, dicas, quæ est causa.

Ad hoc responsum est in primo dist. 8. q. 4. Sed hic dico, quòd in diuinis quodlibet essentiale est infinitum formaliter; essentiale in diuinis sunt omnia illa, quæ sunt communia tribus, & illa sunt infinita formaliter, & ex octaua distin. primi, q. 4. in primo articulo principali, prædicatio identica est quando alterum extremorū illius est formaliter infinitum, uel utrunque simul. Exemplum secundi: essentia diuina est bonitas, est identica: exemplū primi: essentia est paternitas, etiam est identica. nam unum extremum, scilicet essentia est formaliter infinita; & in prima, scilicet essentia diuina est bonitas diuina. Vtrunque extremum est formaliter infinitum. Et est regula ibidem, quòd omne formaliter infinitum identificat sibi realiter omne illud, quod est illi compossibile, & non repugnat illi. Et per consequens essentia diuina, quæ est primum essentiale in diuinis, infinita formaliter, & radicaliter identificat sibi bonitatem, paternitatē. & omnia, quæ in diuinis sunt: quia omnia illa sunt compossibilia ipsi, & tamen ex illis omnibus cum essentia diuina, nulla fit compositio Metaphysica, sicut in creaturis, Ex natura specifica, & differentia indiuiduali. Et ratio huius non est identitas realis: Nam etiam in creaturis sunt idem realiter. Vt patet benè. Illa ergo non est causa totalis, ut patet, sed causam assignat Scotus, quia essentia diuina ex sua ratione formali habet unde ipsa per identitatem includat quamlibet relationem, & proprietatem personalem. Natura tamen specifica non habet ex ratione sua formali, quare includat per identitatem illam differentiam indiuidualem. Primum patet, nam essentia diuina ex sua infinitate formali, quia formaliter infinita, habet ꝙ identificet sibi omne compossibile illi: non est autem sic de natura humana. Nam illa, uel quæcunque alia creata, licet habeant differentias indiuiduales easdem sibi realiter, non tamen ipsæ naturæ creatæ faciunt illas easdem sibi formaliter, sed illud est propter aliquod. Tertium, in quo illa duo sunt, scilicet, natura creata, & differentia indiuidualis identificatur propter indiuiduum, tanquàm propter illud, in quo illa duo sunt una res realiter. Et ideo non conceditur aliqua cōpositio indiuidualis. sicut cōceditur sequi in creaturis quia non est eadem ratio identitatis utrobique.

Regula de formaliter infinito.

Dubitatio.

Et si dicas, ꝙ tunc materia, & forma erunt idem realiter propter illud tertium, s. compositū, in quo sunt idem realiter, scilicet propter compositum, quod per se componitur ex illis,

si na-

si natura specifica, & indiuidualis differentia sunt idem realiter propter secūdum, scilicet indiuiduum, in quo sunt idē &c. Hoc modo dicā de materia & forma, qđ tamen est falsum, ergo etiam in illis. Respon. Scotus ad hoc satis implicitè, ꝙ non est simile, quia materia & forma distinguuntur realiter ab ipso composito, & tertio: non tamen natura specifice, & differentia indiuidualis distinguuntur realiter ab ipso tertio, scilicet indiuiduo. Imo sunt idem realiter ipsi, & in ipso. Et ita nō est simile, ut patet. Et sic illud dubium benè soluitur. Nec sequitur aliquid mali contra nos. Ex istis nunc ad argumentum quando arguitur sic, sequeretur, ꝙ ex eadem ratione. &c. Concedo, sequeretur compositio realitatum, nec hoc est falsum, uel inconueniens, & tunc, cum arguitur inquirendo, dico, ꝙ nec sic, nec sic, nam illa tria, scilicet materia, forma, & compositum, sunt in compositione ex rebus, non tamen in compositione realitatum. Nec isto modo est Respondendum; & sic argumentum istud benè soluitur.

Soluitur.

Ad formā argu.

2. principale deducitur.

Secundò principaliter ad idem arguitur, probando, ꝙ natura specifica nullo modo possit determinari per ipsam entitatem positiuam, quam uocemus differentiam indiuidualem. Nam si hoc esset uerum, sequeretur, ꝙ singulare esset unum ens per se: consequens est falsum: ergo & antecedens. falsitas consequentis probatur, quia benè sequitur, singulare est ens, ꝙ se: ergo est per se intelligibile. patet consequentia. Nam intelligibilitas est passio entis. eodē modo enim, quo unumquodque est ens, siue per se, siue per accidēs, eodem modo est intelligibile; scilicet per se, uel per accidens. si ergo singulare est unum per se, est etiam intelligibile per se; sed hoc est falsum, & contra Philosophum dicentem: uniuersale non sentitur, singulare uerè non intelligitur, sed supple sentitur.

Solutio Sc.

Respondet ad hoc argumentum Scotus, tangendo materiā de cognoscibilitate singularis. pro cuius declaratione Notādū est una distinctio talis, quòd singulare esse per se intelligibile, potest dupliciter intelligi. Uno modo simpliciter absolutè. Alio modo secundum quid. simpliciter absolutè sensus est, ꝙ hæc sit uera, sensibile est intelligibile nulla determinatione addita, & sic concedo illud absolutè. nam singulare cadit sub obiecto intellectus nostri, & est unum intelligibile. Secundo modo capitur secundum quid, scilicet cum aliqua determinatione, scilicet cum ista, uel ab intellectu nostro, uel ab intellectu uiatoris, siue pro statu uiæ, uel ab intellectu separato a materia omnino; cum aliqua istarum determinationum est intelligibile ab intellectu nostro. & hoc potest dupliciter intelligi. Uno modo, quòd ly intelligibile determinet intellectum nostrum; & hoc modo esset falsa, de ista materia habetur in primo dist. 3. & in tertio de notitiis animæ Christi. Nam cognoscit omnia singularia, uel multa abstractiuè, & per species illorum; uel quomodocunque, de hoc ibidem. Tamen intellectus noster licet sit eiusdem rationis cum intellectu animæ Christi, non potest. & ratio diuersitatis est, quia nos sumus sub statu peccati, & non cognoscimus nisi phantasiabile, & singulare propriè nō est phantasiabile. Nam illud propriè phantasiatur, quod est ratio gignendi phantasmata, & ista sunt naturæ ipsę, & non singularia, sub ratione propria singularitatis. Quomodo nos loquimur hic; & per consequens non est a nobis cognoscibile pro statu isto. Nam aliter non oporteret tot formare quæstiones de ratione indiuiduandi naturam, etiam Occham in Quolib. hoc modo diceret. Concedo ergo, ꝙ singulare simpliciter, & absolutè est intelligibile, etiam sub propria ratione intelligibilitatis. Sed contra; hoc est contra Philosophum. Nego, dico enim, quòd non intelligit intellectum esse uniuersalium cum præcisione, sed sine. Et sic argumentum hoc benè soluitur.

3. principale deducitur, & ē replica ad solutionem du plici.

Tertiò Principaliter arguitur, & soluitur quarto loco, & est una replica ad solutionem datam. arguitur sic. Si singulare constitueretur in esse hoc aliqua differentia indiuiduali, sequeretur, quòd ipsum singulare esset per se ens, & per consequens esset per se intelligibile: consequens tamen istud est falsum; ergo & antecedens. Nego falsitatem consequentis. probat ipse hoc esse uerum, scilicet, ꝙ si singulare esset per se intelligibile, sequeretur, ꝙ de ipso singulari esset demonstratio, & per consequens scientia; hoc tamen est falsum, & contra Philosophum septimo Metaphysicæ cap. de partibus definitionis; & primo posteriorum expressè; qm̄ scientia est necessariorum, & impossibilium aliter se habere: sed singularia nō sunt necessaria, nec impossibilia aliter se habere: imo mutantur sępissimè. consequentia probatur. Nam omne per se intelligibile, potest intelligi, & sciri scientia propriè dicta, quæ est per demonstrationē; & sic de ipso esset scientia.

Respondet ad hoc Scotus, negando consequentiā: & ratio est. nam tenet in prologo primi. q. prima, quòd diffinitio subiecti est medium in demonstratione potissima, & propter qđ; & non diffinitio propriæ passionis, contra Thomistas. Ad hoc enim, ꝙ aliquid possit demonstrari, uel aliqua de ipso, requiritur, ꝙ illud habeat diffinitionem propriè dictam, & per se primo. Modo singulare non habet diffinitionem hoc modo licet benè per se, nō tamen primo. & ideo nihil de ipso demonstratur propriè, per se, & primo, & sic non sequitur, quod de ipso habeatur scientia per se, & primo. & sic argumentum benè soluitur.

Solutio tertii principalis.

Aliter tamen soluitur argumentum & benè, quando arguitur sic. Concedo totum argumentum de demonstratione particulari, non autem de demonstratione uniuersali. Unde termini illi declarati sunt loco præallegato. quando enim demōstratur passio per diffinitionem uniuersalis de aliquo particulari contento sub subiecto, uel illo uniuersali, & demonstratur nō ut passio primo, & adæquatè conueniens illi singulari, sed secundario, illa dicitur demonstratio singularis, & non dicitur particularis, uel singularis; sed quia uniuersaliter concluditur de quocunque singulari sigillatim. Ista dicta sunt ad plenum loco dicto. & sic patet argumentum.

2. Solutio tertij arg.

Quartò principaliter Arguitur, ꝙ nullo modo natura communis, determinetur illa entitate positiua. sequeretur enim, quòd indiuiduum posset diffiniri diffinitione propriè dicta: consequens est falsum. ergo & antecedens. consequentia probatur. Nam tunc quodlibet indiuiduum haberet unam differētiam indiuidualem nulli alteri conuenientem. Sed illi proprium. & ita ex specie, & differentia illa constitueretur una specialis diffinitio cuiuslibet indiuidui. Ut dicendo: Sortes est homo talis, uel talis. per ly, talis, intelligendo differentiam illam.

4. principale deducitur.

Respondeamus ad hoc argumentum, negando consequentiam: & quando probatur, ꝙ haberet differentiam. Dico, ꝙ ad hoc, ꝙ aliqua differentia ponatur in diffinitione alterius, requiritur, ꝙ ipsa exprimat, quod quid erat esse diffiniti. Sed Aristoteles primo Topicorum dicit, oportet, ꝙ ipsa dicat quidditatē. Modo differentia indiuidualis, quæcunque esset illa, est materialis. Et ita non dicit quidditatem. Et ita ipsa non sufficit ad constituendam diffinitionem propriè dictam quidditatiuam. & sic argumentum hoc benè soluitur. & sic patet quid sit de ista bona quæstione.

Sol. 4. principale.

QUAESTIO SEPTIMA.

VLTIMO Quæro quantum ad istam materiam &c.] Consequenter ad istam materiam terminandem, quomodo substantia multiplicatur, & pluraficatur, dicto de substantia materiali, Quærit nunc de materiali. Utrum scilicet, sit possibile, plures Angelos esse in eadem specie, uel natura. Unde Scotus supponit unum, & aliud quærit, supponit, ꝙ sunt plures species Angelorum. hoc est certū, siue in uno ordine, siue in alio. licet aliqui doctores dicant illos nouem ordines, esse nouem species. Sine ita sit, sine non. ego non curo, plures ergo sunt species. Sed quærit Scotus: Utrum in una eadem specie possint esse plures singulares Angeli, sicut sunt plures homines in natura humana: plures Asini in natura illa. Et pro tituli quæstionis declaratione, est Notandum, ꝙ Titulus potest habere quadruplicem sensum, uel quadrupliciter quæri, uel quæstionem quadrupliciter formari. Uno modo: Utrum sit possibile in genere causæ efficientis esse plures Angelos in eadem specie, uel secūdo. Utrum in genere causæ materialis. Utrum tertio in genere causæ formalis, & finalis. breuiter, Utrum in quolibet genere causæ possibile sit plures Angelos esse. & si in genere causæ efficientis. Utrum possint esse plures Angeli, adhuc dupliciter. Uno modo Utrum in genere causæ efficientis, scilicet naturalis, uel diuinæ, idest utrum Deus possit facere plures Angelos in eadē specie numero distinctos. hoc modo quæstio ista potest intelligi. Secundo modo in ordine ad efficiens secundarium, & creatum. Utrum scilicet, actione agentis creati, possibile sit, plures Angelos esse in eadem specie; & in hoc sensu non est quæstio nostra, quia diceremus, quòd non. Nam Angelus sola creatione producitur; & annihilatione destruitur: sed ex prima quæstione quarti nulla creatura potest creare: ergo hoc non intelligitur. Secundo modo ex parte causæ formalis, & esset sensus: Utrum in Angelo sit aliqua incompossibilitas ex ratione formali illius, quare in una & eadem specie non possint esse plures Angeli numero distincti. & hoc modo etiam potest esse quæstio nostra. Tertio ex parte causæ materialis, Nulla esset quæstio.

Quo suppo nis plures esse species Angelorū.

Titulus qñis potest habere quadruplicem sensum.

quæstio. Nam sensus esset. Vtrum aliquod agens creatum posset de potentia materiæ educere plures Angelos in eadem specie. & patet bene quòd non, quia Angelus est substantia omnino immaterialis. Quarto modo in genere causæ finalis, sensus esset. Vtrum Deus, uel quodcunque aliud agens, posset plures Angelos eiusdem speciei, solo numero distinctos, ad eundem finem ordinare, uel producere: & in hoc sensu non est quæstio hic de pœna, uel gloria, ad quam ordinantur a Deo, tanquàm ad finem: sed infra dicemus. & ideo principaliter est difficultas in genere causæ efficientis, uel formalis, & non aliter. & hoc modo intelligendo titulum quæstionis.

Ad partem affirmatiuam arguitur quam partem probabiliter tenemus, quòd in una specie Angelica, Deus potest creare plures Angelos numero distinctos, & quòd hoc non repugnet ea ratione causæ formalis illorum. & est auctoritas Damasceni dicentis expresse, quòd secundum unamquamque speciem Deus fecit Angelos, idest constituit plures hypostases, & multæ aliæ auctoritates ad hoc habentur ad longum in a. quæst. Quolib. Vt illi adinuicem congaudeant. nam communerbum est, quòd pares cum paribus in specie facilius congaudent, quàm pares cum paribus in genere. & sic illa pars relinquitur nera. Sequitur.

¶Qvi dicunt ad quæstionem &c.] quia solutio quæstionis istius dependet ea dictis in aliis quæstionibus, quæ rationabiliter præmittuntur ad istam; etiam illi qui dicunt ad illas quæstiones, dicunt ad istam, aliter, & aliter. Nam prima ponitur opinio Beati Thomæ, & ipsorum, qui dicunt, Substãtiam esse hanc & unam numero per quantitatem: supponendo rationes illorum. Deinde arguit contra illos dimittẽdo modum illorum. Vnde cõclusio omnium illorum Doctorum est, quòd non solum non sunt plures Angeli in eadem specie, sed etiam quòd per nullam potentiam, etiam diuinam, possunt esse plures, nec sunt tam de facto, quàm de possibili. ponunt istam cõclusionem, & probant eam. Primo sic. Repugnat tam ea causa intrinseca, quam ex causa extrinseca, esse plures Angelos in eadem specie. ergo plures Angeli esse in eadem specie nullo modo est possibile. Quod autem repugnet ea causa intrinseca patet secundum Beatum Thomam questione quinta huius distinctionis. quia secundum ipsum, etiam secundum Philosophum, materia est principium indiuiduandi substantiam; sed sic est quòd materia talis non est in Angelis. Vt omnes concedũt: ergo ea parte causæ intrinsecæ, repugnat naturæ illorum plurificari: & per consequens esse plures Angelos in eadẽ specie. Quod autem repugnet illi esse plures ratione causæ extrinsecæ, scilicet ratione alicuius accidentis. patet. Nam quãtitas est causa extrinseca indiuiduandi substantiam, secundum illos Doctores: & tamen nulla quantitas talis est in Angelis, etiam secundum omnes. Nam soli Spiritus. & ita nullo modo conuenit Angelis, & Angelicis naturis, uel speciebus plurificari numero. Immo simpliciter repugnat illis. & ita Deus nec fecit, nec facere potest plures Angelos in eadem specie, solo numero differentes. Et iste est modus illorum. fundamenta tamen illorum patent ex quarta & quinta quæstionibus prioribus. Contra illos tamen ponit Scotus aliqua argumenta principalia.

Primo principaliter arguitur. Ponendo unam cõclusionem de directo, contra illos, ex cuius probatione impugnat oppositum illius. Et ista conclusio Scoti est de possibili, & de facto etiam. Possibile est, immo ita est, quòd plures Angeli numero distincti esse possunt, & sunt in eadem specie Angelica. probatur. Primo sic. Omnis quidditas quantum est ex se, est communicabilis: sed natura Angelica quæ cunque est quidditas: ergo omnis talis est communicabilis, & non nisi pluribus eiusdem speciei, numero tamen distinctis: ergo &c. Maior patet. Nam si aliqua quidditas esset incommunicabilis, uel hoc esset propter perfectionem illi dandam, uel esset propter imperfectionem illius declarandam. Neutrum istorum est dicendum, ergo &c. Non propter primum: quia si communicari diceret imperfectionem in natura, Tunc natura diuina esset imperfecta. Nam illa communicatur, secundum omnes, tribus diuinis suppositis: de hoc tamen uigesimasexta distinct. in argumentis quartæ uiæ Beati Bonauenturæ, quod communicari, nullam dicit imperfectionem in natura, quæ cõmunicatur. Nec est dicendum, quòd quidditas est incommunicabilis propter sui imperfectionem declarandam, hoc maximè esset in quidditatibus imperfectioribus, quod non est dicendum, patet, nam natura uermis, natura lapidis communicatur. Et ita non repugnat eorum quidditati, communicari.

Ad minorem. sed natura Angelica est quædam quidditas, hoc nullus negat, quòd natura Michaelis, uel alia, si est species specialissima quòd non dicat naturam, & speciem; & est res, cui non repugnat existere. Vnde chimera non dicit quidditatem, uel naturam, nam illi repugnat existere, & Angelicæ naturæ non repugnat existere, immo est; & ita natura illius dicitur quidditas, & sic hoc primum argumentum est bonum.

Secundò principaliter. Ad idem arguitur. Quæcunque natura, uel quidditas creata potest intelligi sub ratione uniuersalis: ergo possibile est plures esse Angelos in una specie Angelica: consequentia est bona licèt a remotis. multum tamen bene deducitur. Pro antecedente nota. Sicut dictum est distinctione uigesimatertia primi. Quod ratio communis non est idem quod ratio uniuersalis, nec econuerso. Nam ratio uniuersalis est, quòd illud, quod dicitur uniuersale, distinguatur, & plurificetur in illis, de quibus dicitur. & hoc modo essentia diuina non est uniuersalis. Nec ratio uniuersalis transfertur ad diuina; nam non plurificatur ipsa essentia diuina, & uniuersale habet esse in multis. Ratio uerò communis, uel communioris ad aliqua est, quòd illud extendatur ad illa, sive plurificetur in illa, siue non; solum quòd dicatur de illis, & prædicetur in recto, prædicatione dicente, hoc est hoc. hoc modo etiam essentia diuina est communis tribus personis. Nã dicimus. Pater est essentia diuina. filius est essentia diuina. Nota secundo tamen quòd in creaturis, omne commune est uniuersale, & ècõuerso, non tamen in diuinis. & ideo quando arguebatur, qualibet quidditas creata concipi potest sub ratione uniuersalis, patet bene, quod est uera. nam constituitur in aliquo uno prædicamento; & omne quod est in serie prædicamentali, dicitur contineri uel sub ratione generis, uel sub ratione speciei specialissimæ, uel differentiæ, uel indiuidui. Ec cum illæ naturæ Angelicæ, etiam secundum istos, sint in prædicamento, oportet, quòd possint concipi, sub uno illorum modorum, generis, scilicet, uel speciei, & per consequens sub ratione communis, & uniuersalis: & sic patet illud antecedẽs. consequentia declaratur. Quia si natura Angelica possit concipi sub ratione uniuersalis, signum est, quòd non repugnat illi distingui in plura eiusdem rationis. patet ista consequentia. sicut secunda Quolib. Nam quando Angelus concipitur sub ratione uniuersalis, uel ergo concipitur sub modo repugnanti illi naturæ, uel sub mõ cõuenienti. Si Secundo modo tunc sequitur, ꝙ illi non repugnat diuidi in plura numero ad minus; Tunc consequentia est bona. Si autem dicas, quòd concipitur sub modo repugnanti, sequitur tunc unum inconueniens, scilicet, quod ista est ratio in se falsa, scilicet, natura Angelica est communicabilis, quod tamen est falsum, & inconueniens Nã aliter, quomodo multi Doctores sancti, & multi articuli pariscenses, concipiunt illam naturam Angelicam esse uniuersalem, uel communicabilem pluribus? Cum ergo multi Doctores sancti, & maximè Damascenus, Vt patet per auctoritates post oppositum, dicat hoc, oportet dicere, quòd natura Angelica concipitur sub modo illi conuenienti, quando concipitur sub ratione communicabilis; & per consequens tunc potest in plura numero distingui.

Tertiò principaliter Arguitur ad hominem. Et argumentũ est bonum, supponendo, quòd beatus Thomas 41. d. quarti q. 1. dicit, quòd idem numero homo non potest reparari, nisi anima intellectiua ipsius intelligatur remansisse post corruptionẽ ipsius. Vnde dicit, ꝙ si Deus annihilaret hominem, Sortem totum, & totaliter, tam quo ad animam, quàm quo ad corpus, sic ꝙ nihil illius remaneret, non posset Deus illum eundem nomero reproducere. Tunc hoc stante, Arguitur sic. Si Deus non posset facere plures Angelos in eadem specie, sequeretur, quòd si Deus annihilaret Michaelem, non posset unum alium Angelum eiusdem naturę reproducere, uel sequeretur, ꝙ si produceret, produceret illum eundem numero. Sed quodcunque dicas habeo contra te: ergo &c. Non dices, quòd eundem numero. Ea dictis tuis in quarto, & per casum ille ponitur annihilatus totus, & totaliter, & quòd illius nihil remansit quia tantum erat ipse solus in illa specie, ut patet per te. si reproducat alium numero distinctum, habeo propositum, quòd erunt, uel esse possunt ad minus plures Angeli numero distincti in una specie, quod est propositum, & ꝙ natura illius erit communicabilis. Quod etiam negas. Quod autem Deus non posset reproducere unum alium Angelum, uel illum eundem annihilatum in illa eadem specie, non uidetur nisi unum chimericum, dicit de Bassolis. Et si daretur euasio ad istud argumentum, quæ euasio datur in Quolib. ab ipsis Thomistis, & si Deus annihilaret unum angelum, benè posset reproducere unum aliom, uel illũ eundem,

Marginalia (left): Solutio q8. nis secundũ D. Tho. Concl. D. Tho. & sectatorũ eius — Prima rõ ad conclus. — Contra hãc opinionem arguit Sco. Concl. Sco. opposita con cl. D. Th. — Prima rõ ad concl. Sc. & contra præcedentem.

Marginalia (right): 2. rõ Sco. ad idem. — 3. rõ ad id. — Euasio Thomistarum

nisi ꝙ in una specie Angelica possent esse plures Angeli numero distincti, & hoc successiue tantum, & non simul.

Reprobatio euasionis.

Contra hoc arguit Sco. ibidem: Quæcunque potentia potést introducere plures effectus successiue, potést producere eosdé simul, & semel, nisi repugnantia se teneat ex parte effectuum: Vt patet de illuminare, & calefacere, qui non possunt eé simul natura ad minus, nam habent illum ordinem effectuum necessarium: tamen non est hic talis repugnantia illorum plurium Angelorum, ad esse, uel posse esse simul: maximé tenendo unum principium B. Thomæ, in primo scripto, licet ipsi Thomistæ dicant ꝙ quando scripsit illa scripta erat iuuenis; tamen semper fuit doctus, nec hoc modo dicere est honor ipsis, nec Beato Thomæ: & ita concludendum est plures Angelos &c.

4. Rõ Scot. ad idem.

Quartò principaliter ad idem arguitur sic. Anima distinguitur numero in diuersis hoib. numero distinctis, est tamen eadé specie: ergo plures Angeli numero distincti possent esse idem specie: Antecedens patet secundum fidem, aliter esset uerus error illius maledicti Auerrois, qui tantum ponebat unum, & eúdem intellectum numero in oib. hoibus: consequétia þbatur, quia eadem rõ, quæ concludit plures Angelos non posse eé in eadem spé. Immo hoc esse impossibile, illa eadem rõ cóncludit, ꝙ non possent esse plures animæ in eadem specie, sed quælibet faceret suam speciem: quod nullus dicit: ergo non est dicendũ, esse impossibile plures Angelos posse esse &c. Assumpsũ patet .s. quod eadem rõ &c. Nam rõ quare per uos non possunt esse plures Angeli in eadem spé, ét per potentiam diuinam, est, quia Angeli nõ habent materiam, sunt immateriales: Mõ patet qd' aia non habet materiam formaliter, nec quidditatiue includit illã plus, quàm Angelus. est.n. immaterialis: sed aliud eé immateriale, non impedit de anima, ꝙ non possint esse plures numero distinctæ in eadem specie. ex dictis ergo etiam illud non impediret de Angelo.

Euasio Thomistarũ ꝙ aliquid possé habere materiá dupliciter.

Dant tamen ipsi unam euasionem, quæ parum ualet, ꝙ aliquid posse habere materiam põt intelligi dupliciter. Vno mõ actualiter. Alio mõ habitudinaliter, actualiter sicut nos oés, tã quàm partem nostri habemus materiam, corpus organicum. Secundo mõ habitudinaliter, quia hét inclinationé naturalé ad informandam materiá. Dicunt illi nunc, ꝙ Angelus, & anima, bene conueniunt in non habere materiam actualiter, nullo mõ eam habent actu, tamé distinguunt illi Angelum & animam per habere materiam. Secũdo mõ .s. habitudinaliter. Nã Angelus non habet materiam, nec habitudinaliter, nec actualiter, ut patet. anima tamen, & si non actualiter, tamen habitudinaliter habet materiam. Et ita non est simile dicunt de anima, & Angelo, quo ad posse plurificari.

Scot. arguit contra D. Tho. et Thomistas.

Contra hoc nunc arguit Sco. ꝙ habitudo non est nisi relatio quædam, & essentia animæ est aliquid absolutũ: ergo essentia animæ prior est illa relatione, uel habitudine, & ꝙ dicatur habere illam habitudiné ad corpus, patet. consequétia probatur: quia habitudo, non põt esse sine fundamento, & termino. patet ét, quia oé absolutum est prius respectiuo, & tunc quæro, in illo priori, anima est terminus creationis, & ipsa creatur, non in quantum habet illam inclinationem ad corpus, quia illa nõ est cã, ꝙ talis aia creetur; sed quia aliter, quàm per creationem non potest habere esse. & ita pro illo priori, ipsa non habet materiam actu, nec habitudiné: ergo ad minus pro illo priori, non repugnabit sibi posse esse hanc, & unam numero, cum sit immaterialis: sicut Angeli sunt immateriales. Et sic illud non ualet.

Cõfirmatur rõ 4. primo.

Et confirmatur iste rõ, dicit Scotus, quia nulla habitudo est constitutiua uel de facto constituit illud, cuius est habitudo: sed illud, quo essentia animæ dicitur hæc, & singularis, constituit illam in esse hoc, & singulari: ergo illud non est ipsa habitudo ad corpus. Et ita anima hæc non distinguitur ab illa, per istam habitudinem. Immo magis secundum illam deberet conuenire: quia illa est aliquid posterius &c.

Confirm. 2.

Confirmatur secundo ista eadem ratio; nam anima dicitur habere illam inclinationem ad corpus, quia est hæc anima, & non è conuerso. Non est hæc anima, quia habeat illam naturalem inclinationem ad corpus. patet, quia, ideo illam naturam arguimus inclinari ad corpus, quia uidemus illam informare corpus aliquando &c.

3. Confirm.

Confirmatur tertio secundum de Bassolis, quia dicit ille, illa habitudo in anima, est aliquando non ens: patet, Nam est ad illud, quod non est, tanquàm ad terminum, quia aliquando corpus non est, modo eius, quod est, ad illud quod non est, nulla est habitudo realis, uel relatio. Dicunt tamen illi, ꝙ sufficit, ꝙ illud fuit aliquando ens, ad hoc quod anima ad ipsum habeat relationem realé, hoc tamen est falsum, de relatione reali prius: & sic hoc non ualet. Et iõ finaliter Scotus confirmat conclusionem suam, impugnando conclusionem illorum una ratione, quæ magis est congruitas, quàm ratio, secundum positiuus Doctores.

Quæritur cõiter. Vtrum magis congruum fuerit naturá humanam redimi, quam naturam Angelicam. Et cõiter ab ipsis dicitur quòd sic; quia decuit magis reparari naturam humanam, quàm Angelicam. Et rationum assignat. quia natura humana tota, & totaliter, perierat propter peccatum suum: natura autem Angelica, non perierat tota, & totaliter: sed aliqui de singulis speciebus, & aliqui etiam de quacunque natura, & specie remanserunt. Vt probabiliter tenetur, secundum illud Augustini in Enchiridion. Placuit diuinæ pietati, naturę humanæ dare remedium. Tunc arguitur sic: Si Deus non posset facere plures Angelos numero in eadem specie Angelica, & si non essent plures de facto, sequeretur quòd Deus nõ reparasset congruentius naturam humanam. quàm Angelicam: consequens est falsum ex dictis: ergo & antecedens. consequentia probatur. Nam plusquàm cétum millia naturarum Angelicarum ceciderunt; & sic si Deus illas omnino dimisisset sine remedio, hoc non uideretur uerisimile dicendum de Deo: &c. Item etiam sunt plures auctoritates Danielis, Millia millium assistebant, & decies centena millia ministrabant illi; Tunc si tot dicantur esse species Angelorum decies centies centena millia, sequitur quòd multiplicabuntur in eadem specie.

Persuadetur conclu. Sco. authoritate D. August.

Aliter deducitur rõ.

Aliter formatur argumentum. Si in eadem specie non posset esse nisi unus Angelus, sequeretur ꝙ quidditas uel species Angeli superioris, distaret in infinitum a quidditate uel specie Angeli inferioris, quæcunque sint illæ species: consequens hoc est falsum, nec dicendum, ergo & antecedens. consequentia tamen probatur. Nam si quidditas Angeli in communi, & uniuersaliter ex se, dicatur esse communicabilis, non solum est communicabilis duobus, quatuor &c. Sed etiam infinitis, & in infinitum; nam infinita indiuidua possunt esse in natura humana, ad minus successiuè: & sic Angeli habebunt illam infinitatem extensiuam ad minus, sicut natura illa distabit ab infima in infinitum, & habebit illam infinitatem extensiuam, & intensiuam: quia illa distantia erit gradualis, & perfectiua, hæc, quod tamen uidetur satis absurdum: ergo illud non est dicé dum. Aliæ multæ rationes contra illos fiunt a multis, quę sunt satis planæ. Deinde auctoritates multæ in Quolib. & Articuli Parisienses ad hoc sunt contra ipsos; & ita pro nunc satis relinquitur conclusio illorum impugnata.

Repetit conclusioné Sco. Rõ Sco ad ad conclu. suam probandam.

Est ergo conclusio Scoti directè contra illos (ꝙ possibile est plures Angelos esse in eadem specie) immo ꝙ de facto plures sunt, Hæc est resolutio Doctoris ad istam quæstionem. Probatur ista conclusio una tali ratione. omnis natura, uel quidditas, quæ non est de se purus actus, potest determinari, & cótrahi quantum est de se, aliqua entitate positiua: sed natura Angelica est una natura, quæ non est purus actus: ergo ipsa potest contrahi, & determinari ad esse hoc, aliqua entitate positiua, & per consequens plurificari in sua specie, & habere plura indiuidua in una, & eadem specie. Maior patet, & dicitur notanter purus actus, propter naturam diuinam, quæ est quidditas, uel natura, non tamen nata est plurificari in plura: quia est actus purus & nullam possibilitatem dicit: & ita non possunt esse plures Dii. Minor patet bene. & sic relinquitur ista conclusio uera.

Resp. ad argum. principale.

Ad primum argumentum dico, ꝙ licèt Philosophus &c. Cõsequenter restat soluere argumenta principalia, quæ sunt contra istam resolutionem, ꝙ in eadem spé Angelica, possunt esse plures Angeli tantum numero distincti. Et primo arguitur, ꝙ non. Impossibile est unum Angelum distingui ab alio Angelo, quia quodquid est unius distinguatur a quodquid est alterius: ergo impossibile est unum Angelum ab alio distingui, nisi spé. Assumptum patet secundum Philosophũ septimo Metaph. ca. de partib. diffinitiuis. In illis, quę sine materia, sunt idem quod quid est, cũ eo cuius est: sed Angelus est sine materia: ergo Angelus est idem cum sua quidditate: sed unus alius Angelus nõ distinguitur ab alio, nisi quod quid est ipsius distinguatur a quod quid est alterius Angeli; ergo unus Angelus ab alio Angelo tantum distinguitur specie: quia per quod quid est. Et ultra bene sequitur tunc, quòd non possunt esse plures Angeli numero distincti.

Primum dectum.

Ad primũ Resp. Scot. duplex materia prima scilic.

Respondet ad hoc argumentum Scotus, dando duas solutiones. Prima tacta est 5. q. huius dist. quõ duplex est materia, quædam est materia totius. Alia est materia partis; Termini patét ibidem. & ideo dicit ad Philosophum, ꝙ accipit materiá pro

materia totius, pro differentia indiuiduali, & non pro materia partis. Satis dictum est de hoc.

Solutio a Moris.

Sed aliquid ultra dicẽdũ est ad arg. (extra librũ) Ad Philosophum, dicẽdũ est, ꝙ loquitur de materia partis ẽt, ita q̃d uult habere Philosophus, ꝙ in his, quæ carent materia partis, idem est q̃d quid est cum illo, cuius est. Sed nota, ꝙ aliter loquitur ipse Philosophus de substantiis separatis, & aliter nos. Nam Philosophus dicit oẽm intelligentiam esse de se hanc, & unam numero. Nam oẽm intelligentiam dicit formaliter esse necessariam: & oẽ ens necessarium est de se hoc ens, & unum numero. Cum nullum tale habeat aliquam potentialitatem admixtam. Et oẽ, q̃d est de se hoc, nõ põt plurificari, uel multiplicari in plura indiuidua numero, nec per differentias indiuiduales, põt aliqd contrahi, nisi sit in illo aliqua potentialitas. Iõ illæ naturæ formaliter necessariæ non sunt contrahibiles: & ultra non sunt contrahibiles: ergo in eadem natura, uel spẽ, scd̃m ipsum, non possunt esse plura indiuidua. Iste esset modus dicendi Philosophi. Sed quid dicerent Theologi? Dicit Scotus, ꝙ aliter dicerent. Nam qñ Theologus debet discordare a Philosopho in aliquo principio, rõnabilius est, ꝙ discordet ab ipso in conclusione, quæ sequitur ex illo principio, quã discordare in principio, & concordare in conclusione. Philosophus. n. habet hoc principium, ꝙ oĩs quidditas non habens materiam, est formaliter necessaria: Vnde infert, ꝙ oĩs quidditas, non habẽs materiam, est de se hæc. Theologus debet in illo principio discordare, ut patet de Angelis secundum fidem: quia nulla quidditas, quantumcunque immaterialis, est necessaria, nisi essentia diuina, & omnia illa quæ sunt illi eadem realiter: ergo rationabilius est negare illam conclusionem, quæ sequitur, uel deducitur ex illo principio. Nam si illa conclusio tenetur, non uidetur negandum principium, ex quo Philosophus infert illam. Vel oportet illam tenere per aliquod aliud principium: Quæro tunc, quod est illud principium? Vel illud est principiũ Physicum, uel Theologicum. Non est principium Physicum. Nam tunc oporteret concedere, ꝙ esset illud principiũ nũc dictum: q̃d tñ nõ põt stare cum fide nostra. Si ergo deberemus illam conclusionem tenere, hoc erit per aliud principium, scilicet, Theologicum: sed nullum tale principium habemus in Theologia, quo possimus illam conclusionem demonstrare. s. quod omnis quidditas, non habens materiam partis, dicatur esse hæc, & una numero de se. & sic hoc non est dicendum. & sic patet ad hoc argumentum, tam ad materiam, quàm ad formam etiam ipsius.

2. principale deducitur.

Scd̃o arguitur ad idẽ auctoritate Auic. 9. Meth. Nam intelligentia superior, producit inferiorem: ergo quælibet intelligẽtia specie distinguitur ab alia, & non numero & per cõsequẽs non possunt esse plures intelligentiæ numero distinctæ in eadem specie. consequentia patet. Nam causalitas intelligentiæ superioris respectu intelligentiæ inferioris, non est respectu alicuius eiusdem speciei: maximè secundum Philosophum. Antecedens probatur ex sæpe dictis. 1. q. quarti, ẽt in hoc secũdo de illa cathena aurea intelligentiarum, quõ una producitur ab alia, usque ad numerum septenarium, & illa septima producit animam. & non oportet toties repetere illud. & sic uidet̃ propositum, ꝙ tantum distinguuntur specie.

Resp. Sco.

Resp. Sco. ad hoc, ꝙ arg. istud est ruinosum ꝑ ꝓ dabile, & falsũ fundamẽtũ ipsorũ Philosophorũ in fide nostra. Nã quicunque bonus Theologus debet illud negare, ꝙ. s. Angelus creet alium, ut ille dixit de intelligentia. Nam potentia creãdi non communicatur creaturæ maximè independenter, secundum Doctores. 1. q. quarti. & ideo argumentum istud cadit. Sed nũc ad rationes ueniendo, & ad propositum.

3. principale deducitur.

Tertio arguitur principaliter, & multum bene, ꝙ nõ possũt esse plures Angeli, in eadem specie. Arguitur sic. Omnis differentia formalis est specifica: sed oẽs Angeli differũt differẽtia formali: ergo oẽs Angeli differunt differẽtia specifica, & ꝑ cõsequẽs spẽ. & nõ possunt eẽ plura indiuidua in spẽ Angeli numero solo distincta. Minor patet. Nã oẽs Angeli sunt quædam formæ immateriales. Maior ꝓbat̃ duob. auctoritatib. Philosophi. prima est Philosophi 8. Meth. Formæ se hñt sicut numeri, sicut ẽt numerus sp̃ uariatur specie, qñ non adderetur nisi unitas, ẽt si addatur uni Angelo, & alteri cũ sint formæ, illud erit aliquid specificum: & sic illi different specie. & sic maior uera. Secundo probatur auctoritate decimo Metaphysicę. Masculus A & fœmina differunt numero, & nõ specie essentiali: sed quia illa duo. s. fœmineitas, & masculinitas, non sunt differentiæ formales specificæ, dicit Philosophus: sed sunt differentiæ immateriales, & per consequens signũ est, ꝙ Philosophus uult habere, ꝙ omnis differẽtia formalis, est specifica. & sic illa maior uera, & per consequens argumentum stat.

Solutio Sco. ad tertium principale.

Resp. Sco. ad hoc arg. ad longũ, & maximè ad maiorẽ, & ꝓbationes illius, q̃a ibidẽ difficultas est, & supponit illud, q̃d dicitur in primo, de augmẽto charitatis, dist. 17. Vbi dat Sco. unã dist. ꝙ duplex est differẽtia formalis: quædã uocat̃ differentia formalis in forma: Alia uocatur differẽtia formalis formarũ. Vñ differẽtia formalis ĩ forma, est differẽtia in aliquo uno, q̃d nõ est rõ faciẽdi differre aliqua spẽ: ut hõ, & Asinus differunt differẽtia formali in forma: q̃a scd̃m differẽtias formales specificas illorũ, q̃b. spẽt cõstituũtur. Scd̃o mõ differentia formalis formarũ, ut in illa, quæ est inter aliqua, quæ sunt formæ: tñ nõ sunt rõ illis differendi spẽ, & formaliter, q̃dditatiuẽ, & intrinsecẽ; sed bñ accidentaliter, ut albedo triũ graduũ, differt ab albedine sex graduũ, differẽtia formali in forma: q̃a illa est ipsamet forma in talib. gradib. distinctis scd̃m numerũ, quæ tñ nõ facit illã differre spẽ. Nã albedo triũ graduũ, & albedo sex graduũ, sunt eiusdẽ spẽi specificæ. Ex istis nũc dicu primo, q̃d si intelligatur maior primo mõ. s. ꝙ oĩs differẽtia formalis in forma est specifica, cõcedo illã uniuersaliter. ipsa. n. ẽ uera isto mõ intelligẽdo, & tũc minor est falsa, ꝙ plures Angeli tñ differãt formaliter hoc mõ, q̃a sũt formæ. Imò est fallacia cõsequẽtis. Nõ. n. seq̃tur, formæ differunt: ergo formaliter in forma differũt. Ista cõsequẽtia nihil ualet, demonstratis duab. albedinib. uel duob. Angelis. Nã arguit̃ sic, ac si diceret̃: illa non sũt idem numero: ergo nõ sũt idẽ spẽ. Illæ formæ sunt numero distinctæ, q̃a sũt plures: ergo differũt spẽ. Nullo mõ ualet ista cõsequentia. Dat̃ aliud exẽplũ, ꝙ cõsequẽtia nõ ualet. Nã ista cõsequentia similis illi nõ ualet. s. ples hoĩes differũt, ergo differũt in humanitate. Nõ ualet, rõ est. Nã qñ dico ples hoĩes differunt, sensus est, ꝙ humanitas, est aliq̃d distinctũ, & diuisũ in illis. Cum aũt dico, ergo plures hoĩes differunt in humanitate, non solũ significat̃ humanitatẽ eẽ distinctã, uerũ ẽt eẽ rõnẽ distinguẽdi illius, q̃d tñ est falsum. & ita plus dicit̃ in aũte, q̃ in cõsequẽte. & iõ non ualet.

1. dictũ Sco. Notabile.

Pro hoc tñ Sco. notat duo. primũ q̃d nõ ẽ uer concedendum, ꝙ illud q̃d in aliqua distinguit̃, sit rõ distinguendi illa. bene tamen ẽ conuerso, est uer concedendũ, ꝙ illud q̃d est rõ distinguendi aliqua, diuiditur in illa. patet primũ de humanitate in illo exemplo dato nunc. Si concedatur, ꝙ humanitas est rõ diuidendi plures homines ab Asinis, etiam est cõcedendũ quod illa est unum diuisum, & partitum in illis plurib. & ita illa consequentia non ualet.

Duo notanda Sco.

Ex his assignatur una rõ Logicalis. pro quo Notandum est, ꝙ illa est in suppositionibus, ꝙ oĩs negatio confundit terminum sequẽtem, & q̃uo aliq termini includũt negationẽ de ui ipsorũ ꝓsupponũt illã. Exẽplũ primi differt, differẽs, differẽtia. Exẽplũ scd̃i q̃ expresse importat illã, ut nõ. mõ differẽtia est relatio & hẽt fundamẽtũ, & terminũ, ipsa ẽt sp̃ notat terminum, cui talis terminus additur confundi, ut sunt, differens ab Asino, ly Asinus supponit confusẽ, & distributiuẽ. s. sum differens ab omni Asino. Si autem dicatur, ego sum differens ab Asino per albedinem, ly albedo confunditur; & distribuitur: quia est determinatio de ly Asinus. Modo ad propositum, quando dicitur: plures homines differunt, ergo plures homines humanitate differunt, ly humanitate, stat confusẽ, & distributiuẽ: & sensus est, ꝙ quilibet illorum hominum differt humanitate, ab humanitate cuiuslibet alterius. & quòd ego differo humanitate quacunque huius, & illius, & sic de aliis, & tu differs humanitate mea & illius. Et hoc est ratione negationis inclusæ in illo termino differs, uel differentia, uel differo. Et sic maior hoc modo est concedenda, & minor est neganda. Secundum dictum Scoti, si illa maior intelligatur, ꝙ omnis differentia formalis formarum est specifica, ipsa est simpliciter neganda, quòd omnis differentia, quæ fit per formas, sit specifica, falsum est. Et cum probatur primo, quia formæ sunt sicut numeri. Dico quòd duplex est forma. Quædam est specifica, quæ constituit in esse specifico, & formali, & completo. Vt differentiæ generis, rationale, & irrationale. Aliæ sunt differentiæ hyppostaticæ, quæ dant esse hoc hyppostaticum, & indiuiduale. Vt differentiæ indiuiduales, Sorteitas, Platoneitas. Modo dico, quòd Philosophus dicit, quòd formæ scilicet specificæ quidditatiuæ, sunt sicut numeri.

Pro quo notãdũ est, ꝙ Philosophus cõparat illas formas specificas, & formales ad numerũ dupliciter. Vno mõ, q̃a sicut in numeris statur ad aliq̃d unũ indiuisibile, sic ẽt in illis formis, quæ dicunt quidditatem specificam aliquorum, statur in illis tanquàm indiuisibilibus, sic, quod non licẽt amplius illa, quæ cõstituuntur, diuidi per differentias, uel in plura spẽ distincta, uel plures spẽs. Scd̃o modo cõparat illas formas ad numeros, quantum ad diuidendum, uel addendum, uel diminuendum. Nam quando additur aliquid ipsi numero, iam uariatur species illius: etiam hoc modo species uariatur. Nam si addatur

tur generi una differentia specifica, jam constituet aliã spẽm; ut aiali, qñ additur illi rõnale fit homo, & constituitur ista species. Istis ergo duob. modis intelligit Philosophus, ꝙ species, & formæ specificæ, se hñt sicut numeri: & non de spẽbus, uel formis, quædam esse hypostaticum. Et datur exemplum. Nam capiu albedinem trium graduum, habet tres gradus. Si intendantur, uel remittantur, non est ibi uariatio nisi scd̃m numerũ, & non scd̃m spẽm, sicut est in numeris: si unitas addatur, uel diminuatur: & ita illa probatio non est contra nos. Ad aliam auctoritatem dicit Scotus, ꝙ committitur fallacia consequẽtis. Arguitur sic. differentiæ duę materiales, solo numero distinguuntur: ergo ois differentia formalis est specifica, non ualet: sed est ibi fallacia consequentis, & textus est bene obscurus. Iõ oportet uidere, quid Philosophus uult habere in illa auctoritate. Et dico ꝙ uult habere, ꝙ differentia non formalis, non est specifica: hoc est uerum, & hoc concedo. Sed si ex hoc ultra inferatur ꝙ oĩs differentia formalis est specifica, non ualet, sed est fallacia consequentis Sicut ẽt non sequitur in affirmatiuis, istis æquipollentibus. Eaemplum: sola differentia formalis est specifica: & consequens istud, differentia non formalis, nõ est specifica, æquipollent per regulam æquipollentiarum: præ postq̃ sub alter. Sed nõ sequitur ergo ois differentia formalis est specifico, quia nunq̃ conuertitur uniuersalis affirmatiua in uniuersalem affirmatiuam: sed est fallacia consequentis. Sicut hæc, ois hõ currit, ergo oẽ currens est hõ: & quamuis exclusiua, inferat uniuersalem de terminis transpositis, non tñ infert illũ de terminis eodem mõ se hñtib. & non transpositis: ut tm̃ aĩal est homo, ergo ois hõ est animal. & ita oportet transponere terminos, si rectè debeat conuerti. & huc mõ transponantur termini, tunc fiet fallacia consequentis, conuertendo indefinitam in uniuersalem. hoc mõ arguitur hic. differentia non formalis &c. ergo omnis differentia formalis est specifica, nõ ualet, sed debes dicere transponendo terminos: ergo omnis differentia specifica est formalis. & si diceret, sola differentia formalis est specifica, ista consequentia esset ab exclusiua ad uniuersalem affirmatiuam, & non transponendo terminos. Iõ nõ ualet. Sed bene debet sequi, ergo sola differentia specifica est formalis. & ita argumentum istud peccat per fallaciam consequẽtis. Iõ dico ad Philosophum, ꝙ qñ dicit ꝙ mas, & fœmina &c. Dico ꝙ uult habere, ꝙ sola differentia formalis est spacifica. & iõ illa auctoritas magis est pro me, quàm pro te. Datur aliud exemplum, de differentia hominis albi, ab equo nigro, illi. n. differunt formaliter, duabus formis. s. albedine, & nigredine, ut patet. ergo distinguuntur specie, & formaliter illis, non ualet. Nã illæ formæ non sunt essentiales illis. Immo accidentales: & sic patet, quõ illa maior sit falsa, & per consequens, quid dicendum sit ad formam huius argumenti.

Quartum principale deducitur.

Præterea omnis forma: Consequenter arguitur. Scd̃a rõne & est quartum argumẽtum principale, ꝙ plures Angeli numero solo differentes, non possunt eẽ in eadem spẽ Angelica. Sed Angelus est forma separata. Et arguitur sic: Ois forma separata a materia, hẽt in se totam perfectionem ipsius spẽi: sed Angelus est forma separata a materia: ergo Angelus hẽt in se totã, & pfectã rõnẽ spẽi. Maior patet. Nã illa forma, q̃ nõ hẽt in se totã rõnẽ spẽi, est illa, q̃ aliã participat, & hẽt illã formã participatiuè participãdo illam: sed sic est ꝙ nihil dicitur aliquam naturam habere, participatiuè, uel participando illam, nisi quia habet materiam, uel est in materia: ergo illa forma, quæ est sine materia, habet in se totam perfectionẽ speciei, quæ est maior probanda: & nulla est ibidem difficultas. Minor patet ex seq. dictis, quõ in Angelis est materia, & quõ non. Tunc sic arguitur, bene sequitur, Angelus hẽt in se totam rõnem speciei & perfectam. ergo iste Angelus hẽt in se totã rõnẽ, & perfectionẽ alterius Angeli, & indiuidui possibilis esse. Nam si non haberet, iam ille diceret aliquam perfectionem ultra istum; & ꝑ consequens non haberet totam, & completam rõnẽ speciei, quod est contra conclusionem nunc probatam. patet cõsequẽtia. Nam ille alius aliquam perfectionẽ dicit, per te: & ita Angelus est tantum unus in una specie, & non plures.

Solutio quarti principalis.

Resp. Scot. bene ad hoc arg. declarãdo illud inconueniẽs, ad qd̃ quis deduceretur, si argumentum illud concluderet. Deinde dat duos sensus maiores, ostendendo qd̃ nullo mõ concludit argumentum. Quãtum ad primum dicit, ꝙ si illa propõ esset uera. s. omnis forma separata a materia &c. sequeretur ꝙ in qualibet spẽ esset perfectio infinita, consequens istud est falsum: ergo & añs: consequentia probatur. quia si esset aliqd̃ indiuiduum speciei separatæ a materia, qd̃ haberet totam perfectionem illius speciei, illud haberet perfectionem infinitam: & per consequens species illa esset infinitæ perfectionis. patet cõsequentia. Nam quælibet spẽs patitur secum multiplicationẽ numeralem infinitam. Vt patet in quol. q. 2. & dist. 2. primi qõ. 4. de productionibus, quõ omnis pluralitas, q̃ non determinat ea se, ad certum numerum indiuiduorum, potest in infinitum multiplicari, & species includit perfectionem quancũque indiuidui: & sic quæcunque species esset infinita in Angelis. hoc non est dicendum: ergo istud argumentum non concludit. Sed quia allegare inconueniens non est soluere argumentum; Iõ Scotus aliter dicit, & declarat illam maiorem. s. omnis forma &c. ꝙ ipsa põt habere duplicem sensum. Vnus est cãlis. s. dato, ꝙ sit separata a materia, est ablatiuus ly, materia, & põt intelligi de materia partis, uel quæ est pars: uel de materia totius: ut patet ex dictis. Iõ dicit primo, ꝙ potest intelligi de materia partis, & sit causalis sic, ꝙ sit sensus, ꝙ illa forma caret materia. Nam ista sensus est priuatiuus. s. quia caret, uel quia nõ habet, per istam negationem, nihil ponitur in natura, quod prius non præfuerit in illa. iste est sensus causalis, & dimittitur. Secundus sensus illius maioris esse potest de materia totius, de differentia indiuiduali, & est sensus, ꝙ quia illa forma non habet materiam totius, & differentiam indiuidualem, sed separatur a materia isto mõ dicta. Iõ illa forma hẽt in se totã perfectionẽ spẽi. & ista forma dicitur habere illam. & iste sensus est uerus. Nam oẽ carens materia totius, & separatum ab illa, est de se hoc, unum numero, & singulare: & sic cõcedo maiorem. Angelus hoc mõ non est ens separatum a materia. Iõ minorẽ nego, eo mõ quo concedo maiorem. & nihil contra nos. Nam natura Angelica est plurificabilis in plura: & ista conclusio est æque uera, sicut præmissa: & præmissa æque falsa, sicut conclusio, & per consequens ratio non ualet, quomodocunque intelligatur maior.

Regula Sc.

Declarat Sc. maiorẽ arg. quã ss̃t habere duplicẽ sensum.

Quintum principale deducitur.

Quintò principaliter arguitur. Quod non possunt esse plures Angeli in eadem specie. Et arguitur sic. Nihil est in entib. perfectis, quod nõ intenditur a natura; sed pluralitas numeralis Angelorum, non intenditur a natura: ergo ipsa non est ponenda in ipsis. maior est clara scd̃m ipsos Thomistas, & est unũ fundamentum ipsorum. Minor probatur, arguitur sic. Infinitas numeralis non intenditur a natura: ergo nec pluralitas numeralis intenditur a natura: consequentia est probanda. Nam pluralitas numeralis dicit infinitatem numeralem esse possibilẽ, sub illa specie successiuè, ad minus: quia in unaquaque specie perfecta possunt esse plura indiuidua, & ita infinita successiuã; & sic in specie Angeli nõ sunt ponenda plura indiuidua, ut dicis.

Solutio Sc.

Respondet Scotus ad hoc argumentum dando unum notabile. Primo tamen dicit, quòd in argumento est fallacia consequentis, in probando minorem. Secundo modo, quo formatur illa probatio. Nihil est in entibus &c. probabatur Infinitas numeralis &c. ergo nec pluralitas, a destructione antecedentis ad destructionem consequentis. Nota tamen, dicit Scotus, quòd naturam non intendere infinitatem numeralem, potest intelligi dupliciter. Vno modo per se, & primo: & sic cõcedo, quòd non intendat illam. Alio modo per accidens. & sic nego. Dico enim, quod non inconuenit naturam intendere illam infinitatem indiuiduorum, ad minus per accidens. per se tamen natura non intendit nisi illud indiuiduum, in quo saluatur ratio speciei. Dato de aliud, & sic concomitanter intendit illam pluralitatem, & infinitatem successiuè, ad minus, & non per se. Notat etiam Scotus, quòd ordo uniuersi, loquendo etiam quo ad ueritatem rei, consistit in imparitate indiuiduorum, & etiam specierum, quæ imparitas tam indiuiduorum, quàm etiam specierum, intenditur a natura naturante. Vnde species sunt impares ad se inuicem in perfectione. i. una nõ est æqualis alteri in pfectione. Nullæ duæ species possunt dari æque perfectã. etiam scd̃m Augustinũ, Nullę eiusdem rõnis, uel perfectionis specificæ, habent ordinem Vnde in 19. de Ciuitate Dei capitulo 13. Dicit Diuus Augustinus: Ordo est parium, impariumque rerum, loca sua unicuique tribuens congrua dispõ. & primum ens. etiam natura uniuersalis, istam paritatem, & imparitatem intendit, & omnia per ordinem uoire, sed etiam non sistendo in ipso ordine, sed ꝑꝑ seipsum tanquam ultimum illorum intendit illa. Dat ergo indiuiduis esse, & ꝑꝑ beatitudinẽ illorũ, ad quã ordinantur, ut congaudeãt: & quadã ẽt naturali beatitudine fruantur, scd̃m Damascenum, rõnabile est, plura indiuidua esse in eadem specie. Sed contra: nam hoc mõ non posset esse infinitas intenta. Concedo in spẽb. non tñ sequitur ꝙ illa nõ possit eẽ in indiuiduis, nec ꝙ pluralitas indiuiduorũ, nõ intendat. Imò est fallacia cõsequẽtis, & sic istud argumẽtũ bñ soluitur. Finaliter ꝑ ista qõne arguit, ꝙ nullo mõ põt esse plures Angeli in eadẽ spẽ scd̃m

Philosophum secundo de anima. Multitudo indiuiduorum in aliqua natura non est nisi ad saluádam naturam illius speciei, sed in Angelis, & naturis incorruptibilib. sufficienter saluatur natura in indiuiduo illius speciei: ergo in ipsis non est necesse ponere plura indiuidua. Maior est Philosophi dicétis, ꝙ natura uidēs naturā specificā nō posse esse nisi in indiuiduis, & uidens unum indiuiduum non posse sp esse, sed aliqñ corrūpi, tribuit sibi generationem, ut ad minus successiuè cōseruatur species in illis indiuiduis. Mō natura Angelica sine illa generōne, & naturali transmutatione, cōseruatur. & ꝑ consequens non oportet ponere istam pluralitatem indiuiduorum simul, nec successiuè. Et confirmatur hoc scd̄m Philosophum, & Cōmentatorem primo Cœli, & Mundi: quia in corporib. cœlestib. nō est nisi unum indiuiduū. Vnus Sol, Vna Luna, Vnus Iuppiter, Mercurius, & sic de aliis Planetis, & cœlis: ergo etiam in naturis supra cœlestibus, puta in Angelis, non erit nisi unum indiuiduum, & non plura. Argumentum est pulchrum, & facile.

Cōfirmatur argum.

Soluit Sco. ultimū arg.

Respondet Scotus ad hoc argumentum, negādo antecedés, & ad probōnem illius; & ad probationem. Concedo illud, sed non præcise propter hoc. Dico.n. ꝙ ad saluandam spēm, ponitur illa multitudo indiuiduorum, dico tamen ꝙ illa non est cā præcisa, sed est illa, quæ dicta est in alio argumento. Sed ordo uniuersi, qui hoc requirit etiam propter beatitudinem naturalem, quam ipsa indiuidua plura possunt habere de ipsorum pluralitate in eadem specie, & natura, quam aliter non haberét. Et sic ad Philosophum concedo, ꝙ illa est una de causis, sed nō præcisa. Ad confirmationem concedo antecedens de facto. Nā Theologus bonus, nullam habet difficultatem de illo antecedente: negat tamen consequentiam, & consequens contra Philosophum. Nam discordat ab illo in quodam principio. s. ꝙ oē corpus sempiternum &c. & Philosophus dicis illa esse sempiterna, Cœlum, Planetas &c. Nos tamen secundum fidem dicimus, ꝙ plures Soles in eadem specie, & Lunas, Mercurios possunt esse. licèt de facto non sit nisi unicus Sol, & sic argumentū bene soluitur, & per consequens relinquitur, ꝙ possunt eē plures Angeli &c. & sic patet finis materiæ de indiuiduatione, quæ est prima pars distinctionis tertiæ.

Ad confirmationem.

QVAESTIO OCTAVA.

CIRCA cognitionem Angelorum &c.] In prima parte distinctionis dictum est de distinctione personali Angelorū, quō plures esse numero possunt in eadem specie. Cōsequenter Magister Sententiarum determinat de illorum operationib. & ꝑfectionib. & officiis illorum. Et Scotus consequenter ad ipsum, supponendo duo manifesta ex dictis. Primum dist. 1. qō. ultima huius dictum est, quomodo Angelus est creatura immaterialis, intellectualis, cuius opus proprium est intelligere, uelle, & cognoscere. Secundo supponit ꝙ Angelus cognoscit, uel cognoscere potest tria, primo cognoscit se, & essentiam suā. Deinde cognoscit Deum. Tertiò alia ab ipso Deo, & Angelo, s. creaturas alias. Ideo mouentur tres quæstiones faciles de cognitionib. illorum. Et primo de cognitione sui. facilis quæstio. Secundò de cognitione Dei, difficilis quæstio aliqualiter. & tertia quæstio est de cognitione aliorum a se. Tertiò principaliter supponitur ꝙ ex tertia dist. primi, licèt intellectus dicatur cā partialis intellectionis, tamen dabile est aliquid aliud ab ipso, quod est illi ratio formalis intelligendi, & cognoscendi. Et istud est species in notitia abstractiua, qua tanquàm ratione cognoscitur obiectum illud, cuius est: & de illo quærimus nunc in Angelo, quid est illud, quo mediāte, tanquàm ratione formali intelligendi, intelligit se. Vtrum sit essentia sua, uel utrum sit aliquid aliud ab ipsa essentia sua. Scotus bene declarat se in isto titulo.

Quod essentia sua cognoscat.

Ad partem affirmatiuam.] pro ueritate arguitur, ꝙ est essētia sua. Arguitur sic. Aliqua forma materialis est rō agédi ꝑ essentiam suam: ergo & aliqua forma immaterialis, & spūalis, dicetur rō agendi sibi ꝑ essentiam suam. antecedens patet. Nam aliter procederemus in infinitum, nisi daretur aliqua forma, q̄ scd̄m suum esse, & scd̄m suā eēntiam eēt principiū agendi. Vt calor, frigiditas, ad minus in sua cōitate, & si non iste singularis calor. consequentia probatur. Nam omnis forma spūalis est actiuior quacunque corporali: Si ergo illa est actiua & principium agendi scd̄m suam eēntiam, multo plus forma spūalis, q̄ est actiuior quacunque corporali. Si ergo illa est actiua scd̄m suam essentiam, multo magis forma spūalis. Quia magis tédit ad rónem actus. Et sic ista pars uera. Qō ista facilis est, & multa dicta sunt dist. 3. primi. Quæ hic repetuntur, in qua Scotus isto mō procedit. Primo mō ponit modū dicédi B. Thomæ, cū quo Scotus conuenit in conclusione, nec in ipsa impugnatur; tamen aliqua impugnantur, quæ ipse miscet cum suo modo dicendi. Secundo loco Scotus de mente sua dicet ad istam quæstionem; & arguet contra seipsum finaliter ad argumenta principalia.

Opi. S. Tho.

Quantum ad primum est modus Beati Thomæ tenentis eādem conclusionem cum Scoto, ualet, ꝙ Angelus pōt cognoscere per essentiā suam, & de facto per se ipsum, tanquam per rónem formalem cognoscédi, se cognoscit, & sic ad qōnem dicet ipse, ꝙ sic, affirmatiuè. Et pro istius modi dicendi declaratione notat, ꝙ duplex est actio, quædam immanens: Alia transiens. Actio immanens est, qñ obiectum est unitū ipsi agenti, & non separatur ab eo: Vt qñ Angelus intelligit se, uel aliquis homo intelligit se; hanc uocat Beatus Thomas intellectioné, actionem immanentem. Nam obiectū intellectum, & is, qui intelligit, sunt unum, & idē numero, nec unū separatur ab alio. Est modus dicendi Beati Thomæ. Nam Scotus aliter declarat in 4. dist. 13. Actio autem transiens secundum Beatum Thomā est, qñ obiectum separatur ab agéte & realiter distinguitur ab illo. Vt domificatio est actio trāsiens: Nā obiectum illius, puta domus ipsa, separatur, & realiter distinguitur ab ipso domificatore. Hoc modo declarat Beatus Thomas istud. & sic transeat pro nunc. Ex istis dicit Beatus Thomas primo, ꝙ essentia Angeli, pōt esse rō intelligendi se actione immanéte. Nā obiectū, puta essentia Angeli, uel Angelus unitur, & est idē realiter cū intellectu. Et deinde ipsa essentia Angeli est rō formalis Angelo agēdi: & intellectio Angeli est actio immanés. ergo Angelus per essentiā suā pōt se intelligere actione immanéte. Maior patet exéplo de spē intelligibili, uel sensibili, in actu uisionis, uel uidendi, ꝙ est actio immanens, quia totus suscipiendo, & nō extramittendo causatur huiusmodi uisio, uel sensatio; & causatur spē ab obiecto, quæ unitur cū eius organo, & recipitur in ipso materialiter. Et tūc illa spēs hoc mō unita illi potētiæ uisiuæ est rō uidédi illud obiectū, cuius est spēs. Hoc modo imaginatur Beatus Thomas de intellectione illa, q̄ est immanēs, maxime si hēt obiectū idē realiter cū potētia intelligéte. Et ad propositū infert Beatus Thomas, ꝙ cū essentia Angeli sit unita ipsi intellectui Angeli, & ipsi Angelo, ipsa erit illi principium formaliter intelligendi, & ratio cognoscendi se.

Qua uocatur actio immanens B. Tho. aliter tamen dicit Sco.

Et contra dicit Beatus Thomas, arguédo cōtra se, q̄ rō cognoscēdi, dēt esse in cognoscēte, ꝑ informationé, & dēt illud informare, & ei inhærere: sed essentia Angeli non inhæret Angelo, nec informat illum, quia est idem realiter illi: ergo essentia Angeli non erit illi ratio cognoscendi.

Obijcit D. Thom. sibi ipsi.

Respondet Beatus Thomas ad hoc argumētū ꝑ aliqua dicta. Primum est forma existens in alio pōt eē principiū operādi in illo. patet inductiuè, dicit ipse. Calor.n. in igne est ipsi igni principiū calefaciēdi: ét frigus in aqua. Secundo dicit, ꝙ forma, quę est in alio principiū producendi, illa és est principiū producendi, si per se sit. Patet primum in exéplis datis. Calor est principiū ipsi igni ad calefaciendū, ét calor ipse, si per se esset, posset esse principiū agēdi, & calefaceret, dū tñ Deus de sua potētia absoluta (ut pōt) faceret illā eē sine igne, & cōseruaret illū, iste est modus dicédi illius. Ad argumētū dicis ipse, ꝙ nō ē necesse, ꝙ illud, qđ est alteri rō agēdi, dēat eē in illo ꝑ informationē. & in ad maioré, ille negaret eā, & ꝙ nō oportet inesse agēti ꝑ informationé. Nā sufficit debita approximatio ad illud, cui est rō cognoscēdi. Et in hoc bñ dicit. Nā hoc mō dicet Scotus infra.

Solutio obiectionum per dicta.

Primum dictum B. Th. 2. dictū eiusdem.

Ad formā.

Secūdò arguit B. Thomas cōtra se, ꝙ Angelus nō possit se cognoscere ꝑ eēntiā suā. Arguit sic: in oī actione oportet passū aliqd recipere ab agēte: sed in illa, qua Angelus cognoscit se ꝑ essentiā suā, passum nō recipit aliqd ab agēte: ergo Angelus nō pōt se cognoscere se ꝑ essentiā suam. Et ita illius essentia, non est ipsi ratio cognoscendi seipsum. Maior patet. Nam si passum nihil reciperet, tunc nihil fieret, non esset actus. Minor patet, quærendo, quid tunc reciperet? non species, nam illas negamus in ista quæstione, quas tamen ponemus infra. Non ergo mouetur immediatè per essentiam suam tanquam per rationem formalem intelligendi. Et tunc nihil dicitur recipere; & per consequens non diceretur aliquid intelligere per essentiam suam, tanquam per rationem formalem intelligendi.

2. obiectio Tho. contra se.

Respondet ipsemet Beatus Thomas, & benè, per unam distinctionem, ꝙ duplex est potentia cognitiua: Quædam est, quæ aliquando est cognoscens in potentia, aliquando est cognoscens actu. Alia est, quæ non est cognitiua in potentia, sed semper cognitiua actu. Exemplum primi: Intellectus noster. nam quandoque intelligimus, quandoque non: sed cum uolumus, dicit Philosophus, & non sp. Exemplum secūdi: est potentia

Respon. B. Tho.

lia cognoscitiua Angeli, qua se cognoscit, nã sp est in actuali cognitione sui ipsius. Mõ ad hoc argumentum, qñ arguitur sic. In omni actione &c. Concedo hoc de potentia, quæ qñque est in actu, qñque non. Minor tunc est falsa. Nam illa potentia Angeli, semper est actu, & non cessat. & sic non oportet, quòd aliquid de nouo recipiat in illa actione ab agente. Et istud improbabitur bene a Scoto tertio loco: & sic patet quomodo Beatus Thomas se expedit ab ista quæstione affirmatiuè, dicendo quod sic.

Scot. contra op. D. Th. quo ad aliqua dicta. Sed contra istam opinionem arguit Scotus, non contra conclusionem, nam illam tenebit, sed contra aliqua dicta in declarando illam. & primo contra illud q obiectum dicatur eé cã, & hoc de illa intellectione, quá habet de ipso. & arguit, Supponendo q secundum ipsum B. Thomam, non pót esse intellectio alicuius obiecti, nisi solo obiectum uniatur potentiæ: & ut unitum sequitur illa intellectio, & actio. Vnde uidetor sequi, q intellectus Angeli est tantum in potentia essentiali, ad suam intellectionem, patet dist. 3. qó 7. in 1. de ista potentia essentiali, & accidentali. consequens est falsum, & impossibile, ergo & illud, ex quo sequitur. probatur cõsequentia, dicit Scotus. Quia nihil potest esse principium actionis immanentis, nisi fit actualiter existẽs per illud, quod est principium talis actionis: sed sic est q intellectus Angeli non est in actu per suam essentiam: ergo intellectus Angeli non potest esse principium illius intellectionis, quæ est immanens, i. cognoscere se per suã essentiam. & ita tantum est in potentia essentiali, & non accidentali ad illam. quod est probandum. Maior patet supponendo q duplex est principium, scilicet quod, & quo: & hic loquitur Scotus de primo, quod nullum est tale, nisi habeat prius illud, quo tanquàm principium, quod dicitur principium quod. Exemplum: agens calefaciẽt, ut ignis, debet habere in se illum calorem, quo calefacit. Etiam dealbans albedinem, qua dealbat. Mõ ad minorem, licẽt essentia Angeli dicatur subsistens p se, non tamen inest ipsi intellectui, nec est actus ipsius intellectus. Quia secundum Thomam maximè intellectus, & essentia realiter distinguuntur, ut dicemus dist. 24. & per cõsequens intellectus Angeli non est actuatus per ipsam essentiam Angeli. & per consequens intellectus ille, non est nisi in potentia essentiali ad illius intellectionem. & argumentum istud nõ ualeret contra nos. Nam dicimus illa esse eandem rem omnino realiter, distingui tamen formaliter abinuicem.

Confirmatur ratio. Confirmatur istud exemplo B. Thomæ: Quod est rõ cognoscendi, est etiam principium agendi. Nam calor est principium calefaciendi in igne; & si per se esset, esset rõ calefaciendi aliud secundum ipsum D. Thomam. Tunc calor si per se esset separatum de potentia Dei absoluta, etiam calefaceret, uel esset rõ calefaciendi, non tamen esset rõ agendi alicui subiecto, cui non inesset formaliter. Idem dico, si ẽt ipsa essentia Angeli esset per se, & esset rõ cognoscendi ipsa per se, posset esse cã intellectionis, & totaliter càret illa intellectionem: quia sicut nihil aliud esset in calore separato, nisi ipse calor, & tamẽ ageret, quando esset per se, tâquàm principium quod totale illius actionis. Ita etiam essentia Angeli esset totale principiũ intellectionis, sed non ipsi Angelo. ergo & c. Sed quantũ ualeat hoc argumentum, dicemus infra. Nam Scotus faciet hoc cõtra se, & clarius patebit.

Secundò arguit Scotus Contra Beatum Thomam, contra illud, quod dicit, q intellectus Angeli cognoscens se, nihil accipit per illam actionem, quia semper est in actu, & non est in potentia, sicut est intellectus noster. & arguit supponendo, quod aliquid habere causam est dupliciter. Vno modo quo ad fieri, & non quo ad esse. Alio mõ quo ad fieri sp, & quo ad esse semper. Exemplum primi. Domus requirit causam in fieri, quando ipsa fit, oportet q domificator sit. quãdo autem facta est, licẽt domificator moriatur, non minus ipsa est. non dependet ergo ab illa nisi quando fit. Exemplum secundi. Illuminatio medii a Sole, dependet. & quando fit, & quo ad esse, nam nunquàm esset si cã non esset, & si cã deficeret agere iam non esset. etiam actiones sensitiuæ, uel sensationes, tamdiu durant, quamdiu causa est, aliter non. quando uideo, durat uisio, & non

2. arguit Scot. contra eum in quia dicit quod intellectus Angeli est semper in actu. Deducitur arg. Sco. plus, etiam intellectua intelligens, & non plus, Ideo est in continuo fieri, & etiam esse dependet semper ab ipsa potentia. & ita semper ipsa recipitur in intellectu continuè. Et ideo intellectus dicitur esse in potentia ad illam recipiendam. Tunc sic arguitur. Obiectum respectu illius, quod est in intellectu, non tantum dicitur cã in fieri, sed et dicitur cã in esse: ergo si obiectum respectu cuiuscumque notitiæ est apud intellectum continuè, aliqd recipitur in ipso intellectu: & sic intellectus ille continuè erit in actu, & in potentia. Maior patet bene ex dictis nunc, & quomodo intellectus est huiusmodi, & etiam intellectiones omnes, & sensationes sunt tales, q requirunt suas causas in fieri, & in esse ipsarum. Et ita intellectus non est semper in actu, imo aliquando est in potentia, & sic iste modus dicendi diuiditur quo ad illa annexa.

Concl. S. cõ cludens. ¶Ad quæstionem & c.] Scotus de mente sua, cum Sancto Thoma, dat eandem conclusionem ad quæstionem; aliter tamen deducendo illam, declarando aliqua iam dicta d. 3. primi. Conclusio est, q Angelus per essentiam suam, tanquam per rationem formalem cognoscendi potest seipsum cognoscere. Declaratur hoc Notando illud, quod dictum est. 3. dist. primi. q. 7. Vbi fuerunt tres opiniones de causa intellectionis. Vna fuit Henrici, q totalis actiuitas respectu intellectionis est ab ipsa anima, negando species intelligibiles absolute, & obiectum aliquam actiuitatem habere, sed tantum ipsa anima est causa intellectionis. Secunda opinio fuit Godofredi de fontibus, q totalis actiuitas respectu intellectionis conuenit ipsi obiecto, & anima nihil facit, quæ sunt duæ opiniones extremæ, ut patet. tertia opinio fuit Doctoris nostri, q ipsa anima partialiter cõ currit, & ipsum obiectũ etiam, quæ est media inter illas duas, intellectus cum obiecto partialiter causat intellectionem: intellectus tanquam causa principalis, quia illuminatior. & obiectũ, ut causa minus principalis; Ambo tamen ista duo integrant unam causam totalem respectu intellectionis. hoc stante tanquam uero, Arguit, q Angelus possit se cognoscere per essentiam suam, sicut omnis causa actiua partialis, quæ est in actu cõ pleto, & perfecto, potest causalitate illi propria causare effectum conuenientes illi, partialiter ad minus, & quando est illimitata, cum potest illum effectũ totaliter producere: sed essentia Angeli de se est in actu conuenienti, ceu respondenti illi obiecto, & est illimitata, præsent etiam illi altera causa, scilicet intellectui: ergo ipse intellectus Angeli per essentiam suam tãquam per rationem formalem cognoscendi potest se cognoscere. Maior patet bené. Nam actus proprius causæ partialis est partialiter causare effectum. Et dicit causam perfectam ad remouendum species intelligibiles, uel phantasmata, uel aliquod aliud impediens superueniens. Nam tunc causa non haberet illam actionem. Illa ergo tolluntur per ly perfecta. Modo obiectum primum intellectus in actu primo, dicitur obiectum intelligibile. Nam singulare non est proprium obiectum intelligibile pro statu isto: sed tantum in potentia intelligibile, ut dicemus statim. Et ita patet maior. etiam Minor. Nam intellectus Angeli, & sua essentia, est in actu intelligibilis, & causa partialis ad illum effectum causandum: & ita ipsa causabit tanquam causa partialis, & ratione agendi, quod est probandum.

2. rõ Sc. ad concl. obiectum intellectus est duplex esse. Secundo ad eandem conclusionem arguitur supponendo, q obiectum intelligibile potest habere duplex esse. pri nũ est esse simpliciter, quod hẽt extra causam suã. Aliud est eé diminutum, quod hẽt in spẽ sua, tanquam repræsentatiuo. sed secundũ primum esse obiectum mouet in notitia intuitiua. & iuxta secundum esse mouet in notitia abstractiua per spẽs suas. Modo arguitur sic ad istã conclusionẽ; ... habens esse diminutũ, nõ impeditũ, & sufficienter approximatũ intellectui, pt ẽsse rõ cognoscẽdi seipsum. sed essentia Angeli respectu intellectionis Angeli, de ipsa est huiusmodi obiectũ: ergo ipsa pót esse rõ intelligendi seipsam. Maior patebit plus infra. de spẽbus intelligibilibus, quas ponamus, ẽt 6. q. d 3. primi & D. Gregorius ẽt ponit illas in hoc loco cũ Doctore nostro, aliter illas ponẽdo, frustra ponerẽtur, nisi diceremus obiectũ aliquo mõ eẽ in illis. & istud est eé diminutũ, cognitũ, repræsentatũ, & ista repræsentatio sufficit ad huiusmodi notitiã de illo obiecto, cuius est illa spẽs, & minor patet beně, quò essentia Angeli est sibi, & intellectui suo maximè præsens. Ideo ipsa potest esse rõ formalis intelligendi seipsam. Quod est probandum. Et sic patet conclusio.

1. obiectio Sc. cõtra se ¶Obiicitur contra istud primo & c.] Cõsequẽter cõtra suã resolutionẽ arguit Scotus, ppquoddã assumptũ in secũda rõne sua ad conclusionẽ. s. q quicquid pót cãri ab aliquo hẽnte eẽ diminutũ, ẽt illud idẽ hẽns eẽ simpliciter poterit illud cãre. huic propositioni innitit illa scda rõ. Et iõ cõtra illã ppositionẽ arguit, ut magis appareat ueritas. Si illa ppositio eẽt uera, sequeretur, q res sensibilis, ut sensibilis est, sine quacũque spẽ intelligibili, bn poterit cãre actũ intelligẽdi partialiter: ensequẽs hoc est falsũ: ergo & añs, & ẽ illa propõ. falsitas cõsequentis patet sæpè. s. d. primi qũo res sensibilis nõ mouet intellectũ, nisi mediate spẽ intelligibili, pro statu isto. consequentia patet secundum illam propositionem: Quæcũque res sensibilis secũdũ eẽ diminutũ, qd hẽt in intellectu, qñ intelligiẽ, pt cãre partialiter actũ *Ad arg.*

 intel-

intelligendi, & de facto causat, ergo & sine quacunque specie poterit causare illum actum secūdum esse reale uerum & simpliciter, quod habet. & ita species intelligibiles nō sunt necessario ponendæ: Quod est contra dicta in primo loco allegato, uel ista propositio est falsa, & per consequens ratio non ualent ad conclusionem.

Soluit Sc. hoc arg. duplex obiectum. Respondet ad hoc argumentum Scotus faciliter, per unam distinctionem talem. duplex est obiectum: quoddam est actu intelligibile: Aliud est obiectum non actu intelligibile, sed tantū in potentia, ut sic. Obiectum intelligibile pro nunc est species intelligibilis, in notitia abstractiua, uel obiectum ipsum, in sua propria existentia, & præsentia, natum mouere intellectū immediate ad intellectionem sui intuitiuam. Aliud est obiectum non actu intelligibile, quod licèt sit intelligibile, non tamē de proximo natum est mouere intellectum ad intellectionē sui: ut substātia quæcunque quantum est de se, est intelligibilis, & cadit sub obiecto intellectus: Non tamē pro hoc statu, nata est mouere intellectum, nisi mediante specie, uel aliquo repræsentatiuo. Ex his nunc limitatur illa propositio Scoti, ꝙ quicquid pōt in esse diminuto &c. intelligenda isto modo uniuersaliter est uera, ꝙ obiectum secundum quid intelligibile, &c. Si obiectum esset ad extra æque bene actu intelligibile, sicut species intelligibilis illius, est actu intelligibilis. Tūc uniuersaliter esset uerum, quod propositio dicit, quòd quicquid nuū obiectum potest causare sub esse diminuto, potest etiam causare sub esse reali, si sub illo esse reali, illud obiectum esset actu intelligibile. *Limitatur propō Sco.* Hoc modo debet limitari illa propositio, & intelligi, & non absolutè. Modo illę res sensibiles in illo esse suo reali, non sunt aliquid intelligibile per se proximè, licèt bene remotè. Vt dictum est modo. Si Gabriel differat numero tantum ab ipso Michaele, & intelligat illum, mediante specie, (istud est possibile) etiam secundum seipsum Gabriel potest illum intelligere, per essentiam Gabrielis intellecti. ratio est, quia essentia Gabrielis, est æque actu intelligibilis, sicut illa species. Nam est denudata ab ipsis sensibilibus, & non res sensibiles. & sic nō esset simile. Nam ut res sensibilis adhuc, quòd sit actu intelligibilis, oportet ipsam esse denudatam ab omnibus conditionibus materialibus; non tamen naturam Angeli; iam enim de se est denudata ab illis. Ad formam ergo argumenti, quando arguitur sic: Si illud &c. nego consequentiam, & cum probatur. Concedo, quando obiecta, quorum illæ species sunt æquè primo & actu sunt intelligibilia. nō est sic in proposito. & ideo argumentum non ualet.

2. obiectio Sc. cōtra se Secundò principaliter arguit Scotus contra seipsum hoc argumento, quod faciebat contra Beatum Thomam. Nam uidetur, ꝙ illud argumentum sit etiam contra Scotum, ut dictum est supra &c. Dicit, ꝙ intellectus Angeli potest se cognoscere per essentiam suam, tanquam per rōnem formalem cognoscēdi seipsum. Contra argumentor sic. Nihil est ratio operandi ipsi intellectui actione immanenti, nisi illud tale informet illud: Sed sic est, quòd essentia Angeli non informat Angelum: ergo ipsa non est intellectui Angeli ratio cognoscendi seipsum. Maior patet bene ex dictis contra Beatum Thomam. Minor etiā est clara ex dictis, ergo &c.

Soluit Sco. arg. Respondet Scotus ad hoc, dicendo, ꝙ argumentum istud esset bonum contra Godofredum, non tamen contra nos, nec cōtra Beatum Thomam. Vnde Godofredus dicit, quòd illud, quod recipitur in anima, habet actualitatem totam, respectu actus intelligendi, & illa est secunda opinio, in tertia distinct. primi, quæstione septima, & hoc est species, quæ secundum illum totaliter causat actum intelligendi, & illæ sunt in intellectu per informationem, & informant illum: & intellectus nunquam intelligit, nisi informetur illo, quod totaliter causat illam intellectionem. Ignis enim nunquàm calefaceret, nisi haberet calorem formaliter inhærentem sibi, qui est principium totale illius calefactionis. Ille ergo concedit hoc, quòd ratio formalis alicui agendi, semper informat illud, cuius dicitur esse ratio. secundum nos tamen non habet argumentum istam difficultatem. & ideo Scotus ad hoc argumentum dicit, quod dictum est ibidem in primo. quòd quandocunque obiectum est præsens intellectui suo, siue in se, siue in sua specie, uel repræsentatiuo, intellectus potest habere actionem circa illum actum intelligendi, uel notitiam, si obiectum est præsens. Primo modo tunc erit notitia intuitiua: si autem est præsens. Secūdo modo, tunc erit notitia abstractiua. Ad illam ergo maiorem dico. ꝙ illa est falsa uniuersaliter. Non enim oportet ꝙ ratio alicui agendi, semper informet illud, ut Beatus Thomas dicit, sed sufficit debita approximatio causarum intellectionis, scilicet obiectum, & potentia.

3. obiectio Sc. cōtra se Tertiò & fortius arguit Scotus contra dicta: & uult probare, ꝙ obiectum, & intellectus non dicātur causa intellectionis, etiam partialis. Nam si hoc esset uerū, sequeretur quòd obiectum principalius concurreret ad actum intelligendi, quàm intellectus: consequens illud est falsum, & contra dicta in primo libro, loco allegato sæpe, & 13. q. quol. & communiter secundum omnes habetur pro inconuenienti. ergo & illud antecedens. consequentia probatur. Nam quādocunque aliqua duo agentia cōcurrunt ad aliquem unum effectum, oportet illa habere aliquem ordinem inter se, sic ꝙ unum sit mouens nō motum, alterum sit mouens & motum. Et istud est in argumento principali, in tertia distinct. primi quæst. octaua. Sed si intellectus, & obiectum dicantur causæ partiales intellectionis, ut dicit, sequitur ꝙ habebunt hunc ordinem inter se: sed obiectum non potest esse mouens motum, quia obiectum nihil recipit, licèt causet partialiter. nihil enim recipitur in ipso obiecto, sed intellectus recipit intellectionem, & causat illam partialiter. & sic intellectus erit mouens & motum, obiectum uero mouēs non motum. & sic est tunc subsumendo secundum Philosophū tertio de anima. principalius agens est illud, quod est mouens non motum, quàm sit illud, quod est mouens, & motum: ergo obiectum respectu intellectus erit principalius agens, quàm intellectus. quod tamen est falsum ex dictis. ergo illud, ex quo sequitur. Argumentum est bonum.

Soluitur tertia obiectio. Respondet Scotus ad hoc argumentum repetēdo aliqua sæpè dicta in materia ista, & textus est bene difficilis. Supponit Scotus, ꝙ causæ alicuius effectus sunt duplices. Quædam subordinatæ. Aliæ sunt ex æquo concurrentes. Causæ ex æquo cōcurrentes, quæ sunt eiusdem generis. s. efficientes, uel formales, dicuntur eiusdem ordinis: quia una non est superior, alia inferior. Vt duo trahentes nauem, ex æquo concurrunt ad illam tractionem. Et unus non est cā superior, & alius cā inferior. Hoc modo duo pares in uirtute motiua dicūtur ex æquo currere. Aliæ sunt subordinatæ. Et hoc modo potest multipliciter intelligi. Vno modo ꝙ sint subordinatæ quo ad actum secundum. Alio modo quo ad actum primum. Alio modo ꝙ sint subordinatæ quo ad dependentiam, & connexionem, & ordinem. Primo modo illæ sunt subordinatæ quo ad actum primū quarum una. s. inferior, & subordinata recipit formam suam, uel actum suum primum, quo potest agere ad talem effectum, ab alia cā: & istud declaratur. dist. 9. huius q. 2. Communiter dicitur, ꝙ ipsum cœlum est cā superior respectu elementorum. Nam elementa recipiunt formam ab ipso cœlo, & influentiis cœlestib. qua habita, elementum est in debita dispositione ad actum secundum: & tunc idem dicitur mouens motum. i. alteri subordinatum, recipiēs. s. ab illo, cui subordinatur, actū primum, uel formam, qua potens est, ut dictum est de elemētis. Secundo modo illæ causæ subordinatæ sunt ad inuicem quo ad actum secundum, quando illæ causæ sic se habēt, ꝙ inferior, & subordinata recipit a cā prima aliquam actionem, & actum secundum. qua habita, illa cā causat aliquē effectum, uel causare potest proximè, & immediate. Exemplum, in quibusdā motis localiter. Patet hoc membrum, dicit Scotus, Baculus, & manus ad mouēdum pilam hoc modo se habent: quia baculus recipit a manu quādem motionem localem. quia localiter mouetur ab illa, qua motione habita, baculus proxime mouet pilam, & causat illam motionem in ipsa. Non ꝙ baculus recipiat a me aliquam formam abstractam, uel duritiem, uel aliquid huiusmodi. Nam hæc habet iam in esse quieto: sed tantum recipit illā motionem localem. Et ideo dicitur subordinari manum quo ad actum secundum. Non tamen est sic in mouentib. & motis, ēt quo ad generationem. Datur exemplum ad tertium mēbrum, qn̄ aliquæ causę dr̄ subordinari ad inuicē, quo ad ordinē, & dependentiam, ut dicitur ēt in solutione ultimi argumēti principalis primę q. quarti qn̄o cā secunda dicitur agere in uirtute primæ, non ꝙ una semper recipiat actum primum uel secundū ab alia; sed tantum quia ipsa cā secunda ad hoc ꝙ agat in effectum illum, requirit necessario illam causam primam agere, & producere illum effectum. Et est bonus modus dicendi. *Ad propositum.* Ex istis nunc uidendum est, quid est illud, quod dicitur. (Mouens motum.) Ad materiam argumenti nostri ueniendo. Verum intellectus uel obiectum &c. *1. propositio Sco.* Dico primo ꝙ intellectus & obiectū, non sunt sicut mouens, & motum primo modo. i. non subordinantur ad inuicem. Primo modo patet: quia intellectus nō recipit aliquid ab obiecto, mediante quo agat & ipso habito, sit in proxima dispositione ad agendum, non recipit aliquid tale. *Obiectio.* Contra: recipit speciem, quæ est actus primus intellectus. Concedo. dico tamen ꝙ per illam speciē intelligibilem, intellectus non habet suam actionem respectu intellectionis sic, ꝙ sine ip-

sa non posset in illam actionem. Immo beoe pôt sine ipsa (patet in notitia intuitiua) etiam species est una cã partialis, in notitia abstractiua, de qua est hic sermo. etiam obiectum ab intellectu nihil recipit actuanter, qm dicatur actiuum, ad illam intellectionem, & prius non esset, sicut petet atiem ꝙ pater nihil dat ipsi matri, que ipsa agat ad generationem filii, nec ecõuerso matat aliquid tale dat patri. Et ita obiectum & intellectus, respectu notitiæ: uel pater, & mater, respectu prolis generandæ, subordinatur hoc modo. Et ite istud dictum uerum: nec instantia da specie intelligibili aliquid obstat.

2. propositio Sco. Secundum dictum Scoti est, intellectus & obiectum, non se habent sicut mouens, & motum. Secundo mõ respectu intellectionis. Sensus dicti est. Intellectus & obiectum ad intellectionem causandam non subordinãtur quo ad actum sedm, ꝙ monos toletius, uel cã inferior, recipiet a causa superiori aliquẽ actum scdm uel formam, uirtute cuius dicatur agere. Nam illud agere ual actio, quæ est conueniens intellectui, non datue intellectui ab obiecto: nec ecõuerso, actio obiecti respectu intellectionis datur illi ab ipso intellectu. Vnde bene uerum est, dicit Scotus, ꝙ intellectus ab obiecto prius duratione ẽt recipit spẽm intelligibilem, q̃ ipse in rõna cãe partialis, & intellectus et causeat actum intelligendi, de illo obiecto, cuius est species. Dicit tñ Scotus Vnum hic. s. ꝙ spẽs intelligibilis recipiẽ in ipso intellectu possibili, de quo in est difficultas in 17. qõ. Quolib. quis duorum dicetur eẽ ei intellectionis. Vtrum intellectus agens, uel possibilis. licẽt cõius teneatur, ꝙ intellectus possibilis. Hic magis uidetur Scotus declinare ad illam partẽ, ꝙ intellectus agens est cã; quicquid sit de hoc, illa spẽs intelligibilis prius duratione causatur ab obiecto, & recipitur in intellecto, quàm ipsa dicetur esse causa partialis intellectionis. Ideo non sequitur, ꝙ intellectus dicatur mouens motũ, ad seu sum datum respectu intellectionis.

In intellectu possibili recipitur species intelligibilis secũdũ Sco. his.

Sed hic est declarandum illud, quod ẽt dicitur 8. q. 3. dist. 1. s. ꝙ intellectus & obiectum intelligibile comparantur ad sa in uicem dupliciter. Vno mõ ut resetuotur ad spẽm intelligibilẽ. Alio mõ, ut comparãtur ad illum effectum cõem, quem pducunt. s. ad intellectionem. Primo mõ ut comparantur ad se inuicem, intellectus est mouens motum: & obiectum est moués oõ motum. & hoc mõ comparãdo illa, obiectum dicitur principe lius egens, & intellectus minus principale agens. Patet, qa intellectus ut sic, recipit ab ipso obiecto aliquid. s. spẽm intelligibilem: ipsum aũt obiectum, ab intellectu nihil recipit, ut patet: & sic illud dictum uerum. Secundo mõ comparãdo ista duo ad illum actum intelligendi, quem producunt, tanq̃ effectũ communem, aliter est dicẽdum de illis, & hoc est respectu modi intellectionis; intellectus tuoc non dicitur mouens motum, nec ẽt obiectum mouens motum in ista secunda motione. s. causatione actus intelligendi. Sed illa duo simul, ut sic, sunt cãe partiales efficientes ipsius intellectionis, & una nihil recipit ab alia, quo ed istam motionem. Quo ad primam aũt motionẽ, q̃ est recipere illam specieẽ, patet bene quõ intellectus mouetur, recipiendo illam. Et sic ergumentum istud non est ad propositum. Nam hic comparantur illa ad istum effectum communẽ, & quo ad illam secundam motionem. Et non quo ad primã. & per consequens illud dictum remaneret uerum.

3. propositio Sco. Tertium dictum Scoti est, ꝙ intellectus, & obiectum se habent ad actum intelligendi, sicut duæ causæ subordinatæ. Tertio mõ. s. scdm ordinẽ, & dependentiam. ẽt pater, & mater in generãdo filiũ. hoc mõ se habent, nõ ꝙ unũ aliqd recipiet ab alio, uirtute cuius agat; nec ecõnerso, ut dictum est; sed qa habent talem ordinem, ꝙ nonq̃ mater aget ad productionem filii, nisi pater primo agat; & ecõuerso, ẽt pater nunquàm producent filium, nisi mater cogeret illi. Hoc mõ intellectus, & obiectum se habent. Intellectus est, qui necessario obiectum requirit intellectione. & sic dictum uerum. Quartum dictum. Aiã in causando actum intelligendi, uel speciem intelligibilẽ, dicitur ꝙ esse cã principaliter. Pro quo nota illud, quod dicitur 6. q. dist. primi ꝙ e phantasmeta ut obiecto, & ipso intellectu agente cãtur ipsa species intelligibilis: quia intellectus agẽs denudet illud phantasma in quo repræsentatur res sub cõdonibus materialib. existentiæ, hic, & nunc: & intellectus agens denudat illud ab illis, & facit illud actu intelligibile, & istius productionis, & denudationis intellectus est cã principalior, quia est illimitatior. Nam phantasme ad unam tñ spẽm cãndam in telligibilem concurrit, & põt cõcurrere. s. ad cãndam speciem sui, uel illius obiecti, cuius est illud phãtaisma. Intellectus uerò hẽt actionem, non solum ad illam spẽm, uerum ẽt ad quamcũ que speciem alterius obiecti, mediante phantasmata illius con currere potest. Iõ dicitur cã principalior. Deinde ex illa specie

4. propositio

intelligibili, & intellectu agente, uel possibili, non curo ꝑ nũc, tanquam ex duabus causis partialibus, constituentibus tamen unam causam totalem, causatur actus intelligendi, sic ꝙ una sine alia causare non potest. Hoc modo dicuntur subordinari illæ duæ causæ. Declaratur etiam sic, dicit Scotus, imaginãdo duo ligna naturæ. Vnum & primum, in quo est prima motio. s. in quo obiectum in phantasmate, mouet ad causandum spẽm intelligibilem; & illa species existens in intellectu, mouet ad secundam motionem intellectus, quæ est eĩse actum intelligẽdi. & sic anima quo ad primam motionem, est mouens motũ: quo ad secundam motionem, ipsa est mota, quo ad recipere illam intellectionem, & speciem, & non mouens. Nam illud mouetur, quod aliquid in seipso recipit. In prima motione animæ bene est mota, quia recipit illam speciem, non tamen propriẽ est mouens motum. Ratio est, quia illud propriè est mouens motum, quod est motum per receptionem alicuius formæ, qua ipsum potest mouere aliud, uel agere ad aliud. Vt dictum est de baculo, quomodo est mouens motum: quia mouetur recipiendo illam localem motionem, qua simpliciter potest mouere ꝑ illam. etiam ignis calefacit aquem, aqua etiam potest esse mouens mota. Nam ab igne recipit calorem, quo simpliciter ipsa potest calefacere manum meam, si apponatur illi. Anima tamen in prima motione recipiendo speciem, non recipit illam, ut formam, qua possit agere ad intellectionem, quia de se põt in illam actiuẽ. Baculus uerò recipit motionem a manu, sine que nullo mõ posset mouere lapidem: sed anima recipit illam speciem intelligibilem tanquam causam secundam cõcausantem, & necessario requisitam ad illam intellectionem causandam. Et iõ non dicitur propriẽ mouens mota, & si anima non poterat prius agere ad intellectionem causandam, sicut nunc põt, qõ habet illam spẽm; hoc non erat nisi pp defectum causæ secundæ, quæ cum ille cã requirebatur ad hũc effectum producendum, & non est, quia prius careret potentia, & uirtute actiua ad agendum, & ꝙ illa detur illi ab ipsa specie, & istud est bene Notandum. Et est bone resolutio Doctoris nostri. Et iõ nõ dicitur mouens mota ex hac rõne. Exiftis nunc ed argomentum. Ad formam. Quando arguitur sic. Sequeretur &c. Nego consequentiam. & quando probatur per illam regulam. Quãq docunque sunt aliqua duo agentia &c. Concedo illam. Sed ob iectum non est &c. Concedo illud; nec intellectus. Concedo propriè, tamen bene mouetur quo ad recipere. & sic argumentum bene soluitur.

Quartò arguit Scotus. Contra se, ꝙ illa duo non producãt actum intelligendi. s. intellectus cum obiecto. Arguit sic. Duo distincta genere, & specie, non possunt causara actum, uel esse ctum eiusdem rõnis cõem illis: sed intellectus & obiecto aliqn & ut in plurib. sunt distincta genere: ergo ad minus nõ est uerũ uniuersaliter, ꝙ intellectus, & obiectũ possint cãra actum intelligendi. est bonum argumentum. Maior patet. Nam illa est una indefinita. possumus. n. intelligere obiectum materiale, lapidem, hominem: & tamen intellectus est immaterialis: & sic dif ferunt genere tunc obiectum, & potentia: & tunc illis duabus rõnib. formalib. distinctis spẽ & genere in causis, correspõdent ẽt in effectu aliqua distincta spẽ, & genere. Si ergo causæ distinguuntur genere, etiam affectus erunt alterius, & alterius generis: qđ tamen est falsum de intellectione. Nam illa est sp unius generis s spũalis, immaterialis, aliter idem effectus esset simul materialis, & spũalis, qđ nullus diceret sanæ mentis. Scdo probatur maior sic. Oẽ agens est præstantius patiente, qđ esset falsum, quando autem obiectum corporale esset cã accidẽtis spũalis, & intellectionis. Nullum autem corporale est præstantius spũali: quia a toto genere spũale est præstantius corporali. Tertiò sic probetur maior, quia uirtus actiua unius causæ illarum posset tñ intendi. v g obiecti, quod posset supplere uicem alterius causæ. s. intellectus, uel econuerso. Istæ probationes sunt in primo. & ibidem bene soluuntur a Scoto. Vnde ibidem dicit, ꝙ ad hoc quod illa propositio sit uera. s omne agens est præstantius patiente requiritur primo ꝙ forma inducta in passiũ, sit minus nobilis forme agentis, qua. s. agens inducit illam. Iõ cõiter dicitur, ꝙ illa propositio est tñ uera de causis æquiuocis, & totalibus: & nulla est talis cã æquiuoca totalis, nisi Deus omnipotens secũdum Scotum, in materia de resurrectione, in quarto. Et ed illud de uirtute unius causæ si intendatur Scutus dicit ꝙ nunquàm pater potest supplere uicem matris, nec ecõ uerso, mater uicem patris. Nec obiectum uicem intellectus, nec econuerso, quantumcunque uirtus illius intendator, licẽt one causa nihil recipiat ab alia, ut dictum est. Est ergo ordo inter illas causas in agendo tantum, modo exposito, & non in recipiendo. & sic istæ probationes bene soluuntur ex dictis

4. rõ Sco. cõtra se.

Soluitur quarta 16.

so

Respon. ad argu. in primo. Sed ad argumentum istud eo modo, quo Scotus dicit hic, & etiam dicitur dist. 9. q. 2. soluendo quintam probationem, ad tertium argumentum principale, est idem argumentum, & resoluit se Scotus ad longum ad illam a maiorem: Cau sis generis differentibus &c. Nego istā, ista est falsa quando causę subordinantur ad inuicem in agendo; & hoc modo est hic: propter ordinem enim, quem illæ causæ habent ad inuicē, pos sunt habere effectum communem eiusdem rōnis. Nam idē effectus, a duabus causis alterius rationis, & partialibus, pōt esse, & si causæ numero distinguantur, etiam producere possunt effectum eiusdem rationis communem illis. patet de patre, & matre, etiam si causæ distinguantur specie, uel genere. Vt patet de obiecto, & potentia, quæ non minus producunt effectū eiusdem rationis. & sic istud argumentum non ualet. & restat resolutio Doctoris in uigore suo.

Soluit arg. principalia ¶Ad argumenta principalia ad primum &c.] Dictum est quomodo Angelus per essentiam suam, tanquàm per rōnem formalem cognoscendi, potest seipsum cognoscere, & sūt duæ conclusiones resolutiuæ. Vna est, q Angelus pōt naturaliter seipsum cognoscere intuitiuè per suam essentiam, tanquàm p rōnem formalem. Probatur ista conclusio, quam rōne essentiæ aliorum potest Angelus cognoscere alia: ergo rōne ēt essentię suę pōt cognoscere seipsū. Secunda conclusio est ista. Angelus,

2. concl. naturaliter, & intuitiuè omnia intrinseca illi potest cognoscere. probatur ista conclusio. Nam omnia intrinseca illius sunt actu intelligibilia, debitè approximata potentiæ intellectiuæ Angeli, & ipse non est impeditus: ergo pōt exire in actum: circa illa. Tertia conclusio est, q Angelus pōt seipsum naturali-

3. concl. difficilis. ter & abstractiuè cognoscere. per speciem essentialem sibi impressam, uel acquisitam, derelictam in memoria sua, ex notitia sui intuitiua. Et ista est difficilis conclusio. Dicit Ioannes de Bassolis, cuius sunt istæ conclusiones, difficile est uidere a quo causatur illa species, qua cognoscitur essentia illius abstractiuè, uel illa esset concreata illi a Deo: uel produceretur ab intellectu agente illius, qui ponitur in Angelo tantum; & præcipuè ad causandum species obiectorum, & sui ipsius. hoc esset unum probabile. Vel ad fugiendum omnes istas difficultates, diceremus, q illa esset a Deo illi concreata. & sic est resolutio ad hanc quæstionem, etiam secūdum Doctorem nostrum, & de Bassolis. Contra quam resolutionem & principaliter cōtra illud, q Angelus potest seipsum cognoscere per assentiam suam, sunt quinque auctoritates in oppositum, & rōnes sumptæ ea illis, & primo arguitur sic.

1 rō deducta ex prima auctoritate. Prima rō est. Si Angelus posset per essentiam suā, se cognoscere, sequeretur q anima etiam posset seipsam per essentiam suam cognoscere. consequens hoc est falsum, & contra Philosophum: ergo & antecedens. consequentia probatur. Nā sicut Angelus est actu intelligibilis, & maximè sibi præsens in rōne talis: etiam anima est sibi præsens in rōne actu intelligibilis: consequens est contra Philosophum tertio de anima. Vbi de mente sua uult, q anima intelligit se, sicut intelligit alia. Nā anima nihil est intelligibilium, ante intelligere illorum: ergo non bene.

Resp. Sca. concl. Sco. aīa pōt seip sam intelligere per suā essentiam. Resp. Scotus ad hoc argumentum dando unam conclusionem certam, & facilem, quæ talis est. Quantum est de se, anima cum sit actu intelligibilis, maximè sibi ipsi præsens, potest seipsam intelligere, tanquàm per rōnem formalem intelligendi. est conclusio textus. Nam de facto anima non intelligit seipsam, tamen ipsa quantum est de se, est intelligibilis, ut bene probat argumentum. Et iō dicit B. Aug. q mens est nota sibi. & hoc habitualiter ad minus. Nam anima habet omnia, q requiruntur ad intelligere seipsam, est maximè sibi præsens & intellectus non impeditur. & in ptāte uoluntatis est actus secundus ipsius. Dato q ipsa uelit, pōt intellectus aīam intelligere, anima tamen non semper intelligit lapidem habitualiter, q non habet omnia illa, quæ requiruntur ad intellectionem illius habendam, quia non sp habet obiectum mouens, uel spēm. Non sic est de anima. Nam ipsa sp est in actu primo, ad intelligendū seipsam, & in potentia ad secundum scdm, quando uult, potest. Et hoc uoluit habere B. Aug quando dixit, q tantū cōsistit Imago Trinitatis in memoria. Vnde memoria est actus primus. s. intellectus cum obiecto in ratione actus intelligibilis. Imago dicit istam memoriam: ergo semper est in anima: ipsa. n. semper est sibi præsens quantum est de se intellectui suo, in ratione obiecti intelligibilis; etiam motiuē, quādo anima uolt exire in actum secundum de ipsa.

Dubitatio. S a prima dubitatio. Sed tunc quærit Sco. aliqua. Vnde est primo. Si aīa est sibiipsi præsens sp in rōne obiecti intelligibilis, ēt motiuē, quare est q non sp exit in actum intelligendi de seipsa? quare non sem-

per intelligit se, cum sit causa naturalis? Respon. ad hoc argumentum Scotus q causa naturalis semper agit, & quantū potest, nisi impediatur, & passum sit approximatum. Aliter non agit. Modo dicit Scotus q anima est impedita pro statu isto, uo exeat in actum de seipsa.

Sed quærit Scotus. Vnde est hoc impedimentum in aīa pro statu isto, q non possit seipsam intelligere? Vtrum hoc sit ab spsamet. Vel a Deo uolente cum illa concurrere? Dicit Scotus q forte hoc impedimentū est partim a natura, & partim a peccato primo. Secundum Lyncuniensem Commentatorem Aristotelis, est a natura, quia naturaliter tantum possumus intelligere phantasiabilia, & non pōt phantasiari aīa. habere phātasmade ipsa, quia non mouet sensum, cum sit immaterialis. Iō scdm ipsum, & rōnem naturalem, non possumus aīam intelligere, cum uolumus pro statu isto, ut patet bene. Sed hanc nō dicerent Theologi eē cām perfam, sed peccatum ipsum, siua statns peccati, scdm Aug. loquētem ad aīam suam: Dic mihi, cur acie fixa ō anima mea &c. & quærendo quis facit illud. Dic mihi: utique infirmitas, & quis tibi eam fecit infirmitatem, nisi utique iniquitas, respondet: & sic ista est causa. s. lex posita. & ideo quando arguitur sic. Si Angelus posset &c. Concedo simpliciter nego tamen consequentiam pro statu isto. Et cū probatur, quia est similis rō. Nego istud, dico q ille actus animæ impeditur pro statu isto. Intellectus uerò Angelicus nō: & ita non est eadem rō. Et forte propter istam impotētiam ad intelligendum animam seipsam, dicit Philosophus illam propositionem allegatam. s. intellectus nihil est eorum, quæ sunt ante ipsum intelligere; tamen sp & uniuersaliter aīa pōt intelligere seipsam. At cā, quare anima non potest seipsam actualiter intelligere, est cā extrinseca, & non intrinseca, nec ea ratione formali animæ. Nam tunc anima nunquàm posset se intelligere quod tamen est falsum. Nam pro alio statu ipsa bene intelligit se. Etiam illa propositio. s. intellectus nihil est eorum &c. declaratur bene tertia dist. primi, quomodo ipsa est multiplex secundum compositionem, & diuisionem, & nō loquimur hic de multiplicitate diuisionis, & compositionis, sicut Logici loquuntur in sinodalibus. Nam hoc mō satis dictum est in materia de continuo, dist. 2. Sed capitur hic compositio & diuisio, ut capitur in fallacia compositionis. Vt quando dicitur: Quicquid uiuit semper est, hoe est unum multiplex potentiale: sensus est, q illa propositio, pōt aliter, & aliter destrui, uel cōstrui in proposito. l. q ly ante potest aliter, & aliter situari, ut collocari in ipsa: Vno mō ly ante, pōt cōstrui, cum infinitino, intelligere, qui dicit terminum potentiæ intellectiuæ; & iste terminus potētiæ intellectiuæ, est actualis intellectio. Hoc mō sensus propōnis eēt, q intellectus nihil est intelligibilium ante intelligere. Aēo mō ly ante pōt construi cum tota illa propōne, significata p illud uerbum, ut determinet illam totam compōnem, situando illud, ante, in principio propōnis, dicendo sic, ante intelligere intelligibilium intellectus nihil est. Ex ēplum in fallacia figuræ dictionis, dicitur q ista est falsa. album eē nigrum, possibile est. Tamē ista est uera, album possibile eē nigrum. Nam primo modo sensus est, q illa propositio, & compositio est possibilis. Quod tamen est falsum & secunda non. Ideo etiam de ly, ante, in ista propositione secundū quod post ponitur, uel proponitur, uariatur sensus.

Pro cuius ampliori declaratione, notanda est una similis propositio sexto Topic. quæ ēt est multiplex penes cōpōnem, & diuisionem. homo nunc est primo immortale, uel corruptibile. sensus cōmpōnis, uel cōpositus, est falsus, & sensus diuisionis, uel diuisus est uerus. Patet bene, nam per hoc ly, homo, demōstrato quodam, tunc dicatur. homo primo est immortale; ista est falsa: nam sensus est: impossibile est, illum mori, quod tamē est falsum, etiam pro statu innocentiæ. Sensus diuisus est: Homo est nunc immortale, & incorruptibile, & tamen potest mori. & hoc est uerum demonstrato Adam in quocunque statu. Modo ea istis ad propositum declaratur ista. Nihil est &c. sensus compositus est, q nō est possibile animam intelligi a se ipsa, ante intelligere aliorum, idest antequàm intelligat alia a se. uel nisi intelligat prius alia a se. & hoc est falsum, nec oportet simpliciter, & absolutè: bene est uerus iste sensus, scdm quid. s. pro statu isto peccati, in quo non pōt sa intelligere, nisi primo intelligat alia: quia non pōt se intelligere pro nunc, & hoc mō intelligit Philosophus pro isto statu. Secundus sensus, & diuisus illius propōsis est, q ante intelligere aliorum intelligibilium a se, nō potest intellectus seipsum intelligere, ly (ante) est subiectum, ly (intellectus) est prædicatum; est copula uerbalis, quæ negatur per ly (non) & ly (ante) præponitur & significatur, q intellectus pōt (deinde negatur illud) per ly

ly non, dicit, quòd intellectus potest intelligere, sed non ante intelligere aliorum a se, & hoc modo esset falsa. Nec hoc modo intelligit Philosophus. Et ego do tibi illam, isto modo intelligendo, & nihil contra me, ut bene patet, & sic argumentum illud non concludit, sed bene soluitur.

2. princ. deducitur.

Secundò principaliter] Ad idem arguitur, quod Angelus non possit intelligere se per essentiam suam. Arguitur sic. Essentia Angeli est singularis: sed sic est, quòd singulare non potest esse ratio intelligendi se, uel alia se: ergo essentia Angeli, non est ratio ipsi Angelo cognoscendi seipsum. Nulla istarum propositionum probatur, quia faciliter probarentur, Scotus non curauit.

Soluitur secundū prin. tripliciter. Prima solutio B. Tho.

Respondet ergo Scotus ad hoc argumentum tripliciter. Primo de mente beati Thomæ, in prima parte summæ, quæst. 76. articulo primo per unam distinctionem, quòd duplex est singulare. Quoddam est materiale. Aliud est immateriale. Exemplum primi, hic Homo, Sortes, Plato. Exemplum secundi: hic Angelus, & hæc anima, illa anima. Modo ad argumentum. Quando arguitur sic: Essentia Angeli, &c. Concedo. Sed singulare non est &c. Nego de singulari immateriali, concedo de singulari materiali. Nam aliter Deus, qui est unum singulare immateriale, non esset intelligibile. Illa materialitas bene impedit, non tamen ista singularitas.

2. sol. Hen.

Secunda solutio est Henrici, dicentis contra beatum Thomam, quòd illa est uera, tam de singulari materiali, quàm immateriali, quod scilicet nullum illorum est intelligibile, quodcunque sit illud; & rationem assignat Henricus, quia obiectū intellectus est merè uniuersale: sed nullum singulare est uniuersale: ergo nullum singulare est intelligibile. & quomodo illud uniuersale habeat esse in phantasmate secundum Henricum, relucendo in ipsum, patet distin. tertia, primi, quæstione sexta. Et ideo tertio loco respondet Scotus ad hoc argumentum.

3. Respon.

Primo declarando, quod nullos istorū bene dicit. Et ideo ad argumentum, quando arguitor sic. Essentia Angeli est singularis, concedo: sed nullum singulare &c. nego. probatur, quia singulare non est intelligibile. Distinguo, uel ab intellectu non impedito, & sic nego, uel ab intellectu impedito, & sic concedo, quod non est intelligibile. Vnde intellectus Angeli, qui nullo modo est impeditus, per naturalia potest intelligere singulare, etiam sub ratione singularitatis. De intelligibilitate singularis habuimus meliorem resolutionem Doctoris in decimaquarta quæstione Quolib. & sic argumentum soluitur.

Tertiū principale deducitur.

Tertiò principaliter Arguit Scotus probando, quòd Angelus non potest se intelligere per essentiam suam. & arguit sic. Oportet omnem potentiam cognitiuam secundum se denudari ab omni eo, quod est illi ratio cognoscendi: sed sic est, quòd Angelus in quantum cognitiuus, non potest denudari ab essentia sua: ergo essentia Angeli non potest esse ipsi ratio cognoscendi seipsum, quod est probandum. Argumentum est bonū. Maior est Philosophi dicentis in secundo de anima, quod oportet oculum esse expertem omnis coloris. Nam aliter non uideret nisi illum colorem, quem haberet. Hoc modo etiam dicendum est, de potentia intellectiua, quòd scilicet oportet illam denudari ab omni intelligibili eadem ratione, & argumentum uidetur habere apparentiam. Minor patet. Nam essentia Angeli, & intellectus suus sunt unum, & idem realiter; & idem non potest separari a seipso.

Soluit Sco. tertiū principale.

Respondet Scotus ad hoc argumentum ad longum faciliter per unam distinctionem talem, quòd scilicet duplex est potentia cognitiua. Vna est organica. Alia non organica. Hic stat tota uis resolutionis. Potentia organica est illa, quæ determinatur ad agendum circa genus aliquod, & circa ens, & non potest in illud, nisi mediante organo; ut sunt quinque sensus exteriores. Videre in potentia uisiua determinatur ad colores. Auditus, siue auditiua potentia ad sonos, & nõ possunt in illa nisi per organa materialia, & corporalia. Vt patet per oculos, & aures. Sed potentia non organica est illa, quæ non determinatur ex se ad certum genus entis, sed est indifferẽs ad omne ens, potens in omne genus entis; ut est intellectus creatus hominis, uel Angeli, & etiam intellectus diuinus. est declaratio Ioannis de Bassolis, & nos loquimur pro nunc de potentia intellectiua Angelica, quæ non est organica; & Philosophus loquitur de potentia organica. Vt patet in exemplo suo, & ideo nihil contra nos.

Declaratio Sco. quare.

Ista solutio sufficeret ad hoc argumentum, & bene. Sed Scotus declarat hic, quare oportet potentiam organicam denudari ab omni eo, quod cadit sub obiecto suo. Ratio est, dicit Scotus. Nam Philosophus posuit numerum potentiarum secundum numerum obiectorum illarum: & oportet organum illorum potentiarum esse dispositum ad recipiendum species sensibiles obiectorum, & ipsa sensibilia, sicut anulus ad ceram se habet, nam cera recipit figuram anuli, & non naturam illius: formam tantum, & non materiam. & hoc modo se habent organa potentiarum ad sua obiecta sensibilia. Et ideo requiruntur aliæ dispositiones ad recipiendum colorem secundum se absolutè; & aliæ dispositiones ad recipiendum illos in speciebus illorum. Nam superficies est superficies terminatum, & non transparens, sicut est oculus. Ideo aliter disponitur oculus, & aliter subiectum materiale. semper enim secundum Philosophum oportet materiam esse sine speciebus, quas recipere debet. Nam uidebatur dicere, intellectum non esse potentiā organicā, & ita poterat recipere sensibilia sine materia illorū, per illorū spēs. & qd si potētia sit nō organica, nõne oportet illud esse non tale realiter, quale est illud, quod natum est recipere? Dico, quòd non. Non enim oportet intellectum esse realiter non tale, qualia sunt illa, quæ recipit. Nam tunc intellectus non esset intelligibilis, non posset intelligi; quod tamen est falsum. Nam benè potest intelligi, sicut omnia, quæ sunt in anima ipsa. Breuiter illud dictum Philosophi non facit pro nobis, neque contra nos. Vt patet. & ita istud argumētum non concludit.

¶Præterea nihil idem patitur &c.] Procedit Scotus ad arguendū alio argumento, quòd Angelus non possit se intelligere per suam essentiam, & est quartum principale in ordine. Arguit sic. Nihil idem patitur a se ipso: sed essentia Angeli est eadem sibi realiter: ergo essentia Angeli non intelligitur ab ipso. Nam tunc idem pateretur a seipso: & per consequens non potest essentia Angeli esse ratio ipsi Angelo intelligēdi seipsam. Maior patet. Nam nihil idem simul est in actu, & in potentia: (quia actus, & potentia circa quodcunque ens opponuntur, ex decimo Metaphysicæ.

4. principale deducitur.

Et hoc est solutum sæpè in primo etiam distinctione tertia, quæstione septima, quomodo illi termini &c. Et ideo pro nunc est primum dictum ex illis locis; nihil idem simul est in actu formali, & potentia formali, uel simul in actu uirtuali, & potentia uirtuali. Secundum dictum: Aliquod unum, & idem, simul potest esse in actu uirtuali, & potentia formali, patet de graui, quando est sursum, & in actu uirtuali & est deorsum & est in potentia formali ad recipiendum illud ubi deorsum, quod est quædam forma in ipso. Non tamen dicit Scotus, & benè, uniuersaliter, omne, quod est in actu uirtuali, est in potentia formali in seipso. Exemplum de Sole, qui est uirtualiter actu calidus, non tamen est in potentia formali ad calorem, quia non recipit peregrinas impressiones, sicut nec alia corpora cœlestia. Benè tamen in istis inferioribus, uniuersaliter ualeret quo ad qualitates.

4. principale sæpe alias solutū. Primum dictum. 2. dictum

Nota etiam secundum Scotum, quòd actus, & potentia considerantur dupliciter septima distinctione primi, quæst. unica. Vno modo, ut sunt differentiæ entis; & tunc in potentia sunt illa, quæ possunt realiter existere extra causam suam. Et in actu est illud, quod realiter existit extra causam suam. Secundo modo actus dicitur, quæcunque forma, & actus formalis. & potentia sumitur pro potentia subiectiua. Vt materia est potentia subiectiua, & forma dicitur actus formalis, & hoc modo non opponuntur. Nam aliquid unum, & idem dicitur esse in actu, & extra causam suam, scilicet in potentia subiectiua; quia potest aliquid recipere. Et hoc modo dicendum est de intellecto, respectu notitiæ suæ. ipse est in actu entitatiuo notitiæ suæ. & ipsemet est in potentia subiectiua ad recipiendam intellectionem sui ipsius, & aliorum. Ex istis nunc ad formam argumenti, Quando dicitur: Nihil idē patitur a seipso. Nego istam. & cum probatur: Nihil idem est in actu, & in potentia. Concedo actu entitatiuo, & potentia obiectiua, uel actu formali, & potentia formali, uel subiectiua, nego tamen de actu entitatiuo, uel uirtuali, & potentia subiectiua, hoc modo est hic.

Actus et potentia dupliciter considerantur secundū Sco.

Ad formā argumenti.

Quinto, & finaliter Arguitur, quòd Angelus non possit se intelligere per essentiam suam. Nam si hoc esset uerum, sequeretur, quòd intellectio Angeli esset eadem realiter ipsi fundamento; consequens est falsum, ut probatur infra, quia est accidens illius, etiam per accidens, probatur hic falsitas consequentis; quam solius Dei proprium est, quòd sua intellectio dicatur eadem illi realiter, ex secunda distinctione primi, quæstione secunda. ergo intellectio Angeli non est eadem realiter illi. probatur consequentia. Nam quandocunque sunt aliqua media

5 princ. deducitur.

media,uel aliquod medium inter aliqua extrema,illud mediũ magis conuenit cum utroque illorum extremorũ, q̃ côueniũt extrema ad inuicem: sed sic est q intelligere Angeli, quo Angelus intelligit essentiam suam, magis est medium inter ipsũ, & essentiam suem:ergo illud intelligere Angeli,quo Angelus seipsum intelligit(nam de illo loquitur Scotus.) Illud intelligere magis inest Angelo,quàm essentia Angeli insit illi, sed essentia Angeli est eadem realiter illi:ergo illud intelligere,quo Angelus intelliget se, est idem realiter illi. est probatio illius minoris,& bona certè.Maior illa.f. Qñcũque sunt aliqua &c. probatur:album,& nigrum sunt exemple ad declarandũ illam, album & nigrum,sunt duo extrema,quæ habent medium rubeum pro nunc istud medium plus conuenit cum albo, uel cũ nigro, q̃ album, & nigrum inter se. Vt patet ét inductiuè in omnib. contrariis mediatis.Quod autem intelligere,quo seipsum intelligit,mediet inter Angelum,& essentiam &c. patet. Nem per te est ratio formalis ipsi Angelo cognoscẽdi essentiam suam.

Nihil Sco. placuit prin cipale, primũ de mente dictorum.

Resp.Sco. ed hoc arg.negando falsitatem consequentis.Dicit enim ipse, q intellectio Angeli est eadem realiter Angelo. Nec hoc hẽt pro inconuenienti. probatur tñ hoc esse inconueniens.Nam si intellectio Angeli esset eadem illi realiter, sequeretur q ipsa esset infinita formaliter : consequens hoc est falsum.probatur consequentia Nam intellectio illa posset eé infinitorum obiectorum,saltē successiuè:& qñ dicimus,q est vnũ accidens,nõ sequitur istud inconueniens. Et ita iste modus dimittitur.Et Scotus ad argumentum de mente sua dicit , & similiter de Bassolis,q duplex est medium.Quoddam est ex natura rei.Aliud est medium per imaginationem: primum est illud,qđ alio noie uocamus medium per participationem.Nam participat naturam extremorum,ut fuscum, & rubeum inter album & nigrum,non quidem q realiter participẽt illa extrema,sed uirtualiter, etiam tepidum inter calidum, & frigidũ. Scđm mediũ.f. per imaginationem est illud,quod apparet esse medium inter illa,non tamen est de facto. Vt dicitur in proposito de intellectione Angeli, quæ seipsum intelligit:oidetur.n. esse medium,tñ non est realiter, & uerè. Sed tm imaginariè. Nam potentia intellectiua Angeli, & essentia sua, sunt unum extremum,& intellectio ipsa ẽt aliud extremũ. Et Ita non est mediũ nisi scđm quãdam comparationem. Dico ergo ad argumentum qñ arguitur sic,sequeretur &c.nego cõsequẽtiam & qñ probatur per illam regulam: Qñcunque &c. Cõcedo illam de medio ex natura rei,& per participationem, de medio rea liter,nego tamen de mediõ secundum appatẽtiam. Ista est bona, & notanda solutio secundũ de Bassolis,& per consequens hoc argumentum nõ ualet, & sic relinquitur illa conclusio uera,q Angelus potest seipsum per essentiam suem intelligere.

QVAESTIO NONA.

SEcvndò quæro de cognitione Angeli.Cõsequenter Scotus continuando materiã de cognitione Angelorũ q̃rit secũdo loco unam qõnem de illis,quæ sunt alia ab Angelo, quæ tñ ipse cognoscit,de cognitione qua alia cognoscit, incipiẽdo a Deo, uel primo ente,qđ est aliud ab Angelo : quia realiter & essentialiter distinguitur ab illo.Et iõ quærit. Vtrum Angelus habeat notitiam naturalem distinctam,de essentia Diuina,& est qõ ualde egregia.Pro qua Notandum, q Angelus primo considerator dupliciter.Vno mõ in puris naturalib. suis. Alio mõ inquantum eleuatus lumine gloriæ, uel quocũque alio habitu eleuante illum.Primo mõ q̃ritur hic.Iõ subiungitur:Naturalem.non separando Angelum a natura sua, sed considerando eum ex puris naturalib.suis,Scđo mõ capitur Angelus pro Angelo,qui nunc est Beatus. De illis non est qõ,uel per oppositũ posset esse quæstio de Angelo incipiẽto a Deo, quæ forte non habet tantam notitiam de Deo , quentam ex naturalibus suis posset habere,tamen primo modo quæritur hic,& capitur Angelus propriè.

Angelũ habere notitiã de diuina essentia dupliciter.

Notandum secundo mõ, q Angelũ habere notitiam de essentia Diuina, põt intelligi dupliciter.Vno mõ q habeat notitiam meridianam,uel facialem,claram,distinctam. Scđo modo q habeat notitiam de essentia diuina,naturalẽ & indistinctam.Primo modo non est qõ nostra. Nam illã habent oẽs beati claram,uel facialẽ,et secũdum Occham,& bene. Iõ additur in titulo,naturalem ad differẽtiam illius claræ,quæ est a Deo. Nota ẽt q essentia diuina.pater quid est prima Quolib. Quod est una entitas simplicissima ad se formaliter,& radicaliter in finita,quæ est rãtio simpliciter essendi personis diuinis, & per gus omnium diuinarum perfectionum. patet ibidem. Vtrum ergo Angelus de ipsa possit &c.

Arguit ad partẽ affirmatiuã &c.

¶ Ad partem affirmatiuam &c.] Pro ueritate arguitur. Ad partem affirmatiuam quod sic. Nam si Angelus non posset habere notitiam distinctam de Deo naturaliter, sequeretur quod nunquàm posset edimplere illud præceptum diuinum si bi datum a Deo, de dilectione dei scilicet: Diliges dominum Deum tuum &c.Consequens est absurdum, & falsum. Consequentia probatur. Nam dilectio præsupponit cognitionem, si debet aliquid diligere,,oportet q aliquo modo cognoscam il lud: quia uoluntas non fertur nisi in præcognitum. Modo si Angeli naturaliter non possent habere notitiam distinctam de essentia diuina, nec poterunt diligere naturaliter essentiam diuinam. Nam non cognoscunt distinctè, ut dicis, nec confusè; nam tunc sequeretur, quòd ipse Angelus posset transire a notitia confusa ad distinctam, a magis noto ad minue notum, quod tamen est falsum, maximè secundum uiam Beati Thomæ, ut dicemus, propter quam mouetur ista quæstio. Ideo relinquitur,quòd cum Angelus in puris naturalibus existens teneretur adimplere illud præceptum,oportet dicere q ipse habuit aliquam cognitionem naturaliter de essentia diuina ea naturalibus; & hoc concludemus , & sic hæc pars relinquitur uera.

Ordo procedendi in qõne.

¶ Hic concordent &c.] In hac quæstione Scotus procedit sic. Primo breuiter ponit opinionem Beati Thomæ , & Henrici Gandauensis cum motiuis illorum, & soluit illa: non tamen firmat illa,& arguit contra illos Doctores, & dimittit modum dicendi illorum: hæc omnia facit in primo articulo . In secundo articulo Scotus de mente sua dicit ad qõnem, declarando aliquas bonas distinctiones, & aliquos terminos. Finaliter, & in tertio articulo. Scotus concludit affirmatiue q sic, & dicit ad aliqua argumenta.

Opi. D.Th. & Henr. 1.cõcl. eorũ

Quantum ad primum, est opinio Beati Thomæ prima partesummæ,quæstione duodecima,articulo secundo, & Henrici Quolib.tertio quæstione prima,habent isti duas conclusiones.Prime est hæc. Angelus nullam potest habere de essentia diuine distinctam cognitionem naturaliter Secunda conclusio istorum est,quando quæreretur eis : nonne essentia diuina potest cognosci ab Angelo aliquo modo , ad minus per aliquã speciem? dicunt isti. & est secunda conclusio:Angelus non potest distinctè cognoscere essentiam diuinam per speciem illam distinctè repræsentantem,& hoc naturaliter . Et in hoc maximè Scotus est contra eos. et tamen modus istorum. Et si quæratur a Beato Thoma: Nonne aliquo modo Angeli cognoscũt essentiam diuinam? dicit ipse quod sic , hoc tamen est notitia speculari , scilicet Angelus Michael per essentiam ipsiusmet cognoscit essentiem,sicut ego cognosco faciem meam in speculo , quia essentia diuina relucet in essentia Michaelis, quæ est imago Dei,& nullo modo cognoscit essentiam diuinam, per ipsam essentiam,nec per speciem ipsius essentiæ diuinæ,et modus illorum,quem recitat de Bassolis ad longum Secundũ dictum probatur nunc ab ipsis, quæ tamen rõnes soluũtur a Doctore nostro in fine quæstionis.& primo arguunt isti sic. Omnis ratio repræsentans aliquod obiectum, repræsentant illud per adæquationem:sed sic est q nulla species creata , põt adæquate repræsentare essentiam diuinam : ergo nulla species creata potest repræsentare essentiam diuinam tanquàm ratio nem intelligendi illam. Maior patet, dicunt illi,quia ratio intelligendi aliquod obiectum, debet illi adæquari, ad minus in repræsentando illud. Minor probatur , nam quæcunque species poneretur, illa esset creatura, & per consequens ens finitum,& limitatum. & essentia diuina,uel Deus est ens infinitum,& illimitatum: & per cõsequens cum finiti ad infinitum nulla sit proportio, dicunt isti, oportet dicere, quòd nulla species posset esse in Angelo repræsentatiua essentiæ diuinæ. & sic illud dictum uerum.

2.concl. D. Th. & Hẽ.

1. rõ ad secundã cõcl.

Soluit Sco. primã rõnẽ D. Tho. & Henr.

Respondet ad hoc argumentum bene pulchrè Scotus. Primo dicit quòd argumentum peccat in Grammatica.Secundò dicit quòd argumentum istud non ualet, primo dicit quòd effigies Dei, non bene dicitur. Nam effigies uidetur esse respectu rei figuratæ: & Deus nullam habet figuram. Ideo non rectè dicitur. Sed quia hoc non sufficit ad argumentum.Ideo dat Scotus unam distinctionem , quod trina est adæquatio. Quædam est entitatiua, scilicet entitatis ad entitatem. Alia est adæquatio secundum proportionem absolutè. Alia est adæquatio secundum proportionem comparatiuè. Primo modo adæquantur Sortes & Plato,quia in entitate specifica conueniunt, & quæcunque indiuidua unius speciei adæquantur in enti-

entitate; æquè, enim perpetuum est unum, sicut aliud in entitate, & quidditate. Sed illa dicuntur adæquari secundum proportionem absolutè, quæ sic se habent, quòd illud, quod adæquatur alteri secundum omnes perfectiones, secundum omnem entitatem, secundum omnes suos gradus, & secundum omne illud, quod natum est repræsentari, repræsentat, tunc dicitur illi adæquari secundum proportionem absolutè, sine sine quacunque additione diminuente: ut si species albi uiginti graduum repræsentaret illud secundum omnes gradus, hoc repræsentatiuū adæquaretur illi repræsentato absolutè simpliciter. Tertio modo. Illud adæquatur alteri secundum proportionem, non quidem absolutè, sed comparatiuè, quando repræsentatiuum non comparatur ad illud obiectum, cuius est repræsentatiuum, sed ad actum qui habetur de obiecto per ipsum repræsentatū. Tunc dico, quòd aliquid repræsentat illud, cuius est repræsentatiuum, quando illud potest habere actum adæquatum de illo, non dicitur repræsentare illud absolutè, sed comparatiuè. Exemplum cecutiens, id est parum uidens, non benè percipit album uiginti graduum, secundum omnes gradus illos, Tamen illa species alia multiplicata usque ad oculum illius cecutientis, est ratio illi uidendi illud, non tamen repræsentat illi illud album simpliciter, & absolutè secundum omnes gradus, secundum quos illud dicitur esse uisibile. nam perfectius posset repræsentari non habenti uisum acutiorem. Dico tamen, quòd comparatiuè ad actum, quem potentia illius potest habere, benè adæquatè repræsentat. Hoc modo dico ad propositum, quòd species aliqua tantum repræsentat mihi essentiam diuinam distinctè, quantum ego possum recipere, & non plus. ipsa tamen quantum est de se, simpliciter, & absolutè, nata est repræsentare seipsum, quantum ipsa est intelligibilis, si ego essem capax illius repræsentationis, quæ est infinita; cuius tamen non sum absolutè capax. sed comparatiuè, quantum ad actum, quem ego possum de ipsa habere, qui est finitus, & limitatus. ipsa dicitur adæquatè mihi se repræsentare. Et sic patet ista distinctio.

Ad argum. respondet. Ad propositum dico, q nulla species adæquatè, & adæquatione entitatiua, potest repræsentare essentiam diuinam; & hoc modo benè procedit argumentum, nec contradico, quia quæcunque talis spēs esset creatura. Tertium dictum Scoti. Inter spēm de essentia diuina distinctè repræsentantem illam: & potentiam, cui repræsentatur, potest esse adæquatio absolutè, & simpliciter. patet. nam loquendo simpliciter, & absolutè, essentia diuina est comprehensibilis ab intellectu diuino, illa tamē species, uel aliqua alia, non repræsentat illam, nec repræsentare pōt actu cōprehensiuo. & ideo secūdum proportionem absolute non repræsentat. Quartum dictū, spēs repræsentās essentiam diuinam, hēt proportionem inter essentiam diuinam, & nos comparatiuè, i. illa species tantum repræsentat essentiam diuinam, quantum ipsa est a nobis cognoscibilis: tantum quantum est actus ille, quem naturaliter possumus habere per aliquā speciem. Si illa causaretur in nobis ab actu intellectus nostri. & hoc sufficit Ex hoc sequitur, q ipsa essentia diuina repræsentaretur in ipsa specie, sub ratione infiniti, & sub ratione, qua infinitum est, & sic patet, quid dicēdum esset ad illam maiorē, & ad illam minorem, quæ probatur primo, q illa species est finita. De hoc habemus unam conclusionem. d. 3. Vbi dicitur, q actus finitus potest esse ad obiectum infinitum. Non tamen sequitur, q illa actus sit infinitus formaliter, & intrinsecè, nisi esset actus propriè comprehensiuus, qualis est ille actus tantum, quo deus seipsū cognoscit, & diligit. Sed ille actus, quo Angeli, & hoīes Deum cognoscūt, & diligunt, dicitur esse infinitus intētiuè, & formaliter, tñ sunt ad obiectū infinitū formaliter, s. ad Deum; & ita spēs finita erit rō repræsentandi obiectū infinitū, non absolute quo intelligitur, sed tertio mō. s. comparatiuè, & non primo mō adæquatè, nec scdo mō, & ad illam probationem, q illa spēs &c. Resp. Sco. dando unam dist. talē, q illā spēm esse magis similitudinē creaturæ, pōt dupl'r intelligi. Vno mō similitudine naturali. Alio mō similitudine repsentatiua. Vnde naturalis similitudo est, q attenditur quo ad esse alicuius rei similis, ad esse alterius rei. Alio mō attendit similitudo repsentatiua, in repræsentando illud, qd est rō uidendi, audiendi, uel noscendi in cognitionē alicuius. Dico tñ, q non intelligimus in esse in essendo similem. Modo concedo, qd illa spēs magis est similis creaturæ naturali similitudinariè, non tamen repræsentatiuè, & hoc modo loquimur hic. Et sic istud secundum dictum illorum non ualet ex illa ratione.

2. rō D. Th. & Henr. ad secundā eorum conclusionem deducitur. ¶Ad secundum dico, quòd determinatio &c.] Secundum, in quo Beatus Thomas, & Henricus conueniunt, fuit, quòd nulla est ponenda species &c. Probatum est una ratione. Nunc probatur illud idem alia ratione tali, arguitur sic. Omnis rō, & secundum quam cognoscitur aliquod obiectum, est determinata: sed Deus non est determinatus: ergo nulla potest esse species determinata. Maior patet, quia si ratio cognoscendi determinata ad ipsum obiectum cognoscendum, non plus esset ratio cognoscendi illud obiectum, quàm quodcunque aliud obiectum, species albi est determinata ratio cognoscendi albū sic, q non aliud: Maior est uera. Minor probatur. Nam secundum Augustinum, tolle hoc, & tolle illud bonum, & uide bonum, scilicet in communi. Tunc utique Deum uidebis. Ideo Deus non est hoc, uel illud bonum determinatè, sed bonum indeterminatè, & per consequens nulla potest esse species determinatè repræsentans Deum.

Soluit Sco. secundā rō nem cernens duplex determinatio. Respondet ad hoc argumentum Scotus per unam distin. scilicet. q duplex est determinatio. Quædam singularitatis. Et alia est determinatio gradus perfectionalis. Determinatio singularitatis est illa, quæ opponitur indeterminationi uniuersali, & communi, eo modo singulare est determinatum. Vt si uniuersale homo, uel asinus, indeterminatum est ad hunc, uel illum asinum, uel hominem, etiam singularis homo determinatur, iste homo ad istum hominem. Secunda determinatio gradus perfectionalis est illa, quæ opponitur illimitationi secūdum perfectionem gradualem. hoc modo omne ens finitū creatum est determinatum; quia non potest, ut sic, omnem perfectionem habere, sed aliquam determinati gradus. Dicit nunc Scotus primo, q determinatio singularitatis, non potest impedire quin Deus diligatur per rationem summi boni. patet. Nā Deus est unum singulare, nec reperitur in ipso aliqua uniuersalitas: & sic quomodocunq; Deus comparetur, semper cōuenit illi illa determinatio. Secundo dicit Scotus, & illa determinatio gradualis perfectionis repugnat intellectioni de Deo, secūdum quam intelligitur, tanquam summum bonum, uel in ratione summi boni, & si determinetur Deus ad certum gradum perfectionis, tunc non posset concipi in ratione summi boni: quia illud est summum bonum, quod est illimitatum ad omnē perfectionem. Et ita hoc modo Deus est indeterminatus.

Primum dictum Sco.

2. dictū Sc.

Sed quia subiungitur authoritas Augustini, quæ etiam allegatur, & declaratur ad longum 3. dist. primi, dat Scotus unam dist. q ipsa pōt dupliciter intelligi. Vno mō notando, q quandocunque conciperes, uel bonum, uel uerum, tunc ēt concipitur Deus: & uniuersaliter quicquid continetur sub ente, tanq pars concepti; ēt quandocunq; concipio animal, concipio hominem, capram, leonem, bouem. Alio mō dicit ipse, tolle hoc, & tolle bonum. i. differentiā indiuidualē qua contrahitur bonum ad hoc, & illud bonum, tollatur ab ipso conceptu boni in cōi, uel ueri, remanente ipso conceptu boni in uli; Tunc Deū uidebis utique. i. concipies, qui continetur ēt sub illo conceptu in cōi, & uniuoco, tanquā pars conceptus, uel illius, qd cōcipitur in conceptu transcendētali Hoc mō exponitur illa auctoritas primo mō, & bñ. Secūdo mō ēt pōt exponi illa authoritas loquendo de conceptu perfectissimo in cōi. Nā dubiū fuit ibidem p p uerba Scoti, quæ hñr d. 8. primi, quis esset ille cōceptus perfectissimus, pro statu isto, quē naturaliter possemus habere de Deo. Nā in 3 d. uidetur dicere Sco. q est conceptus entis infiniti. & in 8. d. uidet dicere, q non, sed est conceptus summi boni. Et isti scdo mō uidetur nunc Sco. fauere; tñ utranque bñ soluitur, ut ibidē dictū est, q in 8. d. loquitur de cōceptibus attributalibus, quos de Deo habemus, uel habere possumus p statu isto, inter quos perfectissimus est cōceptus boni. & in 3. d. loquitur de conceptibus quidditatiuis, quos habere possumus de Deo, q ipse est ens infinitum, quicquid sit secundū August. in illa authoritate: Tolle hoc, & illud bonum, uidebis Deum utique in conceptu boni, tanquam in perfectissimo, quem de Deo habere possumus ex creaturis. Ex istis nunc ad formam argumenti, quādo arguitur sic; omnis rō &c. Distinguo minorē, uel determinatione gradus perfectionalis (& hoc modo non oportet. Secundo modo determinatione singularitatis. Modo concedo, quòd Deus est indeterminatus, quo ad gradus perfectionales: tamen cum hoc stat, quòd est determinatus Secundo modo, (scilicet determinatione singularitatis) & hæc determinatio sufficit ad hoc, q de ipso habeatur species repræsentans illum, & ad auctoritatem D. Augustini patet ex dictis, quid sit dicendum.

Ad formā arg. respon.

Deductio tertiæ rōnis ad idem. ¶Ad tertium Dico &c.] Scotus probat tertio argumēto, q nulla species repræsentans essentiam diuinam sit ponenda. & arguit sic. Si talis species esset ponenda in intellectu Angeli, sequeretur, quòd ipsa species esset magis imago Dei, quàm ipsemet Angelus: consequens uidetur esse absurdum, & falsum. Nam perfectissima imago Trinitatis est in crea-

tura

tura rationali, & maximè in ipso Angelo: & illa species nō est creatura rationalis) patet etiam. dist. 3. primi parte ultima. cōsequentia tamen probatur, quia illa species distincta per te, si poneretur, repræsentaret essentiam diuinam: ipse autem Angelus non repræsentaret distinctè ipsum Deum. ergo propositum.

Soluit Sco. tertiā rōn. Resp. Sco. ad hoc argumentum, dando unam distinctionem sæpe habitam, q imago capitur dupliciter. Vno mō pro similitudine imitante, uel repræsentante, quæ est non cognita. (Alio modo capitur pro similitudine imitante, & repræsentante, quæ tamen est cognita.) Primo modo est omne illud, quod dicitur esse ratio cognoscendi aliud, non tamen est cognitum (uel est ratio uidendi) non tamen est uisum, ut species coloris. Secundo modo est illa imago, uel species, (quæ debet necessario esse cognita) ad hoc ut ducat nos in imaginationem imaginati; Vt dictum est sæpe. Dicit nunc primo Scotus quòd species repræsentans essentiam diuinam ipsi Angelo, est magis imago Dei, quàm ipse Angelus, capiendo imaginem pro repræsentante non cognito: & ratio est, quia ille Angelus, nisi cognoscatur secundum actus primos, & secundos, in quibus consistit imago Trinitatis, & relucet, & nunquàm tali creatura mediante possumus intelligere Deum, tamen mediante illa specie de essentia diuina infusa, ego possem cognoscere Deum. dato quòd non intelligam illam speciem.

1. dictum. *2. dictum.* Secundum dictum Scoti est. Angelus est magis imago Dei, q illa species, intellectui ipsius repræsentans essentiam diuinam, capiendo imaginem pro repræsentante, ut cognito: uel quod nunc debet esse cognitum. patet illo modo, quo loquimur. distinct. tertia primi, q imago ut cognita, nata est ducere nos in cognitionem imaginati: & isto modo quæcunque creatura rationalis est magis imago Dei, quàm ipsa species essentiæ diuinæ precisè. Quia in existendo repræsentat intrinseca Dei, & determinantis. Vt etiam dictum est in primo. Ex istis patet ad formam argumenti (quomodo uno modo concedendum est consequens, & consequentia) & non alio modo.

4. rō deducitur ad idē ex Henrico Quarto arguit ex intentione Henrici, quòd nulla talis species est ponenda de Angelo (nec de essentia diuina distinctè repræsentans Angelo essentiam diuinam. Et arguitur sic: Si illa species esset ponenda, sequaretur quòd Angelus distinctè, & naturaliter posset cognoscere Trinitatem diuinarum personarum: consequens est falsum, & absurdum in fide, quia Trinitas personarum in diuinis est unum merè creditum, & nullo modo naturaliter scitum. consequentia bene patet. Nā per illam speciem distinctè repræsentantem diuinam essentiā Trinitas repræsentaretur.

Scot. Resp. dupliciter prima resp. Respondet Scotus ad hoc argumentum dupliciter, quia argumentum est bonum, prima tamen solutio non est ita efficax sicut secunda. tamen dicamus, Quando arguitur sic, sequeretur &c. Nego consequentiam, & ratio est. Nam licèt illa species de essentia diuina sit ratio cognoscendi essentiam diuinā, non tamen est ratio cognoscendi modum essentiæ diuinæ. Vnde modus essentiæ diuinæ est, dicit Scotus ipsam unicam eandem numero esse in tribus diuinis personis, subsistere, & suppositari in ipsis. Modo per speciem essentiæ diuinæ, ego possem bene cognoscere illam distinctè in se, absolutè secundum se. Non tamen in quantum est in tribus. Vt sub illo modo. Datur exemplum de homine per speciem intelligibilem, ego intelligo hominem, quia est animal rationale, & omnia intrinseca illi, dato quòd non cognoscam modum illum scilicet naturam illam esse in tot uel pluribus, uel paucioribus suppositis, uel indiuiduis. Istud non est necesse. exemplum est satis bonum licèt non sit omnino simile. Nam aliter est natura diuina in illis tribus suppositis, & aliter natura humana, & quæcunque creata, in suppositis suis. patet, tamen illud est aliquo modo simile, & illa species ponitur ad distinctè repræsentandum essentiam diuinam, & non modum ipsius. Et sic patet prima solutio.

Arguit Sco. cōtra primā solutionem suam. Sed contra hoc arguit Scotus. Quod quid est, est ratio distinctionis cognoscendi aliquam naturam, etiam est ratio distinctè cognoscendi supposita intrinseca illius naturæ. Et quæ in illa sunt necessario: Sed sic est, quòd supposita naturæ diuinæ, sunt in illa natura naturaliter & necessariò, & intrinsecè: ergo si quid est ratio cognoscendi ipsam naturam diuinam distinctè, etiam illud idem erit ratio cognoscendi illa tria diuina supposita: & per consequens si ipsa species est ratio distinctè cognoscendi essentiam diuinam, etiam ipsa erit ratio cognoscendi ipsa diuina supposita, & modum ipsius essentiæ diuinæ. Ista maior patet, maximè in diuinis, quia illa supposita sunt necesse esse, non tamen in creaturis, Vbi ipsa supposita contingenter sunt, & natura merè contingenter suppositatur in ipsis. Et sic illæ species esset naturaliter ratio cognoscendi modum essentiæ diuinæ. & per consequēs argumentum semper staret. nec ualeret euasio.

Datur secūda resp. ad arg. Et ideo datur una alia responsio ad hoc argumentum per unam distinctionem, quòd duplex est cognitio naturalis: Quædam dicitur cognitio naturalis simpliciter. Alia dicitur cognitio naturalis, non tamen simpliciter, sed secundum quid quodammodo. Naturalis cognitio simpliciter est illa, quæ a causis naturalibus, merè & naturaliter habitis habetur. Ego scio simpliciter, cognitione naturali simpliciter, lapidem esse corpus graue: quia a causis naturalibus, nempe intellectu scilicet agente, uel possibili, non curo pro nunc, & a phantasmate naturaliter habito de ipso, ut patet. Sed secunda cognitio naturalis est illa, quæ est a causis naturalibus, non tamen naturaliter habitis. Et ideo dicitur non simpliciter naturalis, sic esset in proposito. Illa cognitio, quam Angelus, uel homo haberet de natura diuina, per speciem infusam distinctè repræsentatiuam illius, ipsa esset cognitio naturalis. licèt non simpliciter, quia in Angelo, uel homine, non esset, uel haberetur naturaliter, sed supernaturaliter, quia a Deo immediatè infusa.

Ad arg. formaliter. Modo ad argumentum, quando arguitur: sequeretur &c. nego consequentiam, quia non arguitur de simpliciter naturali cognitione. Et cum probatur: Concedo antecedens. Dico tamen q non sunt naturaliter habitæ illæ causæ, & hoc requiritur ad cognitionem completè, & simpliciter naturalem.

Et contra est una bona replica: nam inferius dicemus, quòd Deus concreauit Angelis, secundum aliquos in creatione ipsorum, omnes species naturarum, & specierum, licèt illæ species simpliciter sint illis impressæ. Iste modus pro nunc supponitur tanquàm uerus. Tunc arguitur sic. Si illa cognitio, quam Angelus habet de essentia diuina, mediāte illa specie eēt naturalis, (naturalis dico tantum secundum quid, & quasi supernaturalis propter causam dictam) sequeretur quòd non magis naturali cognitione Angelus cognosceret lapidem in specie eius sibi concreata, quàm cognoscat diuinam essentiam in una spē. consequens hoc uidetur absurdum: ergo & antecedens. consequentia probatur, quia illa cognitio diuinæ essētiæ in sua specie est a causis naturalib. non tamen a causis simpliciter naturalib. sed ab illa specie naturali supernaturaliter tamen habita. Et hoc mō ego dicam de cognitione lapidis in speciem suā supernaturaliter habitam. Nam Deus concreauit ēt Angelo speciem de lapide: ergo istud non bene dicitur.

Soluit Sco. replicam. Replica est bona, si quis teneret illum modum dicendi. Respondet tamen ad hoc argumentum Scotus, negando similitudinem, dico quòd non est simile. Nam in primo est incompossibilitas ad naturaliter habere illam speciem, & causas omnes illius cognitionis de essentia diuina, tam ad habera illam speciem, quàm etiam intellectionem, impossibile est cuicunque agenti naturali, creato, & limitato habere illam speciem de essentia diuina, repræsentatiua ipsius distinctè, nisi Deus daret ipsam, & alias species aliarum naturarum creaturum, hominis, bouis, Asini, naturaliter habere possumus, & si Deus non concreasset illas ipsis, ut dicemus ēt infra. Et per consequens non est simile. & sic argumentum istud benè soluitur, & esset bene difficile aliter istud soluere.

Vltimo arguit ad idē de mente Henr. Finaliter arguit Scotus de menta Henrici, quòd nullo mō non sit ponenda huiusmodi species. Nam si illa poneretur, sequeretur, quòd Angelus in aliquo ente creato posset cognoscere, & uidere essentiam diuinam. consequens est inconueniens, nec uidetur asserendum: ergo nec antecedens. consequentia probatur. Volo quòd in intellectu Michaelis, dicatur esse illa species, quam dicis de essentia diuina. Tunc quæro. Vtrum Gabriel uideat illam speciem in Michaele, uel non: non est dicendum quòd non: Nam Gabriel potest intelligere, & cognoscere intellectiones ipsius Michaelis, multo plus species illas, quæ essent in intellectu ipsius, cognoscere posset. Si ergo uidet illam, cum illa sit creatura, quia non est Deus, & cum ipsa distinctè repræsentet essentiam diuinam, & ea, quæ sunt in essentia Diuina. tunc Gabriel in ente creato uidebit ipsam essentiam diuinam. & ea omnia, quæ sunt in essentia Diuina, quod est impossibile. Sequeretur enim q tunc naturaliter Angelus tantum cognoscere posset, quantum nos cognoscimus per fidem, quod falsum est.

Resp. Sco. Respon. ad hoc Scotus faciliter, tenendo unum conditionaliter pro nunc, quod tamē tenebit infra resolutorie, q s. habēs speciem essentiæ diuinæ, non potest per illam cognoscere supernaturaliter modū eēntiæ diuinæ, sicut dicebat prima solutio ad precedens argumētum. Tūc diceremus, q ipsa Angelus

habendo

habendo ipsam, uel per ipsam, non propter hoc uideret modũ essentiæ diuinæ, & trinitatem persooarum. hoc modo dicendo, argumentum esset bene solutnm. Sed tenendo secundam solutionem ad illud argumetum, per illam maiorem, quòd cognoscere in aliquo repræsentatiuo aliquid, cognoscit illa, quę in ipso repræsenteto sunt; diceremus consequenter ad illam solotionem, quòd illud esset uerum de naturali cognitione, non quidem simpliciter, sed secundum quid; & nullum esset inconueniens, quòd hoc modo cognoscat per speciem, essentiã, etiam trinitatem personarum, & omnia illa, quæ in ipsa sunt: bene tamen esset inconueniens, ꝙ mediante specie, notitia naturali simpliciter, cognosceret essentiam diuinam, & modum essentiæ diuinæ. Et sic argumentnm istud utroque modo benesoloitur.

Argum. D. Tho. de diuinitate.

Ad aliud pro opinione secunda. Consequenter secundum Sanctum Thomam additur una ratio ad illem conclusionem negatiuam, quon scilicet nulla sit poneoda species esseotiæ diuinæ in Angelo. Et arguitur sic: si illa species essentiæ, quam dicis, poneretur, sequeretur, ꝙ illa species poneretur in Angelo, ut Angelus per ipsam esset imago Dei: sed Angelus sine illa specie est sufficiens imago Dei: ergo illa species non est ponenda. Hæc est ratio Beati Thomæ fundamentalis, nec aliter probarur.

Solu. rõ D. Tho. per distin. de duplici imagine.

Respondet Scotus ad istam racionem, sicut dictum est ad tertiam rationem Henrici, ꝙ imago capitur dupliciter. Vno mó pro similitudine repræsentante, ut cognita. Alio mó pro similitudine repræsentante, oon ut cognita. Declaratum est supra de statua Herculis, quomodo est similitudo repræsentaus Herculem, cognita tamen. Nam aliter non repræsentat. Tunc ad argumentum, quando arguitur sic: Si illa species &c. transeat hoc, & coocedo; sed Angelus &c. concedo · sed non est eodem modo imago. Nam Angelns est imago, & ratio cognoscendi essentiam diuinam, ut cognite est: & ipsa species est ratio, uel imago, & similitudo essentiæ, nou ut cognita, ut dictũ est ibidem. Et sic ista ratio bene soluitur, & per cõsequens istæ opiniones, cum motiuis eorum, patet quomodo non ualent multum &c.

Argu. Sco. contra hanc opinionem.

¶[CONTRA primom &c.] Restat impugnare illas duas opiniones. Et primo Scotus arguit contra Henricum. Secnudo erguit contre D. Thomam, in hoc, quod dicit, ꝙ nulla talis species essentiæ diuinæ distincte repræsentetiua ipsius sit ponenda. Et illismet rationibus, quibus Henricus probat illam non esse poendam, illis eisdemmet probat Scotus, quòd illa species est ponenda contra ipsum. Et primo arguit sic. Si nulla

Reflectit argum. Henr. contra ipsũ.

talis species esset ponenda, sequeretur, quòd nullam penitus naturalem cognitionem Angelus posset habere de essentie diuina. consequens istud est falsum, ut patet satis. tertia distinct. primi, quomodo nos habemus multos cõceptus de essentia diuina, & de Deo: sed multo magis Angelus potest illos habere, sed non posset tonc aliqno modo naturaliter Deum cognoscere, nisi ponatur ista species de essentie dinina. Probatur consoquentia. Nam Angelus oon potest habere coguitionem distinctam, uel confusam naturaliter de essentia diuina, negando speciem, & per consequens nullam naturalem posset habere distinctam. Nam per quid haberet illam? Non nisi per repræsentetiuum essentiæ diuinæ, & non per ipsam essentiam diuinam intuitiuè uisam. Nam illa uisio poneret illum extra statum uiæ; nec esset abstractiua, quia ista est per repræsentatiuum. Et sic semper oportet ponere aliquod repræsentatiuum essentiæ diuinæ; & illud uoco ego speciem de ipsa, & per consequens species est ponenda: Quia essentia diuina nũ mouet naturaliter intellectum creatum, sed merè libere. Nec posset habere notitiam confusam naturaliter, patet. Nam illam essentiam confusè naturaliter cognoscere, est illam cognoscere in uoiuersali, & concepto communi, quod tamen est falsum secundum ipsum Henricum: qui negat uniuocationem entis. Vt patet. distinct. tertia, quæst. tertia, & octaua, distinct. primi. Nullns talis conceptus est communis Deo, & creaturis, & uniuocus secundum ipsam. Et sic negando illam speciem, Angelus nullo modo posset cognoscere naturaliter ipsam esseotiã diuinam. Quod tamen est falsum, & contre ipsum Henricum. Et sic ista species male negatur. Argumentnm istud factum est ad hominem &c.

2. rõ Sco. cõtra Henr.

¶[Secundò contra Henricũ &c.] Ad idem arguit Scotus, ꝙ ista species non sit oeganda, & istam rationem tangit sæpè Scotus 8. d. primi, in illa qõne. Vtrũ Deus sit in genere, & pro ista rõne supponitur unum fundm̃, & principium ipsius Henrici, s. ꝙ essentia diuina nata est facere unicum cõceptum realem io intellectu diuino, quo ad omnia attributa, non est alius conceptus realis ipsius essentiæ, & alius ipsius bonitatis, & alius ipsius ueritetis. Sed tautum unus. Distinguitur tñ ille conceptus secundum rõnem negociantem, & non ex natura rei. Tunc arguitur, bene sequitur, essentie diuina nata est facere tm̃ unum cooceptum; ergo ẽt in quocunque alio conceptu, neta est facere tm̃ unicum conceptum. Sed sic est, ꝙ ista specie de essentia diuina negata, Angelus non posse illum unicum conceptũ naturaliter habere de essentia diuina, quod tñ est falsum, & cõtra te, vt dicis: ergo ista species est pouenda, & nullo mó oeganda. Maior, uel illud antecedens supponitur tanquàm uerum, & est dictum ipsius. consequentia probatur. Nam de rõne obiecti pfecti est maximè, ꝙ ipsum sit natum causare cõceptum in quocunque potente illud recipere: & illum non potest Angelus naturaliter habere; quia tunc cognitio, uel uisio beatifica, non esset naturalis, sed supernaturalis. Quod tamen est falsum: ergo illa species non est oeganda. est argumeutum ad hominem.

3. Arg. Sco. Prima rõne contra D. Thom.

Tertiò contra B. Thomam Argnit supponendo illud, quod etiam B. Thomas dicebat; ꝙ Deus cognoscitur ab Angelo notitia speculatiua, & pro hoc notanda est illa distinctio, sæpè habita. Nec oportet eam repetere, ꝙ duplex est imago, uel ratio cognoscendi. Quædam, quæ est ratio, ut cognita est. Alia quę siue sit cognita, siue non, semper dicitur ratio cognoscẽdi. Secundo Notandum est etiam, quod secundum B. Thomam, Angelus non discurrit, de qno patet in prologo primi. Ego malui hunc passum non scribere, quàm malè scribere, quia pessime reperi illum in libro meo, ea eo, quòd Magister oimis festinabat.

4. Argum. 2. rõne contra D. Tho.

Secundò contra Thomem probãdo, quòd Angelus habeat aliqnam notitiam de essentia dinine, qnam tamen uon habet per essentiam suam. Arguit sic. Omnis discursus præsuppooit notitiam illius, ad quod, uel de quo, est talis discursus: ergo ille discursus, quo Angelus per essentiem snam, tanquam per rationem formalem, discurrit ab essentia sua ad essentiam diuinam cognoscendam, præsupponit notitiam essentiæ diuinæ. Antecedeot patet. Nam discurrens ab nno ad aliud, uel habet aliquam notitiam de termino, ad quẽ discurrit: uel nullam, si nullam: ergo non discurrit. Nam discursus est uia in terminum cognitum; si ergo non cognosco terminum, quomodo erit uia ad illum? si habeo aliquam, habeo propositum. consequentia probatur. Nam essentia dinina est illa, ad quam

Discursus quid.

Angelus discurrit, ab ipsiusmet Angeli essentia, quam cognoscit. Quæro tunc, per quid habet Angelus illam notitiam simplicem de essentia diuina, ad quam, ut cognitam discurrit? non habet illam per conceptum aliquem communem essentiæ diuinæ, & ipsi Angelo, uel essentiæ ipsius: quia tu negas illam uniuocationem entis. Nec habet illam per discursum. Nam iste est posterior ipsa: ergo oportet dicere, quòd mediante aliqua specie, & sic species non est neganda, sed ponenda.

Confirmatur ratio.

Item confirmatur ista ratio. Nam si Angelns ex notitia suæ essentiæ cognitæ habet notitiam de essentia diuina, quæro quomodo illud est possibile? Nam nullum obiectum facit notitiam distinctam alterius obiecti, nisi tale obiectum uirtualiter includat illud aliud obiectum, uel notitiam illius: sed essentia Angeli non includit uirtualiter essentiam diuinam, uel eius notitiam: ergo esseotia Angeli, nullo modo potest eum docere in cognitionem essentiæ diuinæ, Quod tamen est contra te. Maior declaratur. Nam dicitur distin. tertie, primi, quæstione prima, quomodo ex creaturis cognoscimus Deum, cum creaturæ non cootineant uirtualiter Deum. Ideo propter hoc datur uoe distinctio, quòd creaturas facere, & causare cognitionem de Deo in nobis, potest intelligi dupliciter. Vno modo, scilicet, ꝙ causent notitiam distinctam; & sic non intelligitor: & ideo additur in proposito distincta. Secundo modo, ꝙ causent notitiam confusam, & sic conceditur. & hoc modo non est contra nos. Tamẽ quodcunque obiectum, quod natum est causare distinctam notitiam de aliqno alio obiecto, cõtinet illud uirtualiter: & per consequens non oportet, quòd creaturæ contineant Deum, quæ non sunt natæ facere de ipso ootitiam distinctam, sed confusam, in conceptu communi, & transcendentiali. Minor patet. Nam Angeli esseotia nullo modo io entitate continet essentiam diuinam, & per cõseqnens, nec in cognoscibilitate. Nam sicut res se habet ad esse, & quo ad esse, etiam eo modo se habet ad cognoscibilitetem. & per consequens oportet dicere, ꝙ ista species est ponenda. & sic illæ duæ opiniones, uel una in duobus, dimittitur.

¶[Ad Quæstionẽ &c.] Hic Scotus de mente sue aliter dicit ad qõnem, faciẽdo tria. Primo ponit unã dist. quã declarat de

notitia. Et secundo dicit ad quæstionem de directo. Et tertio probat de mente sua ipsam esse ponendam.

Quantus ad primum est distinctio, quod duplex est notitia, de qua q.6.Quolib.dictum est ad longum; & 3.d.primi, quòd duplex est notitia alicuius obiecti. Quædam est notitia obiecti, inquantum ipsum obiectū abstrahit ab actuali existentia. Alia ast, quæ est ipsius obiecti, inquantum dicit actualem existentiā. Et est eadem distinctio breuiter cum illa, qua dicitur, quòd notitia quædam est intuitiua, Alia est abstractiua. Abstractiua ast illa, quæ est obiecti, inquantum præscindit ab omni existentia, & est per repræsentatiuum illius. Et istud membrum, scilicet, quòd talis notitia abstractiua sit ponenda. probatur primo ratione. Vna ratio sumitur a simili. Arguitur primo sic, si non esset possibilis ista notitia abstractiuè, sequeretur, quod nullam possemus habere cognitionē de aliquibus quidditatibus: consequens hoc est falsum: ergo & antecedens. probatur consequentia. Nam sciētia dicitur esse de uniuersalibus necessariis, & impossibilibus aliter se habere, cuiusmodi sunt ipsæ quidditates. Et si omnis scientia necessario requirit existentiam obiecti, cuius est, cum illa, quæ existunt, multa quandoq; sint, quandoque non: iam non erunt necessaria, & sic scientia nō esset de ipsis; & per consequens oportet dicere, quod scientia potest esse de aliquo obiecto præscindente ab huiusmodi existentia, & illam scientiam uocamus abstractiuam. Alia est scientia intuitiua, uel obiecti existentis, & ut existentis, & præsentis. Et ista notitia intuitiua est duplex. Quædam in genere proprio. Alia est in aliquo eminentiori, & da rationa primæ notitiæ intuitiuæ est, quod ista habeat istas conditiones. Prima est, quòd ipsa sit obiecti existentis actualiter, & ut sic existentis, & præsentis. Vnde sequitur, quòd illa attingentia, quam dicit illa notitia intuitiua, est relatio realis. ex 13. Quolib. Nam illa habet extrema realia, scilicet ipsam notitiam pro fundamento, & obiectum illud, cuius est talis notitia, pro termino. Nam obiectum attingitur per illam. Secundo requiritur, quòd illud obiectum sit præsens in ratione terminantis illam notitiam, & non solū in ratione mouentis ad illam. Vnde sequitur, quòd illud uerbum Scoti in 10.d.quarti, q.5. quod obiectum in notitia intuitiua non requiritur: non intelligitur de notitia intuitiua in proprio genere. Nam aliter clarè contradiceret sibi ipsi, in 4. & hic. Sed est dicendum, quòd in quarto loquitur de notitia intuitiua in eminentiori. Tertio ad notitiam intuitiuam in genere proprio, requiritur, non tamen uniuersaliter, sed aliquando, quod obiectum dicatur esse præsens in ratione motiui, & moueatis. Saltem in intuitiua in genere proprio, istud requiritur. Vt patet in Quolib. loco dicto. Alia est notitia in eminentiori, quam Alphonsus de Toleto uocat super intuitiuam, & bene; quia dicitur esse eorum, quæ in essentia diuina, & uerbo uidentur.

Notatur solutio apparentis contradictionis in Scoto.

Quod autem sit ponenda aliqua talis notitia intuitiua in genere proprio, probatur una ratione tali. Illud, quod est perfectionis in potentia inferiori, non est negandum, imò est ponendum in potentia superiori, & eminentius; maximè quando illæ potentiæ, superior, & inferior sunt eiusdem generis: sed sic est, quòd perfectionis est in potentia cognitiua sensitiua, quòd ipsa intuitiuè cognoscat aliquod obiectum: ergo illud non est negandum a potentia cognitiua superiori, scilicet ab intellectu, quod non possit aliquod obiectum intuitiuè intelligere. Maior uidetur satis rationabilis. Si istæ duæ potentiæ sunt eiusdem generis, quia ambæ cognitiuæ, & non differunt ab inuicem, nisi ut superius, & inferius. Quare uidetur, quòd quicquid debet uni conuenire, etiam & alteri. Minor probatur. Nam quòd uisus possit intuitiuè uidere suum obiectum, & sonus audiri a potentia auditiua, hoc arguit perfectionem in ipsis potentiis sensitiuis omnibus. Vt patet satis, & per consequens multo plus dicendum est de intellectu, quòd illud possit. Quod autem sensus hoc possit, probabitur post.

Notitiā intuitiuam in genere proprio dari probatur primo.

Notandum tamen, quòd intuitiua cognitio capitur dupliciter. Vno modo, ut distinguitur contra intuitiuam discursiuam. Alio modo, ut distinguitur contra abstractiuam. De intuitiua primo modo non est sermo hic: Sed de intuitiua secundo modo, scilicet ut distinguitur contra abstractiuam; & ita ponenda est talis notitia intuitiua, obiecti præsentis, & existentis.

Secundò probatur illud idem, scilicet, quod ponenda est cognitio intuitiua, quia istam expectamus in patria, & non abstractiuam, quia ista dicit imperfectionem, & propter hoc ponitur pro statu isto, & non in patria, sed ipsa intuitiua secundum illud Apostoli: Videmus nunc per speculum, & in ænigmate, prima ad Cor.cap.13. & uidere rem sicuti est, est illam uidere intuitiuè, uel faciliter, sicut dicit Occham.

Idem probatur secūdo.

Secundò & principaliter probatur ista distinctio a simili, At guitur sic. In parte sensitiua, aliquod obiectum sentitur ab aliqua potentia sensitiua, secundum quod obiectum est præsens, & existens; actuali etiam sensus cognoscit illud obiectum, secū dum quod abstrahit ab existentia. ergo a simili hoc modo erit in intellectu, quod ipsa potentia intellectiua aliquod obiectū cognoscet secundum, quod existit, & est præsens; & aliquod cognoscet, inquantum illud abstrahit ab existētia actuali. Primo modo est intuitiua intellectio. Secundo modo est abstractiua. Et sic distinctio bona. antecedens probatur secundum illud secundi de anima, quod duplex est sensus, quidam cōis, ut phātasia. Alius est particularis, qui diuiditur in quinque, Vt uisus, Auditus &c. & isti quinque sensus cognoscunt obiecta sua, ut sunt existentia; ut uideo albedinem, quæ est actualiter existens: & res non existentes non uideo, nisi sensu communi, siue interiori, secundum illud B. Augustini: Phantasia est in anima &c. Carthaginis, & per consequens cognoscit obiectum præscindendo ab existentia actuali. consequentia tūc probatur. quia quæcunque sunt dispersa in inferioribus, sunt unita in superioribus. Sed cognoscere intuitiuè, & abstractiuè sunt dispersa in potentiis inferioribus, ut patet ex dictis. ergo isti duo modi cognoscēdi debent esse uniti in superiori, s. in potentia intellectiua. Patet consequentia. nam illa cognitio intellectiua est superior ad cognitiuam sensitiuam, sensus particularis præcisè cognoscit intuitiuè, & sensus communis, siue interior præcisè abstractiuè, & non aliter: & ideo isti modi, qui in inferioribus distinguuntur, reducuntur simul ad unam potentiam superiorem. s. ad intellectum, & sic patet quomodo distinctio ista est bona, & membra distincta clarè patent.

Probatur distinctio de duplici notitia.

Hac distinctione præmissa.] Consequenter Scotus ad istam quæstionem respondet. Cum quæritur: Vtrum Angelus possit habere naturalem cognitionem, de essentia diuina. Dicit primo, quòd secundum communiter loquentes de ista materia, Angelus non potest cognitionem intuitiuam de essentia diuina naturaliter habere, & ex puris naturalibus. probatur hoc. Nam ista est conclusio communis omnium Theologorū: Nam cognitio intuitiua est illa solum, quæ ponit hominem extra statum uiæ, ex 49. distinct. quarti. Ista est beatissima uisio, quam ex puris naturalibus habere non possumus, nec in illam possumus. Ista est conclusio communis. Secunda conclusio Scoti ad q. est ista. Aliqua species distinctè repræsentans essentiam diuinam, non ut principaliter existentem, potest esse in intellectu Angeli ratio cognoscendi ipsam essentiam diuinam, & potest Angelus naturaliter habere cognitionem naturalem de ea, & hanc abstractiuè. Et sic Scotus ex ista conclusione diceret ad quæstionem, quòd sic, affirmatiuè, ut patet.

Soluit quæstionem.

Prima conclusio cōis Theologis.

2. concl. Sc. affirmatiua.

Vnde Notandum est pro hoc, quòd duplex est notitia abstractiua. Quædam confusa. Alia distincta. Vnde cognitio distincta est illa, quæ ostendit de re, cuius est, quod quid rei illius, & dat quidditatiuam cognitionem per definitionem rei. Sed notitia confusa est dupliciter. Vno modo per quid nominis secundum illud, cuius est notitia confusa; uel ideo, quia habetur de ipso in aliquo conceptu communi, sibi, & aliis, & de ista notitia confusa tractat Scotus. distinct. tertia, quæstio. tertia, primi. Hic tamen per definitionem, intelligimus conceptum, & rationem formalem quidditatiuam, dicentem quid rei, & istā potest Angelus habere per repræsentatiuum, & speciem.

Tertium dictum, uel conclusio Scoti: Non inconuenit dicere, illam speciem repræsentantem essentiam diuinam, inditam fuisse intellectui Angeli, in instanti creationis illius. Vnde sequitur quid dicendum esset ad illam quæstionem, qua quærere tur, Vtrum posset esse illa species in Angelo. Patet, quod superna turaliter a Deo, illa potest esse concreata illi in primo instanti, quo creatus est. probabiliter hoc possumus dicere, & nullū est inconueniens, nec sequitur ex hoc.

3. concl. Sc.

Quartum dictum. Species illa distinctè repræsentans essentiam diuinam intellectui Angelico concreatam, non est naturalis causaliter, idest non causatur naturaliter ex parte agentis. Pro cuius declaratione, Notandum est, quod aliquid dicitur causari naturaliter, i. esse causatū naturaliter dupliciter. Vno mō ex parte agentis, quia ab agente naturali causatur. Secūdo mō naturaliter, quia ex puris naturalibus illud causatur, & isto modo secundo intellectio de rosa, causatur naturaliter, quia ab ipsa rosa immediate, uel a repræsentatiuis ipsius, quæ omnia naturaliter causant, & naturaliter possumus illam habere. Primo mō est illud, qd ab agente supernaturali, & supernaliter causatur

4. concl. Sc.

causatur: & hoc modo gratia non dicitur causari naturaliter. nam adeo tantum causatur. Deus naturaliter agendo, non potest illam producere, uel causare, & sic ex causis naturalibus ille species non potest haberi in Angelo; & per consequens ipsa nõ dicitur naturaliter causaliter, sed supernaturalis; & a Deo in quantum uoleos. Nam si Deus, per impossibile, non esset uolens, nonquam posset illam speciem causare.

5. concl S. Quintum dictum. Illa talis species repraesentans, potest quodammodo dici naturalis. s. potestatiue, fingendo illud nomen. probatur hoc, quia Angelus, quando semel habet illam, potest ipsa specie uti, cum unit, ad libitum sui, ad habẽdam cognitionem de illo, cuius esset illa species. & ita hoc modo rectè diceretur naturalis, licet ipa habeatur in ipso merè supernaturaliter. patet per quoddam simile, de cæco nato illuminato, cuius tamen uino erat naturalis in ipso illo modo potestatiuè. nam ille poterat uti illa ad uidendum, quando uolebat; non tamen diceba tur naturaliter primo. i. naturaliter habita, immo supernaturaliter, quia a Deo immediatè. & sic istæ conclusiones sunt bene probabiles. Non est negandum ab Angelo, quin habeat istam speciem distinctè repraesentantem essentiam diuinam.

Quod autem illam possit habere, persuadetur quibusdam persuasionibus, & non probatur euidenter. Nam sicut positio est probabilis, ita etiam illæ rationes, quibus probatur. & primo arguitur sic, supponendo, ꝙ homo potest considerari dupliciter. Vno modo secundum statum innocentiæ: Alio modo secundum statum peccati. etiam secundum omnes doctores, hoc dicunt omnes. Secundo supponitur, ꝙ homo non potest æquè perfectè, & distinctè cognoscere Deum pro statu peccati, sicut potuit in statu innocẽtiæ, & potuisset, si ille status diu durasset.

Angelus dupliciter considerat. Etiam hoc modo Angelus considerari potest dupliciter. Vno modo pro statu innocentiæ. i. in illa morula antequã esset beatus. Secundo modo consideratur secundum statum gratiæ, in quo est, & hoc loquendo de bonis. Modo capio hominem, & Angelum in puris naturalibus pro illo statu innocẽtiæ: semper tamẽ Angelus esset natura superior, & perfectior, quã homo. Nam etiam de filio Dei dictum est secundum naturam humanam: Minuisti eum paulo minus ab Angelis. Tunc ex istis persuadetur, ꝙ illa species est ponenda in Angelo. Arguitur sic, Beatitudo naturalis ipsius Angeli excedit naturalem beatitudinem ipsius hominis: sed illius, scilicet hominis beatitudo, in statu innocentiæ, fuit in cognitione essentiæ diuinæ, & abstractiua ad minus: ergo etiam beatitudo Angeli naturalis, antequam obstinaretur malus in malo; uel bonus beatificaretur in gloria, fuit maior, & in maiori cognitione essentiæ diuinæ stando in naturalibus, quàm naturalis beatitudo hominis, & per consequens oportuit, ꝙ Angelus in illo statu habuerit illã speciem de essentia diuina, & debuit beatificari beatitudine naturali, sicut homo. Maior patet etiam pro quocunque statu, sicut natura Angeli excedit naturam humanam, etiam naturalia quæcunque ipsius Angeli excedunt quæcunque naturalia ipsius hominis: & per consequens naturalis beatitudo Angeli excedet beatitudinem naturalem hominis. Modo secundum Augustinum homo in puris naturalibus, in illo statu innocẽtiæ ad minus uidit essentiam diuinam. & dictum est etiam de sincere ueritatibus in 3. dist. 1. & nunc in statu peccati, tamen confusè cognoscimus Deum, & ex creaturis, in conceptibus uniuersalibus. & ita Adam in illo statu aliquo modo perfectiori cognouit Deum, quàm nunc cognoscamus; & non intuitiuè, nam tunc iam non fuisset uiator. & illa non est nisi secũdum motionem obiecti, & nullus intellectus creatus ad illam potest, & sic cum illa esset distinctè ab essentia diuina, & non ab ipsa monente, quia iam non esset naturalis: oportet dicere, ꝙ ipsa differat ab aliquo repraesentatiuo.

2. persuasio deducitur. Secundo ad idem arguitur, persuadendo, ꝙ illa species sit ponenda in Angelo distinctè repraesentans essentiam diuinam, per quam ipse Angelus de essentia diuina potest habere naturaliter notitiam distinctam abstractiuam. Arguitur sic. Aliquis raptus uidens transitoriè essentiam diuinam, cessante illo actu uidendi, potest habere memoriam de illa uisione: ergo in ipso est talis species, qua distinctè cognoscit essentiam diuinam. Antecedens patet de Paulo, quomodo recordabatur, se uidisse arcana, quæ non licebat hoi loqui. consequentia patet. Nam illud non fuisset uerum, nisi in ipso remansisset aliqua species, uel aliquod repraesentatiuo essentiæ diuinæ: sed quicquid probabiliter ponitur in intellectu inferiori, probabilius ponẽdum est etiam in superiori, si illi non repugnat: ergo si illa species ponitur in intellectu illius rapti, probabiliter illa non debet negari ab ipso Angelo, qui est superior. & sic illa species est ponẽda, ut patet. Et si dicas, quòd illa species fuit in beato Paulo in raptu, non tamen post. Ob, dicit Scotus, hoc non ualet. Nã si concedatur, illam speciem semel datam fuisse ipsi, ipsa remãsit in ipso, maxime, cum ipse recordaretur de eo, quod uiderat post quatuordecim annos, ut tractat de seipso prima ad Corin. 2. hominem ante annos &c.

3. persuasio ad idem. Tertiò principaliter persuadetur, quòd Angelus habuerit illam speciem. supponendo illud Genesis primo de opere sex dierum. & refert beatus Augustinus lib. 4. super Genes. cap. 23. quòd duplex est dies. Quidam est naturalis: Alius est spiritualis, uel Angelicæ cognitionis. Dies naturalis, & artificialis patet, quia consistunt in continua successione temporis, & motus per certas horas: si est naturalis, in uigintiquatuor, qa in tot fecit cursum suum Sol ab Oriente ad Occidentem; iterum in Orientem rediens. Si est artificialis, est tantum illud tempus, quo Sol est supra nostrum Orizontem, illominãdo nos. Dies spiritualis, uel dies Angelicus cognitionis stat in tribus signis. Primum est, quando Deus dixit: fiat lux, idest natura Angelica, & tunc creata fuit illa in illo uerbo, & facta est lux, idest creata est natura Angelica. Deinde in secundo signo ipsa lux, idest ipsa natura Angelica primo creata, intellexit, & cognouit se in essentia diuina, & tunc fuit mane illius diei, idest cognitio matutinæ ipsius naturæ Angelicæ in essentia diuina. Vnde duplex est cognitio alicuius, scilicet meridiana, & matutina. Meridiana est illa clara uisio diuinæ essentiæ, quam habent beati in patria, & habebimus post hãc uitam, Deo dante. Alia est matutina, quæ est cognitio eliorum in essentia diuina, & istam etiam habent beati. & Angelus tunc habuit istam de seipso, & fuit mane in illo die primo, ut dixi. In tertio signo, Angelus cognouit se in sua natura propria, & in suo proprio genere, & tunc fuit uespere, & factum est uespere, quia est obscurior cognitio inter illas omnes, in hoc tertio signo; & quando Angelus non subsistit, uel non perstitit in illa cognitione sui, in proprio genere, sed redit ad uerbum, & ad illam cognitionem diuinæ essentiæ, uidendo Deum, tunc factum est uespere, & mane dies unus, idest cognitio sui, & Dei completa est, & completur prima dies. secunda dies est, in qua Angelus prima die creatus cognoscit creaturã, quæcunque sit illa, quæ post ipsum creata est, & cognouit illam in essentia diuina, & factum est mane illius diei. Deinde Angelus cognouit illam in proprio genere per cognitionem sui, et terminatiuè, & tunc factum est uespere in illa die. Deinde Angelus redibat, & tunc quodammodo conuersus est ad Deum, cognoscendo illum, referendo gratias de tali creatura creata, & sic factum est uespere, & mane dies secundus. Hoc modo exponit beatus August. illos dies, usque ad septimam diem, in qua perstitit in cognitione diuinæ non est mane, nec uesper in illa die, semper est mane, clara uisio diuinæ essentiæ. patet quomodo illi dies secundi sunt secundum Augustinum, licet aliqui aliter exponant illos.

Deductio tertiæ persuasionis. Ex his dictis arguitur probando, quòd sit ponenda illa species essentiæ diuinæ. & arguitur sic. Nulla morula, in qua ipse Angelus cognouit se, & alias creaturas, etiam in uerbo, habebat aliquam notitiam de essentia diuina, & non in propria existentia, & ita non habebat notitiam intuitiuam de essentia diuina: ergo illam habuit abstractiuam: & per consequens habuit illam speciem, mediante qua, habuit illam notitiam abstractiuam de essentia diuina. Antecedens primum patet secundum beatum Augustinum in illa expositione. consequentia probatur, quia illa cognitio, quam Angelus habuit de se, uel de creaturis in uerbo, non erat naturalis, ut patet secundum Augustinum in illo quarto libro, sed erat beatifica. Verum tunc illa consequentia non ualeret, quia cognitio matutina creaturarum in uerbo est supernaturalis: tamen illa non est beatifica praecisè: Nam secundum Scotum, si sanctus Petrus, uel alius non haberet nisi illam, non esset beatus, quia beatitudo essentialiter consistit in clara uisione Dei, uel essentiæ diuinæ, concomitante fruitione de illa. Illa ergo cognitio matutina est supernaturalis, & beatifica secundum quid, etiam propriè, etiam de essentia diuina, & sic illa est, mediante aliqua specie.

Arguit Sc. quod Angelus in qua dam morula habuerit notitiã naturalem distinctã de essentia diuina. Et si uelles negare, quòd Angelus in illa morula habuerit notitiam distinctam naturaliter abstractiuam de essentia diuina, sed tantummodo intuitiuam, & arguas hoc modo: Si Angelus non habuisset notitiam intuitiuam, sequeretur, quòd Angelus non potuisset alias creaturas cognoscere in uerbo: & consequens hoc est falsum: ergo & antecedens. patet consequentia, quia non potest Angelus cognoscere creaturam in aliquo, obscurè cognito, uel abstractiuè, & non cognoscit intuitiuè ex dictis: ergo &c. Respondet ad hoc Scotus, quòd illud est falsum,

falsum, scilicet, ꝙ creatura non possit cognosci nisi in uerbo intuitiuè cognito. Nam sufficit, ꝙ uerbum cognoscatur distinctè, licet abstractiuè. Nam passiones de subiecto cognoscuntur scientia propriè dicta, & tamen subiecta illarum non cognoscuntur semper intuitiuè, sed tantũ abstractiuè. Hoc ergo non requiritur ad hoc, ꝙ aliquid in alio cognoscatur distinctè.

Soluit q̃stionem Scot.

¶Dico igitur breuiter &c.] Soluit hic Scotus quæstionem dicens, quia non habemus regulam ex Scripturis sacris, uel ab Ecclesia, de intellectu Angelico, nec tali intellectui est attribuenda omnis perfectio, absolutè competens intellectui. nam soli intellectui diuino attribuimus. Nec oportet etiam (dicit Scotus) illi intellectui tribuere tantam imperfectionem, quantam experimur in intellectu nostro, quia ille intellectus non necessario procedit per phantasmata in intelligendo, sicut noster. Et ideo tertio oportet dicere illum intellectum mediare inter intellectum nostrum, & intellectum diuinum aliquo modo, dicendo illum habere illam speciem probabiliter, & ita ponenda est illa, & est resolutio ad istam quæstionem.

Contra solutionẽ q̃onis arguit.

Sed est hic unum argumentum contra hoc, quòd non sit ponenda illa species, quod tamen argumentum Scotus non soluit. Et breuiter arguitur sic, Deus potest immediate illam notitiam abstractiuam de essentia diuina causare in intellectu Angeli: ergo illa species non est ponenda. consequentia probatur. Nam illa species ideo ponitur, ut mediante illa, Angelus quando uoluerit, possit naturaliter exire in actum cognoscendi diuinam essentiam abstractiuè. Et antecedens patet: quia Deus quicquid potest mediante causa secunda in genere causæ efficientis, potest se solo.

Ad arg. nõ resp. Sco. soluit tamẽ auctor.

Responsionem quære, dicit Scotus, & hoc ex solutione primi argumenti principalis ad quæstionem. Cum arguitur: Deus potest &c. Concedo illud, cum probatione: ergo illa species nõ est &c. Nego consequentiam, & quãdo probatur, quia illa species non ponitur &c. Nego præcisè, & dico, ꝙ illa non est causa præcisa ponendi illam, sed est ut Angelus cum uoluerit illã notitiam habere, habeat illam. Modo dicit Scotus, si Deus sp illam notitiam causaret in Angelo de essentia sua, non esset in potestate Angeli habere eam, uel non habere, quando uellet. etiam illam notitiam potest Deus in me causare. Non tamen esset in potestate mea illã habere. Sed hac data specie, possum illam conseruare in me, & uti illa cum uolo, & sic illud argumentum non cogit.

Deducitur argu. princ.

Quartò principaliter. Soluit rationem principalem contra istam solutionem. Et arguitur sic. Si angelus haberet illam naturalem notitiam distinctam de essentia diuina, uel hoc esset per essentiam diuinam, uel aliquo alio modo: non per essentiã, nam Angelus esset naturaliter beatus, quod tamen est falsum. patet consequentia, nam omnis cognitio, quæ habetur immediatè per essentiam diuinam, dicitur beatifica cognitio: si ergo naturaliter haberet illam per essentiam diuinã, tunc naturaliter esset beatus. Nec habet illam aliquo alio modo, scilicet per speciem: probatur, quia si illa species poneretur, hoc nõ esset nisi, ut essentia diuina esset præsens intellectui Angeli semper: sed sic est, quòd essentia diuina secundum se, & per seipsam, est magis præsens intellectui Angeli; & intimior, quã sit illa species: nec posset esse mediante illa specie: ergo non oportet illam speciem ponere in Angelo ad illam præsentiam habendam. Assumptum patet, Minor probatur 37. distin. primi, quomodo Deus est unicuique rei pręsens intimè, per essentiam, præsentiam, & potentiam secundum omnes. ergo.

Soluit Sco. argu. princ.

Respondet Scotus ad hoc argumentum, quãdo arguitur sic. Si Angelus &c. Concedo, ꝙ ille haberet non quidem per essentiam, sed per speciem illam distinctè repræsentantem ipsam. Contra: nam tunc illa species poneretur ad habendam illam præsentialitatem; Dico, ꝙ ista non est causa præcisa, quare illa species ponitur: sed causa principalis est, ut ille actus abstractiuè, & distinctè cognoscendi essentiam diuinam, dicatur esse in potestate Angeli, & cuiuslibet habẽtis illam speciem, quandocunque uoluerit; Et sic argumentum non ualet. Nam aliter nunquam haberemus talem notitiam, nisi Deus eam specialiter causaret.

Vltimũ argum. contra solutionem.

Finaliter ad illam quæstionem arguitur. Nam tertio de anima secundum Philosophum, ponimus species intelligibiles, ut obiecta, quæ non possunt esse præsentia secundum se. mediantibus illis fiant pręsentia, & possimus exire in actum circa illa, quando uolumus: sed sic est, ꝙ essentia diuina, & Deus est intimius pſens intellectui Angeli, quàm species eius: ergo frustra ponit huiusmodi species. Maior patet secundum Philosophũ ibidem, quo lapis non est in anima, sed species lapidis; quia nõ possumus habere grossum lapidem in anima præsentem, ut intelligatur: natura adinuenit species intelligibiles, quibus mediantibus fiat præsens: similiter, & alia obiecta materialia: & sic patet antecedens. Minor probatur, ut prius.

Soluit Sco.

Respondetur ad illam authoritatem, quòd duplici de causa possumus ponere species in intellectu. Vno modo ad habendam præsentiam obiecti, quia aliter non esset præsens. Secũdo modo, ꝙ ille species ponantur ad hoc, ꝙ intellectus possit exire in actum intelligendi illud, de quo est talis species. Dico primo, ꝙ prima non est causa potissima ponendi species, sed hoc ista secunda est causa potissima. Vnde quandocunque species ponitur ad habendum actum de ipso obiecto, ponitur etiã ad faciendum illud esse præsens, & non è conuerso: aliquando obiectum est præsens, & non possumus exire in actum intelligendi, sed quandocunque est actus intelligendi, est præsentia obiecti cum ipso actu, & sic ista est causa principalis. Et patet ad istam quæstionem.

QVAESTIO DECIMA.

Agit de cognitiõe Angelorũ quo ad alia creata.

TERTIÒ quæro de cognitione Angeli &c.] Consequenter de cognitione aliorum creatorũ, quæ sunt alia ab ipso Angelo, i. quo cognoscat illa Angelus. Determinat Scotus quærendo. Vtrũ ad hoc, ꝙ Angelus cognoscat quidditates &c. Et supponit Scotus unum, i. ꝙ Angelus intelligit primo seipsum per essentiam suam, ex prima q. huius materiæ. Secundo ꝙ intelligit Deum aliquo modo, ex secunda quæstione. Et tertio aliqua alia creata a seipso cognoscit angelus, ut patebit in ista q̃one: & quærit quo istas quidditates creatas alias ab Angelo intelligat. Et pro istius declaratione tituli est Notandum, ꝙ differentia est inter quidditatem, & essentiam; nam essentia est omne illud, quod actualiter existit; & omne illud, cui non repugnat existere, quantum est de se Et quidditas est omne illud, & tale, cui non repugnat existere, uel quod existit, & hoc, ut abstrahit ab illa actuali existentia, dicitur quidditas; & de istis, ut sic propriè dicitur esse scientia. Ideo quærit Scotus, quomodo Angelus illas cognoscit.

Ratio cogñdi capitur dupliciter.

Nota secundo, ꝙ ratio cognoscẽdi, capitur dupliciter. Vno modo obiectiuè. Alio modo repræsentatiuè. Primo modo est ipsummet obiectum, quod cognoscitur; & secundo modo ipsa species intelligibilis, qua repræsentatur ipsum obiectũ, dicitur esse ratio cognoscendi illud repręsentatiue. Modo in ista quæstione capitur ratio cognoscendi. Secundo modo. s. repræsentatiuè, & non primo modo. s. obiectiuè. Vtrum. s. Angelus cognoscens quidditatem asini, habeat proprium repręsentatiuum ipsius, repræsentantem illi illam quidditatem, sic ꝙ nõ aliam, & sic de omnibus aliis quidditatibus dicamus. Vel unico, & eodẽ repræsentatiuo, uel specie, cognoscat omnes quidditates creatas. Et sic patet sensus tituli quæstionis.

Ad partem ueram arguitur.

Ad partem affirmatiuam, & ueram Arguitur, ꝙ sic, quòd propriis rationibus repræsentatiuis cognoscat quidditates, & non per unam omnes. Arguitur sic. Intellectus diuinus plura intelligit per distinctas rationes cognoscendi, repræsentatiuas illorum similiter, & intellectus humanus: ergo etiã intellectus Angelicus plura poterit intelligere per distinctas rationes cognoscendi. Antecedens hoc habet duas partes, prima est de intellectu diuino, ꝙ plura &c. patet etiam hoc in primo, & maximè secundum Henricum, & Thomam, propter quos mouetur specialiter ista quæstio. Nec illud antecedens quo ad illã

Prima pars antecedẽtis huius rõnis est de mẽte Hen. & D. Tho. nõ aũt Scot.

partem est de mente Scoti, sed bene secundum illos Doctores. Nam dictum est in primo dist. 35. quomodo Ideæ dicuntur esse rationes intellectui diuino, cognoscendi illa, quorum sunt, secundum Henricum, & Thomam. Hoc tamen impugnat Scotus. Ideo istud antecedens quo ad illam partem, sumitur ex dictis illorum, ut magis conuincat illos. De nobis quo ad secundam partem antecedentis nulli dubium est, quomodo nos plura intelligimus per distinctas rationes intelligendi, ex 3. d. primi, q. 6. consequentia probatur. Nam intellectum intelligere plura distinctis rationibus intelligendi, non dicit in ipsum intellectum perfectionem simpliciter. Nam istud nõ negatur esse in Angelo. Nec dicit imperfectionem, maximè secundum illos, quia illud non attribueret intellectui diuino. Nec est summa perfectio intelligere plura, per distinctas rationes; quia nõ conueniret intellectui humano, cui non potest conuenire summa perfectio; & sic hoc conuenit intellectui Angelico, & hoc modo concludemus

Ordo Sco. in quæstione.

¶Hic dicitur &c.] In ista quæstione Scotus primo inducit opiniones Henrici, & Tho. cum motiuis illorum, quæ tamen soluuntur,

soluuntur, & impugnantur suo loco. Et modus eorum dicendi. Secundo Iaen Scotus dicet ad quæstionē de mente sua. Tertio loco ad argumenta principalia, &c.

Opi. Hen. & sic applico tur. Primum di ctum. Quantū ad primum est opinio Henrici Quodlib. 5. q. 14 ponentis aliqua dicta per ordinem. Primum est. Angelus cognoscit omnes quidditates creatas alias a se, per unum habitum formalem, & scientialem. Probaretur hoc secundum ipsum, quia in intellectu Angelico non sunt ponendæ plures species intelligibiles plurium quidditatum, quibus intelligit illas: sed sufficit ille habitus scientialis, quem ille ponit.

2. dictū Hē. Sed quis diceret. Ille habitus scientialis, quem ponis domine Henrice quid est? Respondet ipse, & est secundum dictum ipsius, quod licet ille habitus scientialis habeat esse in intellectu subiectiuè, tamen obiectum in potentia habet esse obiectiuè: quia ille habitus est accidens intellectus, & quædam qualitas absoluta; obiectum uerò in ipso habitu, resplendet, & habet esse in ipso intellectu obiectiuè, inquantum resplendet, & relucet in illo habitu scientiali.

3. dictū Hē. Et si quæratur quomodo illa quidditas resplendeat in illo habitu, & fit præsens intellectui? Respondet ipse, & est tertium dictum. Quod licet ille habitus scientialis dicatur esse qualitas absoluta, tamen huiusmodi habitus habet respectū quendam, realiter idem sibi, ad quodlibet obiectum creatum, & ad quamlibet quidditatem creatam. Nam sicut scientia refertur ad scibile, in tertio modo relatiuorum, sic iste habitus scientialis refertur ad illa obiecta, & ideo repræsentat omnia illa.

4. dictū Hē. Quartum dictum Henrici. Talis habitus, licet concreatus intellectui Angelico, a Deo immediatè, non minus propter hoc habet illum respectum eundem illi realiter, ad quodcunque obiectum creatum, uel ad quidditatem creatam. Nam quæreret aliquis ab Henrico. Vnde est ille habitus scientialis in Angelo? Dicit ipse, quòd est creatus a Deo, datus, & non causatur aliquando ab obiecto; tamen dicit ipse, non sequitur ex hoc, quòd non habeat respectum ad quodcunque obiectum.

5. dictū Hē. Quintum dictum Henrici. Ille habitus scientialis ex natura sua multo naturalius, & perfectius repræsentat obiectum quodcunque creatum, & quidditatem, quam possibile esset repræsentare per species distinctas illorum obiectorum si poneretur. Officium ergo illius habitus est, repræsentare illas quidditates, limpidè, & clarè, multo plus, quàm species repræsentarent. Et si quæratur quomodo est possibile, quod ille tantum unicus habitus scietialis repræsentet omnes quidditates? Respondet ipse, & est

6. dictum eiusdem. Sextum dictum, quòd ille unicus habitus scientialis, continet illa plura obiecta intelligibilia limpidius uirtualiter, quàm quæcunque species intelligibilis ipsorum: sic, quod ille habitus scientialis, repræsentare potest illas omnes species, uel quidditates, si darentur etiam infinitæ, quia omnes illas continet uirtualiter. Sed si quæratur ipsi Henrico, quomodo ille habitus scientialis, quem prius, reducit intellectus de potentia ad actū, & facit exire illum in actum, sicut ipsæ species facit, uel quomodo? Respondet ipse Henricus, quòd intellectus angelicus, & quicunque alius, habens illum habitum, illo habito inclinatur ad intelligendum illa omnia intelligibilia, quæ repræsentat sufficienter, etiam si essent infinita. Et hoc modo intellectus reducitur ab ipso habitu, de potentia intellectiua, ad intelligens, quia inclinatur ad omnium obiectorum illorum cognitionem.

Arguit Hē. contra se ipsum. Soluit Hē. Et contra arguit Henricus, contra seipsum, quia uidetur, quod non benedicat. Nam Angelus magis uidetur stare circa cognitionem unius obiecti, quam circa cognitionem alicuius. Vnde est illud? Vtrum ab ipso habitu, uel aliunde? Respondet ipse, quod Angelus illo habitu magis inclinatur ad unum intelligibile, quàm ad aliud. Non inclinatur per illum habitū æquè ad omnia intelligibilia; quia ille magis inclinatur ad nobilius intelligibile, & minus, ad minus intelligibile. Et dat exemplum de graui existente sursum inclinatur ad esse deorsum, illa grauitate quam habet, & magis ad illud ubi deorsum, quàm ad quodcunque aliud ubi. Hoc modo etiam imaginatur ipse de illo habitu scientiali, quod inclinat magis ad nobilius obiectum, quàm ad quodcūque aliud. finaliter dicit Henricus, quòd intellectus ex imperio uoluntatis, tendit ex hoc in hoc, non semper sistit in cognitione unius obiecti; sed ab unius cognitione transit ad cognitionem alterius. Et negat Henricus omnem discursum ab Angelo. Intellectus tamen semper magis inclinatur ad notitiam sui, & semper sisteret in illa, Ponatur per casum tamen, quòd uoluntas imperet aliquando, solo quòd intelligas hominem, tūc intellectus dimittit illam considerationem de se, & sic unum post aliud cognoscit, & non hoc ex hoc, uel per hoc. Et sic patet ad quæstionem secundum Henricum.

Probat Hē. suā positionem quinq; rationibus. Prima rō Henr. Sed Henricus probat suam opinionem, & modum dicendi, quinq; rationibus hinc inde. Et primo arguit sic. In anima ponuntur ista tria tantum, scilicet potētia, passio, & habitus: sed ratio intelligendi in intellectu creato, non est potentia tantū, nec passio: ergo ipsa est habitus, & ita in anima est ponendus iste habitus scientialis. Maior patet, nam idem iudicium est de anima, & Angelo, sumendo maximè animam secundum se, & pro statu peccati. Ista maior est Philosophi secundo ethicorum. Minor nunc probatur primo nō est potentia tantum. Nā ipsa esset sufficiens repræsentatiuum omnis obiecti intellectus quod tamen est falsum, ut patet. Nec passio ipsa tantum; Nam illa est actus, qui recipitur in intellectu, & ille actus sequitur rationem intelligendi, & per consequens a sufficienti diuisione, illa ratio intelligendi erit habitus ille scientialis, quod est propositum.

Resp. Sc. ad argu primū Henr. Respondet Scotus ad hoc argumentum pro cuius solutione dico, quod est duplex habitus. Quidā uniuersalis. Alius est particularis, habitus particularis est ille, quæ præcedit actum. & ille habitus est illa species intelligibilis, & non aliud. Secundo modo sumendo habitum, est ille qui sequitur illum actum. Vnde species intelligibilis est habitus, licet non è conuerso. Habitus dicitur per se de specie intelligibili. Modo cum arguitur in anima sunt &c. concedo sumendo habitum pro habito particulari, illo modo intelligit Philosophus, quod in anima ante actum intelligendi, sunt illi habitus, idest species repræsentatiuè obiectorum, quorum sunt. Hoc modo concedo. & ad minorem concedo, quod non est potentia, nec passio, sed habitus; concedo præcedens actum, uel habitus particularis, & non est habitus ille scientialis repræsens actum, ut dicis, & sic dicendo, argumentum benè soluetur.

2. rō Henr. ad idem. Secundò principaliter. Ad idem arguitur, quod ille habitus scientialis sit ponendus, si ille habitus scientialis non poneretur in intellectu Angeli, sequeretur, quòd ille habitus posset ad generari in ipso intellectu Angeli: consequens hoc est falsum, ergo & antecedens. consequentia probatur. Nam habitus scientialis generatur ex frequentatis actibus. Falsitas consequentis probatur. Nam tunc sequeretur, quòd intellectus Angeli non esset in potentia accidentali ad actum secundum, sed esset in potentiali essentiali ad actum primum: quod tamē uidetur falsum. Nam in nobis est imperfectio, quòd nos non habeamus illas species intelligibiles illorum obiectorum, quæ ignoramus; quod nos simus in potentia ad illas, est quædam imperfectio in nobis: ergo illud non est dicēdum de tam perfecto intellectu, sicut est intellectus Angeli: & tunc diceremus, quod ille habitus scientialis est actus primus, sicut species secundum nos.

Resp. Sc. ad secūdā Hē. dupliciter habitus duplicus. Respondet ad hoc Scotus dupliciter primo supponendo, quod habitus capitur dupliciter. Quidam est habitus sequēs actum. Alius est præcedens actum sæpè dicemus hanc distinctionem, & dicta est iam nunc. Nota etiam, quod quidam Doctores uolunt ponere istos habitus in Angelis. Nam dicunt, quòd illi habitus sequentes actum, ponuntur ad supplendum imperfectiones, ad promptè faciliter, & expedite agere, & dicere actus secundum illos, quod non possumus nos ex imperfectione naturæ nostræ. Cū ergo intellectus Angeli sit optimè dispositus, promptus, & facilitatus de se, ad bene agēdum, non requirit illos tales habitus. Nos secundum primum modum dicemus ad argumentū illud, quod duplex est intellectus creatus. Quidam est determinatus. Alius est indeterminatus. Intellectus determinatus, est qui ex natura sua determinatur ad unum, & ille est benè dispositus. Ae intellectus Angeli est determinatus de se, & non indiget habitu, quo determinatur ad aliud, sicut lapis habet grauitatem, qua determinatur ad esse deorsum: Non sic est de intellectu hominis. Secundus intellectus est illa qui inclinatur ad unum, sed non ita faciliter ex natura sua tantum, sicut angelicus; & tunc secūdum istum modum dicendi, diceremus ad argumentum. Negando consequentiam. Et com probatur in nobis. Dico, quod non est simile. nam intellectus Angeli est determinatus, noster nō ex natura sua tm, sicut Angelicus. Et sic bn̄ soluitur.

2. Solutio. Aliter tamen secundum alium modum dicemus ad argumētum, quod si intellectus. s. Angeli sic capax hnōi habitus, negamus et consequentiam. Et cū probatur, quia tunc esset in potentia ad actum primum Nego istud. pro quo dico, quod duplex est actus primus. Quidā est sequens actum: Alius est pcedens actū. Exemplum primi sequens actū, est habitus scientialis, quē ille ponit: & præcedens est illa species. Modo actus primus ad quem intellectus

tellectus est in potentie, non est babitus ille scientialis, non, sed est ipsa species intelligibilis, mediante qua ille actus secundus elicitur, & sic argumentum illud suppnnit unú falsum, ꝙ scilicet ille habitns scientialis sit actus primus respectu actus secundi, & utraq; istnrum solutiouum est bona ad supradictum argumentum.

3. rõ Henr. ad idem. Tertiò principaliter arguit Henricus, quòd ille habitus scientialis sit ponendus. quia secundum Beatum Dionysium de diuinis nnminibus, cnnnexio uniuersi consistit in boc, ꝙ suptemum inferioris, coniungitur cum infinimo superioris. Exemplum: infinium sphera ignis, cõiungitur cum superficie, & supremo ipsius aeris. patet, quia superficies cnncaua ignis, coniungitur cum superficie conueaa aeris, & è connerso. Hoc modo sumitur perfectio uniuersi. Et hnc modn est in potentiis dicit ipse, ꝙ infimum superioris coniungitnr cum supremo inferioris; sed sic est, ꝙ supremum in coguitione humana est, ꝙ promptè cngnoscit per illum habitum scientialem: ergo ita erit in cngnitinne, s. ipsius Angeli, quòd dandus est illi ille habitus scientialis.

Solutio Sc. Respnndet Scntus ed hnc argumentum, sicnt prius. Quando arguitur. Connexio, concedo, hoc transeat. Nntandum tamen, ꝙ duplex est supremum inferinris; quoddã est repugnans infimo superioris. Aliud est conueniens illi infimo. Exemplum est hic. Illa prnmptitudo in nnbis, quæ habetur per habitus, est supremũ. ista tamen repugnat ipsi intellectui Angeli. Eaemplum secundi in elementis dignitatis est, & inanimetis, qnòd unnmquodq; generet sibi simile. Tamen corpora cœlestia nnn possnnt. Nam repugnat illis. Vt patet de cœlo, sole. Exemplum de conuenienti, supremum in homine est rationale, & illud nõ repugnat Angelo. Imò etiam conuenit illi. Ad argnmentum quando argnitur supremum &c. Cõcedo, si illud nõ repngnae illi snperiori, aliter non nalet. patet. anime sensitiua est supremum in brutis, non tamé cnniungitur illi animal rationale in illis &c. Et sic istud tertium argumentum nnn cnncludit.

4. rõ Henr. ad idem. Quartò principaliter arguitur secundum Henricum, ꝙ ille habitus scientialis sit ponendus, Argnitnr sic. Ad illnm habitũ ponendum, est una maxima ratio: ergo ille est ponendus. consequentia est bona, antecedens probatur, qnia si nulla esset alia ratio poeendi illum, semper esset ista, quia habitus ille in anima sufficit sine specie intelligibili, & non è cnnuerso; quia species nnn sufficit sine illn habitu; & quia illæ præmissæ non prnbantur aliter. Ideo Scotus per oppnsitum, eo argumento probat, ꝙ istæ species sunt ponendæ, & non ille habitus. Nam istæ species sufficiunt sine habitu ad intellectionem; ergo istæ sunt ponendæ, & non ille habitns. probat Scotus assumptum, quia illi spiritus intelligibiles præcednnt habitum scientialé, & non è conuerso: & sic rednciter argumentnm istud ad oppositum contra facientem. & ad formam sui argumenti, diceremus negando illud assumptum, ꝙ scilicet habitus ille snfficit sine speciebus.

5. rõ Henr. ad idem. Quintò arguitur, & probatus, quòd ille habitus sit ponendus in Angelo, & non species. & arguitur sic. Sicnt unluntas se habet ad unlihilia, sic intellectus ad intelligibilia: Sed uoluntas respectu uolibilium, non requirit species eliquas repræsentatinas ipsorum ipsi uoluntati: ergo nec intellectus respectu intelligibilium requirit huiusmodi species: sed sufficit ille habitus, quo omnia represontantur.

Soluit Sco. quintum argumentum. Respondet Scotus ad boc argnmentum supponendo unnm tanqnàm uerum, dando causam, qnare in uoluntate non requiritnr species respectu uolibilium. Nam hnc tangit argumentum. Et dicit, qnòd causa est, quia ad hoc quòd noluntas habeat actum suum circa suum obiectum, sufficit illam habere obiectum præsens in se, oel aliquo modo ex ordine potentiarum, boc est, quòd obiecta sint præsentia uoluntati per intellectnm; & hoc sufficit, quando est obiectum præsens intellectui, & per ipsum ostenditur uoluntati. Ista præsentia sufficit ad hoc, quòd uoluntas habeat actum suum circa illud. Modo non est sic de intellectu, quia per nullam aliam potentiam possunt fieri obiecta præsentia ipsi, quàm per se ipsum, causando species intelligibiles a phantasmatibus illorum. Et ideo pononntur istæ species in ipso, & non in noluntate. Modo ad argumentum, quando dicitus: Voluntas &c. Concedo. Dico temen qnòd snpponis unum falsum, scilicet qnòd uoluntas requirat aliam præsentiam obiectorum uolibilium ad ipsam, ab illa, quæ est in intellectn, qui facit illas res præsentes sibi, & sic non est simile.

Soluit Sco. tacitã qõnẽ. Et Scotus hic respondet cuidam tacitæ quæstioni. Quæreret aliquis: Tu dicis, quòd uoluntas requirit intellectnm, qui faciat illa ohiecta præsentia, ad hoc quòd ipsa habeat actũ circa illa, & hoc snfficit per te: quæro nunc, utrum hoc modo sufficiat in potentiis in inferioribus, & snperioribus ordinans, ꝙ adhoc ꝙ cognitiua superior & inferior habeat notitiã, ꝙ fiat illa repræsentatio? Dicit Scotus, quod non est simile, nam illæ potentiæ subordinatæ intellectus, & uoluntas sic se habent, ꝙ circa idem ohiectum se habere possunt. Nam est idem obiectũ illarum. Vt patet tertia distinct. primi. in cognetiua eutem superiori, & inferiori, non est sic, quia ipsæ snnt alterius, & alterius obiecti. Nam superior est uniuersalis, & singularis: ipsa tamen inferior est tantum singnlaris. & sic istud non est omnino simile, ut patet. & ideo qnando arguitur: Voluntas &c. Concedo in se, bene tamen in alio, intellectus tamen in se, non ualet. Et sic illa opinio Henrici relinquitur, ut uana.

Opi. D. Tho. ad qõnem. ¶Alia opinio dicit, ꝙ non oportet, &c.] Consequéter est opinio B. Thomæ ad illam qõnem, qua quærebatur: Vtrum in Angelo essent ponendæ illæ plures species, & rationes cognoscendi, ad plura, & distincta obiecta, & quidditates creatas intelligendas. Et breuiter ipse respondet supponendo, ꝙ Angeli omnes distinguuntur specie. Ideo unus est superior alin in perfectinne. Dicit nuoc ipse, ꝙ Angelus inferior. i. imperfectioris *Prima conclu. D. Th. 2. conclusio eiusdem.* naturæ per plures ratinnes cognoscendi intelligit, uel cognoscit plnres quidditates. Secundo dicit ipse, ꝙ Angelus snperior per pauciores, uniuersalinres temen ratinnes cognoscit quidditates plures. Vnde imaginatur iste Doctor, ꝙ Angelus inferior babeat tot species, quot sunt quidditates scibiles: sed superior non indiget habere tot, proptet snam perfectionem, sed ꝙ per uuam speciem, potest plures, & si nnn omnes, quidditates cognoscete. probat hoc nna anthoritate Dionysij de Angelica bierarchia, dicentis, ꝙ Angeli superiores habent uniuersalinrem scientiam, quàm inferiores: ergo Angelus inferior habet plures species. i. minus uninersales, quàm ille snperior, qui habet magis uniuersales. Et sic propositum dicit ipse.

Resp. Scot. ad argum. D. Thomæ. Respondet ad boc Scntus, ad illam anthoritatem, ꝙ secundum Lynconiésem, alia translatio teatus Beati Dionysij habet totalem scienttam, & nnn uniuersaliorem. Nam omnia cognoscit Angelus inferiot, quæ cognnscit ipse superinr. De Bassolis tamen dicit, ꝙ Angelus superior habet uniuersalinré scientiam extensiuè, quia cognnscit plura obiecta, q̃ ille inferior, etiam intensiuè: quia perfectins, & limpidius cognoscit snperinr, quàm inferior, Illa, quæ cognoscit facialiter. Non ergo uult habere beetus Dyonisins, ꝙ Angelus superior habeae tãtnm unam speciem, & ꝙ inferior habeat plures, sicut Beatns Thomas dicit. Vnde dicit Scotns, illa translatio Lynconiensis habet totalem. i. ꝙ Angelns superior plura cognoscit, & omnie fortè, quod nnn facit Angelus inferior. & hoc modo diceremus ad centum mille authoritates similes.

Prima rõ D. Tho. pro sua positione triplex intellectus. Sed rationibus arguit Beatus Thomas ad snam positionem, & primo supponendo, quòd triplex est intellectus. Quidam supremus. Alius est infimus. Alius est medius. Primus s. snpremus, est intellectus diuinus. Secundus est intellectus bnmanns infimus nmnium; & medins est intellectus Angelicus. Tnoc arguit ipse sic. Quæcunque sunt propinquinra ipsi primo & supremo intellectui, nel enti, intelligút per pauciores rationes cngnoscendi, q̃ illa, quæ distant ab illo primo. sed intellectus superioris Angeli magis appropinquat ad intellectũ diuinum, q̃ quicunque alius intellectus creatus, ét infimi Angeli: ergo intellectus supremi Angeli per pauciores rationes cognoscendi, cognoscet, quàm intellectus infimi, nel etiam inferioris Angeli. Maior patet. Nam quanto res aliqua appropinquat ad esse diuinnm, tanto plus appropinquat ad modum intelligendi ipsius. Modo intellectus dininus, una ratione intelligendi, scilicet essentia diuina intelligit seipsnm, & etiam alie a se, ut patet 39. dist. primi. de futuris contingentibus. q. 3. etiam in materia de subiecto Theologiæ in prologo: & sic argumentum istnd Beati Thomæ stat.

Soluit Sco. primũ arg. D. Tho. Respondet Scotus ad boc argumentnm per unam distinctionem, ꝙ intellectũ superioris Angeli magis appropinquare intellectui diuino, & supremo, potest dnpliciter intelligi. Vnn modo intelligi potest, quo ad limpiditarem cognitionis, & claritatem. Alio modo qoo ed rationem formalem, representationis, uel representandi illa obiecta, quę cognoscit. Primo modo concedo, nõ autem secundo modo, & tnnc dico, ꝙ quando dico, quòd intellectus snperioris Angeli magis eppropinqnat ad Deum, sensns est ꝙ intellectus superior, clarius, & limpidius, intelligit illa, quæ intelligit, quàm intellectus inferior. Ideo superior potest illuminare inferiorem, renelando ei illa, quæ clarius cognoscit, quàm ille inferior cognoscat. Non tamen quo ad rationes represcntendi. Nam non est possibile, quòd uni intellectui creato, quisqnis sit ille, & quantumcunqoe perfectus, unica ratione represcntendi, uel une specie, repreleutentur illa plura obiecta, quia est creatus, limitatus, & finitos. &

ita

Soluitur ratum arg. ex tra tex.

ista non intelligitur dictum B. Dionysii hoc modo, & per hoc etiam patet ad illud argumentum de ingeniosiori, & tardiori ad intelligendum, quod tamen argumentum non fit in textu. Arguit. Cepio duos homines, unus sit subtilior altero, & magis eleuatus ingenio: iste multo facilius intelliget illa, quæ dicentur sibi, quàm unus rudis, cui, oportet multa exempla, rationes, & huiusmodi adducere antequam intelligat: ergo Angelus superior, qui est ingeniosior, q̃ inferior, per pauciores rationes cognoscet. etiam ad istud ergumentum dicimus, ꝙ illa maior est false, intelligendo, ꝙ unus requirit plures species, uel rationes intelligendi, quàm alius: sed benè quo ad limpidius, & clarius cognoscere, benè se excedunt illi duo. & sic ista ratio Beati Thomæ non ualet.

Confirmatur opin. ex auctoritate libri de causis.

Confirmatur tamen illa opinio B. Thomæ auctoritate Procli auctoris libri de causis, quę auctoritas nó est hic, ꝙ ille angelus superior, uel intelligentia habet uniuersaliorem sciẽtiam.

Ad illam auctoritatem dicit de Bassolis, sicut ad illam beati Dyonisii supra, quòd est intelligenda intensiuè, & extensiuè. Patet, quia est eadem expressa sententia cum illa. Vel dicit de Bassolis, quòd Proclus non est magnæ auctoritatis, ideo faciliter negabitur. Et sic patet, quomodo illa ratio Beati Thomæ, cum suis adnexis non contineat.

2. rõ D. Th.

Secundò ex Diuo Thoma arguitur ad illud idem probandũ, scilicet, quòd Angelus superior habeat pauciores species, & rationes cognoscendi, quã ipse inferior. & erguitur sic. Quãto aliqua ratio cognoscendi in aliquo est immaterialior, idest minus materialis, uel nullo modo habet materiam, illa talis ratio uniuersalius repræsentat; sed ratio cognoscendi in superiori Angelo est immaterialior, & actiuior, quàm in inferiori: ergo in ipso superiori uniuersalius repræsentabit. Declaratur ista maior in sensu, phantasia, & intellectu. primo enim species sensibilis in sensu repræsentat obiectum præsens, & existens sine materia, sed tamen cum cõditionibus materialibus, patet de specie albedinis, & nigredinis. Deinde phantasiæ, quæ est potentia superior, species phantastica, est ratio repræsentandi obiectum magis immaterialiter, idest sine materia, & sine præsentia materiæ, non tamen sine conditionibus materialibus, quia repræsentat non solum obiectum præsens, & existens, sed etiam ipsum absens. Nam Augustinus dicit: Phantasia Carthaginis est in animo, quæ tamen absens est, uel phantasia patris mei est, illo non existente. & sic iam est magis immaterialis. Intellectus tamen multo plus immaterialior, & actualior est. Et ideo ipsi repręsentatur res etiam simpliciter non existens. Et sic illud patet de Angelo superiori & inferiori, & sic superior per pauciores rationes intelliget.

Resp Sc. ad secundũ D. Thomæ.

Respondet ad hoc Scotus, dicendo primo, ꝙ ille Doctor, s. Beatus Thomas, non benè arguit, quia cætera non sunt paria. Nam ipse dat exemplum de specie sensibili, & Phantasia, & de intellectu. Modo illæ species non sunt una numero, nec specie etiam, quia species sensibiles, & species phantasticæ distinguũtur specie, & Phantasmata a specie intelligibili distinguuntur realiter, & specificè. Modo illa species, quæ est ratio repræsentandi lapidem Angelo superiori, & inferiori, est una, & eadem species, saltem specificè. Et ideo non est simile, ut patet ex ista ratione. Et ideo ad formam dico, ꝙ illa maior est falsa, qua dicitur, ꝙ quanto aliqua ratio &c. Nego uniuersaliter illam. Et probatur, illam esse falsam, quia si per impossibile species phantastica poneretur in intellectu, tanquam in subiecto immateriali, illæ non repræsentarent illi plura, ex eo, ꝙ essent in subiecto immateriali, quàm facerent, si essent in subiecto materiali, sed simpliciter tantum repræsentarent, quantum natæ essent repręsentare de natura sue, & nõ plus; Illud ergo, s. esse in subiecto materiali, uel immateriali, non dat speciei, uel rationi repręsentandi maiorem, uel minorem uirtutem repręsentandi, sicut ipse imaginatur.

Contra solutionem arg.

. Sed contra arguitur secundum Philosophum argumento Beati Thomæ. Omne receptiuum est in recipiente per modũ recipientis, secundum Boetium; cum ergo superior Angelus dicatur immaterialior, quàm inferior, etiam quæcunque species existens in ipso erit immaterialior, & per cõnsequens etiã uniuersalior. Sed illa non uidetur esse uniuersalior nisi in repręsentando: ergo uniuersalius repræsentabit in ipso superiori, quàm in ipso inferiori. Istud est argumentum, quod quis faceret de mente D. Thomæ.

Resp. Sc. ad hoc.

Respondet ad hoc Scotus ad longum, concedo illam auctoritatem, quia materiale recipitur semper in subiecto materiali; & immateriale in immateriali; & nunquam immateriale recipitur in subiecto materiali, nec èconuerso, sicut nunquam recipitur in quantitate primo, & immediatè: sed propter hoc non sequitur, ꝙ receptum dicetur uniuersaliter repræsentare, quia ex alia causa, illa species erit superior, sed non ex ratione repræsentandi, quia ipsa est in Angelo superiori per modum recipientis, & tunc illa essentia Angeli non est uniuersalis in repræsentando. & per consequens nec ipsa species recepta in ipso dicetur isto modo uniuersalior. & per consequens illæ rationes D. Thómæ non concludunt. Et ideo ille modus dicendi ipsius dimittitur.

¶ISTA opinio &c.] Hic Scotus dicit, quòd opinio Beati Thomæ est proxima opinioni Henrici de unico habitu scientiali, quia sicut secundum Henricum, infinitæ quidditates poterant cognosci per illum habitum, ita secũdum D. Thomam per unam speciem, & rationem in aliquo Angelo, ille Angelus intelligit quæcunque intelligit. Et ex hoc sequeretur inconueniens, scilicet, ꝙ in uno Angelo esset ratio repræsentandi non tot quidditates, quin illa posset esse ratio repræsentandi plures. Quod est satis falsum. patet tamen, ꝙ Beatus Thomas hoc non habet pro inconuenienti: quia dicit, ꝙ Deus posset infinitas species in infinitũ producere, & infinitè perfectiores istis, quæ nunc sunt productę. Nam millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant. Et illi omnes distinguuntur specie secundum sanctum Thomam: & si rationes Scoti cõtra Henricum, sunt etiam contra Beatum Thomam, tamen contra ambas specialiter arguit.

Prima rõ Sco. contra Henr.

¶Probo igitur primũ &c.] Arguit Scotus contra Henricũ, ꝙ non sit ponendus ille habitus scientialis; & arguit sic. Si ille habitus poneretur, sequeretur, quòd ipse esset infinitæ uirtutis in repræsentando: consequens hoc est falsum; ergo & illud, ex quo sequitur. consequentia probatur, sicut secunda distin. primi q. 1. & q. 7. Quolib. arguitur sic. Pluralitas numeralis requirit aliquam perfectionem, & maior pluralitas maiorem perfectionem; ergo infinita pluralitas, requirit infinitam perfectionem: sed sic est, ꝙ esse rationem repræsentandi aliqua, dicit aliquam perfectionem: & esse rationem repræsentandi infinita, dicet in ipso repræsentante infinitam perfectionem; sed ille habitus scientialis, quem ponis in Angelo supremo, competit esse rationem repræsentandi multa obiecta, & etiam infinita, si essent: ergo ille habitus erit infinitæ perfectionis in repræsentando, hoc tamen est falsum, & incõueniens, quòd unum ens creatum dicetur infinitum in perfectione, quod nullus diceret. Maior declaratur quodam exemplo communi in doctrina ista; posse portare unum lapidem decem librarum, dicit aliquem uirtutem in potentia illa portatiua, & perfectionem aliquam & iterum posse portare duos eiusdem ponderis, erguit maiorem perfectionem, & portare centum eiusdem ponderis multo maiorem: & per consequens usque ad infinitum ascendendo, posse portare infinitos tales lapides, dicit infinitam perfectionem. Hoc modo concluditur infinitas primi entis in 2. d. primi. Illa maior patet benè in multis. Minor probatur, & hoc est assumptum illud, quod dicit Scotus. probatur, ꝙ habere uirtutem repręsentandi, est perfectionis, & per consequens habere uirtutem repræsentandi plura est magis perfectionis in repræsentatiuo, & habere uirtutem repræsentandi infinita erit infinitæ perfectionis. antecedens patet. nam species albi, & nigri, si producerentur ab illis, & non essent rationes repræsentandi illa, non essent tantæ perfectionis, sicut sunt nunc, quando possunt illa repræsentare. Et sic ille habitus, quem ponis, esset infinitæ perfectionis quod non est dicendum.

2. rõ Sc. contra utrãq; opin. Henr. & D. Tho.

¶SECVNDÒ probo, &c.] Secundo arguit Scotus, & est prima ratio contra Beatum Thomam, & Henricum simul, probando quòd una eadem ratio creata non possit esse ratio distinctè repræsentandi plura. Arguit sic. Omnis una ratio habet unum obiectum adæquatum, in quo uno obiecto adæquato, continentur uirtualiter omnia illa scibilia, in ratione cognoscendi: sed si esset una ratio creata, quæ esset ratio cognoscendi plura, uel plures quidditates, illa talis ratio non haberet unum obiectum adæquatum, in quo uno cõtinetentur uirtualiter: ergo nulla talis potest esse ratio cognoscendi plure. Maior probatur, primo in diuinis, deinde in aliis inductiuè; & primo arguitur contra Thomam sic. Illud, quod est ratio cognoscendi in diuinis, habet obiectum unum, quod est cognitũ adæquatè illa ratione: essentia diuina est ratio cognoscẽdi seipsam in diuinis, & ipsa est obiectum adæquatum suiipsius, in quantum est ratio cognoscendi: & ita essentia diuina est ratio intellectui diuino intelligendi omnia etiem futura, contingẽtia post determinationem diuinæ uoluntatis ex 34. distin. primi. Ideo essentie diuina omnia illa includit uirtualiter, & eminenter ad minus. Etiam sic esse in creaturis, probaretur. Minor nũc probatur, quia nulla quidditas creata potest aliam quid-

ditatem

ditatem creatam uirtualiter continere; quidditas hominis nó continet quidditatem Asini, uel Angeli; nec e conuerso; & per consequens nulla talis creata ratio, potest esse ratio cognoscédi plures quidditates. Secundo probatur illa maior. Nam unitas posterioris uirtualiter dependet ab unitate prioris, & non è conuerso; sicut ipsum posterius quo ad esse dependet ad prius, & non è conuerso; sed sic est, quod omnis ratio cognoscendi, est posterior suo obiecto: ergo illa dependet, ut ad prius, ab uno obiecto, quo ad unitatem rationis cognoscendi: si ergo ratio cognoscendi est una, illi correspondebit obiectum unum, & adæquatum, aliter iam non esset una ratio distinctè intelligendi, loquendo de creata, & nó increata, sicut est essentia diuina, quæ a nullo dependet. tamen ratio cognoscendi creata dependet ab ipso obiecto, a quo mensuratur. & per consequens illa Maior est uera, quod ratio repræsentandi una habet obiectum unum, & per consequens tota ratio illa.

3.rõ Sco.ad idem. ¶Præterea omnis Ratio &c.] Tertio Scotus arguit contra eundem Beatum Thomam, & etiam Henricum, quod nulla una species potest esse ratio repræsentandi plura. Et arguit sic. Omnis una ratio cognoscendi, habet unum actum adæquatum sibi; sed si esset aliqua una species, uel ratio intelligendi plures quidditates, illa non haberet actum unum adæquatum sibi: ergo nulla una ratio intelligendi creata, potest esse ratio cognoscendi plura. Maior patet. Nam secundum Augustinum omnis memoria perfecta potest habere intelligentiam illi adæquatam: actus primus sua potest esse principium intellectionis perfectæ, & adæquatè; & si memoria, uel actus primus est infinitus, etiam intelligentia, uel actus secundus productus ab illa erit infinitus. Minor probatur secúdum Beatum Thomam, & Henricum, quia illa ratio non potest habere unum actum adæquatum intensiuè; quia sequeretur, quod talis actus contineret actus intelligendi omnium aliarum quidditatum, quod esse non potest, nec extensiuè, quia tunc Angelus inferior posset infinite simul plures quidditates intelligere, quod falsum est. Nulla ergo una ratio intelligendi plures quidditates potest habere actum adæquatum sibi & per consequens nulla una ratio intelligendi est ponenda in Angelo.

¶Contra istas duas rationes &c.] Contra istas duas rationes, quas facit Sco. cótra D. Thomam, arguit ipsemet Scot. quod non bene concludant; & primo contra primam arguit sic. forma productiua plurium effectuum, non oportet, quód ipsa habeat unum obiectum adæquatum, in quo omnia illa uirtualiter contineantur: ergo etiam non oportet, quod una ratio cognoscendi plura, habeat unum obiectum, uel unum actum ut dicis: & male assumebas. Antecedens patet de forma solis, ipsa est productiua plurium effectuum, ut patet, & nullus negaret: tamen ipsa non habet unum, in quo omnia illa contineantur uirtualiter, nec oportet: ergo etiam nec de ista ratione.

Soluit Sco. primam instantiam. uis illimitata ad plures effectus est æquiuoca ad illos. Respondemus ad istam instantiam, assumendo unam conclusionem talem. Vis, uel uirtus illimitata, aliquo modo ad plures effectus, est æquiuoca, nec est eiusdem rationis, & sic patet, quia uirtus solis est illimitata ad aliqua plura, quód ipsa non est eiusdem rationis respectu producibilium. Vnde sequitur, quod forma solis est simpliciter nobilior, quàm formæ istorũ generabilium, & corruptibilium. & secundo sequitur, quod forma solis non dependet ab istis, & tertio sequitur, quód forma solis est aliquid prius istis; & ista generabilia sunt aliquid posterius ipsa. Quod autem forma solis sit perfectior, nulla est instantia nisi de anima sensitiua: & hæc instantia nulla est, quia anima illa nó est ab ipso sole immediatè, sed ab ipso Deo creatur. Vt dicemus etiam infra suo loco.

Ad propositum modo secundum Scotum, dictum est, quód unitas prioris, non dependet ab unitate posterioris, immo à conuerso: Nam si tantum unum animal currit, non propter hoc plures homines currunt: sed bene tamen è conuerso, si tãtum plures homines currunt: ergo plura animalia currunt. Volo ergo dicere, quod unitas ipsius solis, quæ est unum prius, potest stare cum multitudine formarum posteriorum generabilium, & corruptibilium, quia non dependet ab illis, bene tamen è conuerso. Vnde sequitur, quòd licet sol secundum unam formam substantialem quàm habet, habeat plura producibilia, non tamen oportet, quód habeat unum in quo omnia illa contineantur. Nam illa sunt posteriora ipsa forma, quæ est causa æquiuoca, & prior illis. Ideo non dependens ab illis. Modo quando arguitur concedo antecedens, nego tamen consequentiam: & causa est, quia illa ratio habet rationem posterioris, quando comparatur ad obiectum, quo mensuratur; nec potest esse unitas illius speciei, uel rationis cognoscendi, sine unitate obiecti, bene tamen è conuerso. & ideo hoc non est simile. Sic ratio prima contra Beatum Thomam benè ualet.

2. instantia contra aliã rationem. Contra tamen illam aliam maiorem de actu adæquato arguitur sic. formam productiuam plurium producibilium, non oportet habere unum actum adæquatum: ergo etiam nec illa species, uel ratio cognoscendi plura, debet habere unum actũ adæquatum: & per consequens illa maior est falsa, quam assumebas in secunda ratione contra Beatum Thomam. antecedens patet de sole ille est principium producendi plura, ut patet, tamen nullum actum adæquatum habet quo producat illa plura simul: ut patet benè, uel da mihi illum. consequentia uidetur tenere per locum a simili, ergo illa ratio secunda contra Beatum Thomam est nulla.

Soluit Sco. secundã instantiam. Respondet Scotus ad istam instantiam concedendo antecedens, & negando consequentiam concedo illud antecedens, quod forma productiua plurium, tam intensiuè quàm extensiue nó habet passum adæquatum, ut probas de sole; hoc concedo: Nã semper agit quantum potest æquè perfectè hodie sicut heri. Nego tamen consequentiam, quia non est simile. & ratio est. nam memoria quæcunque habet actualem intelligentiam naturalem, sibi correspondentem tanquam passum sibi adæquatum, patet de intellectione in intellectu: Illa tamen habet rationem cognoscẽdi. secundum Augustinũ dicemus, quod quicquid potest esse in memoria, potest esse in intelligentia, idest quicquid est habitualiter cognoscibile, potest esse etiam actualiter cognitũ & hoc nullum est inconueniens etiam quicquid potest esse in intellectu, potest esse in uoluntate, odiẽdo, uel diligendo illud. etiam quicquid scimus meminimus, idest omne & quicquid scio, scientia mea, illud actualiter est in memoria mea, ad minus; si non actualiter, habitualiter tñ si memoria est perfecta, etiam intelligentia. si infinita etiam intelligentia. & per consequens illa ratio Scoti stat in ueritate. Vt patet bene. & sic reciperetur, ut prius.

4. rõ Sco. ad idem, & est tertia cõis contra D. Tho & Hẽ. ¶Tertió arguo sic illa intellectus &c.] Consequenter Scotus arguit probando, quod nullus unus habitus scientialis est ponendus, & quod Angelus superior non possit eadem specie plura intelligere distinctè, supponendo, quod intelligere aliquid contingit dupliciter. Vno modo habitualiter, scilicet per speciem, uel per repræsentatiuum aliquid illius, quod intelligitur. Alio modo actualiter, quando actu habeo actum, uel cognitionem de illo mediante illa specie, uel repræsentatiuo; & quando habemus illam speciem, uel repræsentatiuum, intelligimus illud habitualiter tantum. Tunc arguitur sic. Ille intellectus non eodem formaliter nouit habitualiter plura, qui sine contradictione potest habitualiter cognoscere hoc, non cognoscẽdo illud; sed omnis intellectus creatus est huiusmodi, quod potest habitualiter cognoscere &c. ergo nullus talis intellectus creatus habet illam talem speciem etiam intellectus cuiuscunque Angeli, quia est creatus. Maior primo probatur. Quia si eodem omnino repræsentatiuo tanquam nunc formali intellectus meus cognosceret A, & B, Tunc intellectus meus non posset intelligere B, sine A, nec è conuerso A, sine B, quia illud repræsentatiuum, uel species, est agens naturale in repræsentando: & agendo, agit quantum potest. Non uidetur ratio, quare magis nunc mediante illo uideam A, non uidendo B, uel è cõuerso, & hoc maximè, si species, uel repræsentatiuum est formaliter ratio, quare cognosco illa duo, si ergo intellectus meus potest cognoscere A, sine B, uel è conuerso sine contradictione, signum est, quod non est una, & eadem ratio cognoscendi illa duo, & sic patet illa maior. Minor probatur (scilicet, quod intellectus &c.) Nã si intellectus creatus non posset intelligere unum sine alio, hominem sine Asino, uel è conuerso, illa connexio, uel esset ex parte ipsorum obiectorum, uel esset ex parte ipsius intellectus creati, intelligentis: sed nullum est dicendum; ergo ratio non est ex parte intellectus. nam ipsa successiue potest habere, & habet illos actus, & non simul. Etiam illud non est ex parte obiectorum, uel quidditatum ipsarum; quia nulla contradictio est, intelligere hominem non intelligendo Asinum; uel è conuerso. & per consequens non eodem formaliter, idest tanquam ratione formali cognoscendi cognoscit intellectus creatus plura. Argumentum istud est bonum

5. rõ S co. & spe cialiter contra Hẽr. de respectu. ¶Præterea in speciali &c.] Consequenter Scotus arguit specialiter. & primo contra Henricum contra illud, quod ipse dicit, de habitu scientiali, quod in ipso fundatur quidam respectus ad quodcunque obiectum intelligibile per ipsum, & quód ille respectus est illi habitui idem realiter. Contra hoc arguit, sumendo illud argumentum factum dist. 1o. prima huius, de relationibus, sumendo illud dictum Augustini. Omne, quod relatiue dicitur. est aliquid excepta relatione. De essentia relationis non est absolutum (nec è conuerso; relatio) ast de essentia absoluti.

absoluti. Relatiuum est aliqnid absolutum, non includens relationem formaliter; quia aliter, idem esset Absolutum, & relatio, quod tamen esset absurdum, & confusio. Tunc sic arguitur: si non posset ille habitus scientialis concipi sine illa relatione ad ipsum scibile, sequeretur, quòd de ratione formali absoluti esset aliqua relatio: consequens hoc est falsum, & contra Philosophum ex dictis, & Augustinum etiam: ergo & antecedens; consequentia probatur. Nam quandocunque aliquid sic se habet, quod impossibile est ipsum concipi sine alio, illud aliud est de ratione ipsius; si animal non potest concipi sine substantia, sequitur, quòd substantia est de formali ratione ipsius. Sed ita ille habitus non potest intelligi sine illo respectu ad scibile, ergo ille respectus est de intrinseca & formali ratione illius. quod tamen est falsum, & contra dicta d. prima huius; & illud suum dictum nó est uerum, & de facto argumentum istud est bonum.

2. arguit Sc. contra idem dictũ Henr. Secundò. Ad idem arguit Scotus contra Henricum, quòd ille respectus non sit idem realiter habitui. Arguit sic: omnis respectus, qui est idem realiter suo fundamento, terminatur ad aliquid prius illo fundamento: sed ille respectus, quem ponit idem realiter, suo fundamento, non terminatur ad aliquid prius illo fundamento: ergo ille talis respectus non est idem realiter ipsi fundamento, & sic male dicis. Maior est aliqualiter difficilis, tamen declaratur sic. Relatio creaturæ ad Deum est eadem realiter ipsi creaturæ: tamen illa relatio terminatur ad Deum, qui est prior ipso fundamento relationis talis: puta ipsa creatura. etiam respectus, qui est ipsarum partium ad totum, terminatur ad ipsum totum. Etiam ille respectus, habitus scientialis, ad quidditates creatas terminatur; tamen ille est posterior Angelo, qui est ante omnem quidditatem: ergo non bene dicis.

Dicebat insuper Henricus, quòd habitus ille erat ponendus, & non species, ex eo quia, melius repræsentantur in habitu illo obiecta, quàm in ipsa specie. Contra istam rationem arguit *Reflectio Sc. ninem quãdam Henr. citra ipsã.* Scotus, reducendo illam ad oppositum, quòd scilicet species sit ponenda, & non habitus. Nam si species non est ponenda, quia est sicut forma in materia, quæ fuit ratio tua, sequitur etiam, quòd ille habitus non est ponendus: consequens est contra te: patet consequentia; Nam etiam ille habitus est sicut forma in materia, in ipso intellectu, in quo est: Nam est etiam ratio ut formant: & ideo si ratio tua ualet, etiam ratio mea ualebit. & certe argumentum istud est bonum.

3. rõ præcipua Sco. contra aliud Hen. dictũ. ¶Præterea secundo &c.] Ad idem arguitur si ille habitus scientialis ponatur in Angelo ad habendam præsentiam obiecti, pari ratione ipse esset ponendus in intellectu humano: consequens hoc est falsum, quia nullus talis ponitur à te. consequentia probatur, quia ille habitus esset eiusdem rationis in nobis, & in Angelo. falsitas consequentis patet secúdum Henricum. d. 3. q. 6. primi, quomodo necesse est intellectum nostrũ conuerti ad phantasmata, ad hoc, quòd in ipso habeatur præsentia obiecti; & ille habitus scientialis non sufficeret in nobis ad faciendum illud obiectum præsens intellectui: ergo ille non est ponendus ad habendam præsentiam obiecti, & nulla alia ratione ponis illum: ergo nullo modo debes illum ponere.

Ponitur responsio Henr. Respondet tamen ipse Henricus, quòd non est simile de intellectu nostro, & de intellectu Angelico. ratio est, dicit ipse, quia intellectus noster dependet a phantasmatibus; intellectus autem Angeli non. Et ideo Angelicus intellectus, per illum habitum habet obiectum sufficienter présens non tamen intellectus noster; nam tunc nó requireret ipsa phantasmata, ad quæ esset necesse illum conuerti.

Reprobat Sco. responsionem Henr. Contra hoc tamen arguit Scotus, quòd ille respectus ad scibile, essentialior est illi habitui scientiali, quàm quicunque alius respectus ad phantasmata, uel ad quodcũque aliud obiectum: ergo per illum respectum essentialiorem, poterit intellectus noster sufficienter habere præsentiam obiecti magis, quàm per alium respectum, non ita essentialem illi. antecedens istud declaratur. Nam cum dico, quòd essentialior est respectus &c. hoc maximè est uerum in habitu intellectus nostri. Nam habitus scientialis in nobis causatur ab obiectis partialiter, & respectus ipsius habitus scientialis Angeli ad obiecta, non causatur ab ipsis obiectis partialiter, sed a Deo immediatè. Ideo habitus meus essentialius dependet ad obiectum, quia causatur ab ipso partialiter, quàm ille habitus scientialis Angeli ad obiecta, cum non causetur ab illis; uel quia respectus ipsius habitus, non habet illam essentialem dependentiam ad obiectum. patet, quia non causatur ab illo, & per consequens illa solutio non ualet.

¶Tertiò contra &c.] Dicebat etiam Henricus, quòd omne intelligibile creatum erat præsens ipsi intellectui Angeli per illum habitum. Contra hoc arguit Scotus. Nam si hoc esset uerum, sequeretur, quòd Angelicus intellectus dimissus in puris naturalibus non posset seipsum intelligere: consequens hoc est falsum: ergo & antecedens. consequentia probatur. Nam dicis, quòd Angelus, non habet præsentiam alicuius obiecti, nisi per illum habitum. Modo iste Angelus in puris naturalibus non habet illum habitum, quia tunc non esset in puris naturalibus: & per consequens ipse non esset sibimet présens, in ratione obiecti intelligibilis. consequens hoc est falsum, ut dicetur infra, quia dicemus, quòd homo in puris naturalibus suis derelictus, posset se intelligere; ergo multo magis Angelus. antecedens patet prima quæstio de creatione Angelorum, quomodo ipsi habét intellectum non impeditum. consequentia probatur. Nam homo in puris naturalibus, est infirmioris intellectus, & uirtutis, quàm Angelus. *Arguit tertio Sco. contra aliud dictum Henr.*

Item etiam arguitur, quòd Angelus, dato, quòd haberet illum habitum scientialem, tamen ipso non cognoscat omnia simul obiecta. Nam habitus ille scientialis in intellectu Angeli præsupponit notitiam quidditatum simplicium, scilicet hominis, asini, bonis &c. ergo non est ratio cognoscendi ipsi Angelo illas quidditates simplices, consequentia est nota, & antecedens probatur. Nam distin. 3. primi quæstio. 6. dicit Henricus, quòd habitus ille scientialis, non repræsentat singulare, sed ipse species repræsentat ipsa singularia; & ratio ipsius est, quia species ipsa causatur a re: habitus autem scientialis non causatur a ta ipsa, sed ab actu intellectus, quo ille cognoscit simplicia intelligibilia componendo illa ad inuicem, uel diuidendo, & per con sequent bene patet, quòd ille habitus scientialis, requirit simplicem cognitionem illarum quidditatum, & obiectorum simplicium: & per consequens non est ratio intelligendi illas. Hoc est illud, quod illa ratio uult habere, & Scotus in ipsa, licet textus sit bene scabrosus, ut patet. *Ad idẽ arguit secundo*

¶Præterea quarto &c.] Dicit Henricus, quòd ille habitus scientialis est unicus in Angelo, & ille habitus est ipsi Angelo rõ intelligẽdi nia, quæ Angelus intelligit. Contra hoc arguit nunc Scotus, & est illa ratio iam tacta supra contra Henricum, quo modo repræsentare unum dicit aliquam perfectionem, & plura repræsentare, maiorem. Et quomodo ille habitus esset tali nitus. ex hoc formaretur illa ratio, ut dictum est. *4. rõ Sco. contra aliud dictum Henr.*

Deinde aliter dicit Héricus, quòd intellectus Angeli per illum habitum, naturaliter intellectus inclinatur, ad intelligendum illud, ad quod uoluntas per imperium determinat. Contra arguit nunc Scotus. Quælibet forma naturalis habet naturalem inclinationem ad unum: sed ille habitus scientialis est una forma absoluta, naturalis, scilicet quædam qualitas: ergo ipsa nó inclinabit ad intelligendum plura. Maior patet inductiuè, ut graue, & leue, naturaliter inclinantur ad unum, graue deorsum, leue sursum. sic etiam ille habitus scientialis primo inclinabit ad aliquod unum obiectum, & non ad illa plura: & per consequens non poterit contra inclinationem, potentiam dinertere ad hoc in hoc, quod est contra illum. *Dictũ Hen.*

Confirmatur, quia omnia illa dicta, melius, & facilius salua rentur per species intelligibiles, quam per illum habitũ. Nam libentius, & facilius uteretur uoluntas ipsis speciebus, si ponatur in intellectu, quàm utatur ipso habitu. Nam si essent duæ species æquè perfectæ, primo, & immediatè repræsentantes sua obiecta, & æquè fortiter, tunc uoluntas determinaret intellectum ad intelligendum secundum unam speciem, & non secundum aliam; & per consequens istæ opiniones non ualent. *Cõfirmatur ratio.*

¶Ad Quæstionem &c.] Et ideo Scotus, dimissis illis opinionibus de mente sua, dicit ad illam q. 5. Vtrum in intellectu Angeli sint ponendæ distinctæ rationes: & est conclusio ipsius. Angelus ad intelligendum distinctas quidditates alias a se, habet distinctas rationes cognoscendi. unam habet de homine, aliam habet de Asino, aliá de linea. Et breuiter unaquæque species, uel ratio intelligendi, correspondet obiecto suo, quod repræsentat, supponendo, quòd semper hic loquimur de notitia abstractiua, quæ habetur, mediante repræsentatiuo. *Soluit Sco. q̃nem iuxta suã sententiam. Cõclusio Sco.*

Et si quæratur Scoto. Quæ est illa ratio intelligendi illas quidditates? Respondet Scotus, quòd & si illa ratio intelligendi possit dici species, uel habitus, conuenientius tamen nominatur species, quàm habitus, uel similitudo: dato, quòd illi t nominibus etiam nominari possit; sed nomine communiori dicitur species intelligibilis, & distin. 6. q. 10. quarti. Non inconuenit aliquod nonm idem dici habitus, uel dispositio. Notitia principiorum dicitur habitus, quia est de difficili mobilis a subiecto, *Soluit dubium p̃ m̃ dictum Sco.*

ctu, quia intellectus non potest non assentire illis, tamen illa notitia etiam dicitur dispositio, quia est prævia ad notitiam conclusionis deductæ ex illis principiis, & disponit ad ipsam. etiã hoc modo species intelligibilis dicitur habitus, quia est quædã qualitas, de difficili mobilis a subiecto, quando est benè radicata: & ipsa species propter uim conseruatiuam intellectus radicatur in ipso, & difficulter mouetur, uel separatur ab ipso: & hoc dicitur de specie per accidens, & non per se: quia si Deus daret mihi speciem de essentia diuina, uel de Angelo, ego mediante illa tamen intelligerem illa obiecta, etiam dato, ꝙ diu non conseruaretur in me, sed, ꝙ statim Deus destrueret illam, non minus ipsa esset species intelligibilis, licet non esset radicata. Hoc ergo dictum patet. Vnde omnis species intelligibilis hoc modo dicitur habitus, licet non è conuerso. Et ita illud radicari, accidit speciei intelligibili; & per consequens etiam accidit illi, ꝙ ipsa dicatur habitus.

2. dictũ Sc. Secundò dicit, ꝙ illa species non potest dici habitus scientialis, idest habitus, qui generetur ex frequentatis actibus intelligendi. probatur hoc dictum dupliciter. primo sic. Nam illa species naturaliter præcedit actum intelligendi: sed habitus scientialis sequitur actum intelligendi: ergo illa species non est habitus. Maior patet. Nam si illa species esset habitus scientialis, tunc idem esset prius seipso: consequens hoc est falsum: ergo & antecedens. Ista ratio satis patet. secundo probatur hoc idem, & arguitur sic. stat, ꝙ illa species sit intensior ipso habitu, in intellectu, & habitus scientialis remissior, uel è conuerso: ergo unum non est aliud. consequentia patet. Nam unum, & idem numero, non potest esse simul & semel intensior, & remissior. antecedens patet per casum. Capio duos homines. Vnus sit perspicacior ingenio altero, producat ille ingeniosior unam speciem de lapide, cum phantasmate ipsius. Alius tardus ingenio producat speciem de lapide: ille primus causabit speciem intensiorem, iste uero minus intensam. probatur. quia causæ illæ agunt quantũ possunt, & in principio illæ causæ sunt perfectiores, & actiuiores; & per consequens causabunt effectum perfectiorem. etiam ille perspicax ingenio, uno actu causabit perfectiorem scientiam in seipso, quam ille tardus in quatuor. tamẽ ille tardus habebit plures actus, intelligendi illud obiectum. Vnde habitus ipsius erit intensior, quàm habitus primi, qui tantum est ab uno actu: & per consequens propositum. Et sic species non est habitus, nec è conuerso formaliter, & realiter, ut patet.

¶[Quod autem &c.] Consequenter Scotus probat suam conclusionem ad quæstionem, ꝙ per plures rationes cognoscendi, & distinctas, cognoscit Angelus distincta obiecta. Arguit sic: intellectus noster potest habere actualem cognitionem de re nõ existente: ergo etiam intellectus Angeli illud potest. consequẽtia est nota. Nam intellectus, scilicet Angeli est perfectior intellectu nostro. & quicquid perfectionis attribuitur intellectui nostro, non debet negari ab intellectu Angeli. Antecedens patet ex dictis. Tunc subsumamus, sed sic est, ꝙ intellectus Angeli, nullo modo potest intelligere illas quidditates, inquantum nõ existentes sunt, nisi dando aliquam rationem cognoscendi illas, uel repræsentatiuum. Nam si per essentias illarum cognosceret illas, iam intuitiuè cognosceret illas, & non abstractiuè; de qua tamen cognitione abstractiua est sermo hic; ergo per proprias rationes intelligendi illas intelligit.

Corol. Scot. quòd quilibet Angelus hẽt speciem intelligibilem sui. Vnde sequitur, dicit Scotus, ꝙ Angelus Michael, & quicunque alius Angelus habet de essentia sua speciem, mediãte qua potest seipsum abstractiuè cognoscere. probatur. Nam quãcunque notitiam, quam intellectus superior potest habere de aliquo obiecto imperfectiori, illam potest habere intellectus inferior de illo obiecto: sed sic est, quòd Angelus superior de essentia Angeli inferioris, potest habere notitiam imperfectiorem, nempè abstractiuam; ergo & ille Angelus inferior potest eandem habere de seipso, & ipsa semper habetur, mediante repræsentatiuo, scilicet specie, & sic patet istud argumentum.

Soluit occurrentem dubitationem. Et si dicatur, ꝙ prima quęstio huius materiæ, de notitiis Angelorum, & huius libri. distin. 8. dicitur, ꝙ Angelus potest habere notitiam de essentia sua intuitiua per essentiam suam: Concedo, dico tamen, ꝙ cognoscit se abstractiuè per illam speciem, & nullum est inconueniens. Vnde sequitur secundum Scotistas, quòd de re præsente, & existente, habetur cognitio abstractiua, non tamen de ipsa ut sic, quia non mouebit ipsamet res ad huiusmodi cognitionem, sed ipsius species: & hoc modo patet quid esset dicendum ad istam quæstionem pro tota resolutione. Contra istam resolutionem sunt duo argumenta principalia ante oppositum.

Ad argum. prime. resp. Primo principaliter arguitur: Angelus per unam rationem cognoscendi perfectiorem & superiorem quidditatem, potest cognoscere quidditatem imperfectiorem, & inferiorem; ergo Angelus non requirit distinctas rationes cognoscendi distinctarum quidditatum. Antecedens patet. Nam formæ se habẽt sicut numeri, quia sicut unus numerus includit alium, etiam una forma includit aliam: & una species aliam, & confirmatur secundum Philosophum tertio de anima, quod sensitiua est in intellectiua sicut trigonum in tetragono; forma trium Angelorum est in forma quatuor Angelorum.

Solutio primi principalis. Respondet ad hoc Scotus, sicut dicit. 9. d. huius, in primo argumento principali, ad primam quæstionem, quòd illæ comparationes formarum, & specierum ad numeros intelliguntur quo ad statum ad indiuisibilia, in numeris statur ad unitatem, & in formis statur ad indiuidua; quæ non diuiduntur in alia indiuidua, ut patet ibidem. Et ista est mens Philosophi, & non alia. Vnde sequitur, ꝙ ista propositio est uera de formis, & speciebus subalternis, & non de specialissimis, ꝙ ipsæ addunt super genus ipsum aliquid, & nos loquimur de speciebus specialissimis, & quidditatibus, & sic illud non esset ad propositum. *2. solu. primi principalis.* Sed quia fortè proteruiret dicendo, ꝙ Philosophus loquitur de formis, quæ sunt species specialissimæ; Ideo datur alia responsio ad Philosophum, per unam distinctionem talem, scilicet, quòd species specialissimas se habere sicut numeros, potest dupliciter intelligi. Vno modo quantum ad inclusionem. Alio modo quantum ad perfectionem. Primo modo, ꝙ sicut unus numerus maior includit minorem, sic etiam una species specialissima includit aliam. Et hoc modo dico, ꝙ non intelligit Philosophus. Ideo nego, ꝙ hoc modo intelligat. Secundo modo concedo, ꝙ sicut unus numerus maior excedit alium numerum minorem in perfectione, & specie distinguuntur; sic ẽt species specialissimæ. Hoc modo concedo, & hoc modo comparat Philosophus illas.

Ad confirmationem. Et quando confirmatur secundum illud secundi de anima, dico, ꝙ non est simile de speciebus numerorum, figurarum, & formarum, ꝙ una includat aliam. Nam licet in numeris, & figuris, unus numerus includat alium; & una figura aliam, ut est pars ipsius materialiter sumendo, Nulla tamen una species specialissima unquam est pars alterius speciei, etiam secundum Porphyrium: duæ species nõ coniungnntur ad unam tertiam generandam. Et sic argumentum istud utroque modo benè soluitur.

Secundum principale deducitur. Secundò principaliter Arguitur probando, ꝙ Angelus non habeat distinctas rationes. Arguitur sic. Illud, quod intellectui Angelico est ratio cognoscendi aliud, est naturalis perfectio illius, inquantum etiam naturalis est: Nulla species intelligibilis potest esse intellectui Angelico naturalis perfectio illius: ergo nulla species potest esse ipsi intellectui angelico ratio cognoscendi. Maior patet. Nam aliter non uidetur quomodo esset illi ratio cognoscendi aliud. si non esset naturalis perfectio illius. Minor patet. Nam res materialis non potest esse intellectui Angelico ratio, uel perfectio naturalis. ergo nec illæ species, Antecedens patet. Nam intellectus Angeli est immaterialis, quomodo ergo res materialis erit perfectio illius? consequẽtia probatur. Nam species intelligibilis rei materialis est imperfectior ipsa re materiali: si ergo ex dictis ipsa res materialis nõ potest esse perfectio ipsius intellectus Angeli, multo minus ipsa species, quod est propositum.

Soluit Scot. secũdũ principale. Respondet ad hoc argumentum Scotus multum egregie, dãdo unam distinctionem talem, ꝙ duplex est perfectio ipsius Angeli: quædam essentialis, quę est intrinseca ratione illius, inquantum talis natura est. Alia est accidentalis, & per accidens, quæ est extra rationem formalem illius; ut charitas, gratia, & alii habitus, & dona, quæ Deus illi dat, & merè accidentaliter se habent ad ipsum. Modo dico, ꝙ nihil imperfectius Angelo, *Primum dictum pro solutione. 2. dictum.* potest esse perfectio ipsius Angeli essentialis; quia tunc Angelus esset perfectus, & imperfectus formaliter, & intrinsecè. Quod tamen est falsum. Secundo dico, quòd aliquid imperfectius Angelo uniuersaliter, potest esse perfectio illius accidentalis. Vnde intellectiones Angeli sunt accidentia ipsius, & cum hoc sint perfectiones ipsius accidentales, & perficiunt illum accidentaliter.

Sed de specie intelligibili quid dicemus? Nam illa uidetur esse imperfectior re naturali, cuius est. Vtrum ipsa sit perfectio Angeli? Respondet Scotus ad hoc, dando unum notabile, scilicet quòd ad causandam speciem intelligibilem alicuius obiecti concurrit intellectus, tanquam causa principalis, & phantasia, uel obiectum, tanquam causa minus principalis: & ista duo constituunt unam causam totalem, respectu ipsius speciei intelligibilis, Vt dictum est sæpe. phantasia de lapide cum intel-

intellectu meo causant species intelligibiles de illo, & quando Angelus requirit species intelligibiles de aliquo obiecto, illud est mediante intellectu ipsius, tanquam causa principali, & ob iecto tanquam causa minori principali. Vnde sequitur, quod species intelligibiles potest comparari ad duo, tanquam ad causas suas partiales. Vno modo ad intellectum, tanquam causam principalem: Alio modo ad obiectum, uel phantasma, tanquam ad causam minus principalem. Vnde sequitur, quod possibile est speciem alicuius obiecti, inquantum causatur ab ipso intellectu, perfectiorem esse illo obiecto, licet benè inquantum ipsa causatur ab ipso obiecto dicatur esse imperfectior. Et hic est punctus solutionis. species albedinis, quę causatur ab intellectu, & ipsa albedine, dicitur esse perfectior albedine, ex eo tantum, quod est ab ipso intellectu partialiter: & iste excessus est tantum secundum quid, & extrinsece, inquantum est a tali causa perfectiori. Ex istis tunc patet solutio ad istud argumentum, quando arguitur sic: Species &c. Nego istud. & cum probatur, quia est perfectior &c. Nego secundum, quod ipsa species est ab intellectu. & sic istud argumentum soluitur.

Deducitur ultim. argum. principale. Solutio ul timi. Finaliter arguitur sic. Angelus cognoscit se per essentiam suam: ergo & omnia alia obiecta per essentiam ipsorum; ergo non per distinctas rationes. consequentia bene patet. Antecedens probatur ex dictis supra. Ad hoc argumentum respōsum est, quod bene concludit de notitia intuitiua. Nos uerò loquimur de notitia abstractiua.

Confirmatur. Confirmatur tamen hoc argumentum, quia causa primaria plus influit in effectum, quàm causa secūda. etiam species quidditatis superioris potest esse causa intelligendi quidditatem inferioris: patet etiā in duobus hominibus, uno ingenioso, alius rusticus. primus plus intelligit in una ratione, quàm secūdus in duobus.

Ad istud tamen dictum est, quomodo illa auctoritas non est ad propositum de speciebus intelligibilibus. Patet, quod causa prima, plus agit, hoc est, quia dat motionem alteri causæ. etiam ille auctor esset negandus, quia non est tantæ auctoritatis. & sic patet quid dicendum esset ad istam quæstionem.

QVAESTIO VNDECIMA.

De profectu Angelorū & acquisitione cognitionis a rebus. CIRCA quartum Quæritur: Vtrum, scilicet Angeli possint proficere accipiendo cognitionem a rebus. Ostenso in tribus primis quæstionibus, quomodo Angelus seipsum, & essentiam diuinam, & omnes res alias ab ipso Angelo distinctas, cognoscere potest abstractiuè, per species concreatas illi a Deo. Quærit nunc finaliter, Vtrum nunc habeat actu omnem cognitionem, quam habere potest, uel utrum possit proficere acquirendo a rebus ipsis aliquam notitiam, quam non habet: Vnde Angelum posse proficere in cognitione, capiendo illam a rebus, potest dupliciter intelligi. Vno modo capiendo illam a rebus, & quidditatibus creatis, & obiectis singularibus. Secundo, quod proficiat sic, quod accipiant illam notitiam a Deo, dante illam sibi. Secundo modo non quærit ista quæstio. Nam multa Deus cognoscit, quæ nunquam reuelabit, quarum notitiarum Angelus est capax, si sibi reuelarentur. Patet secundum illud. Da die autem illo nemo scit &c. Quæstio ergo ista intelligitur primo modo.

Nota etiam, quod Angelū primo proficere in cognitione sua, capiendo notitiam a rebus, potest dupliciter intelligi. Vno modo quantum ad actum primum. Alio modo quantum ad actū secundum. Primo modo sensus est: Vtrum Angelus possit a rebus acquirere aliquam speciem de nouo, quam non habuerit unquam. & hoc modo est difficultas quæstionis nostræ, propter aliquos doctores. Secundo modo potest intelligi quo ad actualem intellectionem de illis. & hoc adhuc dupliciter: Vno modo quo ad actualem cognitionem abstractiuam, Vtrum Angelus possit acquirere aliquam notitiam abstractiuam alicuius obiecti, quod antea non cognouit. Secundo modo intelligi potest de actuali cognitione intuitiua. Vtrum possit aliquid intuitiuè cognoscere de nouo, quod ante non cognouit. De istis etiam in 3. libro. d. 13. de notitiis animæ Christi, quæ omnia dici possunt de intellectu Angeli. Vtrum ergo Angelus possit &c. Et sic patet sensus tituli quæstionis nostræ. Et licet istam quæstionem communiter dimittant lectores, quia non est de opere Anglicano. Sed de reportatis Parisiensis, tamen propter ipsius difficultatem, & quia omnia, quæ dicuntur, sunt bona, uideamus eam.

Arguit pro parte affirmatiua. Et ad partem affirmatiuam arguitur quod possit proficere, supponendo quòd communiter est inconueniens, dicere quòd in intellectus Angeli habeat species concreatas omnium singularium. quæ sicut, fuerunt, & erunt. Quia tunc uideretur esse dicendum, quòd esset infinita multitudo actu, quod tamen est contra Philosophum tertio Physicorum: Nam singularia in quacunque specie creata, possunt esse infinita: sed probabilius tenetur secundum de Bassolis dicere, quòd in intellectu Angeli, fuerunt concreatæ species indiuiduorum incorruptibilium. Nam illa non sunt infinita. patet de Sole, & de Fenice. etiam de speciebus Angelorum, semper in illis sunt indiuidua in numero finito. Hoc esset ergo inconueniens, quòd de omnibus uniuersaliter diceretur. Tunc sic arguitur. Omne quod cognoscitur, per similitudinem illius cognoscitur. Sed Angelus cognoscit singulare: ergo cognoscit ipsum per similitudinem singularis, sed similitudo illius singularis, non est intellectui prius concreata: ergo ipse Angelus potest proficere, capiendo cognitionem a rebus singularibus. Maior est uera, supponēdo quòd hic loquimur de cognitione abstractiua, quæ fit per repræsentatiuum, & non de intuitiua. Minor patet ex quæstione octaua huius secundæ distinctionis: ergo per similitudines singularium cognoscit singularia, & similitudines singularium non sunt concreatæ. Nam aliter daretur multitudo actu infinita. quod tamen est inconueniens ex dictis.

Ordo dicendorum. ¶VNA opinio &c.] In ista quæstione sunt tres opiniones. Prima est Beati Thomæ. Secunda est Henrici cū suo habitu scientiali. Tertio loco est opinio Scoti, sub una distinctione & finaliter ad argumenta.

Opi. D. Th. Quantum ad primum est opinio Beati Thomæ prima partis summæ, quæstione quinta, articulo quarto. Qui dat suū dictum cum duabus rationibus, quas impugnat, & soluit impugnationes. Vnde dictum illius est. Angelus non potest proficere in cognitione capta a rebus, quia species rerum concreantur a Deo ipsi Angelo secundum Beatum Thomam; ideo bene sequitur, quòd non potest proficere. probatur hoc dictum, quinque uel sex rationibus. Prima est hæc. Si Angelus posset proficere, sequeretur quòd in Angelo esset ponendus intellectus causatiuus ipsarum specierum: consequens istud est falsum: ergo & antecedens. falsitas consequentis probatur secundum illum. Nam secundum nos est uerum. probat ipse illud esse falsum, quia tunc in Angelo esset intellectus agens, & intellectus possibilis: consequens illud non est dicēdum Nego. probo, inquit, primo quòd Angelus non habeat intellectum agentem. Nam intellectus agens facit de potētia intelligibile, actu intelligibile: sed in Angelo nihil est in potentia intelligibile, sed omnia sunt actu intelligibilia, & per consequens Angelus non habet intellectum agentem. Sed quod non habeant intellectum possibilem, probat ipse. quia intellectus possibilis, quandoque est in potentia, & quandoque in actu: sed intellectus Angelicus, nunquàm est in potentia, sed semper in actu: ergo non est ponendus intellectus possibilis in illo; & per consequens non potest acquirere species. Confirmatur, quòd non habeat intellectum agentem, nec possibilem, quia secundum Augustinum secondo, & quarto super Genesim ad litteram.

Sex rōnibus probatur prima rō a D. Thom.

Cōfirmatur ratio. Res creatæ omnes prius fuerunt cognitæ ab Angelis, quàm essent in genere proprio: & per consequens Angelus nullo modo potest in illis proficere: & ideo non indiget intellecto agente, nec possibili.

Contra primam rōnē. D. Tho. arguit Sco. Contra istam primam rationem arguit Scotus, & soluit illam ante, quàm ad alias ueniamus, & breuiter arguit sic, reducendo illam ad oppositum. Angelus habet intellectum agentē, & possibilem: ergo potest proficere a rebus. consequentia ista est bona. per oppositum ad argumentum suum, antecedēs negatur ab ipso. & ideo probatur secundum Scotum, & primo quòd habeat intellectum agentem. Arguitur sic. Potentia quæ non est imperfectionis in illa natura, cui inest, uel cuius est, nō est negāda ab aliqua natura, cui non repugnat, etiam si illa natura sit superior, dum tamen illi illa potentia non repugnet. Vnde non dicimus, quòd potentia generatiua sibi similis, licet in nobis dicat perfectionem, quòd propter hoc debeat poni in Angelis: quia illud non sufficit, sed requiritur, quod illi non repugnet. Modo illa potentia generandi repugnat Angelo: & si nō repugnaret illi, non uidetur ratio, quare esset rationabiliter neganda ab Angelo: immo esset illi attribuenda. quod est propositum contra illum.

Soluit rōnē primam D. Tho. Et ideo ad rationem ipsius, quādo arguit sic: Si Angelus &c. dicit Scotus, quòd obiectum primum intellectus capitur multis modis, ex tertia distinct. primi. Obiectum primum primitate perfectionis; generationis; primitate etiam adæquationis.

Et

natura creata produci non potest; sed perfectiones, uel qualitates corporum cœlestium non possunt esse e tota creatura: ergo illae oportet esse a Deo. Maior paret, quia subiectum includit prædicatum. Si natura non potest illas creare, & sunt necessariæ, oportet, ꝙ illę sint ab aliquo supra naturam, & per consequens a Deo. Et per oppositum dicamur. Illa perfectio non est necessario a Deo, quæ potest esse a nature; quia Deus res, quas cōdidit, sic administret, ut eas proprios motus agere sinet. Modo possibile est perfectiones accidentales maximè esse a natura, intellectiones, scilicet & species intelligibiles rerū esse ab ipsis partialiter, ut ab obiecto ipso. Et per consequens non est necesse illas haberi a Deo.

Sed contra. nam si dicatur, cognitio cuiuscunque creaturæ est perfectio Angeli: ergo non potest causari ab aliqua creatura, antecedens patet. consequentia probatur, quia Angelus nō potest perfici ab inferiori se, & tamen perficeretur, si a re acciperet suam perfectionem.

Soluit Scot. obiectionem Angelū pro fici ab inferiori se pōt dupliciter intelligi.

Respondet Scotus, ꝙ Angelum non posse perfici ab inferiori se, potest dupliciter intelligi. Vno modo tanquā a causa totali. Alio modo tanquam a causa partiali. Primo modo concedo, ꝙ Angelus nullā perfectionē potest habere ab aliqua creatura inferiori se, tanquàm a causa totali. Dico secundo, ꝙ Angelus bene potest perfici ab aliqua creature inferiori se, tanq̃ a causa partiali. Vnde 7. q. tertiæ dist. primi, dicitur quomodo intellectus est causa partialis actus intelligēdi, licet magis principalis: etiam obiecta multa inferiora Angelo partialiter possunt causare intellectionem sui in Angelo, qua intellectione ipse Angelus perficitur. Modo quādo arguitur sic. Angelus &c. Concedo primo modo, nego autem secundo modo, & sic soluitur bene illa secunda ratio beati Thomæ.

3. rō D. Th. que quarta loco soluitur.

Tertia ratio beati Thomæ ad probandum, ꝙ Angelus nullo modo potest proficere capiendo &c. Arguitur a simili. Sicut se habet modus essendi animæ nostræ ad modum essendi Angeli, sic se habet modus operādi animæ nostræ ad modum operandi Angeli: sed sic est, quòd intellectus noster capit suam cognitionem a rebus, & informatur illis; quia ab eis aliquo modo dependet. Cum ergo intellectus Angelicus, non possit dependere ad res corporales, nec informari illarum intellectionibus, non poterit perfici ab illis. Maior, uel assumptum probatur, quia modus essendi animæ nostræ est multo imperfectius quocunque esse Angeli. etiam operatio animæ deficit ab operatione ipsius Angeli, saltem regulariter, propter animam Christi: & per consequens, anima non habet esse completum, nisi quando informat. Si ergo Angelus 22. nona quæst. Quolib. non potest informare materiem, quia est ens per se subsistens, ultima actualitate, & completa, & non sic ipsa anima, ot dicitur ibidem, sequitur, ꝙ Angelus nullo modo perfici potest a rebus, quod est propositum.

Soluit Scot. hanc rōnem reflectendo contra arguentem.

Scotus ad istam rationem soluendo simul arguit contra illam sic, necesse est omnem intellectum non habentem in se perfectè obiectum præsens aliqualiter dependere ab obiecto: sed Angelus non habet omnem rem corporalem, quæ est obiectū intellectus illius in se præsens; ergo etiam Angelum ab illa re aliqualiter oportet dependere, tanquàm ab obiecto illius. Et per consequens tu assumebas unum falsum. Maior patet, nām intellectum dependere ab obiecto aliqualiter, est ipsum non posse, quātum est de se, habere intellectionem illius obiecti, sine illo obiecto, uel specie. Et sic patet maior. Minor probatur. Nam licet ille intellectus habeat essentiam suam præsentē iutima in ratione obiecti intelligibilis actu, ex octaua quęst. huius d. non tamen omnes alias res habet, saltem corporeles, de quibus Angelus potest habere notitiem. patet de illis, quæ sunt a cœlo distincta. Et per consequens Angelus aliqualiter dependet ab illis.

Sed dico tamen dicit Scotus, quòd Angelum dependere a re corporali, potest intelligi dupliciter. Vno modo inquātum ab obiecto, & secundum quid: Alio modo in essendo, siue simpliciter. Secundo modo bene concedo, quòd non dependet ab illis, ut bene deducit argumentum beati Thomæ. Non tamen est negandum, quin depēdeat a re corporali, quo ad habendam intellectionem de ipsa. Si vult illam habere oportet, quòd habeat illam præsentem in se, uel in repræsentatiuo ipsius. Ad formam concedo maiorem. Ad minorem concedo secundam partem, & primam, licet illa non sit causa quare omnia intelligat res corporales, quia informat corpus, & Angelus non; quia anima separata intelliget illas, etiam si nō esset apta nata informare corpus. Sed ratio quare intelligit illas res corporales, est, quia ipsæ cadunt sub obiecto intellectus nostri ex natura potentiæ. Hoc modo ergo dependet ab illis, & sic illa ratio non ualet.

5. rō D. Th. ad idem.

Quinta ratio, & ultima ad illud dictum D. Thomæ, ꝙ Angelus non potest proficere, est ista, & arguit sic. Non est transitus de contradictorio in contradictorium, uel de extremo ad extremum, non transeundo per medium: sed esse sensibile, & esse intelligibile dicuntur esse duo extrema, inter quæ mediat medium reale, scilicet esse imaginabile: ergo nihil transit ab esse sensibili ad esse intelligibili, nisi illud transeat per esse medium, scilicet esse imaginabile: sed sic est tunc, quòd impossibile est Angelum transire per esse imaginabile. Nam Angelus non habet imaginatiuam potentiam, uel phantasiam; ergo Angelus nihil potest imaginari, uel phantasiari: ergo nec intelligere, motus ab ipsa re sensibili.

Soluit Scot. arg. D. Tho. dupliciter.

Respondet ad istam rationem Scotus dupliciter. Primo dando unam rationem, quæ destruit illam rationem beati Thomæ. Deinde dicit aliter. Et primo arguitur, sicut distinct. tertia, quæst. nona, huius de motu Angeli in instanti argutum est. Quod est medium uirtuti inferiori, necessario non est mediū uirtuti superiori: si ergo esse imaginabile sit medium uirtuti nostræ inferiori, non tamen sequitur, quòd debeat esse medium uirtutis superioris, idest Angeli, & per consequens istud argumentum non ualet de Angelis, sicut ualet in nobis. Maior patet ibidem. Sunt duæ uirtutes actiuæ, duo ignes, unus paruus, necessario alterabit aquam, uel lignum primo ad duos gradus, deinde ad quatuor, & sic successiue. Si esset tamen unus magnus ignis, & apponeretur illi illud lignum, immediatè alteraret illud, ad decem, uel uiginti gradus. Non oportet ergo de necessitate illam uirtutem superiorem ire per tot media, sicut oportet illam inferiorem. Minor etiam illa patet. ergo iste ratio non ualet. Et ad illam rationem D. Thomæ, ad formam, Nego consequentiam, quia non est simila.

Ad formā rōnis resp.

Nam si esse imaginabile esset medium ipsi Angelo inter esse sensibile, & intelligibile, uel hoc esset ex parte ipsius obiecti, uel ex parte ipsius potentiæ Angelicæ, non obiecti. Nam tunc oporteret, quòd etiam Deus ista sensibilia imaginaretur priusquam intelligeret illa. patet consequentia. Nam illa per te requirunt illum ordinem.

DISTINCT. QVARTAE, ET QVINTAE

QVAESTIO PRIMA.

De creatione Angelorum quo ad felicitatem, uel miseriā agitur.



IRCA DISTINCTIONEM QVARTAM. Postquam dictum est de creatione Angelorum, conformiter ad Magistrum considerandum est de gratia, quo ad bonos, & de miseria quo ad malos. Itaque pro quarta, & quinta distinctionibus, mouetur talis quæstio, pertinens ad distinctionem quartam. Vtrum inter creationem, & beatitudinem Angeli boni, fuerit aliqua morula. pro solutione supponitur, quòd sic: De malis deinde dicetur, septima distinctione huius. Supponitur secundo ex dictis, quid est creatio, & quid beatitudo. Tertio est notandum, quòd supponit Scotus Angelos bonos esse beatos, & non fuisse creatos in sua beatitudine, & etiam Beatus Bonauentura hoc idem tenet. Ex quo sequitur, quòd si aliquæ authoritates sonant ipsos creatos in beatitudine, debent intelligi de beatitudine naturali, & non de supernaturali. Vel debent intelligi dispositiuè, quia Deus illi naturæ Angelicæ dederat ea, quæ magis disponebant ad diuina præcepta facienda, quàm ad opposita. Et ideo sensus quæstionis est; Vtrum fuerit aliquod tempus, ut hora, dies, uel annus, in quo fuerat uerum dicere, nunc Angelus est, & non beatus. Pro parte affirmatiua est authoritas beati Augustini dicentis, ꝙ Angelica natura primo facta est informis, deinde lux quæ exponitur

sic.primo facta est sine gratia consumata, & postea cum gracia consumata.ergo sequitur,quòd fuit aliqua mora, inter esse informe & esse formatum.Solutio huius quæstionis dependet ex solutione sequentis, quæ mouetur circa quintam dist. videlicet,utrum Angeli prius meruerint suam beatitudinem, quàm fuerint beati.Ideo primo illa est soluenda.

Pro declaratione terminorum supponitur primo ex decimaoctaua distin. tertii,quòd meritum est aliquid acceptum a Deo, pro quo aliquid est alicui tribuendum,& in ista diffinitione tangitur materiale meriti, scilicet actus liberi elicitus,& etiam formale, scilicet acceptatio diuina. Secundus terminus est beatitudo, & capitur tripliciter.Vno modo pro quadam dispositione ad felicitatem,hoc modo paruulos bonæ indolis dicimus esse beatos secundum primam dispositionem, & sic non capitur hic. Secundo modo capitur pro eleuatione, aut participatione supremæ beatitudinis naturaliter possibilis, & hoc modo capit eam Philosophus, primo,& decimo Ethicorum, quando dicit eam consistere in speculatione altissimarum causarum, & de ista non est hic sermo: nam istam semper habuerunt Angeli,& nunc habent dæmones: quia habent excellentissima naturalia secundum Dionysium. Tertio modo capitur beatitudo pro supremo statu in quo Deus reuelata facie uidetur ab omnibus beatis,clarè, & intuitiuè. De qua dicitur Ioan.17.hæc est uita æterna &c.de qua disputatur ad longum dist.49.quarti,q.4.Modo hæc in nobis non est: dum meremur, non præmiamur; sed in ultimo instanti terminanti meritum, nisi adsit impedimentum,consequimur præmium. Quærimus ergo an sic fuerit de Angelis.

Arguit pro parte uera. Pro parte affirmatiua, & uera est authoritas beati Augustini de correpti. et gratia dicentis, quòd Angeli, qui perstiterunt, meruerunt illius uitæ mercedem recipere; sed non meruerunt postquam receperunt: ergo prius. Minor probatur, quia meritum non consequitur præmium, sed præcedit: ergo illa pars uera.In ista quæstione non tenetur Magister, Ad istas quæstiones soluendas, primo Scotus respondet secum. Et ad eam soluendam quatuor facit,ponit opinionem Magistri. Arguit secundo contra illam. Tertio ponit aliqua dicta consequentia in duabus conclusionibus. Prima conclusio Magistri. Angeli boni primo fuerunt beati, quàm meruerint beatitudinem. Secunda conclusio Magistri: Angeli boni nunc merentur beatitudinem illam,quam habent, per obsequia impensa electis hominibus. Declarantur istæ conclusiones a Magistro sic. Maiestas regia cognoscens aliquem ex militibus suis bene militaterum, & illi arma, equum &c. eo pacto, ut hæc omnia mereatus. Miles optimè militans meretur præmia iam recepta. Simili modo Regum rex omnipotens Deus, Angelis suis militaturis exhibuit præmiũ, ut illud mereretur, præstando obsequia hominibus.

Scot. arguit contra Magistrũ primo, & principaliter. Contra istum modum arguit Scotus; primo sic,bene sequitur. Angeli non impenderunt obsequia hominibus: ergo non fuerunt beati propter obsequia exhibenda. Sed propter merita præcedentia. antecedens erat possibile,quia poterat homo non creari: ergo & consequens. consequentia est manifesta. Sed propter hoc argumentum, non uidetur dimittendus Magister: quia soluitur, sicut cætera de futuris contingentibus.

2. arguit ad idem. Item secundo arguitur contra Magistrum. Angelus non dependet ab Angelo in merendo: ergo neque ab homine; & per consequens non meruit propter obsequia exhibenda homini.

Ista ratio minus ualet, quàm prima; quia homo laudando Deum propter creationem aliorum animalium, & dispersando bona sua, meretur, & dependet ab eis in merendo; eodem modo dependet ab homine: ergo non est inconueniens, quòd creatura rationalis in merendo, dependeat a creatura inferiori, tanquam a causa minus principali; & nullo modo dependeat a sibi æquali. Nam Angelus in custodiendo hominem meretur, sicut homo, in distribuendo diuitias suas.

3. arguit ad idem. Item tertio arguitur. Actus interior potest esse meritorius sine exteriori: ergo Angeli ante suam beatitudinem potuerunt mereri beatitudinem.

Sed ad hoc potest faciliter responderi; quòd Magister non negauit meritum interiorem præcessisse præmium, licet negauerit hoc de merito exteriori; & dicit præmium præcessisse meritum, quod potest exponi de merito exteriori: & dicit per obsequia nobis exhibita ipsos mereri, quod intelligitur per exhibita quo ad actum interiorem. Nam si de exterioribus loqueretur,per ea,quæ in dies exhibentur, & non per exhibita ipsos gloriam consequutos dixisset: Non ideo ergo quare dimittatur Magister, & non exponatur.

2. principaliter arguit Sco. contra Magistrũ. Secundò principaliter arguit contra Magistrum sic. Nullus meretur accipere aliquid, per hoc, quod præuidetur benè cessurus eò; ergo neque Angeli per obsequia præuisa meruerunt accipere beatitudinem. Antecedens probatur, quia si quæreretur, quod Beatus Petrus dum erat in peccato mortali, mouebatur per merita præuisa.

Ad hoc argumentum dico duo, primo, quòd non est contra intentionem Magistri, quia ipse non negat meritum interius præcessisse præmium. Dico secundo, quòd illa maior est falsa. Nam passio Christi præuisa meruit circumcisis gratiã, & ipsa exhibita quo ad actum interiorem præcise,meruit maiorem gratiam,quàm ipsa præuisa. Et ipsa exhibita quo ad exteriorem,multo maiorem omnibus præcedentibus.

Notandum. Sed hic est unum Notandum, quòd nullus potest sibi mereri primam gratiam, siue loquamus de gratia prima simpliciter, qualis est illa, quæ confertur in baptismo, siue sit prima secundum quid, in ordine ad aliam eiusdem ordinis, & rationis: sicut prima gratia pœnitentialis, quam quis habet cum primo resurgit a peccato mortali, & actuali per pœnitentiam. Nã gratia prima simpliciter non cadit sub merito de congruo, nã que de condigno, sed gratia prima secundum quid utique cadit sub merito de congruo, uel sub merito digni. Non tamen sub merito de condigno: quia iam non esset gratia, sed gloria, quæ cadit sub merito de condigno.

3. principaliter arguit Scot. contra Magistrũ. Tertiò principaliter arguitur supponendo ex.49.d.4.q.5. securitas licet non sit de essentia beatitudinis, quia Paulus in raptu fuit beatus, & non securus de permanentia. Tamen securitas regulariter concomitatur ipsam beatitudinem completam, & perfectam. Hoc supposito arguitur sic: Illud præmium non est certum, cuius meritum est incertum: sed meritum est incertum in Angelis, ergo similiter præmium, & per consequens non sunt beati, quia carent securitate. Maior est nota. Minor probatur sic, quia durabit quancum durabit Angelorum obsequium; sicut & quantum durabit Mundus: nec filius Dei in quantum homo, nec Angeli, sciunt de illa hora, in qua cœlum, & terra transibunt, quantum ad actus suos.

2. solutio. Ad hoc argumentum facilis est responsio, & dico primo, quod certitudo est de præmio essentiali, sicut fuit de merito, quod præcessit: sed de merito accidentali prouenienti ex additione actuum exteriorem esse incertitudinem, & similiter de præmio accidentali, non est inconueniens; nam quotidie fiunt ab Angelis nouæ reuelationes, & augetur in eis gaudium accidentale, nec sciunt quousque augebitur. Dico secundo, quòd eadem facilitate probaretur, quod Beatus Dominicus non est certus de beatitudine, quia nescit quot homines eius occasione in habitu suo, saluabuntur. & sic patet, quòd leui occasione dimittunt Theologi Magistrum, in passu, in quo benè potest defendi.

Prima conclusio Scot. 2. concl. Sco. ¶ Ideo, tenetur &c.] Sco. consequenter & conformiter ad alios Theologos ponit duas conclusiones contra Magistrum. Prima conclusio. Angeli meruerunt suam beatitudinem. Secunda conclusio. Angeli boni prius oratura, & duratione meruerunt beatitudinem, quàm eam habuerint. Et est directè conclusio responsalis ad quæstionem. Prima conclusio probatur: omnis natura beatificabilis consequitur suam ultimam perfectionem, per operationem propriam: sed perfectio, & finis cuiuslibet creaturæ beatificabilis, est beatitudo: ergo quælibet creatura beatificabilis acquirit suam beatitudinem per merita. &c. Vide literam. Secunda conclusio probatur ratione Sancti Thomæ prima parte summæ. quæstione. 62. articulo. 4. supponendo, quòd meritum procedit a gratia imperfecta, & præmium a perfecta. Tunc sic: Imperfectum præcedit perfectum: ergo meritum, quod est effectus imperfecti, præcessit in Angelis præmium, quod est effectus gratiæ perfectæ. Instat tamen Scotus, quia stat aliquem in uia habere tantam gratiam, sicut in patria; sicut Virgo Maria: sed hoc D. Thomas intelligit regulariter. Addit tamen Scotus, quod licet sit tanta gratia in uia, sicut in potentia, non tamen tam perfectus actus est gratia; Nam cum uenerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Vt habetur ex Quolibetis.

2. rõ ad eandem secundam conclusionem. Et ad illã Secundam conclusionem est alia ratio de mente Sancti Thomæ; quando aliquis meretur potest non mereri, siue non elicere actum meritorium, pro tunc quando meretur: sed beatus non potest elicere actum beatificum: ergo ille actus non est meritorius. (De Bassolis dicit): quòd ista ratio bõ ualet de facto, sed nõ de possibili, quia Deus põt actũ uolũtatis elicitũ necessario à uolũtate acceptare in sõne meritum, sicut accepta-

acceptabat actum beatificum animæ Christi, quamuis Christus non fuerit beatus secundum omnem portionem, sed solum secundum superiorem, & secundum illam non merebatur, sed secundum inferiorem, secundum quam erat uiator sicut nos. Ideo posset dici, quòd in eo idem actus nunc erat præmium, & meritum respectu eiusdem. Nec est simile de Angelis, qui secundum omnes portionem sunt beati.

Ad hoc est una congruentia, quòd dispositio, & uia, præcedit terminum: sed dicit de Bassolis, quòd non est inconueniens, quòd uia, & terminus, sint simul: ut patet in augumento charitatis, ubi similiter dantur gratia, & augumentum gratiæ, & simul sunt meritum gratiæ, & ipsa gratia. Argumenta ante oppositum clarè, & diffuse dissoluuntur.

Soluitur prima q. Ad primam quæstionem soluendam Primo ponitur opinio Sancti Thomæ prima parte. quæst. sexagesimatertia. articulo quinto, qui ponit duas morulas, sed qualiter, non declaratur bene in libro, quia textus est incorrectus; & intentio Sancti Thomæ est, quòd omnes in primo instanti creationis suæ fuerunt creati in gratia, & omnes meruerunt: & in secunda morula boni non ponentes obicem, præmiati sunt; & ponentes obicem condemnati sunt: & sic patet primus modus. Secundus modus dicendi est, ponendo tres morulas, qui tertius modus tripliciter declaratur. Prima declaratio est Magistri, qui dicit eas in prima morula, omnes fuisse in puris naturalibus: & in secunda morula in merito congrui sine gratia boni, & mali in peccato. In tertia omnes in termino, sed non uideo ex quo passu Magistri oriatur hæc declaratio, nisi ex ultimis uerbis huius Quintæ distinctionis male intellectis. Secundus modus declarandus est Alexandri de Ales, qui differt a primo in secunda morula, quia in secunda ponit meritum de condigno, & gratiam, & præcedens modus eam non ponebat. Tertius modus ponit gratiam, & meritum in prima Per seuerantia in bonis, & peccatum in malis in secunda. Terminum in tertia, sed de Bassolis dicit non esse probabile, quòd omnes simul habuerunt gratiam. Et quando dicit Beatus Augustinus decimotertio de Trinitate capitulo quinto, quòd Deus simul fuit condens naturam Angelicam, & largiens gratiam, intelligitur de donis gratuitis, & non de gratia gratum facientе. est tamen utrunque probabile, scilicet, quòd fuerint creati in gratia, & quòd in puris naturalibus sine gratia gratum faciente: & sic patent tres modi probabiles de tribus morulis. *2. modus Alexā. Ales.*

3 Modus principalis Tertius modus principalis est de quatuor morulis, & habet duos modos probabiles: primus ponit omnes in puris naturalibus, in prima morula: in secunda bonos in merito congrui, & malos in peccato: in tertia bonos in gratia, & in merito de condigno: & malos in perseuerantia peccati. In quarta omnes in termino. Secundus modus ponit in prima morula pura naturalia. in secunda gratiam, & meritum de condigno in utrisque. In tertia perseuerantia in bonis, & peccatum in malis: in quarta terminum in utrisque, & sic sunt isti modi probabiles de morulis.

Ad inquirendum, quis istorum modorum sit probabilior, Scotus ponit aliquas conclusiones principales, & probabiles, ad quas supponitur semper, quòd loquimur hic secundum legem positam; & non possumus in his loqui nisi probabiliter, quantum ex scriptura deduci potest. Prima conclusio est ista. *Prima conclusio Scot.* Hæc copulatiua est impossibilis, de lege ordinata: Sortes ultimatè meretur, usque ad instans, A, exclusiue; & non præmiatur in instanti, A, bene potest promereri ultimatè usque ad A, exclusiuè, & intelligimus, non posse mereri in A, neque post A, Ex istis sequitur, quòd hæc consequentia est bona, Sortes, lege stante, meretur ultimate usque ad A, exclusiuè, ergo præmiatur in A, ex ista conclusione sequitur contra Sanctum Thomam, quòd Angeli non poterant ponere obicem, neque demereri in instanti terminante meritum eorum, siue in secunda morula.

2. concl. Sc. Secunda conclusio est illa, meritum cuiuslibet creaturæ beatificandæ præcedit duratione præmium. Pro cuius declaratione supponitur, quòd prius duratione non capitur hic pro illo, inter quod, & posterius mediat duratio: sicut sunt prima hora, & tertia, sed prius duratione dicitur, quodcunque præcedens, quod non est in eadem mora cum sequente. Vt prima hora est prior duratione, quàm hora secunda, sed secunda sequitur immediatè post primam. Hoc supposito, patet conclusio ex conclusionibus præcedentis quæstionis: quia actus mutabiliter elicitus, & a gratia imperfecta est prior actu immutabiliter elicito, & a gratia confirmata. Ex ista conclusione sequitur contra primam, quæ imponitur Magistro, quòd Angeli simul merebantur de condigno, & præmiabantur.

Tertia conclusio omnes Angeli, tam boni, quàm mali, fuerunt æquales in mora uiæ. Quarta conclusio, quæ sequitur ex præcedentibus est, quòd eadem mora, & simul boni meruerunt, & mali demeruerunt. Quinta conclusio: Angeli creati sunt uniformes æquales in naturalibus, & in gratia, sed non uniformes, idest æquales in specie, & perfectione specifica: quia una species est perfectior alia. Patet illa conclusio. Nam probabile est, omnes habuisse æquales perfectiones secundum suas species, quidditatiuè, & cætera naturalia æqualia, & æqualem gratiam; & licet ista conclusio ex opinione a Iectoribus quo ad naturalia, mihi tamen uidetur, quòd perfectiorem speciem consequuntur perfectiora naturalia, & perfectiores cognitiones naturales. Et satis esset, quòd fuerunt uniformes in gratia; sed secundum maiores, & minores conuersiones in Deum, consequuti sunt diuersos gradus gloriæ. 3. concl Sc. 4. cōclusio. 5. cōclusio.

Sexta conclusio probabilis. Quilibet Angelus fuit in gratia. Pro declaratione huius supponit Scotus, quòd duplex est iustitia, Quædam est innanimata, ut libertas, uoluntas. Alia est iustitia habitualis, quæ est gratia. Et licet hanc conclusionem, non teneat de Bassolis, tamen ipsa est probabilis. Septima conclusio est. Deus non posuit differentiam inter bonos, & malos, donec ipsi per actus suos ponerent differentiam inter se. 6. cōclusio. 7. cōclusio.

Sed hic aliqui dicunt contradicere his, quæ dixit quadragesimaprima distinct. primi. Vbi negat causam prædestinationis esse actum bonum. *Monetur cōtradictio in dictis Scot.*

Respondeo, quòd non contradicit sibi: quia dicit hoc esse probabile: Modo dicere duo contradictoria esse possibilia, nō est contradictio. Secus esset, si utrunque catholicè assereret. Secundo dico, quòd ista conclusio, potest referri ad reprobos, & non ad bonos, sic, quòd mali differunt se a bonis per actus malos. Modo reprobationis assignatur causa. Et sic patet quomodo sint duo modi probabiles de morulis. Vnus ponendo tres; & alius ponendo quatuor, quæ saluat plures status. *Soluitur.*

¶ De secundo articulo &c.] Consequenter Scotus declarat, quæ sint istæ morulæ, & respondet per duas conclusiones. Prima conclusio est secundum Henricum, & dicit, quod oportet dicere istas morulas esse diuersa instantia temporis discreti. Quia dictum est difunct. secunda, huius, quæst. quarta, quomodo tempus discretum secundum eos distinguitur a tempore continuo, quod aliqualiter conuenit cum tempore nostro; sed quia hæc opinio non est probabilis, ut ibidem deductum est, ideo ponitur secundum dictum Scoti, quòd istæ morulæ sunt diuersa nunc æui. Sed quid sit æuum, & quid nunc æui, patet secunda distinctione secundi, sed quia remota a sensibus, per ea, quæ propinquiora sunt, facilius cognoscimus, & quærimus, quid coexistebat uni morulæ. *Prima conclusio sec. Henr.* *2. concl. Sc.*

Respondet Scotus per aliqua dicta. Primum dictum. Vltima morula coexistit toti tempori sequenti, post primum instans temporis, beatitudinis, & damnationis. Secundum dictum. Prima morula coexistebat ultimo instanti, uel parti temporis nostri. Tertium dictum. Secunda morula, uel media coexistit etiam instanti, uel parti temporis nostri. Declaratur, nam si aliquando datur ultimum esse præcedentis, non dabitur primum esse sequentis; alias duo instantia essent immediata: & ita si una morula sit in instanti præcisè, oportet, quòd sequens, & præcedens sint coexistentes tempori, ne dentur instantia immediata. *Resp. Scot. per dicta. Primum dictum. 2. dictum. 3. dictum.*

Datur tamen unum aliud dictum, tangens difficultatem incidentalem, quia quibusdam uidetur, ut Diuo Thomæ, Prima parte summæ. quæstione sexagesimatertia, articulo quinto, quòd necesse fuit, Angelum primo peccasse in instanti temporis nostri, uel in aliquo coexistente instanti temporis nostri, & non in tempore, neque in aliquo coexistente tempori nostro. Probat sic, quia priuatiuè opposita sunt immediata circa susceptibile; sed esse in peccato, & esse in gratia sunt priuatiuè opposita; ergo sunt immediata circa Angelum, qui est susceptibilis utriusque: sed gratia perditur tota simul: ergo in instanti inest peccatum. Et ideo dicunt ipsi Angelum peccasse in principio secundæ morulæ, scilicet in instanti, & tunc est damnatus.

Sed ad hoc argumentum Respondet Scotus in 3. dist. tertii, *Solu. rinis.*

quæstione prima. Vbi ostendit, quod uirgo Maria potuit esse in originali tantum per instans. Et supponitur pro solutione, primo, quod iustificatio potest fieri in tempore sic, quòd anima sit peccatrix in instanti. Et in toto tempora sequenti sit in gratia. Secundo supponitur, quòd in motu sit successio, & est, esse in tempora. Hic non erit successio, sed erit esse in tempore. Ex his ad argumentum dico, quòd sicut quis potest in instanti esse in peccato, & in toto tempore sequenti in gratia, ita potest in instanti esse in gratia, & in toto tempora sequenti in peccato.

Quartum dictum Scoti est, quòd quibusdam aliis uidetur, quòd necessario peccauit Angelus in tempore, & est opinio Henrici tenentis, quòd nulla uirtus creata agit in instanti: & per consequens necessario agit in tempore; & ultra, ergo Angelus non potuit peccare, saltem peccato commissionis, nisi in tempore. Maxima eorum probatur, quia maior uirtus potest agere in minori mesura; ergo Deus potest in minori, quàm creatura, quod non esset, si creatura ageret in instanti.

Opi. Hen. & eius ratio.

Respondet Scotus, sicut dictum est. d. 2. q penul. huius, quod Angelus potest mereri in instanti, & quod illa propositio: Maior uirtus &c. intelligitur de mensura diuisibili, & non de indiuisibili.

Solutio rationis Hen.

Quintum dictum Scoti est, quod potest utroque modo exponi, scilicet, quod Angelus peccauit in instanti, uel in tempora.

5. dictum Sc.

Secundo principaliter quærit Scotus qualis erat. Secúda mora, An instantanea, uel temporalis. Nam secunda mora potest considerari dupliciter. Vno modo in se, & absolutè, & sic non quæritur hic. Alio modo per coexistentiam ad tempus, uel instans: & sic quærimus, cui coexistebat. Et respondet Scotus probabiliter, quòd coexistebat tempori. Probatur tum primo, quia Angeli mali peccauerunt pluribus peccatis, ut patet sexta, & secunda distinctionibus, ergo in mora diuisibili. Consequentia probatur, quia non potuit Angelus in eadem mora habere plures actus deliberatos, æquè bene, sicut alter. Tum secundo, quia in illa mora factum est prælium cum dracone, &c. ergo illa mora fuit diuisibilis. consequentia probatur, supponendo, quòd triplex est bellum, quoddam est merè corporale, & mannale, ut bellum inter homines. Aliud est partim corporale, & partim spirituale: ut bellum carnis contra spiritum; & à contra. iuxta illud ad Rom. septimo. Video aliam legem in membris meis. Aliud est bellum totaliter spirituale, & mentale, ut bellum angelorum bonorum contra malos. Nam mali primo superbierunt contra Deum, sicut Iudas contra Christum, quando dixit: Ad quid perditio hæc? etenim Angelus malus tentauit alios, & alia pars sequuta est eum, quæ omnia non est uerisimile fuisse facta in mora indiuisibili. Secundo probatur consequentia efficacius, quia primorum peccatum præcessit tentationem, & peccatum aliorum. Argumenta ante oppositum satis patent ex dictis in litera Scoti.

QVAESTIO SECVNDA.

QVÆRITVR secúdo utrú Angeli boni, &c.] In ista quæst. Ista quæstio communiter non legitur, quia est de corpore Parisiani, & non de Angelicano; tamen legemus eam, quia utilior est cæteris. Termini sunt clari. Sed notandum est, quòd ista quæstio potest intelligi dupliciter. Vno modo de beatitudine naturali, & habituali, quæ est per spiritum repræsentantem essentiam diuinam, per quam poterant cognoscere, & consequenter frui, siue amare essentiam diuinam. Et isto modo non intelligitur quæstio. Alio modo de beatitudine supernaturali. Et hoc dicitur dupliciter. Vno modo dispositiuè, Alio modo formaliter, secundum Ioannem de Bassolis; Dispositiue dico, quia in primo instanti creationis fuerunt ipsis aliqua dona gratis data, quibus essent magis dispositi ad beatitudinem actualem, & formalem; quæ dona non dabantur malis, & sic non intelligitur. Alio modo potest intelligi formaliter, & actualiter. Verum in illo instanti uiderunt diuinam essentiam, clarè fruendo ea; & hoc modo est quæstio nostra.

Titulus quæstionis pōt dupliciter intelligi.

Nota etiam, quòd Angelos malos fuisse miseros in primo instanti, potest intelligi dupliciter. Vno modo miseria culpæ. Alio modo miseria pœnæ, & utroque modo disputatur. Argumenta pro parte uera sunt clara.

¶Respondeo &c.] In ista quæstione Scotus primo disputat de possibili. Secundo quid de facto factum fuerit. Tertio reuertitur ad moras dictas, & in hoc declaratur, quòd ista quæstio non est de hoc opere, quia repetit iam dicta. Quantum ad primum est una conclusio certa multis, Angeli boni potuerunt esse beati in primo instanti suæ creationis: Pro cuius declaratione supponuntur duo. Primum, quòd solus Deus potest beatificare. Secundum, quòd omnis creatura rationalis est capax beatitudinis. His suppositis satis, clarâ deductione. Secunda conclusio supponit, quod duplex est miseria, scilicet culpæ, & pœnæ, & capitur loquutio transitiua pro intransitiua. Vnde pœna est aliquid inflictum pro peccato, uel pro peccatis secundum exigentiam criminis. sed miseria culpæ est ipsum peccatum, hoc supposito.

Ordo dicendorum.

Secunda conclusio est: Angeli mali potuerunt esse miseri, miseria culpæ, & pœnæ in primo instanti, probatio satis patet in litera.

2. conclusio.

Tertia conclusio est Sancti Thomæ, de miseria culpæ. Prima parte summæ. q. 63. articulo secundo. Angeli mali non potuerunt esse miseri miseria culpæ in primo instanti suæ creationis. Istam conclusionem probat D. Thomas multis rationibus, quas soluit Scotus per ordinem. Prima ratio est, quia sequeretur, quòd Deus esset auctor peccati. consequentiam probat, quia omnis operatio, quæ simul incipit cum re, est ab auctore rei.

3. conclusio S. Tho.

Prima ratio D. Tho.

Respondet Scotus, negando consequentiam, & probationē eius; & ratio est, quia secundum Augustinum si sequeretur, hoc est ab initio malum, ergo Deus est causa mali. Hæc opinio confirmasset opinionem Manichæorum, qui concedebant antecedens, & negabant consequentiam. Et ideo Augustinus non habet pro inconuenienti, aliquid posse fieri ab initio malum; & consequens est inconueniens apud omnes: ergo &c. Tum secundo, quia defectus causæ secundæ non retorquetur in primam. Tum tertio, quia creatura non minus dependet a Deo in instantibus sequentibus, quàm in instantis creationis: ergo si omnis operatio primi instantis esset retorquenda in Deum, etiam operatio omnium aliorum instantium, quod est inconueniens maximum.

Resp. Scot. ad rationē.

Secunda ratio principalis est aliquo modo intricata propter multiplicationem huius uerbi uelle, uel nelle; & arguitur sic. Primus actus uoluntatis, uel est ab alio, & sic est propositum, uel a se; & sic, uel a se uolenta, & hoc non; quia omne uelle, præsupponit uelle. ea quadragesima nona distio. quarti; si fuit uella, uel habuerunt illud uella per aliud uella, aut per idem uelle, non secundum, ergo primum. Et tunc de illo est processus in infinitum.

2. rō ad conclusioné D. Tho.

Ad hoc argumentum Respondet Scotus, sicut in ultima q. Quolib. quomodo uoluntas est causa uolitionis, sed de hoc inferius. Et pro nunc supponitur, quod sic. Et dico ad argumentum per aliqua dicta. Primum dictum. Omnes uolitiones eiusdem obiecti, sunt eiusdē rationis, scilicet prima, & secunda, & quæcunque alia. Secundo supponitur, quod si primum ualle non esset in Angelo a se, esset processus in infinitum. Nam semper quæreretur de illo uelle Angeli, uel esset a se, ual ab alio. Si hoc dictum intelligatur sic, primum uelle esse a se, idest non per aliud uelle, bene probatur: Si uero intelligatur esse a se, idest non ab alio agente, sine actione uoluntatis, nihil concludit.

Resp. Sc. ad secundā per aliqua dicta. Primum dictum.

Nam clarum est, quòd Deus ex solo potest producere uolitionem in uoluntate. Et ad Anselmum dico, quod supponit quoddam imaginatiuum, quod nunquam fuit, quod daretur essentia Angeli sine uoluntate; nam ille non potuisset habere primum uelle, nisi haberet uoluntatem præcedentem; patet, quia si quæratur, An habuit primum actum, uolens aut nolens: dico, quòd uolens habitualiter, idest habens uoluntatem, & obiectum præsens, quæ sufficiunt ad actum uolendi causandum: sed non habuit talem actum uolens actualiter, idest procedentem ex uolitione actuali, quia iam non esset primus actus, & esset processus in infinitum, si quemlibet actum secundum haberet uolens actualiter, non tamen si ipsum haberet uolens habitualiter. Et ad hoc patet intentio Scoti, & Anselmi, quomodo primú actú non potest habere uolens, neque nolens ex se: neque nolés, uel nolens, ex alio. i. neque ex uolitione actuali, quam potest habere ex se, neque ex uolitione actuali, quam habet ex alio.

Tertiò principaliter arguitur ad eandem conclusionem de mente Sancti Thomæ, sic: Voluntas Angeli in primo instanti suæ creationis peccabat: ergo non peccabat. est mirabilis consequentia, probatur tamen, quia benè sequitur, in primo instanti peccabat, ergo non poterat non peccare: & ultra, ergo necessario peccabat, & ultra, ergo non peccabat; quia nullum est peccatum nisi uoluntarium, & liberè factum, quia fecerunt pigrum Deus non damnaret, si ea, quæ nullo modo fieri poterant imperaret. Et tota ratio fundatur in ista propositione: potentia contradictionis necessario est potentia ante actum.

3. rō de mente S. Th. ad suam conclusionem.

Et

Et respondet Scotus distinguendo, de anterioritate, aut dicit prioritatem originis, uel naturæ, & sic concedit. Aut temporis, & sic negat fundamentum illius rationis, & dat duas instantias. Prima est de potentia prædestinandi, quæ fuit potentia contradictionis, & tamen non præcessit duratione actum prædestinandi. Secunda instantia est, quòd Sortem sedere, & Sortem sessurum esse non differunt per hoc, quod est esse potentium ante actum, uel simul eum actu: quia una est magis determinata, quam alia, propter latitudinem futuri, & præsentis breuitatem, sed utraque est æque indifferens, & in potestate contradictionis, ad esse uerum, & non esse uerum. Tertia instantia potest addi, quia uoluntas quando uult, contingenter uult, alias nunquam ista esset uera, uoluntas contingenter uult, & tamen, tunc non habet potentiam ante actum: ergo ad contingentiam effectus, sufficit prioritas originis, uel naturæ.

4. rā D. Th. ad idem. Solutio Sc. Quarta ratio Beati Thomæ, & principalis est. Angelus non potuit deliberare in primo instanti, igitur neque peccare.

Respondet Scotus per unam distinctionem. Quod duplex est deliberatio: Quædam est respiciens plures intellectiones: Alia unam. Exemplum primi, ut si bonus filius deliberet intrare religionem, & habeat multos suadentes oppositum, oportet talem multa conspicere, & cognoscere, ad deliberandum rectè, & deliberatum adimplere. Exemplum secundi, ut si scirem, Papam efficaciter me uelle facere Cardinalem, non oporteret multa cognoscere ad deliberandum, sed statim, dicerem properemus, & fiat potius hodie, quàm cras. Et per hoc ad *Ad argum. responsio.* argumentum. Quando dicitur, quòd non potuit deliberare: Nego, & ad probationem, quòd non potuit plura simul cognoscere distinctè: concedo actibus perfectis, ergo nec deliberare, nego consequentiam, quia est aliqua deliberatio, quæ non requirit multa cognoscere. potuit enim Deus per spiritum cognoscendo deliberare, ne offenderet illum. Et sic istæ quatuor rationes S. Thomæ non concludunt.

¶ Rationes etiam prætactæ &c.] Consequenter Scotus reducit eas contra Sanctum Thomam satis clarè. Et ad instantiam contra tertiam rationem, de Christo, qui potuit mereri, & non peccare; quòd non est simile de merito, & peccato. Quare non sequitur: si Angelus potuerit in primo instanti mereri, quòd potuit peccare.

Resp. Scot. Respondet Scotus distinguendo in 18. distinct. tertij. Ideo male allegatur in textu, & dicit, quòd anima Christi ab instanti suæ creationis, erat coniuncta ultimo fini, secundum affectionem iustitiæ, quantum ad utramque portionem: Ex quo sequitur, quòd ab illo instanti fuit impeccabilis, in potentia propinqua, quia ad impeccabilitatem, sufficit illa coniunctio apti fini ultimo. Dicit secundo ibidem, quòd quo ad secundam affectionem, scilicet cómodi, non fuit anima Christi perfectè coniuncta, ut patet per illud: tristis est anima mea & c. & per illud fleuit super ciuitatem Hyerusalem, & multa alia incommoda passus est. ergo secundum illam non perfectè coniungebatur fini. Et ex istis sequitur, quòd Christus ab instanti suæ conceptionis potuit nobis mereri, gratiam, & gloriam, & apertionem Ianuæ cœlestis, & de facto meruit, propter non perfectam coniunctionem portionis inferioris, uel affectionis commodi: ad finem ultimum, scilicet Deum. Modo ad propositum, istud non est simile; Nam Angelus habuit coniunctionem cú fine ultimo, secundum unam affectionem: quin etiam haberet secundum aliam, & sic illud non ualet.

5. rā D. Th. Arguitur etiam quinto. Consequenter continuando rationes, ad illam quartam rationem, quòd Angelus non potuit peccare in primo instanti, quam etiam tenet Henricus cum Sancto Thoma, ut dicit de Bassolis, est noua ratio Henrici, & illam conclusionem arguitur sic. Actus Angeli in primo instanti fuit rectissimus; igitur in illo primo instanti non potuit esse actus malus. Antecedens probatur, quia, si non fuisset rectus, uel fuisset e uoluntate, ut natura, & sic uoluntas, ut naturæ, fuisset mala, quod est falsum. Vel fuisset eius, ut uoluntas; & hoc non; quia facit Deus hominem rectum &c. consequentiam tamen ipsi relinquunt notam. probo, quia primus actus necessario eliciebatur conformiter ad inclinationem naturalem, & per consequens necessario rectus.

Solutio ex duplici cor. Ad solutionem huius argumenti faciunt ea, quæ dicit Scotus in quarto distin. quadragesimanona, quæst. decima. Quomodo uolontas conformatur appetitui naturali. Et ideo Scotus dat duas solutiones. *Prima solutio.* Prima solutio est, negando consequentiam; quia alias sequeretur, quòd in nullo instanti sequenti, uoluntas potuisset peccare, cum in quolibet habuerit naturalem *2. solutio.* inclinationem, sicut in primo. Secunda solutio quatuor consequentia non ualet est, quia peccatum nihil adimit de bono, ut patet 37. d. huius, licet addat peccantem inhabilem ad bonum, & magis pronum ad malum.

6. rā ad eandem con clusionem. Sexta ratio est ista, quòd Angelus in primo instanti nó potuit habere notitiam practicam: ergo non potuit peccare. Ad hoc argumentum dico duo. Primo negando antecedens; Et secundo negando consequentiam. quia ad peccandum sufficiebat simplex connexio obiecti. Et ad confirmationem quando dicitur, quòd ad considerationem quidditatum, sequitur quædam naturalis complacentia potentiæ ad obiectum. ergo non potuit in primo instanti habere odium alicuius obiecti.

Duo supponit Sco. pro solutione sua sexta rationis primum amor duplex. Pro solutione huius supponit Scotus duo. Primum, quòd duplex est amor, Quidam amicitiæ, qui est alicuius propter se. Alius concupiscentiæ, qui est alicuius propter alterum. Secundo supponitur, quòd ea distinctionibus. 28. 29. & 30. tertij libri, quòd in ordine diligibilium, homo tenetur se magis diligere, quàm quodcunque aliud, etiam eharum. Et ideo in primo distinctione secunda dicitur, quòd quilibet magis diligit suum esse, quam esse alterius; cuius non est pars uel effectus. Ex his ad argumentum dico, quòd ipse Angelus erat sibi magis præsens, quia in se, siue per notitiam intuitiuam, quàm quodcunque aliud obiectum, quod erat præsens per notitiam abstractiuam, sicut quidditates; & sic potuit se diligere amore amicitiæ, & Deum amore concupiscentiæ, inordinatè, desiderando sibi beatitudinem, sine meritis alicuius; uel maiorem, quam Deus ordinauerit. Et sic amando constituere potuit diabolicam ciuitatem, iuxta dictum Beati Augustini decimoquarto de ciuitate Dei capitulo ultimo.

7. rā ad con clusionem. Septimo arguunt prænominati Doctores: Angelus in primo instanti non potuit esse debitor iustitiæ, ergo non potuit esse peccator in illo instanti. consequentia probatur, quia peccatum dicit priuationem gratiæ, uel iustitiæ debitæ inesse.

Solutio septima rationis. Ad hoc argumentum Respondet Scotus, supponendo, quòd duplex est iustitia: Quædam habitualis, ut gratia, & charitas infusa. Alia innata est. ut libertas uoluntatis, uel melius. Quædam est iustitia infusa. Alia moralis; & hæc est duplex. Quædam innata ut libertas. Alia acquisita, & hæc est duplex. Quædam actualis, & est conformitas actus ad rectam rationem. Alia est habitualis genita ex pluribus actibus. Et ex his ad formam. Distinguo antecedens, quando dicitur, quòd Angelus non potuit in primo instanti esse debitor iustitiæ, aut iustitiæ infusæ, quæ infuerit aut inesse potuerit; & sic nego: Nã si Deus statuisset in primo instanti suæ creationis infundere gratiam, nisi ponat obicem, fuisset quidem debitor iustitiæ infusæ, propter innatam: quia si non haberet innatam, non esset debitor infusæ, & habitualis, & actualis, quorum omnium ponendo obicem, fit debitor.

8. rā ad con clusionem. Octaua ratio illorum doctorum est ista. Illæ mutationes, quæ sunt simul, quarum terminus ad quem unius, est simul cum termino a quo alterius; sed creatio Angeli, & uolitio mala ipsius Angeli, sunt huiusmodi: igitur &c. Maior probatur per simile de generatione Sortis, & corruptione eiusdem. Minor probatur, quia creatio eius est a non esse Angeli, ad esse eius; & uolitio est ab esse eius, ad esse uolitionis.

Solutio ar 8. ratio. Ad hoc argumentum dicit Scotus, quòd duplices sunt mutationes: Quædam, quæ sese consequútur ordine durationis. Et de illis uera est maior. Aliæ sunt, quæ sese consequuntur ordine naturæ tantum. Et de istis falsa est maior. Exemplum primi, ut generatio patris mei, & mea: & etiam si mulier prægnans produceretur ab æterno, oporteret illam impregnari ab æterno, & per infinitum tempus conseruari, & sic præcederet natiuitatem filii productio matris. Exemplum secundi. Vt receptio luminis in luna, & diffusio radiorum in medio; productio solis, & illuminatio, siue splendor solis, sunt simul duratione, non tamen naturæ. Dicit ulterius Scotus, quòd peccare non est propriè mutari, sed pati, quia aliquando nihil acquiritur, neque deperditur, ut in peccato omissionis, sed in peccato commissionis aliquod acquiritur, & nihil deperditur: sed in primo peccato, post gratiam perditur gratia, & acquiritur actus, ut patet in quarto, distinctione decima sexta, quæstione secunda. Remissio culpæ, & infusio gratiæ, non sunt duæ mutationes reales, neque rationis; sed in proposito, dimissis omnibus illis; Dico, quòd tunc non esset mutatio, quia Angelus non se haberet in secundo instanti, aliter quàm prius, cum prius non fuerit. Dico ulterius extra textum, quòd ista ratio concludit Angelum etiam non potuisse mereri in primo instanti, quod est contra eos.

q. vlt. ad ean dispensem. Nona ratio enrum est. Agens naturale non potest agere in instanti: igitur uoluntas non potuit peccare in primo instanti. Antecedens probatur, Quia maior uirtus potest agere in minori mensura.

Resp. ad nonum. Distinguo, aut si utraque agat in mensura diuisibili, & sic concedo, aut aliter, & sic non oportet. Sed contra arguitur sic. Bene sequitur, uoluntas explicat actiuitatem suam cum maiori habitu; ergo producit intensiorem actum; ergo non est dabilis determinata intensio actus, neque habitus in instanti, in quo agit. consequentia probatur, quia si datur determinata intensio, sit intensio actus, A, & uolo, quòd non habuit actum ante illud instans. Tunc sic, A, generat B, habitum, in illo instanti in quo primo est; tantio tunc iste habitus est in uoluntate; & ultra sequitur, quòd uoluntas cum produceret intensiorem actum, quàm sit A, & sit ille actus C, & uoluntas cum C, producit intensiorem actum, quàm sit B, & sic in infinitum. solutionem quæra. patet igitur resolutio Scoti, quòd in primo instanti Angelus potuit peccare, sicut, & mereri.

Concl. Scot. ad primum articulum. *Quid ea sit circa quem.* *Prima concl.* *2. conclusio.* *3. conclusio.* SECVNDVS ARTICVLVS Consistit in tribus conclusionibus. Prima conclusio. Angeli mali non fuerunt beati in primo instanti suæ creationis, quia non fuerunt securi. Secunda conclusio. Angeli mali non fuerunt miseri miseria pœnæ, neque culpæ in primo instanti: patet multis authoritatibus. Tertia conclusio. Angeli boni non fuerunt beati in primo instanti, patet, quia fuerunt creati uniformiter. Vt patet per illud Augustini quarto super Genesim. Non prius discernabat Deus &c.

De numero morularum circa creationem. De tertio articulo. Quot fuerunt moræ. Repetit Scotus iam dicta, sed additur una ratio Sancti Thomæ, quæ laudatur in hoc, quòd Angeli acquirunt suas perfectiones naturales, ut scientias, & uirtutes sine discursu. Et per consequens multo magis supernaturales. & ideo ponit Scotus ante, duas morulas. Sed ad istam rationem.

Ad rònem Thom. resp. Scot. Respondet Scotus in fine quæstionis. Primo negando, quòd Angelus non discurrit; immo sequeretur inconueniens, si Angelus non discurreret. Vt bene deducit Gregorius de Arimino contra Sanctum Thom. Secundo Scotus negat consequentiam, dicendo, quòd impossibile est de lege ordinata, pares in uia, impares esse in termino. Sed unum est Notandum pro sequentibus, quòd ad faciendam secundam morulam rectè ponitur creatio in instanti. Secunda morula in tempore, in quo fuit bellum. Et tertia in instanti in qua omnes fuerunt in termino.

¶ AD primum principale &c.] Pro solutione argumentorum principalium est maximè præsupponendum, quòd duplex est perfectio supernaturalis. Quædam est in facto esse, & alia in fieri. Exemplum primi, ut donum linguarum, quia diu durat, & in consimili forma. Exemplum secundi. Vt gratia gratum faciens, quæ non diu durat in consimili forma, quia uel augmentatur, uel diminuitur, uel deperditur. Nam in uia Dei non progredi, est regredi, & data est gratia ad merendum, nulli uiatori de lege communi datur consummata. Et ideo quando dicitur, quòd habita perfectione supernaturali immediatè, habet effectum eius. distinguo, aut si sit perfectio in facto esse; & sic concedo. Aut in fieri, & sic nego. Sed pro authoritatibus dicentibus, dæmonem fuisse ab initio homicidam. Distinguendum est, aut ab initio creationis Angelicæ: & sic nego. Aut ab initio creationis humanæ, & sic concedo. Nam pro mouente inuidia exaltationis Adæ, factus est illius homicida. & sic patet de tota quæstione, & distinct. quid sit dicendum.

DISTINCT. SEXTAE.

QVAESTIO PRIMA.



QVAERITVR circa distin. 6. Vtrum Malus Angelus potuerit appetere æqualitatem Dei. Primus terminus est Angelus malus, & potest intelligi tripliciter. Vno modo de malitia naturæ, quo modo dicimus ceci tatem, & monstruositatem esse malam, & sic non capitur hic: quia in Angelis naturalia fuerunt integra. Alio modo potest intelligi de malitia moris, quando dicimus homines imprudentes, susurrones, & bilinguas, esse malos, & hoc modo facit ad propositum, sed nó sufficit. Tertio modo potest intelligi de malitia demeritoria, subtractiua gratiæ. Et de illa intelligitur quæstio. Secundus terminus est, potuit appetere, & capitur dupliciter. Vno modo, ut appetere æqualitatem per æquiparantiam, qualis est inter patrem, & filium in diuinis. Alio modo per assimilationem, sic, quòd uoluntas Angeli esset regula suorum actuum, & nulli subiceretur, sicut nec Deus subiicitur. Et utroque modo potest esse quæstio nostra. Sed magis de primo sensu. In ista quæstione primo ponitur opinio Sancti Thomæ. Secundo impugnatur. Tertio respondetur de facto, quid dicendum est, per Ioannem de Bassolis, &c. *De peccato malorũ Angelorũ quo se æquarent à Deo.*

Quantum ad primum. Conclusio Sancti Thomæ est, quòd malus Angelus non potuit appetere æqualitatem Dei. Probat Sanctus Thomas, primo hic. Aut iste appetitus erat per passionem, aut per ignorantiam, aut per electionem. Non primum, quia passio est rebellio carnis, spiritus autem carnem, & ossa non habet. neque secundum, quia habebat speciem assensus diuinæ, & omnium aliarum quidditatum: ergo non potuit pro tunc ignorara. Nec tertium, quia electio non est impossibilium; sed illa æqualitas Angeli ad Deum, est impossibilis: ergo non potuit appetere æqualitatem Dei. *Conclusio S. Thomæ. Probatur conclusio.*

Respondet Scotus dupliciter. Et utraque solutio est sufficiens. Primo dat unam distinctionem, quòd electio capitur dupliciter. Vno modo pro actu uoluntatis sequête cognitionem perfectam obiecti, circa quod est. Alio modo pro actu uoluntatis, sequente conclusionem syllogismi practici de aliquo agibili, ordinabile ad finem, qui est in potestate eligentis. Ex hac distinctione soluuntur multa argumenta. Alio modo potest formari eadem distinctio sic. Electio capitur dupliciter. Vt dicit uolitionem absolutam, consequentem simpliciter apprehensionem obiecti. Alio modo pro uolitione efficaci, consequenta conclusionem syllogismi practici, dictantis de omnibus mediis, & modis habendi talia media. sic communiter dicitur electio efficax. Exemplum primi de duobus infirmis, quorum uni medicus dicit se non consequuturum sanitatem, alteri uerò dicit se cósequunturum sanitatem, tunc primus eligit sanitatem, electione absoluta, simplici, & remissa: Sed secundus eligit eam, electione absoluta, & efficaci adhibendo diligentiam circa media requisita, cum uideat eam possibilem haberi. *Resp. Scot. ad arg. D. Tho. dupliciter electio capitur dupliciter.*

Ex his ad argumentum.] Do tertium membrum, quando probatur, quòd non; quia electio nó est impossibilium, distinguo, aut capiendo electionem primo modo, & sic nego. Aut secundo modo, & sic cócedo. Nec ista fuit in Angelo respectu æqualitatis habendæ.

Secundò arguitur principaliter. Quod præterfugit rationem entis, non est uolibile; sed Angelum esse æqualem Deo, præterfugit rationem entis: ergo non est uolibile. Maior patet; quia idem est obiectum adæquatum intellectus, & uoluntatis, ut patet in primo d. 3. *2. ar. D. Th.*

Respondet Scotus dando distinctiones. Prima distinctio: Duplex est cognitio. Quædam absoluta. Et quædam comparatiua. Secunda distinctio: Duplex est nolitio, scilicet absoluta; & comparatiua. Et per hoc ad argumentum distinguo maiorem, aut uolitiona simplici; & sic concedo, aut comparatiua, & sic nego. Nam sufficit, quòd extrema sint entia, & uolibilia absolutè; & totum aggregatum, scilicet Angelos esse æquales, sit uolitum nolitiona comparatiua. Vt declarat Scotus hic, & in primo, distinctione quadragesimaquinta. *Resp. Scot.*

Tertia

3. rő D. Th. ad idem. Tertia ratio est satis clara, & soluitur per hoc, quòd uoluntas potest componere, ubi intellectus nunquam composuit.

Quartò arguitur: benè sequitur, Angelus est æqualis Deo: ergo Angelus non est: sed Angelus non potuit uelle consequens, ut dicit Augustinus tertio de libero arbitrio: ergo non potuit uelle antecedens. consequentia est Anselmi dicentis, ꝙ Angelum esse æqualem Deo, est ipsum non esse. Nam ad impossibile sequitur, quodlibet.

Ad hoc argumentum respondet Scotus dupliciter primo distinguendo, ꝙ Angelus uoluerit non esse, aut formaliter, & sic negat; quia Angelus non habuit nolitionem, quæ referatur primo ad ipsum non esse. Aut concomitanter, & sic concedit; quia uoluit se esse æquale Deo, Adde, quod in bona consequētia sequitur, Angelum nó esse, neque requiritur, ad hoc, quod aliquid sit concomitanter uolitum, ipsum sequi necessario esse formaliter uolitum: sed sufficit, ꝙ sequatur, ut in pluribus: ut nolens legere, ut sem uolitione qua uult legere, uult concomitanter ipse proficere, licet hoc non necessario sequatur ad illud semper, sed, ut in pluribus.

Obijcitur. Soluitur ob iectio. Et si dicatur, Angelus uoluit antecedens formaliter: ergo uoluit formaliter consequens. Respondet Scotus, negando cō sequentiam, quia potuit non aduertere, circa bonitatem con sequentis; uel nolle, quia ad hoc, ꝙ ex nolitione formali antecedentis, ueniatur ad formalem uolitionem consequentis, requiritur uolitio consequentis. sicut ad hoc, ꝙ ex notitia formali antecedentis deueniatur ad notitiam formalem consequentis, requiritur notitia consequentiæ aduentitiæ circa bonitatem eius, sed non uidetur uerisimile, quòd intellectus perspicacissimus, non aduerterit circa consequentiam illam, & quòd uoluntas eius noluerit bonitatem illius consequentiæ.

2. solu. Sco. Ideo Scotus non dat aliam solutionem, dicendo, ꝙ illa regula, si antecedens est uolitum formaliter, & consequenti a uolita: consequens est formaliter uolitum, habet uerum per consequentiam, quæ tenet per locum intrinsecum, & non per illā, quæ tenet per locum extrinsecum, qualis est ista: quæ tenet propter impossibilitatem antecedentis, & non ex aliqua habitudine terminorum.

Sed notandum, ꝙ aliquam consequentiam tenere per locū extrinsecū, potest intelligi dupliciter. Vno modo quia tenet, ut in pluribus, & non semper: sicut ad esse Abbatem, sequitur esse Sacerdotem, & plenum laboribus ennexis. Alio modo dicitur tenere per locum extrinsecū, quia tenet ratione alicuius regulæ extraneæ, & non ex habitudine terminorum: licet con sequens necessario sequatur ex antecedente. Et neutra consequentia tenente per locum extrinsecum, ad uolitiones formales antecedentis, & consequentis, oportet sequi uolitionem formalem consequentis.

3. solutio. Potest addi Tertia solutio ex dictis Scoti in quarto, distinctione quinta, quæstione prima. Vbi ostendit, quòd nullus potest uelle saltem efficaciter non esse, neque absolutè: quia non potest facere ipsam. neque conditionaliter, quia nollet habere potestatem faciendi, non esse: sed benè potest uelle non esse per nustiuè, & absolutè, & conditionaliter, ideft non resistere su occideotibus propter Christum: uel, quod non resisterent uolentibus se occidere. possumus ex dictis D. Augustini colligere, quòd non esse, non est nolibile formaliter. Ideo illa regula debet exponi, si antecedētia & consequētia sint uolita formaliter, consequens est formaliter uolitum: uerum est si sit uolibile, & dico, ꝙ desperans, non uult formaliter non esse, sed tantum concomitanter.

Ad authori tatem Anselmi. Ad auctoritatē Anselmi dicentis, ꝙ Angelus, uel uoluntas peccans. non pōt non nolle malus malum, propter minus malum: ergo Angelus plus uult suum esse, quàm æqualitatē Dei. Respondet Scotus antecedens esse uerum de uoluntate ordinata, non autem de uoluntate inordinata. Vel potest dici, ꝙ non potest appetere non esse formaliter, sed benè cōcomitanter. Et sic contra sanctum Thomam tenet, ꝙ Angelus potuit uppetere æqualitatem Dei.

Sed an de facto appetierit æqualitatem Dei? Respondet de Bassolis, ꝙ est nobis ignotum. Tamen sunt duo modi dicendi, Vnus Anselmi dicentis, ꝙ de facto appetiuit lucifer æqualitatem Dei: Quod probat Anselmus, quia appetiuit nullo modo subiici Deo: igitur &c. consequentia est nota, quia Deus statuit hanc naturam subiici Deo: antecedens probatur, quia noluit super æqualitatem, & esse maiorem Deo. Alius modus dicendi est, ꝙ non appetiuit super æqualitatem, sed inæqualitatem, quia noluit subiici Deo.

Ad argum. princi. resp. Argumentum ante oppositum est clarum; sed in fine responsionis, ad quæstionem, dicit Scotus, quòd potuit Angelus tan to desiderio appetere sibi æqualitatem Dei, quanto si uidisset illud sibi esse possibile, & hoc uidetur esse contra D. Augustinum, quia secundum eum, quod non creditur esse alicui possibile, aut nemo uult, aut tenuiter uult.

QVAESTIO SECVNDA.

De primo peccato Angeli. QVAERITVR utrum Primum peccatū formaliter fuerit superbia. Ista quæstio supponit ea distinctione quarta, & quinta, quòd malus Angelus, pluribus peccatis peccauit, sed tamen inter illa omnia, quæ commisit, aliquod fuit simpliciter primum, quo nullum fuit prius. & de isto quærimus hic, supponendo illud, quod dicit distinctione tertia huius secundi, quęstione prima, ꝙ aliquem peccare, non est aliud, quàm ipsum non dare rectitudinem actui suo, quia tenetur ei dare pro loco, & tempore. Nam imaginatur Scotus duo: primum, duo esse in peccato, scilicet materiale, & est actus ipsius uoluntatis, uel alterius potentiæ: & formale, & est quædam carentia rectitudinis, quæ deberet, ei inesse. Quæritur ergo quis fuit ille actus, quo primo peccauit Angelus. Argumenta tam ante oppositum, quàm post oppositum soluuntur. & ideo accedamus ad solutionem quæstionis. In qua Scotus sic procedit. Primo directè ostendit, quæ fuit malitia, qua Angelus primo peccauit. Secundo ostendit ad quod genus malitiæ reducitur, & finaliter ad argumenta. *Ordo procedendi Sc. in solutione quæst.*

Quantum ad primum punctum. Supponuntur tres distinctiones, prima duplex est actus uoluntatis, unus positiuus, ut uelle, uel nolle. Alius negatiuus, & est suspendere actum positiuum. secūda distinctio: duplex est actus positiuus uoluntatis: Vnus prosequutiuus conuenientis obiecti, secundum rem, uel apparentiam. Alius est fugitiuus obiecti disconuenientis in re, uel in apparentia, ut est nolle. tertia distinctio. duplex est actus prosequutiuus, Quidam est actus amicitiæ, quo aliquid amatur propter se. Alius est actus concupiscentiæ, quo aliquid amatur prupter aliud. His suppositis inquirendus est primus actus. ponuntur nunc tria dicta. Primum dictum. Omne nolle supponit uelle. Secundum dictum: omnis actus concupiscētię præsupponit actum amicitiæ. Corollarium, hoc suppositum non solum uerum est in actibus ordinatis, sed etiam in deordinatis. Tertium dictum. primus actus deordinatus in malo Angelo fuit amor amicitiæ, respectu sui. huius dicti probationes sunt claræ, & solum unum præsupponitur ex triplici in materia de charitate: ꝙ in actibus fidei, & spei, potest esse excessus: sed nō in actibus charitatis: ut est dilectio Dei, licet bene in dilectione proximi. mihi tamē, uidetur, ꝙ in actu uirtutis Theologicæ, non potest esse excessus, tum primo, quia iam non esset actus uirtutis, & ideo non potest esse excessus in sensu composito, idest ipso mediante actu fidei: neque in sensu diuiso: nam signato actu fidei, qui est credere trinitatem, quantumcunque intendatur, nunquam erit uitiosus. Et aliqui exemplificant, ꝙ defectus in actu, est credere dualitatem: & excessus credere quaternitatem: isti nec sunt, nec possunt esse actus fidei, sed actus infidelitatis. Ideo loquitur uia integra. *Ponuntur tria dicta Primum dictum. 2. dictum 3. dictum quis fuerit actus deordinatus in Angelo, & est prima conclu. ad solutionem.*

Circa hoc potest tamen exponi, ꝙ est defectus in actu fidei credendo dualitatem, idest talis credens deficit ab actu fidei, credendo pauciora, quàm oportet, & est excessus in actu fidei, credendo quaternitatem, quia talis credens, ammittit, actum fidei, credendo plura, quàm oportet.

Viso igitur de primo actu inordinato amicitiæ, restat nunc uidere de actu concupiscentiæ. & ponitur talis conclusio. Primus actus concupiscentiæ deordinatus in Angelo fuit concupiscentia beatitudinis: probatur ista conclusio quatuor rationibus, prima ratio supponit hanc distinctionem inferius declarandam. Duplex est affectio. Quædam est affectio commodi, quæ est naturalis inclinatio uoluntatis: & quædam affectio iustitiæ, quæ est libertas uoluntatis: Tunc sic arguitur: omnis actus uoluntatis est secundum affectionem commodi, uel iustitiæ, sed primus actus concupiscentiæ deordinatus in Angelo, non fuit secundum affectionem iustitiæ: ergo fuit secundum affectionem commodi. Maior est Anselmi. Minor probatur, quia non fuisset deordinatus. præterea beatitudo est maximum commodum. igitur &c. *2. conclusio. Prima ratio Scoti.*

Secunda ratio supponit, ꝙ triplex est bonum, scilicet honestum, utile, & delectabile. Honestum est, quod secundum se est eligibile, seclusa quacunque delectatione, & utilitate: ut uirtutes scientia, & bona Dei, sed bonum utile est, quod est alicui, *2. ratio.*

&

& ad aliquid utile:& dicit duas relationes,unam ad illum, cui est utile,& aliam ad illud ad,quod est utile, ut sunt diuitiæ.Sed bonum delectabile est illud, ad quod extra cognitionem, & amorem sequitur delectatio, quæ est passio in potentia appetitiua. Scda distinctio triplex est amor, uidelicet amor honesti, utilis,& delectabilis. Tertia distinctio: sicut duplex est amor, amicitiæ,& concupiscentiæ, ita dupliciter est odium, scilicet inimicitiæ quo aliquid oditur propter se,& aliud odium concupiscentiæ,quo aliquid oditur propter aliud, & sicut odium inimicitiæ præsupponit amorem amicitiæ; ita odium concupiscantiæ præsupponit amorem concupiscentiæ; & ita patet ratio satis clara,his suppositis.

3. rō beatitudo dupliciter. Tertia ratio supponit, ꝙ beatitudo capitur dupliciter. Vno modo formaliter,& quidditatiuè: & sic dicit uisionem clarã, & fruitionem confirmatam. Alio modo capitur integraliter, ut includit beatitudinem formalem,& omnia concomitantia, scilicet perpetuitatem, securitatem, & delectationem,& hoc modo accipit nunc Scotus beatitudinem in minori suæ rationis;& ratio sua est ista : omne conuenientissimum intellectui, primo appetitur a uoluntate:sed beatitudo est huiusmodi:igitur primo appetatur a uoluntate: sed ista ratio non est efficax, quia aliquid esse conuenientissimum potentiæ cognitiuæ,stat dupliciter. Vno modo formaliter, Alio modo obiectiuè.Si in maiori sit sermo de conuenientissimo formaliter, falsa est,nec probationes de pulcherrimo uisibili probant eam in hoc sensu sed si accipiatur pro conuenientissimo obiectiue,uera est,sed minor est falsa.Nam beatitudo formalis,uel integralis,non est conuenientissima potentiæ cognitiuæ; sed est solus Deus.Et ita ista ratio non est efficax . Item quia potentia uisiua non prius appetit delectationem in pulchro uisibili, quàm ipsum pulcherrimum uisibile:sed potest dici,ꝙ ratio Scoti intelligitur sic arguendo diuisiuè;uel Angelus per primam concupiscentiam deordinatam appetebat obiectum excellentissimum,uel delectationem illius : si primum, ergo propter aliud concupiscebat,& non nisi propter delectationem,& secundario propter amorem sui;ergo primus actus concupiscentiæ deordinatus in Angelo fuit concupiscentia beatitudinis obiectiuæ,uel formalis,uel integralis,& sic ista ratio concludit,quod per primum actum concupiuit obiectum excellentissimum,& per consequens ipsum Deum.

4. rō ad idē. Quarta ratio:Illud primo concupiscit uoluntas;non regulata affectione iustitiæ, quod sine quocunque alio est delectabile,& sine quo aliud nō est delectabile:sed beatitudo est huiusmodi igitur, &c. Maior declaratur secundum illud consilium iudæorum,quando iniuriabantur uultum Stephani sic,ꝙ uia potarant ipsum aspicere mali;si tamen uenisset uis monstruosus, & difformis prædicator oppositæ doctrinæ , eius aspectu delectati fuissent; quemadmodum Iudæi inuidentes Christo , eius intuitu tristabantur, & obtuto Sathenæ c[...] fuissent, sed contendissent aduersus Christum [...] omnia propter uoluntatem non regularum iustitia,& commodum sequẽtem:ergo delectabile est causa prosequutionis, respectu uoluntatis sequentis commodum. Et in ista ratione uidetur Scotus dicere primum inordinatè concupitum esse delectationem,& in tertia obiectum excellentissimum,ideo oportet intelligere delectationem esse primum concupitum in intentione:& Deũ in execotione.

Obijcit contra rationes Sco. Sed contra.finis est primo concupitus,quàm medium:sed ipse Angelus concupiuit Deum propter delectationem : ergo in executione,prius desiderabatur delectatio, & beatitudo integralis,quàm Deus , quod est contra tertiam rationem. Scotus dicit,ꝙ potentia , primo appetit obiectum conuenientissimũ, alioquin sequeretur, quòd uisus primo appetat delectationẽ in uisibili pulcherrimo , quàm ipsum uisibile , quod est falsum.

Contra conclusionẽ arguit Sco.tribus rōnib. Prima rō. Sed contra istam conclusionem,in qua diximus, quòd concupitum beatitudinis , fuit prima concupiscentia deordinata in Angelo. Arguit Scotus tribus rationibus.Prima ratio. Omnis actus conformis appetitui naturali recto est rectus : sed illa concupiscentia fuit huiusmodi : ergo fuit recta. Minor probatur,tum primo,quia appetitus beatitudinis omnibus inest,secundum D.Augustinum decimotertio de Trinitate cap. 5.ergo est naturalis.Tum secundo quia omne,quod est a solo Deo est rectum:sed appetitus est a solo Deo : ergo est rectus. Maior probatur. Tum quia uiderat Deus cuncta, quæ fecit &c.Tum secundo quia non inclinat , nisi prout Deus dat illi inclinare.

Solutio primæ rōn: S. ¶ Ad uidendam solutionem.&c.]Respondet Scotus ad maiorem.Deinde ad formam. pro materia argumenti supponunt duæ distinctiones.Prima est:duplex est affectio.Quædam est affectio commodi. Alia est affectio iustitiæ.& prima est triplex, Quædam est innata, & ista est inclinatio naturalis. Alia est acquisita,ut habitus uirtutum. Alia est infusa, uel positiue,uel negatiue,ut obliuatio,siua obduratio uiç,& similiter obstinatio in termino.

Similiter triplex est affectio iustitiæ . Quædam est innata, & ista est libertas uoluntatis , in cuius potestate est iustè agere. Alia est acquisita,quç inclinat ad iustè agere:ut uirtutes morales,& uniuersaliter omnes acquisitæ ex pluribus actibus. Alia est infusa , ut gratia,fides,spes, & charitas , & confirmatio in bono.

Secunda distinctio:uoluntas potest immoderatè concupiscere beatitudinem tripliciter.Vno modo quantum ad intantionem.Alio modo quantum ad accellerationem . Tertio modo quantum ad causam si quantum ad intensionem potest intelligi dupliciter . Vno modo quantum ad intentionem actus concupiscendi,ita,ꝙ sensus sit, quòd appetendo eam actu remissiori eiusdem rationis,ut pøta actu A,moderate appeteret:sed appetẽdo intẽsiori actu, quam A, immoderatè appetit, & hoc. falsum est : quia tunc, si aliquis actus est uirtuosus,quantumcunque intendatur in eadem specie,semper erit uirtuosus : & secus est de passionibus, ut de timore , & audacia, q̃ in aliquo excessu superant , aut perturbant rationem.

Ideo in excessu sunt uitiosæ, & remissæ uirtuosç,intelligimus ergo quantum ad intentionem obiecti, sic, ꝙ intensiorem beatitudinem sibi appetat, quàm cæteris: & perfectiorem,quã cæteris, & perfectiorem, quam ipsi Deo.& isto modo potest esse excessus q̃tum ad intẽtionem : & sic intelligit Scotus, & nō primo modo, ut patet in expositione sua,per hoc ad argumenta.Respondetur per aliqua dicta.primum dictum appetitus naturalis,non est immoderatus,sed semper est actus quo ad actũ primum,quia sic est ipsa natura uoluntatis , & hoc dictum patet per probationes maioris . Secundum dictum. Appetitus naturalis , quo ad actum secundum non semper est rectus . Et quando arguitur sic.Omne consonum recto,est rectum:distinguo,Aut non est dissonum rectitudini superiori,puta rectitudini uoluntatis diuinæ præceptiuæ:& sic concedo. Aut est dissonum:& sic nego:& quia secundum D. Augustinum si quid inbet potestas,quod non debes facere,hinc linque potestatem,timendo maiorem potestatem. *Resp. ad arg. per dicta. Primum di[...] 2. dictum.*

Sed contra : inclinatio naturalis est conformis Deo: ergo agendo conformiter ad inclinationem naturalem, agitur conformiter ad uoluntatem uolentem naturaliter inclinare,& inclinantem.Item hæc natura est a Deo, & hæc natura est inclinatio ad peccandum:ergo inclinatio ad peccandum est a Deo. Item peccans agit conformiter ad uoluntatem diuinam inclinantem:ergo non peccat. antecedens patet,quia uoluntas diuina continuè dat esse uoluntati creatæ, & per consequens continuè inclinat illam. *Obijcit contra solutionem.*

Respondetur, ꝙ propter exercitium uirtutum, uoluit Deus facere duas regulas.Vnam inferiorem. & aliam superiorem.& quòd superior moderaret inferiorem, & omnes illæ rationes probant peccatum esse conforme uoluntati diuinæ beneplaciti,& præmissiuè,sed non uolũtati diuinæ præceptiuæ.Sed posset hic torrare difficultas illa de nouo celitus , uidelicet An Deus cougando contrarius resistat sibi ipsi. *Solutio obiecti.*

Secundo arguitur.Contra eandem conclusionem sic.Intellectus non potest errare circa principia,ergo neque uoluntas circa finem.Respondetur,negando consequentiam, quia,licet sit similitudo quãtum ad hoc , quod est tendere in obiectum propter se ; non tamen quantum ad hoc, quod est tendere in obiectum necessariò.Cuius ratio est,quia intellectus assentit necessitate principijs,& uoluntas amat finẽ liberè, est tamen similis in hoc , ꝙ sicut uoluntas non deficit amando finem propter se,ita nec intellectus assentiendo principijs propter se in dinersis terminis:sed sicut uoluntas potest deficere , amando filium propter alium , ita intellectus assentiendo principio propter alium,puta propter rationem sophisticam. *2. rō Sco.contra conclusionem sol. Solutio 2. ratio.*

Tertiò arguitur sic. Boni appetebant beatitudinem, & non peccabant:ergo neque mali : antecedens patet per prima parte,uoluntas commodi , non uelle nequit, dicit Anselmus.Respondetur negando consequentiam, & ratio est,quia mali appetebant eam secundum affectionem commodi:Boni uerò secundum affectionem iustitiæ.Modo licet uoluntas commodi, non uelle nequit,tamen benè potest non uelle secundum affectionem commodi.Et ideo licet uoluntas appetat commodũ, non tamen necessario secundum affectionem commodi : quia potest commodum appetere secundum affectionem iustitiç. *Prima ratio Sco. contra conclusionem.*

Sed

Sed hic est dubium. Vtrum odium Dei sit possibile? Respondetur, ꝙ Scotus, uidetur tenere utrunque esse probabile: & si teneatur, ꝙ est possibile, tunc dicendum est, ꝙ est maximum peccatorum: sed si teneatur, ꝙ non est possibile, dicit Scotus in reportatis Parisiensibus, ꝙ desperatio est maximum peccatorum; quia cõtra maximam uirtutem post charitatem, quia contra spem.

Arguit, ꝙ odium Dei sit possibile. Sed contra hoc arguitur, quia uoluntas est impossibilium, secundum Philosophum tertio Ethicorum. sed odium Dei est impossibile, ergo uoluntas potest esse respectu odii Dei.

Soluitur argumentum. Respondetur distinguendo, uel odii, ut obiecti, & sic concedo, quia potest quis odire: uel amare; uel ipsius odii, ut actus, & sic nego.

Arguitur ad idem. Secundò arguitur sic, per illud psalmi: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper: ergo odium Dei est possibile.

Soluitur. Respondetur, ꝙ peccator odit Deum non in se, sed secundum iustitiam suam, idest in effectu suo, quia odit pœnã. Ideo negatur consequentia: sed contra hoc possent adduci demonstrationes, in argumento de uirtutibus, in libro de fortitudine, quæ in ueritate difficiles sunt ad soluendum.

Secundus articulus. De secundo articulo. Consequenter restat uidere, quale peccatum fuit illud peccatum primi Angeli. Vtrum luxuria, uel superbia &c. & primo uidendum est de amore amicitiæ, quo dilexit se. Secundo de amore concupiscentiæ, quo uoluit sibi beatitudinem. Tertio de illo nolle inordinato, quo noluit Deum esse, uolendo beatitudinem suam.

Opin. D. Bonauenturæ, D. Tho. & fortè Scoti, de primo peccato Angeli. Quantum ad primum est opinio Bonauenturæ lib. secundo distinctione quinta, & Beati Thomæ prima parte summæ. q. 63. & fortè Scoti, ꝙ principium mali, & primum peccatum Angeli fuit superbia, secundum illud D. Augustini, decimoquarto de ciuitate Dei cap. 5. Nimium placentes sibi dicuntur superbi: sed mali Angeli nimium placuerunt sibi: ergo fuerunt superbi: & hæc est communis opinio.

Contra conclusionẽ cõmunẽ 2. argumenta. Primum argumentum. Sed contra illam resolutionem sunt duo argumenta. Primũ argumentum est istud. Ille primus actus Angeli non fuit immoderatus amor propriæ excellentiæ; ergo non fuit superbia. consequentia probatur, quia de quocũque negatur diffinitio, & etiam diffinitum antecedens probatur; quia primus actus inordinatus Angeli, fuit mala complacentia sui. Vnde dico, ꝙ propter istud argumentum, & duo sequentia, probabile est, ꝙ primum peccatum Angeli fuit superbia, quamuis Scotus soluat ea, & uideatur dicere, ꝙ fuit luxuria. propter quod est Notandum, ꝙ luxuria capitur dupliciter. Vno modo, ut capitur communiter, uidelicet pro inordinata delectatione carnis. Alio modo luxuria est omnis inordinata delectatio circa quodcunque obiectum, siue carnale, siue non: & isto modo peccatum primi Angeli fuit luxuria. ex quo dicto Doctoris, ut dicit Ioannes de Bassolis, aliqui male intelligentes imposuerunt sibi, ꝙ peccatum primi Angeli fuit luxuria, & non superbia. Cum tamen hoc sit falsum. Imo secundum Doctorem talis actus fuit superbia, & luxuria. Et ideo pro solutione primi argumenti, quod uidetur probare illum actum esse superbiam, supponit Scotus tres distinctiones. Quarum prima est, superbia capitur dupliciter. Vno modo pro immoderato appetitu propriæ excellentiæ. & isto modo præsumptio est prima species superbiæ. Alio modo capitur pro immoderato amore sui, & sic superbi sunt sibiipsi placentes: & isto modo præsumptio est secunda species superbiæ. Secunda distinctio: Præsumptio capitur dupliciter. Vno modo est uelle bonum suum, quamuis minus sit, præeminere bonis aliorum secundum quandam superioritatem. Vt ille etiam qui est in dignitate, quam non cognoscunt, nisi quærant dignitates, & honores non conuenientes sibi; quia tales dicuntur præsumptuosi. Alio modo est uelle bonum suum esse maximum in se, & præ cæteris bonis, non tamẽ curat uidere, aut gubernare cæteros. Tertia distinctio, quã Scotus intendit, est, ꝙ excellentia capitur dupliciter. Vno modo absolutè. Alio modo comparatiuè. Nam excellentia est illa, qua quis reputat bonum suum esse maximum; ut pauo eleuãs alas, & caudam, & iste dicitur immediatè superbus. sed excellentia comparatiua est habere dominium super alios, & deinde alios sibi subiici.

Ad formã argumenti. Quibus notatis dicitur ad formam: quando arguitur: Superbia est immoderatus amor propriæ excellentiæ super alios, distinguo, Aut capiendo primo modo, & sic concedo; aut secundo modo, & sic nego. Dico enim, ꝙ licet primus Angelus non fuerit superbus super alios, fuit tamen superbus in se; & hoc modo capit D. Augustinus. Et per hoc patet ad secundum argumentum.

Solutio secundi argu. Quando arguitur. Non fuit primus actus Angeli inordinatus, præsumptio. igitur distinguo, aut quo ad se, & sic nego; aut quo ad aliud, & sic concedo. Et ad confirmationem quando dicitur, amãdo immoderatè aliũ, nullus est superbus: ergo neque amando immoderatè seipsum. Nego consequentiam; uel melius distinguo antecedens, aut immoderatè amando alium, ut maximè delectabile, & ut ad causam delectationis; & sic concedo, aut immoderatè appetendo eis magis bonum, quàm eis conueniat deificando eos, & illis solum tribuendo gratias, & dona Dei, quæ eis non insunt, & quibus non sunt digni; & sic nego. etiam amor sui, si est sui in ratione delectabilis, est luxuria; & si est sui in ratione maximum boni, uel maioris, quàm sit, & sic est superbia. Et per hoc soluitur tertium argumentum, in quo probatur, ꝙ primum peccatum, non fuit appetendo excellentiam comparatiuam; quod uerum est, tamen fuit in appetendo excellentiam absolutam.

Ad quod genus peccati reducatur primum peccatum luciferi. Quantum ad secundum. Consequenter ponitur alius punctus huius articuli de uelle concupiscentiæ, quo sibi concupiuit beatitudinem, ad quod genus peccati reducatur. Et Respõdet Scotus per duo dicta. *Primum dictum.* Primum dictum. Ille actus cõcupiscentiæ, non fuit superbia formaliter, licet benè interpretatiuè. Et hoc modo quodlibet peccatum est superbia. prima pars probatur, quia superbia quomodocunque sumatur, est actus amicitiæ: ergo secunda pars est nota. *2. dictum.* Secundum dictum, licet actus quo Angelus immoderatè concupiuit beatitudinem sibi, maiorem, excellentiorem, & sine meritis, quam alii, fuit actus luxuriæ Secundo modo capiendo luxuriam: quamuis nõ primo modo. Prima pars patet, quia maximè delectabatur in illo appetitu. Secunda pars patet, quia non erat actus carnalis.

¶ET si obiiciatur, &c.] Consequenter ponitur tertius punctus, & fit una instantia contra secundum punctum, pro cuius solutione supponitur, ꝙ si peccata distinguuntur per habitus, sunt septem, & opposita septem uirtutibus, tribus Theologicis, & quatuor cardinalibus. Vt charitati opponitur inuidia, spei ira: fidei superbia; iustitiæ auaritia: prudentię luxuria: temperantiæ gula: fortitudini accidia. & tamen ista non est sufficiens diuisio, quia sub his septem non comprehenduntur desperatio, & infidelitas, per se, licet benè reductiuè, & ideo dicit Scotus, ꝙ illa diuisio debet aliter dari, alioquin non est sufficiens, de peccato omissionis, & commissionis.

Pro solutione ultimi argumẽti principalis Notandum. Sed pro solutione ultimi argumenti ante oppositum est Notandum, ꝙ Scotus finaliter concludit Angelum odisse Deum, quod tamẽ dicit esse impossibile 16. q. 3. 2. Quolib. sed pro passibus Scoti concordantis, ponitur talis distinctio Magistri Stephani Brulefer. Quando quæritur, An odium Dei sit possibile. Distinguo, aut occasione sumpta ex parte Dei, & sic dico, qđ non est possibile, quia in Deo non est aliqua ratio odibilitatũ. aut occasione sumpta ex malitia potentiæ, id est uoluntatis, & sic dico, ꝙ sic. Et per istam distinctionem concordantur passus Scoti.

Pro secundo argumento post oppositum supponitur, ꝙ potentia cõcupiscibilis est, quæ sequitur commoda, & proficua; sed irascibilis est, quæ expellit nociua. Tunc quando arguitur sic. superbia est in irascibili; sed primus actus inordinatus non fuit in irascibili; ergo non fuit superbia. Distinguo maiorem, aut superbia absoluta; & sic nego, aut comparatiua, & sic concedo. Modo, ꝙ primum peccatum fuit superbia absoluta, quæ est in concupiscibili.

4. post oppositum dedicitur. quartum argumentum non soluitur in litera, & formatur sic: si primum peccatum fuisset superbia, hoc maximè fuisset nolle subiici Deo; sed hoc non, igitur. minor probatur, quia Angeli non potuerunt appetere dominium disconueniens: sed subiici lucifero, & non Deo, erat eis disconueniens; igitur, &c. Respondetur dupliciter primo negando maiorem, sed fuit se diligendo tanquam summum bonum, uel nolendo aliis inordinatè præesse. Et ad probationem minoris, licet sit uera, tamẽ limitanda. Dico, ꝙ non potuerunt dominiũ disconueniens appetere, saltem potuit fieri per tentationem; iuxta illud Apoc. 14. Draco secum traxit maximam partẽ stellarum, & non potuerunt omnes resistere tentationibus suis, quemadmodum Matthæi. 26. cum Christus reprehendit discipulos molestos, propter aspersionem unguenti, quam fecit Sancta Maria Magdalena. Vbi dicit Nicolaus, ꝙ Iudas incitauit alios ad murmurandum. Et sic patet resolutio quæstionis, quo modo primum peccatum fuit superbia, & secundum fuit concupiscentia, & luxuria a quibus nos liberet, qui uiuit per secula seculorum, scilicet Deus.

DISTINCT.

SEPTIMAE

QVAESTIO VNICA.

De actu uolitionis mali Angeli, quo adma- litiam.



VAERSTVR Circa distinctiooem septimam. Vtrum malus Angelus uellet necessario malè. In ista distinctiooe de continuatiooe, & obstinatiooe malorom Angelorũ, Scotus coosormiter ad Magistrum monet hanc quæstionem.. in qua D. Gregorius, & Occham sunt contra Scotũ. Et quęstio supponit Vnum, scilicet, ꝙ cum libertata uoluotatis, stat necessitas.

Hoc patet. q. 16. Quolib. Et pro nunc dico, ꝙ libertas capitur dupliciter. Vno mõ pro libertate coactionis, siue a coactione. Alio mndo pro liberiate ad utrum libet, & hæc secunda est triplex, ut habetur. 39. distin. primi. Quædam est ad oppositos actus, scilicet ad uelle, & nolle, & ista ooo est in Deo, sed solum in creaturis intellectualibus. Alia est ad oppositos effectus, scilicet præmiare, & punire. Tertia est ad opposita obiecta. Vt ad pœnam, & gloriam. Et istæ duæ ultimę sunt in qualibet oatura intellectuali. Alia est libertas coactionis, quæ est aliquid, etiam liberum a coactione, siue a nõ cogi. Et isto modo uoluotas est per se, & primo libera; quia nullo modo potest cogi, sed aliæ potẽtiæ interiores, ut intellectus, & sensus, sunt liberæ per participationem, quia ooo coguntur, licet possint cogi. Alia est libertas seruitutis, & est non agere ex imperio uoluntatis, sed sponte, & propria uoluntate.

Necessitas triplex immutabilitatis, ineuitabilitatis, & naturalitatis.

Secundo sopponitur, ꝙ triplex est necessitas Quædam immutabilitatis. Alia in euitabilitatis, & tertia est oecessitas oaturalitatis. hæc distinctio patet ex Quolib. loco præallegato. Nam oecessitas immutabilitatis est illa, propter quam, oppositum nunquam succedit opposito; & hoc modo Deus immutabiliter uult Iudam damnari, sic, ꝙ licet oppositum uellet, ouoquam tamen ponetur inesse, oeque potest poni post istam uolitionem, quamuis possit poni iu esse absolutè. Sed necessitas ineuitabilitatis, dicit oppositum nunquam succedere opposito nec posse soccedera; & cum hoc oppositum est simpliciter impossibile, & oppositum simpliciter ineuitabile. Et hoc addit supra necessitatem immutabilitatis; quia necessitas ioeuitabilitatis, negat actũ, & potentiam simpliciter, quod necessitas ioeuitabilitatis ponit. & hoc secundo modo Daus noo uolt necessario Iudam damnari, quia tunc non posset non uelle, sed isto modo Deus necessario iotelligit, & habet actus suæ productionis ad intra, quia necessarium ioeuitabiliter est, cuius oppositum implicat contradictionem. Sed oecessarium immutabiliter est, cuius oppositum nunquam erit. & hoc modo Angelus malus, oecessario uult, ut postea dicemus.

Necessitas naturalitatis duplex.

Sed necessitas oaturalitatis, capitur dupliciter secundũ Philosopbum secundo posteriorum. ex eo, ꝙ duplex est agens, s. naturale, & liberum. Quædam est necessitas naturalitatis, quæ repugnat libertati, ut necessitas, qua ignis approximatus ligno, comburit ipsum: & ipsa dicitur necessitas coactioois. Alia est necessitas, quæ non repugnat libertati, & dicitur necessitas oaturalis iuclinationis, ut patet dist. 10. primi.

Titulus q̃ nis dupliciter capi potest.

Tertiò suppooitur, ꝙ ista propositio: Angelus malus necessario malè uult, capitur Voo modo, ut ly, oecessario determinat inhærentiam. Alio modo, ut determinat inhærens. Primo modo seosus est, ꝙ malus Angalus sic elicit malam uolitionẽ, ꝙ non potest non elicere. & iste sensus est falsus. Secundo modo sensus est. ꝙ illa uolitio mala elicitur per modum necessitatis, & non per modum libertatis, sic, ut ly, oecessario determinet prædicatum inhærens, significando to eo modum necessitatis, & sic est uera, ut patebit.

¶ HIC ponitur &c.] In ista quæstione Doctor noster primo declarat modos diccodi sancti Tho. & Heorici de Gandauo. Secundo impugoat ratiooes eorum. Tertio Respondet ad quæstiooem de mente sua. Quarto, & finaliter ad argumenta.

Opinio D. Tho. in sex dictis. Primum di-

Quantom ad primum est opinio D. Tbo. prima parte summæ. q. 64. articulo. 2. qui respondet ad quæstionem propositam per sex dicta. Primuoi dictũ: Appetitus proportionatur potentiæ cogoitiuæ, cui correspondet. probatur, quia omne mobile pioportionatur motori, sed appetitus mouetur a potentia cognitiua; igitur & c. istud dictum impugnatur hic, & dist. 25. præcipuè quantum ad hoc, quod uidetur dicere, uoluntatem moueri ab intellectu. Secundum dictum, Angalus comprælendit tam principia, quàm conclusiooes, immutabiliter, quia sioe discursu; & homo mobiliter, idest cum discursu apprælendit cõclusiones, licet sine discursu apprahendat principia. Tertium dictũ: Voluntas Angeli immobilitar adhæret obiecto post primam apprahensionem, hoc probatur, quia adhæsio proportionator apprahensiuæ, a qua mouetor ex primo dicto; & apprehendit immobiliter, ex secundo. Quartũ dictũ. Voluotas hominis, mobiliter adhæret obiecto post primam apprabensionem. Quintum dictum, uoluntas Angeli quamuis ante electionem sit libera, tamen post electionem est determioata. Sextum dictum. Voluntas homiois ante electionem, & post electionem est libera: quia mobiliter adhæret obiecto. Et sic patet ratio obstinationis, & continuationis actus mali in Angelo secundum D. Thomam.

2. dictum eiusdem. *3. dictum eiusdem.* *4. dictum eiusdem.* *5. dictum eiusdem.* *6. dictum eiusdem.*

Opin. Henr. per tertia dicta. Primum dictum. 2. dictum. 3. dictum.

Aliter respondet Henricus ad quæstionem per tria dicta. Primum dictum. Voluotas, quanto perfectior est, taoto perfectius se immergit obiecto uolibili. Secundum dictum. Voluotas separata a corpora, est omnino, & perfecte libera; quia ab omni impedimento est seclusa. Tertium dictum. Coroliarium ad prædicta, & responsiuum ad quæstionem. Angeli ex plenitudioe libertatis, & maxima perfectione uoluntatis, adeo per primum actum, se immerserunt obiecto, quod beoe uolentes, mãserunt confirmati, & male uolentes, obstioati. Istud Tertium dictum probat Henricus ratione, quæ faciliter formatur ex dictis præcedeotibus. probat etiam autem & exemplo.

Scot. arguit simul primo contra duas opiniones, deinde sigillatim contra utramque.

Contra cooclusionem, quam tenent, & cætera, de causa obstinationis in malo Angelo, data a D. Tho. & ab Henr. Sco. arguit contra eos simul: & deinde sigillatim contra uouuiquenque ipsorum. Contra eos simul, ꝙ uoluntas Angeli non sit causa suæ obstinationis, neque ex immobilitate auersionis: ut dicit D. Thomas; neque ex plenitudine libertatis, ut dicit Henricus. Arguit per locum ad auctoritate: bene sequitur. Voluntas Angeli post primum actum potest redire ad iustitiam; argo per illum actum, non est causa obstinationis. antecedens probo, quia uoluntas humana post primum actum potuit redire: ergo etiam Angelica. consequentia probatur per auctoritatem D. Augostini de fide ad Petrum &c.

Prima rõ Scot. contra opiniones.

2. rõ ad idẽ.

Secuodò principaliter ad idem Arguitor sic suppooendo ex dictis D. Augustini loco præallegato, ꝙ eadem est causa obstinationis in homine, & in Angelo. & similiter eadem causa cõfirmationis. Hoc supposito arguitur sic: homo per actum suũ, non est causa suæ obstinationis: igitur neque Angelus. consequentia patet ex suppositiona. Antecedens probatur, quia si homo per actum suum est causa suæ obstinatiouis, aut est per actum animæ coniunctæ, aut per actum animæ separatæ. Nec primum, quia anima coniuncta, neque habet immobilitatem immersionis, neque plenitudinem libertatis; secundum Henricum & Sanctum Thomam: ergo neque secundum. scilicet per actum animæ separatæ. Tum primo, quia prius naturaliter est obstinata, qoàm habeat actum, ut separata. Tum secũdo, quia separata oon potast demereri: ergo neque causam obstinationem suam. Tum tertio, quia separata posset conuerti ad Deũ, & noo iudicaretur secundum demerita, quæ fecit in uia, & in quibus decessit, quæ omnia sunt absurda.

3. rõ ad idẽ.

Tertia ratio principalis ad idam, & præcipoè ad illud, ꝙ Angeli contingenter, & liberè eliciebant in principio illos actus, quos oecessario cootinuat, & per quot effecti sunt obstinati. & arguitur sic: Nulla causa totalis est aliter causans, nisi in eo, ꝙ causa aliter se habeat: sed uolũtas Angeli est causa totalis suæ uolitionis: ergo non aliter causat illam uolitionem, nisi inquã tum causa aliter se habeat. Per uolitionem, qoam producit inquantum causa, ooo aliter se habet: ergo per talem uolitionem non efficitur ex contingenter, & libere causans, necessario causans.

Hic pro ista rationa supponitur ex 39. d. primi & 42. distin. primi. Et 5. distio. 2. q. 2. & 25. dist. huius secundi quomodo uoluntas, ut prior naturaliter suo actu, causat ipsum actũ: & ideo si alla esolum per instans, in illos posset elicere, & non elicere, & cootinganter eliceret.

Supponitur secundo, ꝙ in maiori propositione huius rationis dicebatur causa totalis, quia si esset causa partialis, una sine altera nihil faceret, & debet subintelligi, non impedita. Nã si impediatur, tunc non similiter babet, ut de igne trium puerorum. Et si noo impediatur, uniformiter se habeat: quare sequitur, quòd illa maior est uera, & similiter fuodatur super illud Philosophi secuodo da generatione: Idem inquantum idem natum est semper facere idem.

Pro

Pro cuius declaratione Notandũ, quòd diuersitas effectus, stante eadem causa, potest prouenire ex tribus. Vno modo ex parte passi: & ideo Sol hic producit ranam, & illic uermem. Secundo modo ex parte causæ coagentis, ut Sol mediante Sorte producit Platonem, & mediante poto Ciceronem. Tertio modo ex eo, quòd causa, ut uoluntas nunc odit Sortem, & postea diligit Sortem. Et pro confirmatione suppono, quod quædam est causa quæ est prima. & Quædam secunda & causa secunda producit sic, quod non potest agere sine prima. Secundo suppono, quòd actus uoluntatis est causa secũda in ordine ad uoluntatem, & non est causa principalior, quàm uoluntas, respectu alicuius effectus producendi. His suppositis arguitur sic. Voluntas ex natura sua agit liberè: ergo per nullum actum habet ꝙ necessario agat. consequentia probatur sic. Nulla causa secunda dat modum agendi causæ primæ: sed actus uoluntatis est causa secunda: ergo non dat necessario agere ipsi uoluntati.

Confirmatur rõ.

Pro argumento sequenti supponitur primo, quòd Angelus malus peccauit pluribus peccatis scilicet tribus. Primo Superbia. Secundo Luxuria. Tertio Inuidia. Secundo supponitur, quòd quandocunque Angelus peccauit, siue uno, siue alio peccato, tunc fuit uiator, alias non potuisset peccare. His suppositis arguitur sic. post primum peccatum Angelus peccauit: ergo per primum actum non fuit factus obstinatus. consequentia probatur, quia peccatum debet esse uoluntarium; & per consequens non debet esse a uoluntate obstinata elicitum.

4. rõ ad idẽ

Deinde specialiter arguit Scotus, & primo contra illud Primum dictum, quòd uoluntas necessario mouetur ab intellectu; & ideo necessario adhæret primo ostenso, quia est articulus Parisiensis, quòd stante motione intellectus, uoluntatem non posse in contrarium, error. Item arguit Scotus. Si uoluntas Angeli post primam electionem, immobiliter adhæret suo appetibili primariò præsentato: ergo adhæsit bono immobili post primam electionem, & per consequens nunquàm fuit mala. Sed consequens est falsum: ergo & antecedens. consequentia probatur, supponendo quòd pœna non præcessit culpam. & cum omnis error sit pœna, sequitur quòd omnis auersio, quæ præcessit primam electionem, fuit recta. Secundo illud dictum contradicit positioni eorum, quia bene sequitur, intellectus immobiliter adhæret obiecto ante primam uolitionem, & in ipsa prima uolitione: ergo uoluntas ante primã uolitionem, & in ipsa prima uolitione potast ualle, & est mobilis: consequens est contra eos; ergo & antecedens.

Scot. arguit in spẽli contra D. Th.

Ex eadem uia etiam arguitur supponendo duo. Primum ꝙ omnes Angeli fuerunt creati in gratia, aut saltem habuerunt eam ante terminum uiæ. Secundo supponitur quòd in illo instanti in quo inceperunt habere gratiam, meruerunt: probatur quia tunc non fuerunt ociosi, nec malè agentes, cum ista repugnant gratiæ: ergo tunc meruerunt; & ultra, tunc meruerunt omnes: ergo quilibet fuit confirmatus in bono, quod est falsum. consequentia probatur, quia per primum actum necessario determinabantur ad continuationem eiusdem.

Arguit ad idẽ contra D. Th.

Contra secundam uiam Henrici de Gandauo dicentis, ꝙ uoluntas explenda libertate sic se immergit obiecto uolibili, ꝙ resilire non potest. Arguitur primo, supponendo differentiam inter agens liberum, & naturale: quæ est duplex. Prima est ꝙ in potestate agentis liberi est agere & non agere; sed non est potestate agentis naturalis. Secunda differentia est, quòd in potestate agentis liberi est intensè, uel remissè agere, licèt non quantumcunque intensè, uel quantumcunque remissè, sed est dabilis minimus actus, quem uoluntas potest producere: & maximus, quẽ potest producere. Et ideo si præcipiatur Sorti, quòd diligat Deum, non determinando ei gradum in quo diligat, & omittat diligere, in illa ommissio erit determinatæ malitiæ, & erit priuatio determinatæ dilectionis puta meritoriæ, quam Sortes potuit habere, & cum qua Sortes satisfecisset, & ad quam Sortes tenebatur, & ad nullam maiorem tenebatur in uirtute illius præcepti. His suppositis. Arguitur sic. In potestate uoluntatis est agere, & modus agendi: ergo uoluntas quantumcunque perfecta non est causa, cum se immergit obiecto uolibili, ut non possit ab eo resilire. Sed omissa illa deductione, & disputatione longa solutoria dubij. In quo quærebatur utrum Angelus malus posset habere bonam uolitionẽ? Ad quod finaliter Respondet Scotus, ꝙ Angelus non põt de potentia Dei ordinata, habere bonam uolitionem, quia Deus non præordinauit dare sibi bonam uolitionem.

Arguit Sc. contra Hẽr. in speciali.

Solutio q̃nis. secũdũ Sco. non ponitur.

¶SED contra istud. Sed contra hoc &c.] Replicat fortiter Scotus Angelus, non potest habere bonam uolitionem de potentia Dei ordinata, quia Deus ordinauit ei non dare bonã uoluntatem: ergo Antichristus, uel alius uiator, qui morietur impœnitens, non potest habere salutem æternã, quia Deus ordinauit ei non dare salutem æternam: sed consequens est falsum. &. ꝙ aliquis uiator non potest de potentia Dei ordinata saluari: ergo & antecedens erit falsum.

Dubitat Sc. contra se ipsum.

Respondet Scotus, supponendo quòd omnis lex est uniuersalis, & ideo damnatio Iudæ, uel Antichristi propriè non pertinet ad legem.

Respondet tamen ulterius, quòd ista propositio: Iudas non saluabitur, est iudicium legis, siue ortum ex lege. Et minori addita: arguendo sic: Vbicunque ceciderit Iudas, ibi erit perpetuo, sed in peccato cecidit: ergo perpetuo erit in peccato. Ista conclusio est iudicium legis, & similiter maior, pro quãto specificatur persona.

Sed hoc non plenè satisfacit. Nam si propter hoc, quòd iudicium legis est uerum, Iudas non saluabitur, Iudas non potest de potẽtia Dei ordinata saluari. ergo etiam cum illud iudicium sit uerum, Antichristus non saluabitur, sequitur ꝙ Antichristus non poterit de potentia Dei ordinata saluari.

Respondet Scotus, & subtiliter per aliquas propositiones. Prima propositio: Non quælibet conclusio illata ex lege sit iudicium legis. Secunda propositio ad hoc quòd conclusio illata ex lege sit iudicium legis requiritur, quòd ille, de quo est iudicium, sit in termino, qui a nullus ante terminum uiæ damnatur. Tertia propositio: Hæc conclusio, Iudas non saluabitur, est iudicium legis, quia Iudas iam est in termino, & iudicatus est. Quarta propositio. Hæc propositio: Antichristus non saluabitur, non est iudicium legis: quia Antichristus non est in termino. Corollarium correspõsiuum. Antichristus potest saluari de lege Dei ordinata; iudicium legis constat de eius damnatione; quamuis per aliquam propositionem ueram, quæ non est iudicium: & ideo reuocabilis est eius futura damnatio, explicetur dicendo. Antichristus damnabitur.

Resp. Sco. per aliquas propones.
1. propõ.
2. propõ.
3. propõ.
4. propõ.
Coroll.

Aliud dubium bene sequitur, obstinatio mali Angeli est a uoluntate Angeli, uel a Deo: ergo malus Angelus non est obstinatus. consequentia probatur, quia omne, quod sequitur ad quamlibet partem disiunctiuè, sequitur ad totam disiunctiuam: sed consequens illarum sequitur ex qualibet parte disiũctiua: ergo consequentia est bona. Minor probatur, quo ad primam partem, quia talis obstinatio est uoluntas Angeli: cũ Angelus possit resilire a quolibet actu liberè elicito, sequitur quod possit resilire ab illo, per quem est obstinatus. & ultra potest resilire ab eo, & suspendere omnem actum suum: ergo nõ est obstinatus. Quo ad secundam partem probo, quia antecedens est impossibile, cum obstinatio includat malitiam. Implicat ergo, ꝙ sit a Deo.

2. dubium.

Respondeo, & dico primo, quòd obstinatio mali Angeli, ut dicit culpam, non potest esse a Deo. Dico quòd obstinatio, ut dicit quoddam signum, siue actum malum in Angelo, potest esse a Deo. Exemplum, ut si mater muta, inuenerit furem debiliorem, & traxerit eum inuitum cum furto coram iudice & populo, & quia habere furtum est signum, quòd ipse sit fur: quare iniungitur ei aliqua pœna, tunc mater muta est causa talis signi, & talis pœnæ. Et hoc pacto dicimus, Deum causam peccati, quia causat signum, siue reatum: & consequenter pœnam peccati. Et si quæras, An Deus possit esse causa obstinationis, ut dicit culpam?

Resp. Sc. ad secundũ dubium.

Obiectio.

Respondeo distinguendo, uel quod sit causa obstinationis positiuæ, & sic dico quòd non. Aut quòd sit causa obstinationis negatiuæ, & deserendo peccatorem, & auferendo perpetuo gratiam: & sic dico, quòd sic. & ratio huius est, quòd Angelus non se disponit. Sed quare non se disponit? quia non potest sine gratia gratis data: & eam non habet, quia se fecit indignum: Vt dicit Beatus Bonauentura. Et ideo respondet Doctor noster ad dubium, negando consequentiam: & distinguendo, quòd uoluntas possit resilire a suo actu, aut moralitèr, & sic quòd non; aut per actum bonum ex genere: & sic dico ꝙ sic, aut per actum malum ex circunstantia. Corollarium respõsiuum. Angelus non potest, loquendo de principio totali actiuo, agere meritoriè.

Coroll. Responsiuum ad dubium.

¶RESTAT nunc dicendum &c.] Consequenter uidendum est, an Angelus malus possit bene agere moraliter. Et in hac quæstione quamuis omnes Doctores conueniant, & simul Scotus cum eis, quòd de facto nullam habeant uolitionem bonam moraliter; Verũ an de possibili habeant differepant iste inter se. Et primo Beatus Bonauentura cũ aliis antiquis respondet, per duas propositiones. Prima propositio. Omnis actus damnati deprauatur per aliquam circunstantiam malam. Et si quæras, quæ est illa circunstantia?

Resp. D. Bonauentura

Respon-

a Respondet, q est inordinatus amor sui. Secunda propositio. Angeli mali semper male uolunt, patet, quia eis inest habitus perfecte malus, & in termino: ergo semper male uolunt. Corollarium sequitur, quod nō possunt habere uolitionem bonam moraliter.

Scot. contra D. Bon. triplicit er arguit. Contra istam opinionem arguit Scotus, & primo contra primum dictum tripliciter.

Primū arg. S. a. Primò sic arguitur. Omnis actus conformiter ad inclinationem naturalem elicitus, ibi sistendo, est bonus moraliter: sed talis actus est eis possibilis, cum habeant naturalia integra: ergo actus bonus moraliter est eis possibilis. Secundo sic. Possunt habere displicentiam de peccato, sine mala circunstantia; ergo possunt habere bonum actum moraliter. *2. arg Scot. ad idem.* Tertio sic, supponendo primo, quòd odire pœnam, inquantum est læsiua naturæ, est bonus actus moraliter, si non eddatur mala circunstantia; quia sic oderat eam Christus, & animę purgatorii: sed odire pœnam, inquātum est inflicta a Deo, est actus malus moraliter, hoc supposito arguitur sic. Dęmones possunt habere odiū pœnæ. Primo modo igitur. *3. argu. Sco. ad idem.*

Scot. arguit contra aliā eiusdem D. Bon. Secundò principaliter Arguitur contra. Illud in quo dicit, q uoluntas non potest suspendere actum, propter habitum quem habet in termino. Arguit Scotus, supponendo, q uoluntas capitur dupliciter. Vno modo pro actu primo. Alio modo pro actu secundo. hoc supposito arguit sic. Voluntas non obstātibus quibuscunque habitibus, potest suspēdere omnem actum proprium. consequentia probatur per D. Augustinum dicentem, q nihil est tam in potestate uoluntatis, quam ipsa uoluntas, idest actus uoluntatis.

Contra dictū Sc. arguitur & est arg. forum. Sed contra istam rationem Scoti solet sic argui. Voluntas damnati potest suspendere omnem actum, siue non uelle 1, habere negationem omnis actus; ergo potest ex sue libertate tacere se nō damnatum. consequentia probatur, quia ex tali actu, quem habet in libertate, sequitur tristitia illa, quæ est pœnæ sensus. Istud argumentum est Scoti in prima d. q. a. in principio quæstionis, parum ante solutionem argumentorum principalium. & argumentum est difficile.

Sed dico duo. Primo, q uoluntas non potest suspendere aliquem actum, nisi Deus concurrat ad talem suspentionem; & ratio est, quia ad omnem actum positiuum concurrit Deus, ut causa prima, sed suspendere actum, est actus positiuus, quo uoluntas uult non habere actum: ergo uoluntas non potest suspendere, Deo non concurrente ad talem suspensionem. si dicas, q cepit suspendere negatiuè, prout non producere, neque conseruare actum, & ad hoc non oportet, q Deus concurrat, cum non sit actus positiuus. Respondeo, q suspendere isto modo præsupponit actionem; contra, suspendens, idest nolens habere actum, & talem nolitionem, non potest habere nisi Deo concurrente: cū ergo line tali nolitione nō possit damnatus suspendere actum, sequitur propositum.

Dico secundo, q quando uoluntas elicit aliquem actum positiuum, Deus concurrit ad talem actum, & non potest uoluntas cessare ab illo actu, nisi causa prima cesset. & ideo euenit, quòd Beatus non possit cessare ab actu beatitudinis, nec damnatus ab actu damnationis, quia Deus determinauit semper concurrere ad tales actus: & per hoc ad argumentum. Quando arguitur Damnatus potest suspēdere omnem actum; ergo potest se facere non damnatum. Respondeo dupliciter. *Soluitur argumentum dupliciter.* Vno modo distinguendo antecedens, aut ad istum sensum, q quocunque actu dato, si non impediatur, potest se suspendere ab illo; & sic concedo. Modo dico, q cum non possit se suspendere ab illo actu, si Deus uelit concurrere ad illum, impedit, ne suspendat illum, quem habet. Aut intelligitur antecedens ad istum sensum, quod potest facere istam oeram, quantum est de se, uoluntas non habet actum, & sic nego.

Contra solutionem obiect. Contra: uoluntas uiatoris potest facere illam ueram; ergo etiam uoluntas beati, & uoluntas damnati. Antecedens probo, quia uoluntas dormientis non habet actum.

Soluitur obiecto. Respondeo negando consequentiam, & ratio est, quia anima separata non potest suspendere omnem actum intellectus; quia oportet, ut prius uelit, & intelligat suspentionem actus quem uelit suspendere: sed anima coniuncta, quia potest suspendere omnem actum sensus per somnum, & ad suspensionem illius sequitur suspēsio intellectus, & uoluntatis; ideo nō est simile: & in anima coniuncta talis suspensio potius est naturæ ministerio, quàm uoluntatis imperio. Alio modo potest respondere distinguendo de actu, q potest suspendere quemlibet actum, aut de actu, ad quem non necessitatur, & sic concedo, aut de actu, ad quem necessitatur, & sic nego. Modo dico, q beatus necessitatur a Deo ad actum beatitudinis, & damnat ad actum obstinationis, uel damnationis, nec tamen uoluntas eorum cogitur, quia: cogi est necessitari cōtra inclinationem propriam, modo contra inclinationem uoluntatis nulla uoluntas necessitatur a Deo: & ideo neutra uoluntas cogitur.

Et si dicatur, quòd solutio ista esset bona, argumentum Doctoris non concluderet contra, opinionem sequentem, in quo probat, q uoluntas possit suspendere uolitionem malam; cum diximus necessitari uoluntatem ad continuandum illam uolitionem. *Contra solutionem insta tur.*

Respondeo, q argumentum concludit uoluntatem esse in potentia remota ad suspendendum talem actum. Concludit secundo, quòd uoluntas non necessitatur a causa inferiori eo modo quo est habitus ille, quem ponebat opinio præcedens. Et ideo secundo arguitur supponendo, q damnatus habet plures actus distinctos specie, ut odium, & superbiam. & ideo si sint ponendi habitus necessitantes, oportet, q differant specie. Secundo supponitur, q non potest uoluntas habere duos actus, & perfectos simul. His suppositis. Arguitur sic. Damnatus potest habere quemlibet actum prædictorum distinctum perfectum: ergo potest suspendere alterum, uel partem eius. consequentia probatur, quia alias haberet duos actus perfectos. *Soluitur obiecto, & qd cōcludat argum. Sco.*

Tertiò arguitur principaliter sic. Nulla causa inferior determinat modum superioris, aut mutat eum; sed uoluntas est causa superior agens liberè; & actus causæ inferior: ergo habitus non potest necessitare uoluntatem. *3. argumē ad idem.*

Resp. Sc. ad qōnem quæ stio ad sed dam est. Quantum ad secundum articulum, Quæstionis nostræ Tūc Scotus respondet ad quæstionem, quando quærebatur. Vtrum Angelus malus uelit necessario malè moraliter, & pro responsione supponit, q actus capitur dupliciter. Vno modo pro actu determinato: & sic est unus actus numero, ut actus superbiæ, uel iræ &c. Alio modo accipitur pro actu indeterminato, & uago; & isto modo nihil aliud est, quam aggregatum ex omnibus actibus, quos potest habere uoluntas disiunctim captos, ita, q sensus istius propositionis, uoluntas necessario habet actum indeterminatum, est iste; uoluntas haber necessario istum, uel istum actum, & sic de aliis. & iste sensus est distinguendus adhuc, quia, uel est propositio composita, uel diuisa, his suppositis, prima propositio, Voluntas Angeli non necessario habet aliquem actum determinatum. probat Scotus sic, quia uoluntas potest habere successiuè plures actus perfectos distinctos specie. & non potest habere eos simul: ergo non necessario habet aliquem eorum determinate. secunda propositio. Angelus malus non necessario malè uult. probat Doctor noster dupliciter, primo sic. Bene sequitur: Angelus malus non necessario habet actum uoluntatis; ergo non necessario habet actum malum, sed in potestate eius est uerificata antecedens: ergo etiam consequens. Tamen addit Scotus, quòd ista probatio assumit hoc dubium. Verum uolūtas possit suspendere actum suum ad sensum dictum; & dicit, quod probabile est, ipsum non posse hoc; quia indiget alia uolitione ad suspendendum aliam, uel alias. Ideo aliter probet, secundam propositionem sic. Voluntas non necessario habet aliquem actum determinatum: ergo non necessario ponit malam circunstantiam: ergo non necessario agit operationem malam, mala circunstantia: ergo non necessario ponit malam circunstantiam in actu suo. Et ultra, non necessario ponit malam circunstantiam: ergo non necessario ponit operationem malam male circunstantia. Tertia propositio. probabile est, quòd Angelus malus possit habere uolitionem bonam moraliter, licet de facto non habeat. Et ideo resolutio Scoti est ista, quòd Angelus malus est in potentia remota ad suspendendum quamlibet nolitionem malam, quam habet; sed non in potentia propinqua, quia indiget alia uolitione ad suspendendum eam, ad quam Deus non uult concurrere. Et ideo cum quæritur in titulo quæstionis. Verum Angelus malus, necessario malè uelit. Distinguo, aut necessario simpliciter: & sic dico, quòd non. aut necessitate legis statutæ. & sic distinguo: aut legis statutæ contingentis, & sic dico adhuc, quòd non. aut secundum exigentiam inclinationem malitiæ, & sic quodam modo potest dici necessario malè uelle. *3. propō Sc.*

Ad argumē ta principalia. Ad argumenta principalia. Pro solutione primi argumenti Beatus Bonauentura ponit talem distinctionem. Actus dicitur bonus dupliciter. Vno modo ex se, quia elicitur ex habitu uirtutis. Alio modo ex adiuncto. Exemplum primi. Vt dare eleemosinam: exemplum secundi, ut ire ad sanctum Iacobū, quia ire nō est de se bonum, sed cum hoc ad sanctum Iacobum, est bonum. Similiter actus dicitur malus dupliciter. Vno mō ex se, quia elicitur ab habitu uitioso, sicut blasphemia. Alio modo *Resp. D. Bonauentur.*

ex adiuncto, ut dare elemosynam propter uanam gloriã. Hoc supposito dicit; ꝙ credere in Angelis malis est actus malus, ex odio sibi adiuncto.

Obijcit Sco. contra solutionem. Actus credendi in Dæmonib. non est malus, sed, quãdo cõcomitatur. Soluitur ab ipso Scoto, secũdum Sco.

Scotus tamen impugnat, & probat, ꝙ actus credendi nullo modo sit malus in eis, quia intellectus, ut præcedit actum uolũtatis, non potest esse malus; igitur actus credendi non potest esse malus. Cõsequentia patet, quia credere est actus intellectus præcedens uoluntatem Sed dicit Augustinus cætera potest homo nollens credere, aut non, nisi uolens: ergo actus credendi sequitur actum uoluntatis.

Ad hoc diceret Scotus, ꝙ actus credendi est duplex: completus, & incompletus. Completus est assensus sine formidine, & incompletus est assensus cum formidine: modo quãdo dicitur, ꝙ nullus credit nisi uolens, intelligitur de assensu sine formidine, seu credulitate completa.

Dubitatio. Solutio. Probabilius tenetur secundum Sco. quod in Angelis in uia nõ erat fides.

Sed hic est una parua difficultas. Vtrum in Angelis fuerit fides pro statu uiæ ipsorum: ad quod licet probabiliter posset dici, quod fuerit fides, tamen probabilius secundum uiam Scoti dicitur, quod non fuit in eis infusa de credibilibus: probatur, quia aut credibilia pertinent ad diuinitatem, & de illis non habuerunt fidem, quia habuerunt scientiam, cum fuerit eis communicata species essentiæ diuinæ: quia cognoscunt, & cognoscebant omnia prædicata necessaria consequentia essentiam diuinam. Aut alii articuli pertinebant ad humanitatem, & sic probabile est, quod de illis non habuerunt fidem. Tum primo, quia non erat eis remedium, sicut homini. Tum secundo, quia plerique eorum ignorauerunt mysteria gratiæ: iuxta illud Esaiæ: Quis est iste, qui uenit de Edon, &c. Et tenendo istum modum, quod credere in Angelis, & dæmonibus, cum sit scientificum, præcedit omnem actum uoluntatis, & ideo non est actus bonus, neque malus, neque a se, neque ex adiũcto. Et Augustinus, quando dicit, ꝙ homo non potest credere, nisi nolens, intelligit per assensum ineuidentem; qui non cogit, sicut assensus euidens.

Alius modus dicendi potest esse, quod in Angelis pro statu uiæ ipsorum fuit fides: & tenendo illum modum, adhuc possunt esse duæ opiniones circa istam conclusionem, quod in dæmonibus sit fides. Vna quæ dicit, quod fides tollitur per claram uisionem Dei: Et ista opinio consequenter uidetur dicere, quod in dæmonibus, & in damnatis, & in his, qui purgantur, manet fides, cum non habeant uisionem Dei. Et si dicatur, quod fides est habitus uiæ: ergo non est in damnatis, distinguo antecedens. Aut capitur uia, ut opponitur termino, & sic nego antecedens: uel capitur, ut opponitur gloriæ: & sic concedo antecedens, & nego consequentiam: quia sic capiendo uiam, etiam damnati sunt in statu uiæ, cum non sint in statu gloriæ.

Quo dãnati possint dici esse in statu uiæ.

Alius modus dicendi est, quod fides non manet, nisi usque ad terminum uiæ, capiendo uiam strictè. Et ideo consequenter est dicendum, quod in damnatis non est fides: & quando dicitur, quod credunt, & contremiscunt; distinguo, aut quod credunt assensu ineuidenti: & sic nego: aut assensu euidenti: & sic concedo, & ex hoc, quod credunt, & cognoscunt omnipotentiam Dei, contremiscunt. Secundum argumentum est de se clarum in littera.

Ad tertiũ principale.

Ad tertium argumentum principale, quãdo arguitur. Quando quęque aliquis habet liberum arbitrium, potest uelle: sed Angeli habent liberum arbitrium: ergo possunt uelle. Nego maiorem, & ad probationem quando dicitur, ꝙ liberum arbitrium est potestas seruandi rectitudinem propter se: & posse peccare non libertas, neque pars libertatis; Dico primo, ꝙ differentia est inter posse peccare, & potentiam ad peccandum. Nam posse peccare, dicit respectum ad actum disformem, sed potentia ad peccandum dicit fundamentum illius respectus. Dico secundo, quod non est potentia ad peccandum: sed potentiam ad peccandum non dicimus potentiam efficientẽ, sed potentiam deficientem. Dico tertio, ꝙ liberum arbitrium põt considerari dupliciter. Vno modo secũdum se. Alio modo contractum, ut est in creaturis. Dico quarto, ꝙ posse peccare, & potentia peccandi deficiens, non sunt partes liberi arbitrii, secundum se; ꝙ sic, reperitur in Deo: sed sunt partes liberæ arbitrii contractè considerati.

Ad quartũ principale.

Quarto arguitur principaliter sic. Nullum uiolentũ est perpetuum: sed mala uolitio est dæmoni uiolenta: ergo non est in eo perpetua. Respondet Scotus per duas solutiones. Prima solutio est, distinguendo maiorem, aut in agentibus naturalibus, & sic concedit, aut in liberis, & sic negat.

Ad quintũ principale.

Quinto sic arguitur. Intellectus necessario assentit primo principio: ergo uoluntas necessario diligit ultimum finem. consequentia probatur. Quia sicut se habet principium, &c. Respondeo, & dico primo, ꝙ hoc argumentum concludit secundum opinionem illorum, qui dicunt, quod intellectus põs sufficienter mouere uoluntatem ad causandum actum uoluntatis. Nam sicut intellectus necessario adhæret primo cognito, ita uoluntas necessario adhæret perfectissimo uolito. Sed Scotus negat quia uoluntas est potentia libera.

Ad sextũ principale.

Confirmatur ista ratio sic: Omnis malus est ignorans, tertio Ethicorum; sed dæmon non est ignorans; ergo non est malus. Scotus remittit solutionẽ huius, ad trigesimam sextã distinct. 3. in secundo articulo. Secundo patet, ꝙ ignorantia est duplex, scilicet positiua, & illa est assensus erroneus. Alia est priuatiua, & illa est carentia assensus ueri, & utraque ignorantia est in potestate uoluntatis. Quæ quidem uoluntas, imperando assensum falsum, excæcat intellectum positiuè: & diuertendo intellectum ab alicuius consideratione; excæcat ipsum priuatiuè, & quia quando in malitia uoluntatis est aliqua ignorantia, aut positiua, aut priuatiua, uel potentia proxima ad eam; Ideo dicitur omnis ignorans malus, quia uirtualiter omnis actus malus imperat dictamen erroneum, sibi cõforme, aut auertit sionem intellectus a dictamine recto.

Ad ultimũ.

Vltimo arguitur sic. Damnati necessario, & semper malè uolunt: ergo malitia eorum augetur continuè, intensiuè, in infinitum. Pro solutione notat Scotus, quod duplex est actus. Quidam elicitus ab habitu perfecto, & quidam ab habitu imperfecto; & differunt isti actus inter se, quia actus elicitus ab habitu perfecto, non intendit habitum, sed solum conseruat eum, & ratio est, quia talis habitus perfectus est in termino suæ intentionis, uel ex natura sua, uel ex capacitate subiecti, uel ex determinatione diuina. Sed habitus imperfectus est ille, qui nullo istorum modorum est terminatus: & ideo actus elicitus ab eo, non solum conseruat, sed intendit, & auget ipsum. Corollarium. Similiter dicendum est de pœna, & de præmio. Nam sicut pœna aliquo istorum prædictorum modorum est in termino, ita & præmium. Et per hoc patet ad argumentum, quod neganda est consequentia.

DISTINCT. VIII.

QVAESTIO VNICA.

De potestate Angelorum in corpora. Duplex uia in Angelis.



Q VAERITVR circa distinctionem octauã, Vtrum Angelus possit assumere, &c. Et quia ista quæstio est clara. Ideo est hic solum præmittendum unum, quod in Angelis est duplex uia. Quædam contemplatiua. Alia administratiua: secundum contemplatiuam conuertuntur, & tendunt in Deum: & secundum administratiuam conuertuntur in nos. Et ut facilius conuertantur, Aliqui accipiunt corpus corpori nostro simile tripliciratione. Prima est ad aliquas operationes exercendas Secunda est ad seipsos manifestandum nobis. Tertia est ad nos confortandum, & hoc magis prosit propter nostram indigentiam, quàm propter suam.

DISTINCT. IX.

QVAESTIO PRIMA, ET SECVNDA.

De illuminatione Angelorum.



Q VAERITVR circa nonam distinctionem. In qua Doctor noster tractat de ordinibus Angelorũ, Vbi dicit &c. Doctor noster mouet hanc quæstionem, s. Vtrum Angelus superior possit illuminare inferiorem: pro cuius solutione termini sunt declarãdi. Quare primus

est Hierarchia. Vnde Hierarchia capitur dupliciter. Vno modo quantum ad quid nominis, & sic interpretatur, seu dicitur à Hiera, quod est sacer, & archos, quod est principatus, quasi sacer principatus: sed quantum ad quid rei describitur sic. Hierarchia est rerum sacrarum, & rationabilium, ordinata potestas, & subditorum debitum obtinens principatum. Ex quo patet quòd in irrationabilibus non est hiararchia. Secundo, quòd ubi precisé est subiecto, ibi est hierarchia. Tertio ubi est tyrannia tet, non est hierarchia. patet etiam quòd duplex est hierarchia, caelestis, & subcęlestis prima in in Ecclesia triumphanti. Secunda in Ecclesia militante. Secundus est ordo Angelicus, & diffinitur à Magistro sic. Ordo est multitudo cœlestium Spirituum, qui inter se munere gratiæ simulatur, sicut & in naturalium datorum munere conueniunt. Primo tangit fundamentum ordinis cum dicitur est multitudo &c. Secundo tangit complementum ordinis, cum dicit, qui inter se &c. Tertio tangit dispositionem, cum dicit, sicut & in naturalium &c. Quia per naturalia ordinantur diuina, in supremam, mediam & infimá. Duo alio tangit Magister videlicet de loquutione Angelorũ ad inuicem, & ad nos reuelando; & de illuminatione, quo modo unus Angelus illuminet alium fine candelis. Et de istis ad præsens Scotus strictius tractat, de primo parum.

Hierarchia duplex.

Ordo Angelicus quid.

Loquutio secundum Occham quolibet. primo q. 6. est duplex, Vocalis, quæ est præferre uerba, ut alius audiat, & intelligat, quid per uoces significatur, & talis non est in spiritibus. Alia est loquutio mentalis, & est habere uatba mentalia, ut alius audiat auditione mentali, & intelligat illud, quod per hum mentale significatur. Vnde uerbum mentale est actualis cognitio: & mentaliter loqui, est actualiter cogitare, ut alius intelligat, quando ipse concipit actualiter. Corollarium audita mentaliter nil aliud est, quàm uidere actualiter cognitionem alterius. Vt quãdo dico aliquid difficile, quod intelligo, & uos intelligitis conceptus meos, iam dicetis, ego uideo, quòd ita est, & sic debet intelligi, & solui. Sic est audire mẽtaliter. Ideo aliquando unus alloquitur alium, cognoscendo, quòd ipse intelligat quicquid Deus uelit, & iste tunc uidendo intelligit, & mentaliter audit.

Loquutio duplex.

Quid verbũ mentale.

Quartus terminus est illuminatio. Vnde illuminatio est loquutio in Angelo superiori regulariter ad Angelum inferiorem, de aliquo singulari reuelato, cuius notitia ex cognoscentis perfectione attingitur, dependens ex secreto diuinæ uoluntatis. Vnde tripliciter differunt illuminatio, & loquutio in Angelis. Primo differunt ex parte uniuersalis, sicut magis commune, & minus commune, quia omnis illuminatio est loquutio, sed non é contra. Et dicitur notanter, regulariter, quia si Deus reuelaret incarnationem Gabrieli, & non superioribus, tunc inferior non solum potest alloqui superiorem, sed etiam illuminare eum: sed hoc non esset regulare, quia illa reuelatio fuit à Deo data. Secundo differunt ex parte obiecti, quia obiectum loquutionit est omne intelligibile, & cognoscibile: sed obiectum illuminationis est cognoscibile supernaturaliter, quod non potest sciri nisi à Deo reuelante. Ex quo patet, quòd quando inferior loquitur superiori de rebus inferioribus, quas inferior cognoscit, tunc est loquutio, & non illuminatio. Tertio differunt ex parte principii, quia principium illuminationis est Angelus superior tantum, sed principium lloquutionis est quilibet Angelus, siue bonus, siue malus, siue superior, siue inferior. Nam in malis etiam est hierarchia ex his, quæ habent commonia: tamen ordinationem nullam habent, nisi ex inuidia, ut prosequantur quantum illis permittitur illam ciuitatem supernam Hierusalem. Quia lucifer principatus &c. Et sic patet quid sit illuminatio. Ex quo sequitur, quòd illuminatio pertinet ad perfectionem illuminati, non essentialem, sed accidentalem. Et aliquando dicitur illuminatio, quia omnis cognitio maximi supernaturalis est quoddam lumen, quædam claritas. Aliquando uocatur expurgatio, quia excluditur ignorantia per talem illuminationem. Aliquando uerò dicitur perfectio, quia intellectus perficitur per eam. Et sic patet de terminis quæstionis, ex quibus formantur duæ quæstiones primæ.

Illuminatio.

Illuminatio, & loquutio tripliciter differunt.

Illuminatio quare dicatur & purgatio, & perfectio.

PRIMA Quæstio utrum superior posset illuminare inferiorem: pro parte uera habemus Damascenum, qui tenet, quòd sic. Secunda vtrum unus possit alloqui alterum mentaliter. Ex parte uera habemus Damascenum. Doctor sic procedit: primo determinat de loquutionibus: secundo de illuminationibus. Circa loquutiones tria facit. Primo determinat quomodo Angelus cognoscat illud, de quo loquitur, quia aliter non posset loqui si non cognosceret. Secundo determinat quomodo illud, de quo unus loquitur, alium latet. Tertio determinat de modo loquendi, & quomodo loquuntur, & multa de auditionibus pulchra.

Quantum ad primum. Primo respondet secundum Henricum. Secundo secundum suam opinionem. Tertio soluit argumenta Henrici: opinio Henrici est satis clara in sexto. Ideo accedamus ad impugnationes.

¶CONTRA ista &c.] Primo arguitur contra illud dictum Henrici, quòd eadem est ratio cognoscendi distincte uniuersale, & singulara. Et arguitur primo sic. Singulare includit aliquam entitatem, quam non includit uniuersale: ergo similiter includit aliquam cognoscibilitatem, quam non includit uniuersale.

Cõtra opi. Hẽr argu Sco.

Primũ arg. Sco. contra Henr.

Secundo arguitur sic. Idem habitus est ratio cognoscendi distinctè infinita singularia: ergo ille habitus est infinitæ perfectionis. consequentia probatur per illam maximam. Vbi maior pluralitas arguit maiorem perfectionem: Infinita arguit infinitam perfectionem. Pro tertio argumento supponuntur duo: primum, quòd singulare non semper uniformiter se habet, sed aliquando est sub uno opposito, & sub sessione. Aliquando sub altero, ut sub ambulatione. Supponitur secundo, quod nulla ratio cognoscendi potest naturaliter, & necessario repræsentare duo opposita. Et ideo Ideæ in intellectu diuini, quia necessario, & naturaliter repræsentant sua obiecta, non repræsentant futura contingentia. Vt dictum est io primo, distinctione trigesimanona. His suppositis arguitur sic: uel illa ratio cognoscendi, qua Angelus cognoscit singulare, repræsentat omnia, quæ accidunt singulari, uel non: si non; ergo per illam non cognoscitur singulare, quantum ad omnia, quæ singulari conueniunt: si sic; ergo repræsentat naturaliter duo opposita, singulare, & uniuersale: sed consequens est falsum, & contra, suppositionem: ergo iste habitus, quem ponit Henricus, non est sufficiens ratio cognoscendi singulare.

Secundũ id idem.

Regula Sco.

Tertium id idem.

Quartò arguitur supponendo primo secundum Henricum, quòd ille habitus, qui primo repræsentat uniuersale, & deinde singulare, non potest esse ratio cognoscendi singulare, & non potest repræsentare singulare, nisi cognoscat, quòd uniuersale participatur à singulari: uerbi gratia, habitus repræsentans hominem, non potest repræsentare Sortem, nisi prius cognoscatur, quòd Sortes sit homo; ita quòd mens Henrici est, quòd respectus attingentiæ, qui est in habitu, in ordine ad singulare, consurgit ex positiona fundamenti sui, quod est habitus, & termini sui, qui est singulare cognitum existens sub uniuersali. Secundo supponitur, quòd duplex est singulare, quoddam reuelatum, ut Antichristus. Aliud existés ut Sortes. His suppositis arguitur sic. Cognoscere singulare prius natura in se, uel per reuelationem, quàm habitum repræsentet illud singulare: ergo habitus non est ratio cognoscendi singulare, antecedens probatur, quia terminus est prius natura, quàm respectus: Modo diximus, quòd si terminus repræsentationis est attingere, quæ est in habitu, est singulare cognitum, uel magis ad intentionem Henrici ipsum singulare existens est terminus attingentiæ, & ideo requiritur ipsum existere, ad hoc quòd habitus sit ratio cognoscendi ipsum. Ex quo sequitur, ut infert Scotus, quòd si singulare solum esset in reuelatione, & non in existentia reali, talis habitus non esset ratio cognoscendi singulare reuelatum, quod uidetur inconueniens.

Quartum arg. ad id.

Quinto arguitur, si sufficit existentia singularis, & habitus, ad hoc quòd habitus repræsentet singulare, sequitur, quòd distantia non impediet talem repræsentationem: sed consequens est falsum: probatur, quia ual repræsentat singulare intuitiué, uel abstractiuá. Non secundum, quia per illum habitum cognoscitur existentia singularis, neq; primum, quia talem notitiam, uel repræsentationem impedit distantia localis, quod negatur à multis, & uidetur esse contra B. Aug. de cura pro mortuis agenda.

Contra secundum articulum arguit Scotus, & specialiter contra illud, in quo dicebat, quòd unus Angelus, uidet habitum alterius Angeli, non propter hoc uidet singulare repræsentatum per talem habitum, quia non uidet habitum, inquantum est illius singularis, idest non uidet attingentiam habitus ad singulare repræsentatum. Contra hoc arguit Scotus sic. Videns speciem in intellectu Angeli, uidet obiectum speciei secundum Henricum: ergo eadem ratione uidens habitum, uidebit obiectum intellectus.

Argu. Sco. cõtra secundũ art. Hẽr.

Primũ id ad hoc.

Secundo

2. rō Sc. contra Henr.

Secundò sic arguitur. Contra illud dictum Henrici. In quo dicit, quod unus Angelus loquitur alteri, repræsentando, s. conceptum uagũ, non determinatũ. Contra conceptus uagus cognoscitur ab audiente: ergo etiam conceptus determinatus. consequentia probatur, quia conceptus determinatus est perfectior conceptu uago.

3. rō contra eundem.

Tertiò sic arguitur. Aut Angelus cognoscit singularia unico actu, aut diuersis; si unico actu: ergo qua ratione cognoscet unum, cognoscet quodlibet existens. Et hoc benè concedit Henricus. Sed consequentia quam Henricus non negat, probatur a Scoto; quia talis repræsentatio est naturalis, præcedens omnem actum uoluntatis; tamen sequitur ex isto cõcessu Henrici, quod Angelus non potest ignorare aliquod singulare existens, nisi ignoret totam speciem: quod uidetur absurdum, quia sequitur ulterius, quod non posset ea suis naturalibus cognoscere illam. probatur, quia non cognitione accepta e rebus, ut ipse concedit, neque a Deo, quia iam non esset naturalis, siue ex propriis uiribus. Nisi dicatis, quòd Deus determinet illum habitum ad repræsentandum unum, & non alterum, quod uidetur fictio, & uia ad multa inconuenientia. Si dicatur, quòd quilibet Angelus cognoscit omnia existentia, sed non æquè perfectè. Hoc est contra ipsum, quia dicit cognitum ab uno, latere alterum. Si dicatur, quod pluribus actibus cognoscit plura singularia, sequitur contra ipsum, quòd erit innouatio conceptus cum nouiter cognoscitur singulare. Sequitur secundo, quòd unus Angelus uidendo in intellectu alterius angeli alium & alium conceptum, intelligit obiecta illorum conceptuum; cum intelligat illos conceptus, esse diuersorum obiectorum, quæ omnia sunt contra eum.

Arg. Sc. contra tertium art. Henr.

Contra tertium articulum arguitur primo sequeretur, quod de eodem obiecto simul essent duo conceptus singulares in eodem intellectu: sed hoc conceditur ab arguente, & respondeo: ideo non concludit.

Secundò sic arguitur. Angelus potest loqui Angelo, causando conceptum signatum: ergo frustra ponitur conceptus uagus. antecedens patet in sequentibus. consequentia est nota. Sed contra. Nos loquimur per conceptum uagum. ergo etiam Angeli. Nego consequentiam, & ratio est quia, non possumus causare neque exprimere conceptum determinatum, sicut ipsi possunt imprimere talem conceptum in mente alterius.

Arguit Sc. contra quartum art. Henr.

Contra quartum articulum Arguitur sic, supponendo, quòd duplex est forma supernaturalis, quæ est omnino supernaturalis, & ista est, quæ a solo Deo patet produci, non cooperante concursu naturæ. Alia est non omnino supernaturalis, & est illa, quæ a solo Deo potest produci cooperante communi concursu naturæ. exemplum primi, ut gratia siue charitas, infusa. exemplum secundi, Ut anime intellectiua. supponitur alterius, quòd Henricus posuit quatuor dicta, quorum prima tria tacendo affirmat, & recipit; sed impugnat quartum, in quo dicebat, quòd unus Angelus potest illuminare alterum causando in eo dispositionem ad lumen supernaturale.

Quid recipiat, et quid reprobet Sc. ex 4. artic. Henr.

Contra hoc arguitur sic. Nullum agens naturale potest disponere ad formam omnino supernaturalem: sed illud lumen est forma omnino supernaturalis: ergo nullus Angelus potest causare dispositionem illius luminis. Secundo arguitur sic, quòd in potestate Angeli superioris esse facere, quod inferior uideret aliquod nouiter reuelatum in uerbo, quod est falsum.

Contra Hē. opinionē infert Sco. 3. inconuenientia.

Contra totam opinionem Henrici in generali, infert Scotus tria inconuenientia. Primum, quod Angelus non posset loqui uni, absque hoc, quod loqueretur omnibus Angelis: quia non est maior ratio, quòd illud singulare uagum uideatur ab uno, quàm ab altero. Secundum inconueniens est, quòd Angelus loqueretur ex eo præcisè, quod causat aliquid in se, puta singulare uagum. Tertium est, quòd Angelus superior illuminaret inferiorem, nihil causando in eo, & per consequens a fortiori Deus posset illuminare Angelum nihil causando in eo, quæ omnia falsa sunt.

Scot. soluit quæstionem.

¶Ad Quæstionem &c.] Scotus omissa opinione Henrici, respondet ad quæstionem ponendo talem conclusionem. Angelus loquitur Angelo, causando immediatè in eo conceptũ illius obiecti, de quo loquitur. Ex quo sequitur Corollarium, quòd loquutio dicit cognitionem non præcisè, sed cum qualitate. probat istam conclusionem duabus rationibus. Prima est prolixa, & tota difficultas est in hoc, quòd Angelus possit causare conceptum in alio Angelo, quod multi negant licet possit causare talem conceptum in seipso. prima est clara, & fundatur in ista maxima. Omne quod sufficienter est in actu primo respectu alicuius effectus potest illum effectum causare in receptiuo debitè approximato: sed intellectus Angeli respectu conceptus illius rei de qua loquitur, est sufficienter in actu primo; & quilibet Angelus est susceptiuus illius conceptus: ergo potest causare talem conceptum in quocunque Angelo.

1. rō Sc. pro sua conclusione.

Maxima S.

Maiorem probat Scotus obscure ex ratione agentis, & patientis: quia principium actiuum secundum Philosophum quinto Metaphy. 2. est principium transmutandi alterum inquantum alterum: & principium passiuum est principium transmutandi ab altero inquantum alterum. Et ideo dicit Scotus, quòd illa propositio est per se nota, ex terminis, qui abstracti sunt ab omnibus circunstantiis, partibus, & quidditatibus, quod requiritur ad propositionem per se notam. Minorem probat sic, quia causa totalis notitiæ abstractiuæ est intellectus cum specie intelligibili. Et ideo habens intellectum cum specie, est sufficienter in actu primo, respectu talis notitiæ.

Soluit Sco. quasdam instantias contra rōnem. Prima est.

¶I[illegible]tatur contra rationem &c.] Consequenter Scotus declarat rationem suam excludendo aliquas euasiones. Prima euasio dicetur ad rationem, quòd bene concludit unum posse causare in alio conceptum absolutè loquendo, sed non in alio qualitercunque se habente; nec in alio distincto, & ratio est, quia agens naturale, non agit in remotum, nisi prius in propinquum agat: sed non potest causare conceptum talem in corpore meo; ergo neque in Angelo distante. Excludit hanc euasionem, ponendo talem conclusionem. Angelus distans potest causare conceptum in Angelo distante. Istam conclusionem probat tribus rationibus. Prima ratio supponit primo, quòd duplex est agens, quoddam est cuius actio in terminum, præsupponit actionem in medium; ut lux, & calor, & similia. Aliud est agens, cuius actio in terminum, non præsupponit actionem in medium, ut forma substantialis ignis, uel solis, producit. n. unam formam substantialem in materie distante, & tamen nihil produxit in medio. Supponitur secundo, quòd quando actio in terminum præsupponit actionem in medium, hoc est propter unam duarum causarum, uel quia medium est susceptiuum similis formæ; quæ producitur in termino, uel quia est susceptiuum actionis alterius formæ ab agente in terminum. Ex quo patet, quòd cum forma solis producit formam uermis, quia medium non est susceptiuum similis formæ, neque actionis alterius rationis a forme solis, non oportet actionem in termino pro tunc præsupponere actionem in medium. His suppositis arguitur sic. Corpus medians inter Angelos, non est susceptiuum alicuius formæ ab intellectum Angeli: ergo actio, & productio conceptus in termino, non præsupponit productionem in medio; & per consequens distans loquitur distanti, corde meo nihil patiente.

Notandum

Sed Notandum est, quòd circa secundam causam, quam assignat Scotus, quòd actio in terminum præsupponit actionem in medium, quia medium est susceptiuum alicuius formæ ab agente in terminum; dicit, quòd agens continet duas formas actiuas, quarum una est prior naturaliter altera, & intelligo de prioritate naturæ secundum quid, & non simpliciter. Unde prioritas naturæ simpliciter, est quando implicat posterius esse sine priore, & non è contra, sicut pars est prior toto. Sed prioritas ex suppositione, siue secundum quid, est quando posito certo ordine, prius potest esse sine posteriore: & etiam est contra, uariato ordine patientium: ut si Sol habeat duas actiones. Unam qua producit effectum B, in remoto, susceptiuis sic manentibus in ordine ad agens, non potest produci B sine A, sed A, potest produci sine B, si uarietur ordo, sic, quòd passum propinquum elongetur, & remotum approximetur, tunc B, prius naturæ produceretur, quam A. Ex quo sequitur, quod talis ordo effectuum est in diuersis passis; non secundum ordinem formarum in agente, ut uidetur prætendere litera Scoti; sed est ex ordine diuersorum susceptiuorum in ordine ad agens, secundum distantiam, & propinquitatem. Et dicitur notanter in diuersis passis, quia in eodem potest esse talis ordo: Nam prius natura producitur species, quàm uisio: sed an iste ordo sit ex natura agentis, uel ex natura susceptiui, est nobis dubium. Et sic nunquam habet, quòd prius natura simpliciter aget in medium, quàm in extremum.

Cõfirmatur ratio Sco.

Confirmat Scotus prædictam rationem sic. Si per impossibile Deus non esset in uentre mulieris per essentiam, & produceret in eo animam intellectiuam, tunc Deus distaret a uirtute; & tamen ageret in uentrem, non agendo

animam in medium. Et si non admittatur casus; quia est impossibilis. Arguitur de forma solis distante à uisceribus terræ, & producente mineralia in terram non producere in medio: supponendo, quòd forma subst antialis non producit qualitates, actione transeunte. Et si nõ admittatur casus, arguitur sic, in illo instanti in quo ignis generat ignem, prius natura, quàm sit contactus mathematicus agentis ad passum, producitur forma substantialis in materia, & nihil producitur in medio, in illo instanti: ergo aliquando fit actio in terminum, per solum contactum uirtualem, sine actione in medium. & ista replica supponit, quòd quantitas distinguitur a substantia, & recipitur in toto composito.

Sed si hæc suppositio non admittatur, Arguitur de uisione sic. sensibile producit uisionem in sensu distante, & non producit eam in medio. Si dicatur, quòd saltem producit speciem in medio. hanc euasionem excludit Scotus, dicendo, quòd hoc non prouenit ex parte agentis sic, quòd agens non possit agere in extremum sine actione in medium, quia species est effectus primo necessario requisitus ad uisionem. & si talis non requireretur, tunc sensibile produceret uisionem in sensu, non producendo aliquid in medio. Similiter resolutio Scoti est ista, quòd actio in terminum, non dependet, sive non præsupponit actionem in medium, nisi, quia medium est susceptiuum alicuius formæ ab agente in terminum. Ex quo patet, quòd solutio Scoti, quam dat ad auctoritatem Philosophi secundo de anima, quòd si esset uacuum, color non posset causare uisionem, non satisfacit. Nam dicit, quòd hoc prouenit ex prioritate speciei ad uisionem.

Solutio Sco. ad auctoritatē Philosophi secundo de anima non satisfacit. Et iō neganda est auctoritas Philosophi secūdū Auctorem. Sensit cum Democrito, quòd uisio fieret in uacuo.

Contra si causaretur species in organo, & consequenter uisio, & nihil causaretur in medio, saluaretur talis prioritas: ergo illud non satisfacit. Item si medium esset uacuum, non esset susceptiuum alicuius formæ ab agente in terminum: ergo actio in terminum, tunc non præsupponeret actionem in medium. & ita tenendo opinionem Scoti, neganda est auctoritas Philosophi, saluo meliori iudicio & tenendum est cum Democrito, quòd medio existente uacuo, formica in cęlo eaacutissime, & expeditissimè uideretur.

Et ad illud quarto Physicorum quando dicitur, quòd mouens, & motum debent esse simul, saltem de primo moto, ita, quòd mouens debet esse proximum, & immediatum primo moto.

Respondet Scotus, quòd duplex est immediatio, sicut simultas. Quædam est simultas contactus Mathematici, & est quādo ultima mediatorum, se tangentium, sunt simul. Alia est simultas contactus uirtualis, & Physica; & est quando unum immediatorum se tāgētium potest producere aliquid in altero. Hoc supposito dicit Scotus, quòd sufficit mouens esse simul cum moto, prima, uel secunda simultate. In proposito, quando Angelus loquitur alteri, est simul cum eo secundum contactum uirtualem.

Sed contra, ponatur casus, quòd sint tres Angeli in scala, scilicet supremus, medius, & infimus, sequitur, quòd supremus non potest loqui cum infimo, nisi loquatur cum medio; quia tunc actio termini dependet ab actione medii, cum medium sit susceptiuum similis formæ.

Respondeo, quòd Angelus liberè, & ubi uult, causat talem conceptum. Et in potestate uoluntatis est actio agentis natura lis quo ad hoc, quod est agere, uel non agere: quia potest applicare actiua passiuis, & separare ea: tamen in potestate uoluntatis non est modus agendi, agentis naturalis, sic, quòd ipso agente, intendat, uel remittat, uel restringat actionem suam, ad instinctum uoluntatis. sed intellectus cum ipso intelligibili, siue memoria, quod idem est, dicitur esse agens naturale; ergo si agit in remotum, agit in propinquum, dummodo ipsum sit susceptiuum: & per consequens, similibus telis, & iaculis, percutitur Scotus, quibus percutiebat Henricus.

Obijcit contra solutionem Scoti, & non solum.

Consequenter Sco. obiicit cōtra se sic. Si Angelus potest cāre conceptum in alio, non agendo in medium, sequitur, quòd nulla distantia impediet loquutionem, neque impedire poterit. Scotus dicit: responsionem quære. Sed respondetur dupliciter. Primo negando consequentiam, quia requiritur distantia; ut habetur in 41. d. quarti q. 2. in solutione tertii argumenti principalis, ubi dicit, quòd aliqua distantia impedit conceptum, siue notitiam causari ab extrinseco, & aliqua non. Sed quanta sufficiat, si requiratur, Deus nouit.

Obijcit Sco. contra se.

1. solutio.

Aliter, & melius potest responderi, quòd inter agens, & passum esse medium, potest intelligi dupliciter. Vno modo medium id est distantia, & sic requiritur inter sensibile, & sensum: quia sensibile sensui suprapositum, non sentitur. Alio modo, quòd requiratur medium, id est effectus primus; & sic inter generans & genitum, requiritur prima dispositio: & inter sensibile & sensationem, requiritur species prima. Tertio modo, quòd requiratur medium idest determinata distantia, & hoc dupliciter. Vno modo positiuè, & sic non requiritur inter quodcunque agens, & patiens, licèt bene inter sensibile, & sensum: quia illic requiritur distantia, & determinata. Alio mō negatiuè. i. quòd non sit maxima distantia. & sic inter quodcunque agēs, requiritur medium ad istum sensum. i. quòd non maximè discrepent, uel non excessiuè distent.

2. solutio.

Secundo principaliter arguitur sic. Essentia Gabrielis potest causare notitiam intuitiuam sui in Michaele: ergo memoria da aliquo obiecto intelligibili, poterit causare notitiam abstractiuam de illo, in aliquo alio Angelo, ut in Michaele. antecedens probatur, quia Gabriel potest cognoscere intuitiuè: ergo Michael poterit cognoscere Gabrielem intuitiuè, cum Michael sit perfectior. consequentia probatur, per locum à maiori. Nam memoria fœcunda, est causa totalis notitiæ abstractiuæ: ergo si unus Angelus potest causare notitiam intuitiuam, à fortiori memoria eius causabit abstractiuā in susceptibili.

¶Ad ulteriorem &c.] Consequenter Scotus mouet duas difficultates. Prima quid generatur in intellectu audientis. Secunda qualiter loquitur uni, & non alteri æquè præsentes. pro solutione ponūtur tria dicta. Primum dictum. In intellectu audientis, gignitur quandoque actus tantum. probatur dupliciter. Primo, quia audiens habet speciem perfectam, non amplius intensibilem sine actu: tunc causatur solus actus.

Scot. mouet duas difficultates.

1. dictū Sco. probatur dupliciter.

Secundo probatur, quia in intellectu audientis, quandoque sunt species, & notitiæ perfectæ simplices, & tamen sunt ad eas contingentes, quia illi non sunt noti ex terminis: ergo tunc poterit causari assensus alicuius contingentis. & ista ratio supponit, quòd de nullo complexo habentur species in intellectu, aut saltem non de contingentibus: quia species semper eodem modo repræsentat, qualitercunque res se habeant non sic de contingentibus complexis.

Secundum dictum. loquens potest causare in audiente speciem, & conceptum simul de eodem obiecto. probatur supponendo, quòd species intelligibilis potest producere speciem sui obiecti, sicut species sensibilis producit speciem sui obiecti. Isto supposito patet propositum. Nam quandocunque intellectus audientis non prohibet speciem, neque cognitionem, & est susceptiuus utriusque: ergo loquens poterit, mediante specie, causare aliam speciem. & mediante memoria, causare cognitionem.

2. dictū Sc.

Sed contra suppositionem arguitur sic. Nulla una qualitas est causa totalis duarum qualitatum differentium specie: sed species obiecti, est causa totalis suæ speciei, per quam ipsa potest cognosci abstractiuè: ergo non potest esse causa totalis alterius speciei obiecti. quod est contra suppositionem. consequentia probatur, quia species speciei, & species obiecti differunt specie. Item cognitio actualis, licèt possit causare cognitionem sui, non tamen potest causare cognitionem sui obiecti: ergo similiter species, licet possit causare speciem sui, non tamen sui obiecti, quia nō uidetur hic maior ratio, quàm alibi.

Dubitatur cōtra suppositū Scot. quòd spēs nō pot. sit cāre spēm sui obiecti.

Tertium dictum. Angelus loquens potest causare speciē in audiente tantum. probatur. & ista ratio fundatur in tribus suppositionibus. Prima suppositio, quòd uirtus minor non pōt impedire maiorem. Secunda quòd duæ cognitiones disperatæ, nō possunt esse simul in eodem intellectu. Tertia suppositio, quòd consideratio superioris, & locutio inferioris, sint de obiectis disperatis. Quib. suppositis, sequitur quòd pro tunc, inferior non causat cognitionem, & causat speciem, addendo quòd superior non habet similem speciem, sed si non admittatur. Secunda suppositio; Arguitur sic. Supponendo quòd inferior, & superior uoluntur cum aliquo medio, de obiectis disperatis, tunc superior causabit cognitionem, & speciem de obiecto, de quo loquitur. Et inferior causabit speciem tantum, quia non potest impedire superiorem. Sed ista ratio fundatur in ista secunda suppositione, quòd cognitiones disperatorum non possunt esse simul in quia si possunt esse, utcūque causabit cognitionem obiecti, & neutrū impedire alterū. pōt aliter, phari, supponēdo, quòd nō possit esse simul in intellectu, & infinitæ cognitiones actuales, & quòd habeat maximū numerū, quē pōt habere, tūc inferior Angelus nō poterit cāre cognitionē, in supiori: sed tm̄ pōt cāre spēm, quia species non sic limitatur ad determinatum numerum, cum non uitaliter numerentur. Ex dictis, præcipuè ex illa suppositione, quòd uirtus inferior non potest impedire superiorem, potest elici causa, quare aliquando homines sunt obstinati in uitiis, & erroribus: quia possibile est, & probabile, quòd Dæmon causet

3. dictū Sco.

RS Sco. fundatur in tribus suppositionibus.

causet aliquem assensum erroneum in intellectu hominis, Deo permittente, propter demerita præcedentia: quem assensum nullæ persuasiones humanæ possent auferre, quia non possunt impedire uirtutem maiorem ipsius dæmonis. Quare talis potius orationibus, quam persuasionibus conuertendus est.

Potest addi tertia probatio ad tertium dictum. Supponendo, quòd Angelus ex uehementi consideratione circa aliquid sit distractus a perceptione aliorum obiectorum, adeoquod non possit faciliter se applicare ad alia ubiectà consideranda. Quo supposito arguitur sic: Homo distractus recipit speciem, siue cognitionem: ergo Angelus distractus recipit speciem, siue cognitionem.

Declarat Sco. qualis actus sit auditio & quia sit. Sed quæritur, qualis actus sit auditio? Respondet Scotus, quòd auditio est notitia expressa, causata ab intelligente, in quantum intelligens est recepta in audiente, inquantum patiens est.

Sed contra. Auditio causatur a memoria loquentis, & non ab intelligentia loquentis: ergo non causatur ab intelligente inquantum intelligens, sed inquantum memorans.

Respondeo, quod iy inquantum, non reduplicat principium, sed rationem aucuius prærequisiti ad hoc, quòd cognitio expressa sit auditio. Itaquod si memoria non causaret intelligentiam in se, quamuis causaret in alio, illa cognitio non diceretur auditio.

Dubium. Sed dubium est, an qualibet auditio causetur a memoria: & uidetur quòd non, quia notitia intuitiua, causat notitiam unam sui obiecti, & illa est auditio.

Solutio. Respondeo, quod oportet auditionem esse immediatè repræsentatiuam obiecti.

Sed contra: causatur ab intelligente, inquantum intelligens: ergo est auditio: consequentia a definitione ad definitum.

Solutio. Respondeo, quòd oportet addere prædictam conditionem in definitione. Pro cuius declaratione ponit, quot modis potest causari notitia actualis de aliquo obiecto, puta quòd possunt colligi de mente eius septem modi. Tres de notitia intuitiua, & quatuor de abstractiua. primitus sunt notitiæ intuitiuæ ipsius A, in uerbo. Notitia intuitiua ipsius in intellectu alterius Angeli, in genere proprio causata immediatè ab A. Quatuor abstractiuæ sunt, uerbi gratia in Michaele. Prima causata a memoria Michaelis de A, per speciem acquisitam. Secunda per speciem concreatam. Tertia causata ab intelligentia alterius abstractiua. Quarta causata a memoria alterius: & inter omnes istas cognitiones actuales, sola ultima uocatur auditio, & omnes aliæ dicuntur uisiones, capiendo largè uisionem, ut distinguitur contra auditionem.

Sed contra prædicta, arguitur sic. Sequeretur, quòd notitia intuitiua est de obiecto absente: consequentia probatur: ponendo quòd Michael uideat notitiam abstractiuam rosæ in intellectu Raphaelis. Tunc illa uisio Michaelis est notitia intuitiua rosæ, & tamen illa rosa non est: igitur.

Respondent aliqui, dicando primo, quòd si uideat intuitiuam Sortis in Raphaele, quòd illa uisio Michaelis non esset intuitiua formaliter. Dicitur secundo, quòd est intuitiua per accessum ad intuitiuam, idest, quòd magis accedit ad intuitiuam, quam aliæ abstractiuæ: sed hoc est contra intentionem Scoti, quia talis non est de obiecto præsente, ut præsens est. & maior difficultas est de uisione notitiæ abstractiuæ: præterea oportet dicere eam esse intuitiuam, nec est inconueniens esse aliquam notitiam intuitiuam de obiecto absente, si respectu absentis non sit intuitiua.

Corollaria ex dictis. 1. Coroll. Ex prædictis infert Scotus Corollaria. Primum Corollarium est, quòd uoluntas aliquo modo facit ad locutionem, scilicet conuertendo intellectum ad considerationem alicuius obiecti. pro cuius declaratione supponitur primo, quòd duplex est cognitio. Quædam est merè naturalis, præcedens omnem actum uoluntatis. Alia est partim naturalis, & partim libera, ut illa, quæ est imperata a uoluntate.

Supponitur secundo, quòd officium uoluntatis est copulare parentem, idest memoriam cum prole, idest cum intelligentia. Nam cum intellectus habeat multas species, potest exire in actum. In potestate uoluntatis est imperare intellectui, ut consideret hoc, uel illud obiectum: & per consequens imperare ei, quòd loquatur.

2. Coroll. Secundum Corollarium est, quòd cognitio loquentis, non se habet effectiuè respectu locutionis, sed ut effectus primus.

3. Coroll. Tertium Corollarium est: quòd in audiente, aliquando uisio præcedit auditionem, & tunc est auditio imperfecta. Aliquando uisio præcedit uisionem, & tunc est auditio perfecta, de re, quæ prius erat ignota: & facta tali auditione, intellectus audientis conuertitur ad contemplandum, & intuendum intellectum loquentis: & uidet in loquente uisionem obiecti, & uidet obiectum in se. Visio Visionis obiecti, est uisio perfectissima, quam intellectus potest habere.

Dubium. Sed dubium est si Michael habeat perfectam cognitionem abstractiuam de Sorte elicitam a memoria sua, quomodo Raphael poterit ei loqui de Sorte, non causando notitiam de Sorte, quia iam habet eam: neque intendendo eam, quia est iam perfecta, & in termino, ut posui: igitur ei loqui non poterit de Sorte, immo ut habemus, nunquam unus Angelus loquetur alteri, de re, quam cognoscit, & considerat: quod uidetur absurdum. Nam sæpe uidimus propositiones, quas cogitamus actualiter: ergo multo magis Angelus potest audire ea, quæ considerat. Item sequitur, quod Deus non potest audire aliquem Angelum, cum in Deo non possit esse auditio, siue cognitio expressa ab intelligente, ut intelligens est. Hæc dubia postea discutientur.

De secundo articulo uidendum est quomodo Angelus possit loqui uni, aliis non audientibus. Pro solutione supponitur, quòd in potestate Angeli est uti sua specie concreata, uel acquisita, secundum quod uult, & quando uult. Corollarium: Angelum uti specie ad placitum, potest intelligi dupliciter. Vno modo quo ad principium actiuum. Alio modo quo ad principium passiuum, & sicut subiacet imperio uoluntatis, uti hac specie, uel non uti, ita causare notitiam in subiecto, uel in illo. Declaratur sic. Si esset unus Angelus, qui haberet duas potentias receptiuas intellectionis, & unam memoriam tantum, in potestate eius esset causare cognitionem, modo in illa intelligentia, modo in illa, prout placet. A simili in proposito, unus Angelus potest causare in intellectu alterius pro libito auditionem, quam uoluerit.

Dubium. Sed quia dicitur, quòd multi Angeli ministrabant Christo, quæro: An unus Angelus possit alloqui omnes illos ministrantes, & possit loqui infinitos? Scotus dicit quære solutionem. *Solutio Sc. ex reportatis.* Sed ex reportatis Parisiensibus, potest elici, quod cum Angelus sit uirtutis finitæ, determinatur ad certum numerum loquutionum, nobis tamen ignotum.

Obijcitur. Sed contra, si una albedo esset præsens infinitis oculis, in infinitis locis, uel in infinitis oculis penetratiuè se habentibus in eodem loco, talis albedo causaret infinitas species, & infinitas uisiones: ergo similiter memoria Angeli poterit *Euasio.* causare infinitas locutiones. Si dicas, quòd illa albedo certum numerum specierum, & non infinitum. Quæro in quibus oculis, quia non est maior ratio quam in his, quam in illis, cum uniformiter se habeant quicunque.

¶Ad aliam quæstionem &c.] Ad aliam quæstionem de illuminatione, Scotus, dicit ponendo talem diffinitionem. Illuminatio est quædam locutio de uero perfecto in esse secundo. Corollarium: Omnis illuminatio est locutio, & non econtra. Dicebatur in definitione de uero, quia Angelus non loquitur, nisi causando notitiam ueram: & ideo si causaret assensum falsum, potius esset excæcatio, quam illuminatio. dicitur etiam perfectio in esse secundo, quia duplex est perfectio. Quædam in esse primo, quæ est essentialis. Alia est in esse secundo, quia est accidentalis, & ista est duplex. Quædam est perfectio simpliciter, & est cognitio alicuius in uerbo. Alia est secundum quid, & est cognitio alicuius in genere proprio. His suppositis ponitur, quòd Angelus superior potest illuminare inferiorem, causando in eo conceptum de uero reuelato. Addit tamen Scotus, quod probabiliter est, illuminationem non esse loquutionem. Nam potest superior causare conceptum ueri in inferiori, non causando in seipso, & talis causatio aliter illuminatio, ut patet, & non esset locutio: quia non esset ab intelligente, ut intelligens est.

Dubitatio. Sed contra: quamuis pro nunc memoria illuminantis, nihil causet in illuminato, tamen prius causabit, & per consequens erit locutio: quia adhoc quod aliqua cognitio sit locutio, uel auditio, quod idem est: sufficit quod ut actus secundus memoriæ, in alio subiecto a memorante expressus.

Solutio. Respondeo, quòd Michael, aut alius superior Angelus, illuminatus a Deo, ut uideat præcisè in uerbo Antichristum

stum esse natum, cuius Antichristi habet speciem creatam, poterit salis memoria superioris causare primum effectum in intellectu inferioris: & tunc illa cognitio non erit auditio: quia non est secundarius effectus a memoria expressus.

Duo dubia.

¶S E D est dubium &c.] Consequenter Scotus mouet duo dubia. Primum dubium est. An superior Angelus possit causare in inferiori talem uisionem Antichristi in uerbo, quam ipse habet.

Vera solutionem.

Respondet Scotus distinguendo, aut quòd possit causare talem uisionem effectiuè, & sic dicit, quòd non, quia a solo Deo potest causari, sicut ipsa uisio Dei. Alio modo dispositiuè causando aliquam dispositionem inducentem ad talem uisionem, & hoc modo dicit, quòd sic. Nam locutio disponit inferiorem ad uisionem Antichristi in intellectu alterius, quia post auditionem conuertitur inferior ad uidendum intellectum superioris, & talis uisio disponit ad uisionem in uerbo, mediante desiderio, ut declarat Doctor in litera. Secundum est, an inferior possit illuminare superiorem, quod non exponitur vide Scotum.

Ad argum. principalia primæ quæstionis. Prima solutio.

Ad argumenta primæ quæstionis. Ad primum argumentũ quando arguitur: si Angelus supatior illuminat inferiorem, aut lumen causando, aut lumen infundendo, aut intendendo. Dico, quòd causando, & ad probationem, quòd non, quia tunc crearet; nego consequentiam; & ratio est, quia in actione, quæ est creatio, solum concurrit causa efficiens, & causa finalis, sed in illuminatione, siue productione cognitionis, concurrit etiam causa materialis, & susceptiua cognitionis. potest etiam aliter distingui, aut, quod non illuminet causando lumen essentiale; & sic concedo. Aut causando lumẽ accidẽtale, siue actuale, quod est cognitio, siue habituale, quod est species, & sic nego.

2. solutio.

Soluit secũdum principale.

¶Ad secundum argumentum quando arguitur &c.] Pro solutione suppono, quòd triplex est illuminatio in Angelis, sicut est triplex cognitio. Quædam est perfectissima, quæ est uisio essentiæ diuinæ, & dicitur meridiana. Alia est cognitio rerum in uerbo, & dicitur intuitiua. Alia est perfecta, & est rerum in genere proprio, & dicitur uespertina. Supponitur secundo, quod omnis cognitio, quæ non est in uerbo, dicitur tenebra respectu illius. Supponitur tertio, quòd licet in Angelis ignorantia non sit, quia sciunt ea, quæ tenentur scire, est tamen nescientia; quia non omnia cognoscunt, neque in uerbo, neque in genere proprio. Supponitur quarto extra Scotum, ꝙ intellectus Angeli potest dici tenebrosus dupliciter. Vno modo simpliciter, ut si caret uisione uerbi, & rerũ in uerbo, ita quod nullam talem haberet. Alio modo potest dici tenebrosus secundũ quid si caret aliqua notitia in genere proprio, & talis dicitur nescientia, & non ignorantia in eo. per oppositum potest dici luminosus simpliciter a uisione in uerbo, & secundum quid a cognitione in genere proprio. His suppositis pro materia argumenti. Ad formam quando arguitur sic. Omnis mutatio est inter opposita priuatiuè, nego, & ad probationem, quando dicitur, esse tenebrosum, i. priuatum lumine, distinguo, aut tenebra simpliciter, & sic nego, aut tenebra secundũ quid, & sic distinguo; aut tenebra ignorantiæ, & sic nego, aut tenebra nescientiæ; & sic concedo.

Ad formã argumenti.

Soluitur tertium princ.

Ad tertium argumentum, quando arguitur, ꝙ maius lumẽ offuscat minus; distinguo, aut quo ad efficientiam luminis, & speciei; & sic nego, aut quo ad efficientiam cognitionis, & percepti nis; & sic distinguo; aut cognitionis existentis, sic, ꝙ quando est perceptio maioris luminis, non fit perceptio minoris, & sic concedo, aut cognitionis sequentis; & sic distinguo, aut de lumine sensibili, & sic concedo. Nam oculo istius modi natura est, ut post solem umbram intrantibus cęca sint omnia: & sic maius lumen offuscat minus lumen, idest quo ad efficientiam cognitionis, i. impedit pro tunc minus causet uisionem. Et impedit, quòd minus lumen, pro morula immediatè sequente uisionem maioris luminis, non causet uisionem. Aut de lumine intellectuali, & sic nego. Conformiter ad dictum Philosophi ponentis differentiam inter passibilitatem sensus, & intellectus: qui dicit, quòd si intellectus excellentius quicquam contemplatus fuerit, non minus intelligit minima. Immo facilius intelligit ea; quia maius lumen intellectuale perfectius habilitat intellectum ad percipiendum minus intellectuale. i. minus perfectam rem, siue minoris intelligibilitatis. Vnde quodlibet intelligibile potest dici quoddam lumen intellectus, quia potest illuminare intellectum causando notitiam sui &c.

Soluitur principale secundæ quæst.

Ad argumenta principalia secundę quæstionis. Ad primum quando arguitur sic, si ue locutione uidere potest unus Angelus omnia, quæ sunt in intellectu alterius: ergo frustra ponitur locutio.

Soluitur primum.

Respondet Sco. & Henricus, negando antecedens; quia Angelus potest per uoluntatem suam occultare omnes cogitationes suas: sed contra hoc arguit, primo, eadem ratione posset occultare essentiam, hoc non potest: ergo neque cogitationes suas. Item, quia uolitionem illam, per quam occultat alia, non occultat: ergo saltem uidebit talem nolitionem, & per consequens uidebit uolita. Antecedens probatur, quia si occultat talem uolitionem, aut per ipsammet, aut per aliam; non secundum, quia tunc quæratur de illa, & erit processus in infinitum; aut sistendum deueniet ad aliquam, quam non occultat. Si primum, sequitur, quòd eadem ratione qua illa uolitio occultat seipsum, quòd quælibet entitas occultabit seipsam, quod est absurdum: & ideo dimissa illa opinione,

Vera solutio auctoris

Dico, quòd Angelum occultare suam cognitionem alteri, potest intelligi dupliciter. Vno modo negatiuè, non causando in eo cognitionem. Alio modo positiuè, idest impediendo, ne uideat cognitiones suas, quas habet in intellectu. Primo modo bene potest occultare, sed non secundo modo, quia inconueniens est, quòd stante communi concursu naturæ, intelligibile sit præsens intellectui applicato ad ipsum, & non causet suam cognitionem; cum talis causatio, sit causa naturalis, sicut calefactio ignis; sed calefactibile præsense, ignem non calefacere, non subiacet alicui uoluntati creatæ, sed soli Deo: ergo intelligibili præsente intellectui, quòd non causet uolitionem, nulla uoluntas creata facere potest; & in hac ratione uidetur fundare Scotus suam opinionem.

Cõtradictio in Sco.

Sed potest ista ratio retorqueri contra Scotum, quòd eadem ratione causalitas specierum existentium in intellectu, non subiacet imperio uoluntatis; neque causalitas cognitionis in uno Angelo, & non in alio, cum in illis causa immediata sit naturalis. Et si dicatur illas esse liberas per participationem, quæ libertas non habetur respectu caloris; ita quod causalitas ignis non subiacet uoluntati nostræ, sed bene causalitas speciei. Ita etiam dicit Sanctus Thomas, quòd causalitas cognitionis in Angelo, siue hoc, quod est unum Angelum uidere cogitationem alterius, subiacet imperio uoluntatis. Ad illud, quod dicebatur de nolitione, quòd non occultet seipsam, quia eadem ratione, quodlibet ens &c. nego consequentiam, quia ipsa est dilectio sui, & sic nolitio sui; & tamen non quodlibet ens est nolitio sui, ita illa occultat se, sed non sequitur, ꝙ quodlibet ens occultet se; quia occultare se non conuenit ei, quatenus est ens, sed quatenus est talis uolitio.

Respon. Sc.

Scotus tamen non est contentus de prædicta solutione; concedit antecedens, uidelicet, ꝙ quilibet Angelus potest uidere in intellectu alterius omnes cognitiones, quas alius habet, & ꝙ alius non potest occultare eas. & quando infertur, ꝙ frustra ponitur locutio, negat consequentiam; & assignando rationẽ & causam negationis, ponit duas propositiones. Prima propositio. locutio inter Angelos non ponitur propter necessitatem causationis, nec cognitionis in audiente; patet, quia per uisionem potest cognoscere omnia, quę cognoscit per locutionem, & perfectiori modo. Secunda propositio: locutio inter angelos ponitur propter perfectionem, & dignificationem naturæ Angelicæ. patet, quia perfectionis est in aliqua natura communicare liberaliter cognitiones rerum: sed natura Angelica est perfectissima inter creaturas: ergo non est negandum, ab ea posse liberaliter communicari cognitionem alicuius rei. Ex quo sequitur primo, quòd non frustra ponitur locutio. Sequitur secundo, quòd unus Angelus potest causare cognitionem in alio Angelo, dupliciter. Vno modo naturaliter, & obiectiuè; & sic causat uisionem. Alio modo uoluntariè liberaliter, & expressiuè, & sic causat auditionem, & probatur, quòd locutio non sit necessaria ad manifestationem; quia Angelus loquitur Deo, & tamen ad locutione non fit Deo aliquid manifestius. Nec ulli loquitur per notitiam expressionis, sicut cæteris Angelis, sed per uoluntariam mentis apertionem, pro quanto uult omnes cogitationes esse Deo notas, & hoc ad perfectionis in Angelo.

Prima propositio Sco.

Soluitur tertiũ principale per aliqua dicta.

Circa solutionem primi argumenti, pro prima parte antecedentis. Nota ꝙ Scotus, ponit aliqua dicta. Primum ꝙ ens in sua communitate, est obiectum intellectus Angelici. Et ex hoc sequitur Corollarium, ꝙ esse Angeli, non est obiectum adæquatum intellectus Angelici. Secundum dictum: quælibet quiditas uniuersalis, est actu intelligibilis respectu Angeli. Tertium

1. dictum. 2. dictum. 3. dictum.

tium dictum. Non quodlibet singulare, est actu intelligibile respectu Angeli; patet quia non habet species omnium singularium. *4. dictum.* Quartum dictum. Quodlibet singulare est actu intelligibile respectu Angeli, quantum ad notitiam intuitiuã: quia talis non præsupponit speciem: licèt non qũo ad abstractiuam quia talis præsupponit speciem. *Coroll.* Corollarium: ponendus est intellectus agens in Angelo, ad producendum species singularium: & ut faciat potentia intelligibilia, esse actu intelligibilia.

Nota ulterius, quòd in uno passu obscurissimo de differentia sensibilis, & intelligibilis, Respondendo ad unam replicam, ponit Scotus talem propositionem. Differentia genere possunt producere eundem effectum: & ideo sensibile in ratione obiecti, & intelligibile in ratione potentiæ, possunt producere eundem effectum. Vt lapis, & Angelus. Vnde istæ duæ indeffinitæ sunt ueræ. Sensibile, & intelligibile, possunt producere eundem effectum. Sensibile, & intelligibile non possunt producere eundem effectum. Prima patet de caliditate, quæ est sensibilis, & frigiditate, quæ est intelligibilis: Ex quo sequitur, quòd cum idem sit sensibile & intelligibile: accidit sensibili inquantum mutat intellectum, esse intelligibile, ab intelligibili. Quia inquantum immutat intellectum, est intelligibile: & ideo ut sic non differt ab intelligibili: quia non competit intelligibili inquantum sensibile immutare intellectum.

Coroll. Notabile. Corollarium. Sensibile, & intelligibile non sunt ita in genere disperato, quòd ad nullum eundem effectum possint concurrere: scilicet immutare intellectum: quia omne ens est aptum natum immutare intellectum Angeli: licèt sensibile, ut sensibile, contingenter sit intelligibile. tamen sensibile ut ens, per se intelligitur, & contingenter. Vt est sensibile. Nam intelligibile est propria passio entis: ideo per se competit omni enti.

¶Ad ultimum, cum &c.] Pro solutione ultimi argumenti, Scotus ponit aliquas propositiones. Prima propositio. Singulare est intelligibile per se. Secunda propositio. Intellectus Angeli intelligit singulare sub propria ratione singularitatis, uel potest ad minus. Tertia propositio, non solum intuitiuè, potest cognoscere sub propria ratione singularitatis, immo et abstractiuè, causando speciem de illo: quia alia est species singularis in cognoscendo, quàm uniuersalis. ex ista propositione sequitur propositio quarta, quam addit. Quarta propositio, ꝙ non est simile de intellectu Angeli, & nostro: quia pro statu isto non cognoscimus substantiam, neque quidditatem. Vnde est quia peccatum meum contra me est semper.

Replica contra solutionem. Replicatur contra hoc, quia si intellectus Angeli abstractiuè cognoscit singulare, sub propria ratione singularitatis, sequitur quòd intellectus noster potest abstractiue cognoscere singulare, sub propria ratione singularitatis: sed consequens est falsum. consequentia probatur: quia sicut Angelus potest habere speciem singularis, ita & nos. probatur, quia a phantasmate, & intellectu agente generatur in nobis species similis phantasmati: sed phantasma est species singularis: ergo species intelligibilis causata ab eo, est singularis. *Solutio replicæ.* Distinguo pro solutione, quòd species intelligibilis sit similis phantasmati, aut similitudine naturali, quod utrunque naturaliter repræsentat: & sic concedo. Aut similitudine determinationis, sic, quòd utrunque singulariter, & distinctè repræsentet. & sic nego. Quia species intelligibilis, quam habemus, non repręsentat differentiam indiuidualem: sed est species uniuersalis, & non singularis; in Angelo uerò est similis similitudine naturali, & similitudine determinationis: ut species Sortis repræsentat præcisè Sortem; secundum omnem determinationem Sortis: & hoc non potest habere intellectus noster.

Contra, ergo formare propositiones de subiecto singulari &c.

D I S T I N C T. DECIMAE.

QVAESTIO VNICA.



QVAERITVR circa decimam distinctionem. Vtrum Angeli mittantur. *Vtrum omnes Angeli mittantur.* Angelus capitur dupliciter. Vno modo pro infimo Angelorum, itaquod in ultima hyerarchia descèdendo. Primo sunt uirtutes. Secundo Archangeli. Tertio Angeli, ideo ultimus chorus, est chorus Angelorum. Alio modo capitur pro quolibet Spiritu admiuistrante. Secũdo. Notãdum quòd Angeli mittantur ad duo, primo ad inflammandam uoluntatem. secundo ad illuminandum intellectum. Sed quæro an mali Angeli mittantur. & uidetur quòd sic tertio Reg. capitulo ultimo. dixit dominus ad Spiritum mendacii, egredere, & fac ita. Item Matthæo octauo, dicunt dæmones: Mitte nos ad porcos: ergo uidetur quòd mittantur. Contra. Missio est ad saluandum secundum Henricum: sed mali non habent intentionem saluandi, sed perdendi: ergo non mittuntur.

Determinatio. Respondeo, quòd in ministerio malorum Angelorum, considero duo: scilicet, potestatem, & usum. Potestatem quidem, quia nos tentare, & infestare possunt, & talis est a Deo. Sed usus, quo nos urgent, & quo procurant nos damnari, non est a Deo nolente, sed permittente, actiuè uero est a malitia dæmonis, & auctoritas intelligitur, quòd permittantur uti potestate sua.

Sed quæro. Vtrum boni mittant bonos, quia dicitur in scriptura, dicit Angelus ad Angelum, loquere ad puerum &c.

Soluitur. Respondeo, quando queritur. Vtrum boni mittant bonos, distinguo, aut quo ad auctoritatem, & sic dico, quòd nõ, quia hoc soli Deo conuenit, aut quo ad subauctoritatiuè, & tunc dico quòd sic. His suppositis quærit Scotus, Vtrum omnes Angeli mittantur.

Ad partem affirmatiuam arguitur. Pro parte affirmatiua arguitur sic, auctoritate Apostoli. Omnes sunt administratores Spiritus, ergo omnes mittuntur. consequentia probatur, quia administrator, & minister idem est.

Opiniones circa quæst. Pro solutione, quidam dixerunt, quòd soli infimi, alii ꝙ omnes dixerunt, ex auctoritate Pauli dicta. Sed Scotus distinguit de missione, quòd quædã est interior, qua Angelus mittitur ad Angelum. Alia est exterior, qua mittitur ad hominẽ. Primum dictum, aliqui mittuntur ad intra, qui non mittuntur ad extra. *Solutio Sc.* Secundum aliqui mittuntur ad extra. & nõ mittuntur ad intra. *Coroll. omnes Angeli mittuntur.* Corollarium. Omnes Angeli mittuntur aliqua missiona ad intra, uel ad extra.

Sed contra: missio solum conuenit filio Dei: ergo non conuenit Angelis. antecedens probatur dist. 14. primi, & per Apostolum: Misit Deus filium suum factum de muliere. Distinguo antecedens, ꝙ missio conuenit soli Dei filio: aut missio ad redimendum & ad saluandum: & sic concedo, aut missio ad ministrandum, & sic nego.

D I S T I N C T. VNDECIMAE.

QVAESTIO VNICA.



IRCA distinctionem undecimam. De custodia Angelorum. *De custodia Angelorum.* primo ponitur opinio Auicennæ, quæ in aliquibus locis habetur. *Opin. Auic. de actione intelligentiarum.* Primũ dictum: Intelligentia una est datrix formarum in istis interioribus. Secundum dictum: Intelligentia datrix est cã essendi animæ intellectiuæ. Corollarium. Anima non potest immediatè creari a Deo, igitur creatura potest creare. Tertium dictum. Intelligentia datrix formarum est ratio intelligendi animæ intellectiuæ: quia illa intelligentia est causa, quare anima mea habet intellectiones. Corollarium: Angelus potest causare aliquid in intellectu, quando anima se conuertit,

tit, & sic species intelligibiles sunt ab illa intelligentia.

Reprobatur opi. Auic. & ne D. Tho. cōtra quam arguit Sco.

Sed Scotus, primo ponit impugnationem Sancti Thomæ, contra Auicennam, deinde arguit contra impugnationem.

¶ Ad quæstionem &c.] Consequenter respondet Scotus ad quæstionem. Vtrum Angelus custodiens possit producere effectiuè aliquam notitiam in intellectu hominis. Distinguo, aut seipso effectiuè producendo: & sic dico, quòd non: aut applicando actiua passiuis, & sic distinguo, aut intellectionem alicuius sensibilis: & sic distinguo, aut immediatè; & sic dico quòd non: aut mediante sensatione: & sic dico quòd sic. Pro cuius declaratione ponit Scotus quatuor modos, quibus Angelus potest facere hominem Doctorem.

Quatuor modis Angelus pōt docere hoīem.

Primus est per signa ad placitum instituta mediante corpore assumpto formata Secundus modus est per signa naturalia, offerendo sensibus sensibilia. Tertius modus per transmutationem phantasmatum. Et iste modus continet tres modos.

1. modus.

Primus est transferendo phantasmata, de uno homine ad alterum, in suis spiritibus, uel humoribus: & ostendit istum modum esse probabilem. Improbando duas opiniones negantes ipsam translationem phantasmatum. Prima est quia dependent a sensu, a quo causantur. Vel obiecto in certa proportione, & propinquitate. Sed hoc impugnat Scotus, quia abeuntibus sensibilibus, species remanent in phantasia, & non dependent ab obiecto, nisi tantum in fieri.

Tollit Sco. primam opi de translatione phantasmatum

Et si dicas species exteriores dependent in facto esse ab obiecto: ergo & interiores.

Resp. Sco.

Respondeo negando consequentiam, quia interiores habent aliqualem dispositionem in subiecto. Secunda opinio admissa translatione, negat usum phantasiæ. Sed hoc impugnat Doctor, quia cœcus potest uti phantasmate coloris, non transfuso per sensum, sed infuso a Deo: ergo etiam Sortes poterit uti phantasmate transfuso, per sensum alterius.

2 modus.

Secundus modus docendi, per transmutationem phantasmatum, est per motum localem humorum & spirituum, applicando certo ordine phantasmata ipsi potentiæ, ut phantasietur. & consequenter intelligat aliqua, quæ non nouerat.

3. modus.

Tertius modus docendi, auferendo impedimenta, siue perturbationes humorum, quæ impediunt ordinatam immutationem phantasiæ: & sunt tres modi dicendi per translationem phantasmatum, quos in unum modum principalem reduximus.

4. modus.

Quartus modus principalis, est producendo cum intellectu hominis intensiorem speciem, quàm solus intellectus hominis produceret: quia intellectus hominis, & Angeli, maioris uirtutis sunt simul, quàm quilibet eorum seorsum, & hic uidetur supponere Scotus, quòd intellectus sint eiusdē speciei.

5. modus.

Et posset addi quintus modus, quòd Angelus potest applicare speciem suam ad hoc, quòd cum specie intelligibili, quæ est in intellectu hominis, producat unam notitiam intensiorem, quàm sit illa, quę produceretur à sola specie existente in homine. Et si sic, uidetur quòd intellectus Angeli cū sua specie, possit causare cognitionem in intellectu hominis absque hoc, ꝙ intellectus hominis cum sua specie concurrat actiuè. consequentia probatur, quia ubi manent causæ eiusdem rationis, licèt non ita intensæ, potest produci effectus eiusdem rationis, quamuis non ita intensus. Et sic sequitur, quòd licèt species in intellectu hominis, non possit produci sine phantasmate, tamen cognitio poterit per expressionem, siue per locutionem mentalem produci ab Angelo in intellectu hominis: & ideo si duæ memoriæ possunt producere decem, una produceret quinque.

DISTINCT.

XII.

QVAESTIO PRIMA.

De entitate materia prima.



VAERITVR circa distinctionem duodecimam. Vtrum in substātia generabili, & corruptibili, sit aliqua entitas positiua realiter distincta a forma.

Primus terminus est substantia. & est duplex. Quædam est prima, & non producibilis, siue factibilis, ut essentia diuina. Alia est substantia secunda, & factibilis, ut natura corporea: & natura Angelica, utraque est factibilis: Et corporea ēt est duplex: quædam est factibilis per creationem: quædam per generationem, & de hac intelligitur in quæstione. Vtrum habeat in se &c.

Secundus terminus est entitatem positiuam: ut omne illud quod habet esse præter opus intellectus collatiuum. Sed utrū illa, quæ habet esse abstractiuum, sit ens positiuum. Dico ꝙ sic, licèt enim habeat esse per intellectum, non tñ est ens rōnis: q̄a non habet esse per actum intellectus collatiuum: nec habet esse in sua causa.

Tertius terminus ēt, realiter distincta: scd̄m Scotum aliqua dr̄ realiter distincta dupliciter. Vno mō propriè. Alio mō impropriè. Distinctio propria est illa, quæ est inter rem & rem, ut inter Sortem, & Platonem. Sed impropria est omnis distinctio, quæ est seclusa omni operatione intellectus. In proposito capitur propriè.

Quartus terminus est formę, & est duplex. s. forma quidditas, & forma dans esse per informationem. forma quidditas, est natura specifica, quæ est essentia alicuius, & dicitur forma totius. Hic loquitur de forma informante. Sed pro parte affirmatiua, & uera, arguitur sic. Materia est principium rei generabilis: ergo dicit entitatem positiuam, distinctam a forma. cōsequentia probatur, quia ens positiuum non constituitur nisi ex ente positiuo. Antecedens probatur per definitionem materiæ. Materia est, ex qua aliquid fit cum insit. Vbi ponit ex qua, ad differentiam formæ: quæ non præcedit generationem. Et ponitur cum insit, ad differentiam priuationis, quæ non inest illi, quod fit ex ea. pro cuius declaratione supponitur, ꝙ aliquid fieri ex aliquo capitur tripliciter. Vel tanquàm ex subiecto, ut forma ex materia. Vel tanquàm ex opposito, ut ex non albo album, uel tanquàm ex parte, ut ex anima fit homo.

¶ Hic dicit una &c.] In ista q̄ne Scotus primo ponit opinionem Ricardi, & impugnat eam. Scd̄o ponit opinionē suā.

Opin. Ricardi.

Opinio Ricardi consistit in tali cōclusione. Materia, & forma sunt idem realiter. Et si quæratur, quō fiat generatio. Resp. ꝙ in materia sunt gradus, & qō illi gradus insunt, fit generatio, & qō non insunt, fit corruptio. Corollarium. forma nō est terminus extrinsecus materię, sed intrinsecus: & scd̄m ꝙ ipsa materia aliter terminat, & aliter terminaē, dicit aliud, & aliud cōpositum: quia composita differunt per diuersos gradus materiæ, qui gradus sunt idem cum materia.

Arguit Sco. contra opi. Primo rō.

¶ Positio illa &c.] Contra istam opi. arguitur primo. In generatione aliquid generatur, & aliquid corrūpitur: ergo in generatione aliquid manet, quod nō est forma. Añs patet dist. 2. huius secundi qō. 3. primi argumenti principalis. Vbi dictum est, qualiter generatio unius, est corruptio alterius. consequentia probatur, quia alias non fierat unum oppositum ex altero.

Sed datur una euasio, negando consequentiam, & rō est, q̄a Arist. dicit, ꝙ generatio est transmutatio totius in totum: ergo sequitur, ꝙ non manet aliquid corrupti, quia tunc solum transmutaretur pars in partem.

Resp. ad euasionem.

Sed datur una euasio, negando consequentiam, & ratio est, quia Arist. dicit, ꝙ generatio est transmutatio totius in totū: ergo sequitur, ꝙ non manet aliquid corrupti, quia tunc solū transmutaretur pars in partem.

Sed contra hoc arguitur sic. Nihil corrupti manet in genito: ergo generatio non præsupponit corruptionem: sed consequens est contra experientiam: igitur &c. consequentia probatur, quia non propter aliud generatio præsupponit corruptionem, nisi propter subiectum; & secundum eos non datur subiectum: ergo nulla est rō, ꝙ præsupponat corruptionem, Et ultra, ergo frustra generans corrumpit. consequentia probatur, quia talis corruptio debilitat uirtutem agentis, & agens pōt produ-

producere effectum perfectiorem sine tali debilitatione: ergo frustra ponitur, corruptionē præsupponi ad generationē. Ad hoc dicitur, ꝙ corruptio præsupponitur generationi, propter locum, quia generans non habet locum, in quo ponat genitum: Ideo oportet, ꝙ corrumpat contrarium. Et si arguatur, quòd sufficeret, condensare contrarium. Dico, quòd non sufficit ad tantum effectum: & aliquando non est condensabile contrarium.

Cōfirmatio primæ rōnis Sco. Confirmat Scotus primam rationem, supponendo ꝙ agens naturale potest habere duplex impedimentum. Vnum ex parte causæ cooperantis: sicut intellectus non habens speciem est impediens, ne producat cognitionem. Alio modo ex parte passi: quia in passo est forma contraria formę inducendæ. Hoc supposito arguitur sic. Agens naturale, ut ignis, nunquam habet aliquod istorum impedimentorum: ergo generat semper quātum potest sine corruptione alterius. consequentia probatur, quia corrumpendum non impedit generationem, nisi aliquid corrumpendi debeat esse in genito: Sed nihil corrumpendi requiritur ad genitum. Distinguo, aut nihil intrinsecum, & sic concedo, aut extrinsecum & sic nego, quia locus corrumpendi requiritur ad generandum. & ideo nego, quòd generās non habeat resistentiam; quia licèt non habeat eam, propter aliqd inducendum in eodem subiecto contrario, tamen propter aliquid inducendum in loco contrarii

Secundo arguitur sic. Ignis est corruptibilis per aliquod intrinsecum: & illud est materia: ergo ponēda est materia distincta a forma. Maior probatur per Philosophum septimo Meth. ꝙ materia est, qua res potest esse, & non esse.

Resp. ꝙ ignis per essentiam habet, ꝙ sit corruptibilis, & ideo permutata essentia sua est materia. & quando Philosophus dicit, ꝙ materia est qua res &c. non attribuit hoc formæ ignis, uel alterius: ergo sunt res distinctæ. Dico, ꝙ intellectio Philosophi est, ꝙ res inquantum possibilis, habet ꝙ possit non esse, & sic dicitur materia. Sed inquantum actiua, non habet ꝙ possit non esse. & sic dicitur forma.

Tertiò arguitur sic. Sequeretur, ꝙ nulla erit mutatio substantialis. consequentia probatur, quia nihil substantialiter se habet aliter nunc, quàm prius: ergo nihil substantialiter mutatur. Antecedens probatur, quia nihil se habet nunc aliter secundum substantiam, quàm se habuit prius, nisi illud sit materia: igitur.

Respondeo: consequenter concedendum est, tenendo quòd materia sit forma, quòd nulla est mutatio substantialis nisi large capiendo mutationem pro successione unius ad alterum. Vel potest dici, quòd locus mutatur substantialiter, qa habuit substantiam, quam non habuit prius, ceteræ rationes sunt claræ, usque ad illam partem.

Mouet & soluit Scot. dubium. ¶Sed dices &c.] in qua quærit Scotus, quare ex albo, & ligno non fit ita per se unum, sicut ex materia, & forma: pro solutione, supponitur primo, ꝙ unum est passio entis. Secundo, ꝙ unitas non potest probari de ente, patet, quia ens, neque habet definitionem, neque priorem passionem, quàm unum: tamen omnis passio debet demōstrari a priori per definitionem *Notandum secundum Sc. una passio pōt demonstrari per aliam.* subiecti, uel per priorem passionem Ex quo patet, qaòd secundum Scotum, una passio potest demonstrari per aliam: & licèt hoc sit difficile, non tamen est impossibile, ut habetur 39. dist. primi. Sequitur etiam, ꝙ ista non est demonstrabilis: aliquid compositum est per se unum.

Vlterius uidendum, quomodo materia, & forma distinguātur, ponendo tria. Primo, quòd distinguuntur realiter. Secundo dico, quòd sunt alterius rationis. Tertio quòd sunt primo diuersa.

Cōtradictio in dictis Sc. Contra Scotus in tertia distinctione primi dicit, ꝙ ens prædicatur quidditatiue de materia, & forma: ergo non sunt primo diuersa, quia sunt alicui enti idem entia. Sed materia, & forma esse primo diuersa potest intelligi dupliciter. Vno modo io ratione quidditatiua, ut duæ ultimæ differentiæ: & sic non sunt primo diuersa: Alio modo potest intelligi in ratione actus. & sic sunt primo diuersa. Et hoc est, quod uult habere Scotus in ista quæstione.

QVAESTIO SECVNDA.

QVAERITVR secundo circa istam secundam qōnem huius duodecimæ distinctionis. Vtrum materia possit esse sine forma, non capiendo formam pro rōne formali, uel quidditate. Sed capiendo formam pro forma informante. Primo ponitur opinio Ricardi, & D. Tho. Secundo ponitur opin. Thomæ *Quō soluā tur argumē* Anglici; quorum argumenta soluuntur faciliter, cum illa distinctione de actu formali, & esse actu siue entitatiuo, quod est *ta Tho. Anglici.* in omnibus, etiam in formis: sed in compositis aut formis, est esse formale, & actus formalis, quod est a forma: & tale esse nō habet materia. Nam esse formale, est esse formam, uel habere formam. Sed pro tertio argumento in quo quæritur: An habeat Idaam in Deo; Notandum est, quòd Idea capitur tripliciter scilicet pro esse cognito. pro ratione cognoscendi. & pro ratione imitandi. Primo modo secundum Augustinum est ratio creaturæ in mente diuina, secundum quam aliquid est factibile ad extra. Primo dicitur ratio, quia est actus. dicitur intellectus, quia esse cognitum in mente creaturæ non est Idea propriè: ex quo sequitur, ꝙ conceptus Antichristi futuri in intellectu creato non est propriè Idea. & dicitur secundum quā aliquid est factibile. Ex quo sequitur, quòd chimera non habet Ideam in mente diuina, neque secundæ intentiones, neque negationes, neque impossibilia, ut hominem esse Asinum.

Secundo modo capitur Idea pro ratione cognoscendi, & sic species intelligibilis in me uocatur Idea: & sic essentia diuina est Idea intellectus diuini, non capiendo Ideam pro esse cognito, sed pro ratione cognoscendi: quia ipsa essentia est quodcunque ens incomplexè.

Tertio modo capitur Idea pro ratione imitandi, & sic est omnis creatura, inquantum participatè habet esse in Deo. His suppositis dico; quòd materia habet Ideam omnibus modis prædictis De primo patet, quia creatur a Deo. De secundo patet, quia cognoscitur a Deo. De tertio patet, quia habet esse, licèt non tam perfectā sicut cætera entia.

DISTINCT. XIII.



CIRCA distinctionem decimamtertiam &c.] Primo Notandum, ꝙ Scotus in fine qōnis de lumine, probat, ꝙ omnis radius siue sit rectus, siue reflexus immediatè producitur a lùce per unam experientiam: supponēdo, ꝙ sit candela intra ollam illuminans, per orificium ollæ, quę illuminet medium per quatuor pedalia, uel plura.

Supponitur secundo, ꝙ lumen, & lux, & similia diffundunt *Suppositio.* se per medium orbiculariter, quousque attingant opacum, aut deficiat uirtus eorum. His suppositis arguitur sic Radius pedalis non causat radium alterum pedalem: ergo totus radius immediatè procedit a suo fonte. Antecedens probatur, quia dato, ꝙ sit radius pedalis, qui causat radium tripedalem: ergo eadem ratione causat orbiculariter, in quancunque partem medii, usque ad opacum, sicut & directum: sed consequens est cōtra experientiam: ergo & antecedens est falsum. consequētia probatur, ex secunda suppositione, quia diffundit se orbiculariter.

Secūdo ad idem arguitur sic inquisitiue, uel luminosum potest causare lumen in aliquo distante localiter, aut non. Si nō, *2. ratio.* ergo tantum illuminabit aliquod indiuisibile, secundum profunditatem, puta superficiem corporis cōtinentis ipsum: quia superficies locantis & locati, sunt immediatè hoc est falsum: quia tunc lumen causatum in superficie continentis, non posset causare aliud lumen. probatur, quia causaret illud in aliqua superficie, in medio: sed nulla ulterior superficies est immediata illi: ergo in nulla poterit causare, & per consequens lumen non poterit ulterius diffundi.

Si datur primum, ꝙ in aliquo instanti localiter: ergo pari rōne, in toto medio, quantum sufficit uirtus eius.

Et si dicatur, quòd sufficit causare non tantum per unum pedale.

Respondet Magister ad primam quæstionem, ꝙ secundum pedale diffundet se orbiculariter, quod est contra sensum. Et si quæratur, quare secundum pedale non causat tertium.

Respondet Scotus, ꝙ hoc ideo est, quia præuenitur a fortiori agente, puta a fonte suo. Sed contra respectu aliarum partium non illuminatarum a fonte, non præuenitur ergo illuminabit eas, quod est contra sensum: ergo oportet dicere quòd unum lumen, siue una pars radii non potest causare aliam, nisi se reflectendo iuxta aliquod opacum, & multiplicet: & ut sic etiam non est necesse, & magis uidetur esse de mente Scoti, ꝙ non possit causare, nisi radium secundarium, qui est alterius rationis

rationis a primario. Itaquod primarius, & quilibet, qui est eiusdem speciei cum eo ea sua perfectione habet quod nõ poſsit generare nisi a luce.

DISTINCT. XIIII.

QVAESTIO PRIMA.

De natura cœlestis corporis. Corpus cœleste dupliciter.



VAERITVR circa distinctionem decimamquartam. Vtrum corpus cœleste sit essentia simplex. Primus terminus est corpus cœleste. Et capitur dupliciter. Vno mõ pro cœlo. Alio mõ pro corpore existẽte in cœlo, & sic corpus Christi est corpus cœleste. Secundus terminus est simplex, & capitur dupliciter. Vno modo, ut opponitur mixtioni, & sic nõ capitur hic, quia apud Philosophos, & Theologos, est manifestũ cœlum non esse mixtum. Alio modo capitur mixtum, ut opponitur compositioni ex materia & forma, & sic capitur hic.

Simplex dupliciter.

In ista quæstione sunt duo articuli. Primus articulus est de intentione Philosophorũ circa propositam quæstionẽ. Secundus articulus est de intentione Theologorum, circa eandem. Quantum ad primum ponit Scotus talem conclusionem de mẽte. Arist. & sui Cõmentatoris. In cœlo non est materia. probat Nullum sempiternum habet materiam: sed cœlum est sempiternum: ergo non habet materiam. Maior est Philosophi. Maior probatur sic: Omne habens materiam est corruptibile: sed sempiternum non est corruptibile: ergo nullum sempiternum habet materiam. Tota deductio est ex principiis Philosophi, & sic relinquitur conclusio probata.

Concl. Sco. de mente Arist. & Auerr. cœlum non habet materiã

Consequenter Scotus refellit aliquas euasiones Henrici, & sancti Thomæ quas dant ad istam rationem. Prima est ꝙ quando Philosophus dicit, cœlum est incorruptibile, intelligit ꝙ non potest corrumpi ab aliquo agente naturali, tamen non non negat ipsum esse corruptibile intrinsecè, cum habeat materiam: Sed hoc improbat Scotus per Commentatorem in libro de substantia orbis, qui omnibus modis negat materiam in cœlo. Et dicit Scotus quòd Commentator, in hoc melius habuit intentionem Philosophi, quòd præfati doctores.

Refellit Sc. responsiones Hen. & D. Th. ad rõnem Arist.

Et si prędicti doctores nolunt acquiescere dictis Commentatoris, & expositioni eius, conuocat eos ad inquirendum ex dictis Arist. & processu eiusdem in libro cœli, An cœlum habent materiam.

Et primo supponit, quòd Arist. negauit cœlum esse de natura elementari. Ex quo infert philosophus quòd cœlum nõ est corruptibile sicut elementa. Sed ad hoc datur euasio, ꝙ causa incorruptibilitatis cœli non est carentia materiæ secundum Philosophum, sed incorruptibilitas formæ cœli, quæ forma non potest esse sine materia, sicut nec accidens sine subiecto. Et ideo sequitur quòd cœlum sit incorruptibile; quia si corrumperetur, aut esset per corruptionem formæ, quod est contra suppositũ, quia presupposita est incorruptibilis: aut per separationẽ formæ, quod etiam est contra suppositum, quia posita est inseparabilis à materia; reputatur quàm impugnatum ex dictis ꝙ materia sufficiens causa corruptionis. Item quia si Philosophus supponeret formam cœli inseparabilem à materia, & corruptibilẽ, uideretur supponere probandum. Et ideo Scotus consequenter affert tertiam euasionem magis cõmunem: quòd materia cœli est alterius rationis à materia corruptibilium. Ideo non est causa corruptionis, & ꝙ in cœlo sit materia, probant per Philosophum dicentem, cum dico hoc cœlum, dico materiam.

Euaditur rõ Aristot. probãtis incorruptibilitatẽ cœli.

Probatur, quod in cœlo sit materia

Sed dicendum est, quòd Philosophus capit ibi materiam pro materia totius, quæ est differentia indiuidualis. Secundo probant ex secundo Metaphysic. ubi dicit Philosophus, quòd in omni eo quod mouetur, oportet materiam imaginari: sed cœlum mouetur: ergo habet materiam. Ad hoc dico quòd intelligit de eo quod mouetur, ad formam substantialem, & non de omni illo quod mouetur ad ubi.

1. rõ. Soluitur rõ 2. rõ adi dĩ

Istam euasionem impugnat Scotus multis rationibus. Primo sic. In omnibus generibus causarum, est deueniendum ad unum primum: ergo non sunt duæ materiæ, per se alterius rationis. consequentia probatur, quia materia est unum genus causæ: Secundo quòd illa materia, quamuis sit alterius rationis, tamen cum hoc est in potentia ad formam Asini, & ad priuationẽ eius: & per consequens est in potentia cõtradictionis, quod est contra concessum, sed ad hoc datur euasio, dicẽdo ꝙ forma cœli est tã perfecta, quod est sufficiens satiare totum appetitũ, & capacitatem materiæ. Et uidetur quod hoc teneatur. Diceret Scotus, cõtra. Implicat materiam esse sine opinione, cum contingenter se habeat ad quamlibet priuationem. ergo forma cœli non satiat &c. cõsequentia probatur, quia non potest materia denudari ab omni priuatione, nisi ponendo in ea omnes formas possibiles: aut aliqua quæ contineat eminenter omnes formas possibiles: primum non est possibile: ergo est dandum secundum: Sed contra sic euadentes, arguit Scotus, forma cœli non continet uirtualiter omnes formas possibiles: ergo non satiat totam capacitatem materiæ. Antecedens probatur. Primo quia non continet animam intellectiuam: & licèt hoc non concluderet contra Scotum, qui dicit, quod anima non potest immediate informare materiam, concludit tamen contra Diuum Thomam, qui ponens tantum unam formam in animato, ponit animam immediatè informare materiam: & per consequens in materia ponit appetitum respectu animæ, quam non faciet forma cœli. probatur secundo antecedens, quia sequeretur, quòd forma cœli esset infinitæ perfectionis, consequentia probatur, quia continet uirtualiter infinitas perfectiones specificas producibiles.

Solnitur. Secũdum & reprobatur euasio, sine rõ aliorum, qui ponunt

secũdũ Philosophum materiã in cœlo.

DISTINCT. XV.

QVAESTIO VNICA.



VAERITVR circa decimamquintam distinctionem. Vtrum in mixto remaneant elementa secundum substantiam in actu. Elementum capitur tripliciter. Vno modo trãsumptiuè, ut transfertur ad significandum omne primum in aliquo genere rerum: & sic habere elementa sint grammaticos, & principia scientiarum dicuntur elementa. Alio modo capitur pro causa intrinseca alicuius rei; & sic accipitur primo Physicorum, quando dicitur usque ad elementa. Tertio modo accipitur prout dicit Philosophus 5. Metaphysices, pro illo ex quo fit res cum insit. & isto modo materia prima dicitur elementum. & hic capitur secundo modo elementum, ut est causa mixtorum. Elementa esse in mixto, potest intelligi dupliciter. Vno mõdo actualiter, ita ꝙ substantia elementi sit una pars mixti. Alio modo potentialiter, itaquod materia, quæ fit sit ipsius: uel uirtualiter, ita quòd forma mixti possit producere formam elemẽti. Et similiter qualitates mixti, qualitatem elementi. Primo probat Scotus, quòd non maneant in mixto formaliter, & secundum substantiam, tribus rationibus. Primo sic. ex aqua fit piscis, tanquàm ex opposito. ergo aqua non est in pisce. Secundo quia sequeretur, ꝙ elementa uiolenter mouerentur in mixto. Tertio quia multa mixta, nõ corrumpuntur a causis intrinsecis, ut lapides, & metalla: ergo nõ habent elementa in se formaliter.

Agit de modo quo elementa sunt in mixto. Elementum capitur tripliciter.

Sco. probat, quòd elementa nõ remaneant in mixto secũdũ substantiã, rõnib. trib.

¶ HIC est una uia &c.] pro solutione quæstionis, sunt duo articuli, in primo ponuntur opiniones Auicennæ, & Commentatoris. In Secundo ponitur resolutio Scoti. Quantum ad primum respondet Auicenna ad quæstionem per duo dicta. Primum est elementa manent in mixto secundum substantiam, & esse perfectum. & ad probationem huius supponit, quòd substantia non suscipit magis, neque minus. Secundum dictum, elementa manent in mixto secundum qualitates, remissas, & imperfectas. Sed contra istam opinionem arguit Commentator duabus rationibus. Prima ratio. Qualitates elementorum, non possunt remitti sine remissione substantiæ: ergo positio Auicennæ est falsa. Antecedens probatur, elementum non potest esse sine qualitate; ergo neque sine parte illius qualitatis. consequentia probatur, quia si potest esse sine parte, cum non sit maior ratio de una parte quàm de alia, poterit esse sine quacunque; & per consequens sine tota qualitate. Ad istam rationem, respondet, negando consequentiam, & quando probatur, quòd illæ partes qualitatis sunt eiusdem rationis; distinguit, aut inter se, & sic concedit; aut in ordine ad subiectum, & sic negat; quia subiectum determinat sibi sex gradus, & non duodecim.

Ponitur opinio Auic. Contra Auic. arguit Commentator.

Contra, non magis determinat sibi hoc sex, quàm illos, duo-

Replicatur contra responsionem. Aliter soluitur ratio Auicennæ.

duodecim, quia æqua bene posset esse in illis, sicut in istis: ergo illæ partes sunt eiusdem rationis, in ordine ad subiectum. Et ideo oportet aliter respondere, quòd nullam partem sibi necessario determinat secundum se, sed bene sub disiunctione ad hanc, vel illam, ad quam agens mouet: similiter mobile nullum locum sibi necessario determinat absolute, & secundum se, sed quemlibet necessario determinat sub disiunctione.

2. rō Auer. Auicennā.

Secundo arguit Commētator sic: sequeretur quod materia immediatè esset susceptiua cuiuslibet formę, & non vnius, mediante alia: sed cōsequens est falsum. Consequentia est nota, & falsitas consequentis probatur, quia non oes formæ sunt æque perfectæ, neq; in genere, neq; in specie: ergo perfectiori formę debetur perfectius susceptiuum immediatum.

Soluitur rō Auer.

Respondetur, quod eadem ratione probaret, quòd materia prima, quæ est immediatum susceptiuum formæ aquæ, non esset immediatum susceptiuum formæ ignis, cum forma ignis sit perfectior, quàm forma aquæ: ideo Commentator propter ista argumenta reliquit opinionem Auicennæ.

Opi. Auer. ponitur in tribus dictis.

Et ponit tria dicta. Primum dictum. elementa secundum suas formas substātiales, intenduntur, & remittuntur, secundum qualitates eorum. Secundum dictum. Elementa manēt in mixto secundum substantiam remissam. Tertium dictum. Elemēta sunt in mixto secundum qualitates remissas. Probatur secundum dictum. Elementū est, ex quo fit res cū insit: sed omne componens est in composito, & elementum componit mixtum: ergo elementum est in mixto. Respondeo q aliter capitur elementum quinto Methaphisices, & primo de generatione: quinto Methap. capitur pro materia prima, vel pro forma. sed primo de generatione capitur pro corpore non mixto.

Soluitur rō Commentatoris.

Pro secundo arg. Commentatoris notandū duplex est immediatio.

Sed pro declaratione secundi argumenti Commentatoris, in quo arguit de immediatione. Notandum quòd duplex, est immediatio. Quædam est immediatio perfectionis. Alia transmutationis. Perfectionis quando vnum perficit aliud sine aliquo necessario; & sic quæcunq; forma substantialis habet ordinem immediationis ad materiā: quia quò ad perfectionem, quæcunq; forma immediatè potest perficere eam. sed immediatio transmutationis, quæ attenditur secundum ordinem naturalem, requirit materiam transmutationis ad vnam formam, deinde ad aliam: quia agens naturale non potest post formam seminis, producere quamcunq; formam, sed terminatur ad formam lactis: postea ad formā sanguinis; deinde embrionis; & sic vsq; ad ultimam. Et ideo si quæratur an formæ elementorum habeant ordinem immediationis ad materiam; Respondetur quòd sic, vtroq; modo; & pro hoc patet solutio argumenti.

Soluuntur rōnes commentatoris contra se.

Consequenter ponuntur rationes Cōmentatoris, quas facit contra se. Ad primā, quæ non soluitur in tex. Quando arguitur. Omne quod aduenit enti in actu est accidens: Distinguo, aut enti in actu perfecto, & completo; & sic cōcedo aut in actu imperfecto, & sic nego. Ad Minorem, sed elementa sunt entia in actu perfecto; nego; sed bene in actu imperfecto. Et ideo non sequitur, cæteræ rationes soluuntur in textu.

Notandum pro ultima resolutione Scoti.

Sed pro ultima resolutione Scoti, Notādū est quòd elementa esse virtualiter in mixto, potest intelligi multipliciter. Vno modo effectiuè idest uirtualiter, itaqd mixtū possit producere elementa, quemadmodum dicimus ranam esse in sole uirtualiter.

Alio modo uirtualiter, quantum ad qualitates elementorum. Et his duobus modis elementa nō sunt uirtualiter in mixto. Alio modo quantum ad similitudinem sic quòd forma mixti possit producere similes operationes operationibus elementorum: & qualitates mixti possunt producere similes qualitates, qualitatibus elementorum. Secundo sic intelligitur, elementa, & quò ad substantiā, & quo ad qualitates esse in mixto, quia quodlibet mixtum secundum suam substantiam, & secundum suas qualitates magis conuenit cum quolibet, & substantia cum qualitatibus cuiuslibet elementi quàm elementa ad inuicem.

D I S T I N C T.

X V I.

QVAESTIO VNICA.



An imago trinitatis sit in tribus potentijs mētis creatæ humanæ.


QVAERITVR circa 16. Distinctionē Vtrū imago trinitatis consistat in tribus potentijs animæ realiter distinctis. Determinato de creatura corporali quantum ad corpus. Consequenter determinandū est de ipsa quantum ad animā. Et in ista quæstione Scotus quærit, vnum Theologicum, scilicet, vtrum imago Trinitatis sit in anima. Et unū Physicū, scilicet, vtrū potētiæ animæ distinguant inter se, & ab ipsa anima. Primus terminus declarandus est, imago; & capitur dupliciter. Vno modo ut est in corporalibus. Alio modo vt est in spiritualibus. Et similiter uestigiū capitur dupliciter. Vno modo in corporalibus, alio modo in spiritualibus. Vtrum in corporalibus differant imago, & vestigium. Quia imago est similitudo totius, & uestigium est similitudo partis, sed in spiritualibus differunt, quia imago distinctius repræsentat quoq; uestigium; & est duplex imago. Quædam naturalis. & sic filius est imago patris. Alia est imitationis: & de illa loquitur inquantum signatur in intellectu, memoria. & uoluntate, & aliqui dicunt, q istæ potentiæ sunt distinctæ realiter. Alij verò non, ideo intrat quæstio disputāda. Vtrū &c. pro parte affirmatiua &c.

Imago capitur dupliciter. Vestigium dupliciter.

D I S T I N C T.

X V I I.

QVAESTIO PRIMA.



Dub. circa primā qōnem.

SED circa primam Questionem huius distinctionis 17. est vnum dubiū. An ceteræ formæ substātiales ab anima intellectiua, quæ non subest agēti naturali producantur eadem productione, qua producitur totum. Videtur dicere Scotus ex cōmuni sententia aliorum, quòd sic. Sed contra arguitur sic. Vel illa productio est res absoluta, aut respectus. Si res absoluta, aut producens, scilicet Deus; & sic non capiunt ipsi, quia tunc eadem esset productio animæ, intellectus, & hominis, quod ipsi negant. Aut est res producta; & sic cum non sit eadem res, pars, & totum, cuius est pars, sequitur quòd non est eadem productio formæ & compositi: si verò talis productio sit respectus, cum distinguantur penes terminos, non erit eadem productio totius & partis. Si dicatur quòd est unus respectus, qui primo terminatur ad totum, & secundario ad partem. Contra, quia eadem productione, qua producit talem partem in toto, potest producere eam sine toto: sed productio totius non potest produci sine toto, ergo talis pars productione totius non producitur in toto. Si neges quòd eadem productione producitur in toto, sed extra totum. Contra. Non variato producto, non uariatur eius productio, sed per hoc quod talis forma ponitur in toto, non est alia, quàm esset extra totum. Et si uis addere aliam, quæ est productio totius, & secundario partis. Si dicas eā produci productione totius, non obstante quòd habeat productionē propriam. Et sic idem producetur duabus productionibus, una per se, & propria; alia per accidens & extrinseca. Et si dicas ergo Scotus male dicit Dico quòd solum intendebat ponere differentiam inter Theologos, & Philosophos, quo ad productionē animæ: & ita posuit opinionem suorum prædecessorum sine ulteriori inquisitione.

QVAE-

QVAESTIO SECVNDA.

Paradisus duplex, & uterque duplex.

Pro secunda Quæstione primus terminus declarandus, est paradisus, & est duplex, scilicet cęlestis, & terrestris. Cœlestis spiritualiter est summe fruitio, & beatificari uisione Dni. Sed corporaliter est cœlum empyreum: terrestris spiritualiter, est tranquillitas animi, & debita concordia inter uires inferiores, & superiores: sed localiter, & corporaliter, est locus in terra amęnitate plenus, liquorum, aquarum, arborumque fœcunditate uberrimus; puta ager Damascenus. Habitatio est duplex, scilicet uiæ, & patriæ.

Sed notandum est pro una ratione, quam facit Scotus contra eos, qui dicunt, sub æquinoctiali non est calor intéperatus, propter uelocitatem motus solis. Scotus impugnat eos, dicendo, quòd ratio eorum est falsissima procedens ex principiis malè intellectis; nam uelocior motus, est causa maioris caloris, cum motus sit causa caloris.

Notandum ergo, quòd cum uideam aquam currentem frigidiorem esse quiescente, inquirendum est quomodo motus sit causa caloris. Ad quod respondeo per aliques propositiones. Prima propositio, motus cum non sit entitas actiua, nó est causa caloris secundum se, sed est respectus, scilicet ubi fluens, uel fluxus ubi, quorum neutrum est actiuum. Secunda propositio: Motus progressiuus, & motus confricationis, est causa caloris, non quidem attingens, & producens ipsum calorem, sed tanquàm effectus pręuius applicans producentia calorem. Nā in motu progressiuo, per commotionem spirituum, & humorum, applicantur actiua passiuis, & calefit animal. Similiter in confricatione, distrahuntur aliquæ partes, & raræ fiunt, tunc fit alteratio per motum, tanquàm per effectum præcedentem in producendo calorem. Et per hoc patet ad instantiam de aqua, quòd cum sit natura frigida, & non calefactibilis, nisi ab extrinseco, fluens minus recipit actionem calefacientis. Eliciamus ergo resolutoriè, quòd in his, quæ ab intrinseco calore formali, uel uirtuali calefiunt, motus est effectus pręuius ad caloris intensionem. In his uerò, quæ solum ab extrinseco calefieri nata sunt, motus est effectus primus ad caloris remissionem. Corollarium. Cum terra, & aqua, solum natæ sint calefieri ab extrinseco, uelocior motus, solum est pręuia dispositio ad caloris remissionem. Motus ergo in his; quæ ab intrinseco calefiunt, est calidorum applicatiuus, sic etiam est ad intensiorem calorem dispositiuus.

Resolutio ad obiectum.

Coroll.

Quòd paradisus no est in Oriente.

Vlterius notandum, quòd Scotus impugnat dicentes, paradisum esse in Oriente, & uolentes determinare certum locum terræ: & dicit, quòd eorum responsio nihil ualet, quia in qualibet parte est Oriens. Et ideo dicere esse in Oriente, est dicere ipsum esse in aliqua parte terræ. Quare relinquunt insolutam quæstionem. Sed possunt respondere, quòd ipsi non loquuntur de Oriente absolutè: sed de Oriente quo ad nos, quia isto modo loquitur sacra Scriptura, quando loquitur de Oriente.

Similiter dicunt, quòd paradisus attingit usque ad orbem Lunæ. Sed Scotus dicit, quòd ista sunt Metaphoricè dicta, ex eo quòd luna habens dominium super humide eleuet uapores frigidos, qui non attingunt cœlum lunæ; immo est aliqua pars aeris, quam non attingunt, & illa pars potest dici regio lunæ, siue cœlum Lunæ, similitudinariè, quam partem attingit paradisus terrestris, & adeo dicitur attingere globum, idest orbem lunæ: Et quòd illa uerba Bedę non intelligantur ad rigorem, probat Scotus, tunc paradisus esset in elemento ignis, &c.

DISTINCT. XVIII.

QVAESTIO VNICA.

De rõnibus seminalib. differitur.

Rõnes triplices, primordiales.



Circa Distinctionem decimamoctauam Quæritur utrum rationes seminales sint ponendæ in materia. Primo notandum est, quòd rationes sunt multiplices: Quædam sunt rationes primordiales, & illę sunt rationes æternæ in mente diuina, secundum quas Deus producit omnia factibilia ad extra, & sunt Ideæ, dictæ primordiales, quia in primo ente sunt, & quælibet anima habet talem rationem causæ. Sunt rationes causales, & sunt rationes, secundum quas conuenit causare quattuor generibus causarum, cuilibet suo modo. Aliæ sunt rationes materiales, secundum quas materia est in potentia ad plures formas, siue de propinquo, siue de remoto. Aliæ sunt rationes formales, & istæ secundum Albertum sunt formæ existentes in materia secundum esse incompletum; & in hoc uidetur Albertus imitari Anaxagoram dicentem, formas latitare in materia. Sed secundum Scotum, forma seminis, uel qualitas in semine, est ratio seminalis, ut patebit. Et istæ rationes seminales ponuntur ad hoc, quòd forma educatur de potentia materiæ; quod Albertus exponit, formas educi de esse incompleto, quod habent in materia ad esse completum; & ista opinio est pulchra, & posset sustineri. Sed est alius modus exponendi Marci peripatetici, quòd formam educi de potentia materiæ, non est aliud, quàm agens naturale producere formam, ad quam materia erat in potentia. Sed istæ expositiones non placent Scoto; quia tunc anima intellectiua educeretur de potentia materiæ; Tertius modus exponendi, quam tenet Scotus, est, quòd formam educi, &c. est formam produci ab agente sic, quòd de necessitate pręsupponatur ipsa materia.

Causales.

Rõnes materiales.

Albertus uidetur ind[ucere] in opinionẽ Anaxago.

Prima expositio.

Secunda expositio.

Tertia expositio Sco.

Pro parte uera arguitur sic, contra intentionem Alberti Magni: sequeretur unum trium inconuenientium, uel quòd plures formæ simul informant materiam; uel quòd una informat, & cęteræ assistunt, uel quòd forma componitur ex partibus alterius rationis, scilicet ex ratione seminali, quæ componetur ex unica omnium formarum, & ex parte nouiter adueniente, quæ contrarietur aliis formis, quod est inconueniens.

Pro parte uera arguit Sco.

¶Responsio hic &c.] Diuisio quæstionis est mala, & ponitur opinio Alberti Magni, cum suis motiuis; Quorum quędam sunt autoritates, & quædam rationes. Ex auctoritatibus habetur, quòd Christus non fuit in Abraham secundum rationem seminalem, & tamen fuit in eo secundum materiam; ergo ratio seminalis non est materia. Antecedens patet ex dictis beati Augustini, & Magistri; ex quibus habetur, ꝙ Christus non fuit decimatus in Abraham, quia non fuit oblatum sacrificium, uel decima pro Christo, quia Christus non contraxerat originale, nec sua mater, ratio Alberti inter alias præcipua est, quòd quælibet forma crearetur, nisi aliquid eius existeret in materia.

Opi. Alberti, & rõnes eius.

Præcipua rõ Alberti.

Contra ista arguit Scotus. Primo, quia sequeretur ex dictis eius, quòd illa pars formæ, quæ nouiter produceratur, crearetur, quia nihil eius præfuit: Secundo sequitur, quòd ratio seminalis, cum sit perfectior, quàm forma inducenda, ageret in uirtute formæ inducendæ non existentis; quia imperfectior debet agere in uirtute perfectioris, uel quòd agens naturale producendo magis perfectam, produceret etiam minus perfectam; quorum utrumque est contra eum. Tertio ad idem, sequitur ꝙ si pars formæ, quæ educitur, non educeretur immediate de potentia materiæ, educeretur immediate de aliquo eiusdem rationis cum illa, puta de ratione seminali, utrumque est inconueniens, ut infert Scotus in littera.

Arguit Sco. cõtra opin. Albertis.

Prima rõ Sco.

2. rõ ad id.

3. rõ ad id.

Et ad primam rationem, quando arguit, sequeretur, ꝙ formæ naturales producerentur de nihilo, si nihil præexisteret. Respondet Scotus, quòd ly, de, quando dicitur, quòd creatio est de nihilo, negat omnem causalitatem causæ secundę, siue formalis, siue materialis, siue efficientis. Modo in productione formæ ab agente naturali, intrant duæ causæ secundæ, scilicet efficiens, & materia, quare non est de nihilo. Secundo arguebat Albertus, quòd sic. Si non præfuisset ratio seminalis, sequeretur, quòd nulla generatio esset naturalis. consequentia probatur, quia in qualibet generatione tota forma esset ab agente extrinseco, & per consequens uiolenta, ut patet per diffinitionem, quia uioletum est, cuius principium, est extra &c. Sed respõdet Scotus, ꝙ naturalitas generationis attenditur ex parte principii passiui, ita ꝙ illa generatio est naturalis, ad quam materia habet naturalem inclinationem, ratione formæ, quæ per eam acquiritur.

Soluitur rõ Alberti de creatione formæ.

Alia ratio Alber. Magni.

Resp. Sco.

Dico, ꝙ pro solutione argumenti sequentis, quòd naturalia differunt ab artificialibus dupliciter. Vno modo ex parte principii actiui; quia in artificiali est liberum, & agens per consultationem. Sed in naturali, est agens naturale, quod necessario agit. Secundo differunt ex parte principii passiui, quia materia artificialis, non inclinatur ad formam artificialem: sed materia naturalis inclinatur ad formam naturalem: Et ideo non sequitur: Naturalia habent principium sui motus, & non artificialia: ergo naturalia habent rationes seminales, ad intentionem Alberti. Quia illud principium

cipium

cipium non est nisi inclinatio naturalis, & cætera. Et nota, quòd ista responsio, ab illa parte. Respondetur ad argumentum de artificialibus, & naturalibus, solet poni extra; sed melius est, quòd sit bona declaratio Scoti; & debet poni immediatè post solutionem tertiæ solutionis Alberti de diffinitione naturæ. Et in fine huius distinctionis, dicit, quòd graue, posito, quòd non habeat principium actiuum motus deorsum, nihilominus mouetur naturaliter, non tamen est de mente Scoti, quòd non habeat principium actiuum, sed de opinione Thomistarum, qui dicunt, quod grauia, & leuia, mouentur a generante.

DISTINCT. XVIII.

QVAESTIO PRIMA.

Confirmatus dicitur tripliciter.



IRCA 18. Distinctionem Quæro, Vtrum filij procreati in statu innocentiæ fuissent statim confirmati in iustitia. pro hac distinctione, Primus terminus est confirmatur. Aliquis potest dici confirmatus tripliciter. Vno modo per essentiam, sic, quod implicat contradictionem ipsum peccare, & sic solus Deus est confirmatus. Secundo modo ex dono simpliciter, quia non est in potentia propinqua ad peccandum, neque uenialiter, neque mortaliter. pro quanto Deus determinauit, nunquam concurrere cum eo ad peccandum. Et sic beati sunt confirmati. Tertio modo aliquis dicitur confirmatus ex dono secundum quid; quia non sunt in potentia propinqua ad peccandum mortaliter, licet bene uenialiter; & sic Apostoli, Ieremias, & Ioannes Baptista fuerunt in gratia confirmati. Vlterius est Notandum, quod in Adam fuit duplex donum, scilicet particulare, ut gratia gratum faciens, qua potuit mereri de condigno. fuit etiam donum naturæ, iustitia, scilicet, originalis, quam acceperat pro se, & pro tota posteritate sua. Ideo ammissio iustitiæ complectitur totam naturam, & imputatur toti naturæ, non autem perditio gratiæ. Vlterius pro solutione quæstionis est Notandum, quòd duplex est confirmatio. Quædam est confirmatio patriæ. Alia est confirmatio uiæ. Confirmatio patriæ est illa, per quam firmatur actus iustitiæ. Et tollitur potentia propinqua ad actum iniustitiæ. Sed confirmatio uiæ est, per quam firmatur actus iustitiæ. Sed non tollitur potentia propinqua, neque remota ad actum iniustitiæ.

Soluitur quæstio.

Ex quo patet solutio ad quæstionem. Quando quæritur vtrum filii Adæ fuissent confirmati in iustitia originali, si Adam non peccasset; Distinguo, aut restitissent primæ tentationi, quemadmodum, & pater, aut non. Si non, dico, quòd non fuissent confirmati. Non enim uerisimile est, quòd maior gratia fuisset facta hominibus sine resistentia tentationis, qui fuissent nati ex Adam, quàm ipsi Adæ, qui non est confirmatus, quia non restitit tentationi: ergo neque filii in Adam fuissent confirmati, etiam si Adam non peccasset. Nam non est uerisimile, quòd maius fuisset meritum Adæ, quàm meritum Christi: sed meritum Christi non confirmat renatos per ipsum; quare neque ex merito Adæ eius posteri fuissent in gratia, uel iustitia originali confirmati. Minor patet, quia paruuli baptizati non sunt confirmati. Si detur primum, quòd restitissent filii Adæ primæ tentationi; Distinguo, aut quòd fuissent immediatè confirmati confirmatione patriæ, & sic dico, quòd non: aut confirmatione uiæ, & sic dico, quòd sic.

Electi tripliciter.

Pro solutione secundæ Quæstionis Notandum, quòd aliqui dicuntur electi tripliciter. Vno modo ad Christianæ religionis ampliationem. Ioan. 15. Ego uos elegi de mondo, vt &c. Alia est electio ad sacramentorum administrationem, qualis est electio sacerdotum. Prima Petri. Vos estis genus electum. Tertio ad Dei faciem contemplandam, qualis est electorum prędestinatorum; de qua dicit Apostolus: Elegit nos ante mundi constitutionem. His suppositis respondeo ad quæstionem. Quando quæritur. An soli &c.

Solu. q[uæst]ionis Sco.

Respondet Scotus, ponendo talem conclusionem. Soli electi fuissent nati in statu innocentiæ. Ex quo sequitur Corollarium, quod neque Chaim, neque Esau, neq; Iudas fuissent geniti. Et tota difficultas conclusionis est in hoc, quod aliqui electi fuissent, quorum parentes fuissent damnati. *Concl. Sco.*

Pro solutione quæstionis Scotus accipit istam maximam ex 41. dist. primi. Omne agens propter finem, primo uult finem. Sed Deus est huiusmodi: ergo uult prius beatitudinem ipsius Iacob, quàm opera meritoria, & opera meritoria, quàm natiuitatem ipsius Iacob. Corollarium, Deus uult illa quatuor, quæ ponuntur in littera ordinatè, scilicet seipsum, siue bonitatem suam &c.

Sed Occham nititur soluere istam rationem negando maiorem, & prætendit, quod Scotus uelit ponere duos actus in uoluntate diuina, quod est falsum. Et quando probat, quia ordo non est sine pluralitate. *Solutio Occham.*

Respondeo, quod ibi non est ordo ex parte uoluntatis diuinæ, sed ex parte obiectorum: quia Deus vult illa obiecta ordinare ad illa. Et ista conclusio est Scoti, quod cum determinatio uoluntatis diuinæ, qua determinat Barbaræ dare beatitudinē, prius intenditur eius beatitudo, quàm eius natiuitas: & ideo uariatio natiuitatis, non uariabit determinationem Dei circa beatitudinē. Corollarium: Eadem Barbara numero, potuit generari ab alio patre.

Sed contra, stat finem esse primo uolitum, quàm medium, & tamen non posse consequi finem sine illo medio: ergo quāuis beatitudo Barbaræ sit prius uolita, quàm natiuitas, non potuit tā consequi finem, sine natiuitate; neq; nasci, nisi ex ista materia: ergo stat, quod non potest consequi beatitudinem sine ista matre, & illo patre. *Obiectio.*

Pro solutione supponitur, quod duplex est medium. Quoddam necessarium. Aliud conueniens, uel possibile. Tunc dico, quod licet ratio concludat de medio necessario, non tamē de medio possibili. Modo in proposito, licet Barbara potuerit consequi beatitudinem per natiuitatem, ex istis parentibus, tamen illud nō erat necessarium. patet ex Corollario; quia eadem numero potuisset generari ex aliis parentibus: in sensu diuiso, idest non supposita natiuitate ex istis; quamuis non in sensu composito. i. supposita natiuitate ex istis: & hoc regulariter, eo modo quo unius hominis est tantum una natiuitas: licet absolutè, & simpliciter possint esse plures.

Consequenter Scotus ponit duos modos, quibus idem homo numero pōt esse ex alio, & alio patre diuisim. Primus modus est supponendo de mente Philosophi, quod nihil de substātia patris intrat compositionem prolis, sed tantum menstruū mulieris; ex quo menstruo semen uiri format embrionem. hoc supposito, dico, quod ex eadem matre potuit a semine alterius hominis formari idem corpus numero, quod fuit formatum a semine patris Abrahæ.

Sed contra hoc arguitur sic, quia ad identitatem effectus, requiritur identitas materiæ, & agentis: ergo non esset idem corpus formatum a semine alterius uiri. *Obiectio contra primum modū dicendi.*

Respondet Scotus, ponendo talem conclusionem. Idē ignis numero potest produci ab alio, & ab alio igne in sensu diuiso, & eandem quæstionem ponit in quarto in materia de resurrectione: sed hoc patitur multas calūnias, quia tunc uisio Sortis posset produci a Platone, & idem numero reproduci, &c. Ideo aliter respondetur, quod triplex est agens, quoddam est attingens effectum. Aliud disponens, & non attingens. Aliud applicans, & non disponens, neque attingens. Exemplum, ut in productione ignis, ignis generans est attingens genitum: calor generātis est dispositio ad genitum. Sortes congregans ligna est applicans. Tunc dico, quod ad identitatē effectus, requiritur identitas attingentis, sed non applicantis, aut disponentis. Modo semen uiri non producit formam hominis, sed solum disponit ad eam, producendo aliquas dispositiones in menstruo mulieris, & Deus producit formam in materia. *Soluitur obiectio.*

Sed contra: forma corporeitatis prius producitur a semine, quàm anima intellectiua sita Deo. *Instantia cōtra solutionem.*

Respondeo, ut superius dictum est, non est uerisimile, quod tanta uarietas organorum sit a semine uniformi. Ideo recurrendum est, ut dicit Auerroas, ad uirtutes diuinas, & ad influentias cœlestes. *Soluitur.*

Et si dicatur, quod illud semen, ex quo est colamentum omniū membrorū, habet uirtutes formarum similium illis, a quibus deriuatur; malo dicere, quòd præcisè disponat, & non attingat formam corporeitatis, quàm incidere in calumnias, quas patitur opinio tenens, diuersa numero posse producere idem numero. Secundus modus, quem aperit Scotus, est, quia alimentum ex quo fuit factum semen, formans corpus beatæ Barbaræ, poterat sumi ab alio homine, qui generasset *Obiectio.* *Solutio.*

Barbaram ex eadem materia, ex qua genita fuit à patre suo. & iste modus est optimus pro uia, quæ negat formam corporeitatis, distinctam ab anima, cum ad identitatem numeralem non sufficit identitas corporis, & animæ, sed etiam requiritur identitas formæ corporeitatis, quæ si non poterat eadem numero produci a diversis agentibus; esset difficilis ad sustinendum; nisi ponatur, quòd forma corporeitatis producitur solum a Deo, & a corporibus cœlestibus.

quàm secularis: quia lædit ordines, & religionem, & scandelizat populum. Ex quo sequitur primo, ꝙ peccatum Adæ non fuit grauissimum ex libidine; imo grauius peccat unus auarus, & usurarius obstinatus. Secundo sequitur, ꝙ peccatum Adæ non fuit grauissimum ex ingratitudine, quia maiora fuerunt dona in Angelis, quàm in Adam; fuit mihi grauissimum inter peccata hominum. sequitur tertio, quòd fuit grauissimum ex læsione, quia læsit totum genus humanum.

DISTINCT. XXI.

QVAESTIO PRIMA.



Pro distinctione 21. est Notandum, quòd motus subreptitius potest esse duplex scilicet, indeliberatus, & præcedens electioné. Alius est deliberatus, & sequens electioné, & de primo loquitur Scotus, quando in solutione arguit de aliis, ꝙ talis motus est uenialis. Notandum secũdo, ꝙ peccatum ueniale est duplex, quoddam est ueniale ex genere actus, ut mendacium iocosum, uel officiosum. Aliud est ueniale ex pronitate naturæ, siue ex feruore. Tunc quando quæritur An primum pecatum Adæ potuerit esse ueniale, distinguo aut ueniale ex genere actus, siue ex obiecto, quod idem est: & sic dico, ꝙ sic; aut ueniale ex pronitate naturæ ad peccendum, & sic dico, ꝙ non, quia in illo statu non erat fomes peccati, neque pronitas ad peccandum: quia natura non erat infecta. & idem possumus dicere de Virgine gloriosa. & da Beato Ioanne Baptista.

Pro secũdo arg. quadã Notanda. Pro secundo argumento Scoti, supponuntur aliqua. Primũ, præceptum datum Adæ fuit in statu innocentiæ. Primum quã tum ad corpus, quando dictum est ei, de omni ligno, quod est in paradiso comedes. Secundo quantum ad animem, cum dixit Deus, de ligno scientiæ boni & mali non comedes. Tertium quãtum ad naturam; crescite, & multiplicamini. Secundo supponitur, ꝙ non fuit obligatus Adam pro illo statu ad uitãdum omne illud, quod retardaret e meliori, & ad semper faciendum illud, quod fuisset melius, hoc enim fuisset nimis difficile.

Corollarium non fuit ei necessarium ad salutem, abstinere ab omni uerbo ocioso. Ista ratio patet in textu. Notandum est ulterius, ꝙ facere contra præceptum est peccatum mortale; sed facere contra consilium contingit dupliciter. Vno modo positiuè, contemnendo consilium, & sic est peccatum mortale. Alio modo negatiuè, non exequendo consilium, ut non erogando omnia pauperibus; non intrando religionem &c. & sic est peccatum ueniale. Sed contra, ergo nõ religiosus, & qui non abdicat proprietatem, nec intendit abdicare, imo intendit oppositum, semper formaliter, uirtualiter, uel habitualiter in quocunque tempore, peccat uenialiter, cum non exequatur consilia, & meliora, siue expedientiora, sed aliqua retardatiua beatitudinis. Responderem non semper teneri iustum, ad eliciendum actum circa consilia.

Peccatũ dicitur ueniale tripliciter. Nota pro præcedenti Quæstione, quòd peccatum dicitur nanìale, primo, quia habet semper causam ueniæ, scilicet infirmitatem, uel debilitatem uirtutis. Secundo modo dicitur ueniale, quia cito uenit, idest faciliter committitur. Tertio a uenia, quia faciliter reperit ueniam per contritionem.

QVAESTIO SECVNDA.

De grauitate peccati Adæ. Circa secundam Quæstionem est Notandum, ꝙ unum peccatum dicitur grauius alio. tripliciter. Vno modo ex maiori libidine. Alio modo ex maiori ingratitudine. Tertio modo ex maiori læsione. Primo modo quoniam qui ex maiori conatu se immergit grauius peccat. Vt qui utitur muliere pulchriore, quàm qui utitur pulchra. Similiter ex deliberatione, blasphemus grauius peccat, quã ex surreptione incautè blasphemàs. Secundo modo cadens ab ignorãtie grauius peccat, quàm qui cadit post pœnitentiam; & qui cadit ex maiori donorum, & gratiarum cumulo grauius peccet. Tertio modo religiosus accedès ad postribula, & ad domum fornicariã, grauius peccat

DISTINCT. XXIII.

QVAESTIO VNICA.



An uoluntas creata potuerit fieri impeccabilis. Circa 23. distinctionem Notandum, quòd aliquid dicitur impeccabile dupliciter. Vno modo per essentiam, & naturam. & sic solus Deus est impeccabilis. Alio modo per gratiam, & est quando dono Dei uoluntas non est in potentia propinqua ad peccandum; puta ex dono securitatis; uel confirmationis. Secundo Notandum, ꝙ naturam esse impeccabilem, est eam non posse declinari a sua regula, quæ est respectu uoluntatis creatæ, & est duplex: Quædam est regula æterna, scilicet uoluntas Dei præceptiua. Alia est regula interna, & est dictamen rectum, & ortum habet ex lumine cultus Dei super nos signato. Vbi habetur ista distinctio. 50. primo d. 48. Vbi dicit Scotus, quòd homo tenetur uelle quicquid Deus uult eum uelle.

In ista quæstione primo ponitur opinio Alexandri de Ales, cum quo concordat Scotus in conclusione; sed dicit, quòd rationes Alexandri, aliquo modo concludunt, & aliquo modo non. Tamen beoè concludunt ad intentionem Alexandri, qui semper supponebat se loqui de agenti libero, ut patet in prima ratione sua. Nam benè sequitur. Voluntas non est sua regula; ergo potest deficere: neque ualet instantia Scoti de intellectu, quia intellectus non est agens liberum. Modo illa ratio non infert ex eo, quod est, & non esse suam regulam posse deficere, sed ex hoc, quod est esse liberum, & non esse suam regulam, infert Alexander, quòd potest deficere. Nec ualet instantia de uoluntate beati, quia illa non est impeccabilis per naturam. Similiter in secunda ratione benè sequitur creatura est libera libertate contrarietatis circa bonum uerum, uel apparés, ergo potest deficere. Ex quo petat, quòd non ualet instantia, quam dat Scotus de uoluntate diuina; quia illa non est libera ad actus contrarios, nec instantia de uoluntate beati, quia potest naturaliter deficere, licet non deficiat ratione gratiæ. Nota de obiecto uoluntatis diuinæ, quæ habentur in primo dist. 36. & 36. & in prima quæstione huius secundi. Vbi dicitur, quo modo obiectum primum uoluntatis diuinæ est essentia diuina, & obiectum secundarium, est bonum creatum, uerum, uel apparens. Similiter tertia ratio Alexandri, non fundatur secũdum creationem ex nihilo, sed etiam in libertate uoluntatis. & ideo Scotus solum ostendit, ꝙ rationes Alexandri non concludunt, nisi supposita libertate uoluntatis ad actus contrarios, ita quod nullum horum trium indiget regula extrinseca, posse habere actum, esse bonum apparens, & creari ex nihilo, nullum inquam per se tamen potest inferre creaturam posse deficere; tamen si cuilibet istorum coniungatur libertas ad contraria, optime infert peccabilitatem creaturæ.

Defenduntur prima ratio Alexãdri.

Defenditur secunda rõ Alexãdri.

Dua rõnes Scoti ad suã conclusionem. 1. rõ Scot. His tribus rationibus examinatis, & roboratis, addit Scotus duas rationes. Prima ratio fundatur in hoc, quòd ista consequentia non est necessaria. Voluntas creata, ractè appetit commodum, sed si aduersarius diceret esse bonam; Contra, & probatur, ꝙ non sit bona, supponendo duo. Primum, quod cum qualibet creatura sit finita, habet commodum formale determinatum e Deo, ultra, quod nihil commodi habitura sit, uerbi gratia formalis beatitudo, & clara Dei uisio, & perfecta fruitio, est commodum naturæ humanæ, cui beatitudini constituit Deus terminum, intensione, ut perfectionis: ita, quod quælibet creatura rationalis habebit propriam latitudinem tantam, & non maiorem. Secundo

supponit,

supponit, q voluntas potest uelle commodum eo modo, quo sibi ostenditur maius commodum. Et hoc potest cōtingere du pliciter. Vno modo secundum, quod commodum ostenditur, uel extensiuè, uel intensiuè. Si ergo Deus determinaret dare commodum centum graduum in die A, & potest uoluntas appetere commodum mille graduum, quie sic esset ei maius commodum intensiuè, posset etiam uelle habere illud commodum in die A, usque in sempiternum, & sic per duos dies esset ei maius commodum extensiuè. His suppositis arguitur. Voluntas creata potest uelle commodum præter ordinem, & commodum suæ regulæ: ergo potest uelle non rectè commodum. antecedens patet ex suppositionibus, consequentia est nota de se: & ultra potest non rectè uelle: ergo illa consequentia non erat bona.

DISTINCT. XXV.

QVÆSTIO VNICA.

De cā. sive principio actus uolun tatis.



IRCA distinctionem uigesimamquintam. Quæro, Vtrum aliud à uoluntate causet effectiuè actum uolēdi, in uoluntate. Primo Notandū aliquid esse aliud à uoluntate potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd sit aliud realiter, quemadmodum oportet, q Deus, uel pecunia dicitur aliud à uoluntate. Similiter actus uolendi potest capi dupliciter. Vno modo, ut distinguitur contra nolle. Alio modo pro quocunque actus uoluntatis. Secundo modo capitur hic, & intelligitur quæstio. An aliud formaliter, uel realiter, à uoluntate, causet effectiuè, totaliter, uel partialiter actum in uoluntate.

Opi. Godef. de q̄one. In ista quæstione ponitur opinio Godofredi, quæ consistit in duobus dictis. Quando quæritur. An aliud à uoluntate causet effectiuè actum uoluntatis, dicit primo, quòd aliquid aliud *Primū eius dictum.* causet effectiuè actum uoluntatis. Secundo dicit, quòd illud *2. dictum.* causans effectiuè actum uoluntatis est phantasma obiecti uoliti. Et contra hoc statim afferetur instantia de dilectione Dei, *Probat Godof suū dictū primū.* quo causatur. Cum nullum sit phantasma de Deo. Primum dictum probat Godof. multis rationibus. Prima ratio est. Mouens, & motum debent esse distincta subiecto: ergo uoluntas *1. rō Gode.* non causat suam uolitionem. Antecedens probatur. Primo, quia bene sequitur, mouens, & motum sunt idem subiecto: ergo idem mouet seipsum: consequens est impossibile: ergo & antecedens.

Resp. Sc. ad rōnē Gode. obiicitur. Ad istam rationem respondet Scotus, distinguendo antecedens, q mouens, & motum sunt distincta subiecto, aut in corporalibus, & sic concedit, aut in spiritualibus, & sic negat.

Sed contra: aqua calida separata ab igne, frigefacit seipsam, & similiter agens per Antiperystasin, siue per iam positionem contrarii, agit in se ipsum: ergo antecedens est falsum in corporalibus.

Soluitur ob iectio, ut Sc limitat propositionem. Respondeo, q propter has instantias Scotus limitauit propositionem suam, dicendo, q neque in corporalibus est necessarium, ea esse subiecto distincta. Ad probationem antecedentis, Sanctus Thomas negaret consequentiam; & ratio est, quia secundum eum in prima parte summæ quæst. 82. uoluntas mouetur ab obiecto cognito, & intellectus mouet uoluntatem; tamen intellectus, & uoluntas sunt idem subiecto: quia sunt in essentia animæ, & tamen sunt distincta realiter. Et quamuis secundum ipsum, antecedens sit uerum, q mouens, & motum sunt idem subiecto, tamen consequens est falsum, quòd idem moueat seipsum, quia distinguitur realiter. Et cum superius determinatum sit, quòd intellectus, & uoluntas sunt idem realiter Ideo respondet Scotus, concedendo, quòd idem moueat seipsum.

Ad secundam probationem, quando arguitur, quòd idem simul esset in actu, & in potentia; distinguo, aut capiendo actum, & potentiam, ut sunt differentiæ entis; quomodo capit Philosophus. 10. Metaphysi. & sic nego, quia actus isto modo dicitur omne illud, quod actualiter est, & potentia illud, quod actualiter non est, sed potest esse extra causam suam. Aut capiendo actum, & potentiam, ut sunt differentiæ principii; quo modo capit Philosophus. 5. Metaphysi. & sic distinguo, aut in æquiuocis; & sic nego, aut in æquiuocis, & sic concedo, quia actus hoc modo est principium actiuum, & potentia principium passiuum, & receptiuum, potest tamen ulterius distingui, quòd principium æquiuocum sit simul in actu, & in potentia; aut in actu formali, & in potentia formali: & sic nego, aut in actu uirtuali, & in potentia formali, uel è conuerso, & sic concedo.

Pro cuius declaratione est Notandum, q actualiter uolens dicitur dupliciter, uel actualiter uirtualiter, & sic, quòd potest producere uolitionem, dicitur actualiter uirtualiter uolens, sed producens uolitionē, dicitur actualiter formaliter, uolens.

Contra solutionem replicat Scot. Sed contra ista, replicat Scotus sic In illa parte.

¶ Si ergo &c.] Bene sequitur. Sol non est formaliter calidus, sed uirtualiter calidus, ergo sol potest facere se formaliter calidum: Conclusio est falsa, ergo & antecedens, & non pro prima parte: ergo pro secunda.

Respondet Scotus ponendo tale documētum. Quandocunque alicui subiecto conueniunt plures proprietates, quarum una est causa alterius tertiæ proprietatis. Si illa, quæ non est causa ponatur sine alia in aliquo subiecto, si ex hoc inferatur, q illa sit causa talis effectus, committitur fallacia secundū non causam, ut causam, ut non esse mixtum, aut corruptibile in sole, est causa, quare nō est calidus formaliter, si esse calidum uirtualiter assignetur, ut causa, committetur prædicta fallacia; cū esse calidum uirtualiter, non sit causa in sole, propter quam non sit calidus formaliter. Probat Scotus, quia tunc non esse calidum uirtualiter, esset causa essendi calidum formaliter iuxta regulam Topicam. Si propositum est causa præcisa, & adæquata propositi, oppositum erit causa oppositi. Secundo argui *2. rō Gode.* tur sic. Agens, & materia non coincidunt, ergo uoluntas non producit uolitionem in seipsam.

Resp. Hen. ad secundā Godofredi. Respondet Henricus distinguendo antecedens, aut q non coincidant secundum rem, & sic negat. Aut secundum rōnem, & sic concedit: quia licet idem sit agens, & patiens respectu eiusdem, non tamen secundum eandem rationem. Nam uoluntas in ratione appetitus, recipit; & in ratione causæ liberæ agit. Sed hanc solutionem impugnat Scotus, probando, quòd *Reprobat Sco. solutionem Henr.* sub eadem ratione uoluntas sit actiua, & receptiua; quia quo cunque modo uoluntas ultimatè constituitur in sua specie, eo dem modo habet, q sit actiua, & receptiua: sed illud est ultima differentia: ergo est una re, & ratione; igitur eadem re, & ratione uoluntas est actiua, & receptiua.

Ideo aliter respondet Scotus, dicendo primo, q A strictò intelligit de subiecto transmutationis realis, & substantialis. Secundo dicit, & melius, q materia, & efficiens, nō coincidunt, sed bene materia, & agens, iuxta distinctionem actionis, & factionis, quam ponit Philosophus 6. Ethicorum, & uoluntas non est factiua, sed actiua.

Ad quartū Godef. respon Sco. Ad quartum respondet Scotus proliæ, & primo ponit solutionem Henrici; & supponit, q uoluntas est causa sui actus secundum Scotum, & Henricum. Suppono secundo, q obiectum apprehensum per intellectum requiritur, ad hoc, q uoluntas possit causare actum uolandi, & hoc tanquàm causa, sine qua non secundum Henricum; & q uoluntas totaliter causat. Notandum tamen, q Scotus in 3. dist. primi negat istam causam sine que non, & hoc si sit causa distincta ab aliis quatuor causis. Sed si dicatur causa sine qua non, omne quod supponitur alicui, ad hoc, quod possit causare: illo modo non negat causam, sine qua non, uult tamen, quòd sit de aliquo genere causarum; quia non est causa propriè. His suppositis Respondet Scotus secundum Henricum ad ultimam impugnationem. Quando dicitur, q eadem facilitate tenebitur, ignem esse causam, sine qua non calefactionis ignis: dicitur, quòd non est si *Solutio secundū Hē.* mile, quia ignis cum simili præsentia ad calefactibile æqualiter dispositum, æqualiter calefacit. Et tamen obiectum apprehensum cum æquali præsentia ad uoluntatem, non æqualiter est uolitum; sed aliquando sic, & aliquando non, sed hoc faciliter impugnaret Godof. dicendo, quòd illud non prouenit ex causalitate apprehensionis, secundum quòd aliquando causetur uolitio, & aliquando non: sed ex libertate uoluntatis.

Alia solu. Et ideo datur alia solutio; quando arguitur, quòd lignum combureret seipsum ad præsentiam ignis, & ignis solum esset causa sine qua non, sicut apprehensio obiecti, respectu uolitionis, negatur consequentia: quia per præsentiam ignis, non solum comburitur lignum, sed etiam terra, aqua, & pleraque alterius speciei, & multum diuersa: & ex hoc cognoscitur, quòd tam uniformis affectus, sicut combustio, non sit à tante diuersitate

Opin. Henr. & Tho. *1. dictũ opinionis.* *2. dictum.* *3. dictum.*

¶ Alia est opinio Doctoris Antiquioris. s. Henri. qui cũ beato Thoma respondet, ponendo aliqua dicta. Primum dictum, Aliquod aliud a uoluntate, causat effectiuè actum uolendi in uoluntate. Secundum dictum. Tale antecedens actum uolendi, non est phantasma irradiatum. Tertium dictum obiectum cognitum, ut cognitum, idest cognitio ipsius obiecti, causat effectiuè actum uoluntatis. Illud tantum dictum probat Henricus per Commentatorem. 12. Metaphy. dicentem, quòd balneum cum intellectum mouet sensum; sed balneum in anima, mouet uoluntatem.

Resp. Sco. dupliciter.

Sed ad hoc respondet Scotus dupliciter. Vno modo tenendo, quod cognitio sit causa partialis, & effectiua uolitionis; & tũc distinguo, quod balneum in anima mouet uoluntatem, aut tanquam causa totalis, & sic nego: Aut tanquam causa partialis, & sic concedo. Tertia solutio est, tenendo, quod cognitio sit causa, sine qua non; & tunc distinguo, quod balneum in anima mouet uoluntatem, aut per se, & sic nego: Aut per accidens; & sic concedo. Omnis enim causa, sine qua non, potest dici causa per accidens; quia coniungitur causæ per se, & non attingit effectum. Sed contra. Causa per se, non necessario præsupponit causam per accidens; sed uoluntas necessario præsupponit cognitionem: ergo cognitio non est causa per accidens respectu uolitionis. Maior probatur sic. Omnis causa per se est prior causa per accidens: ergo non præsupponit eam.

Soluit Sco. instantiã.

Respondeo distinguendo, quod causam per se supponere causam per accidens, dupliciter, aut prioritate naturæ, uel temporis, & sic nego. Aut prioritate perfectionis, & sic concedo, ad istum sensum, quod perfectiori modo causa per se attingit effectũ, quàm causa per accidens.

Instatur cõtra.

Sed contra. Omnis causa per accidens reducitur ad causam per se: ergo omnis causa per accidens est posterior natura, uel tempore, quàm causa per se.

Respondeo distinguendo antecedens, Aut quod reducatur ad causam per se priorem, & distinctam a causa per accidẽs: sicut partes per accidens causant uisionem: uel ad ipsam, ut est causa per se: & sic concedo, quod aliquo istorum modorum causa per accidẽs reducitur ad causam per se. Aut intelligitur, quod quodlibet istorum modorum reducatur, & sic non oportet. Nam causa per accidens inuentionis Thesauri, reducitur ad seipsam, ut est per se causa fossionis, & quãdo arguitur, ergo per accidẽs est posterior, concedo de illa, quæ reducitur ad seipsam, ut est per se; quemadmodum effectus per accidens concomitatur effectum per se, sed non oportet de illa causa per accidens, quæ reducitur ad aliam per se, sic posterior ea, cum qua reducitur. Nam fractio trabis, quæ est causa per accidens motus ipsius grauis deorsum, est prius natura, quàm causa per se, puta, quam grauitas causet talem motum. Sed dices, quare ergo reducitur ad causam per se? Dico quod ratio est, quia nullo modo haberet rationem causæ, nisi propter causam per se.

Arguit Sc. contra opi. Hen & D. Thom.

¶ CONTRA conclusionem &c.] Contra Doctor noster impugnat illas opiniones aliquibus rationibus. Pro prima suppono tria. Primum est, quod illi Doctores intelligunt aliquod aliud a uoluntate, esse causam totalem uolitionis, quia aliter ratio nec eorum obiti nulerent; quia de causa partiali etiam nos cõcedimus. Secundũ suppono, quod nihil est liberum, nisi uolũtas; & omne aliud est naturale. Tertiò suppono, quod agens naturale non potest esse per se causa effectiua contrariorum circa idem passum, ut patet in secundo de generatione. Nã idem inquantum idem semper est natum facere idem.

Suppositã Scot. pro phã occasione.

1. rõ Sc. contra Henr.

His suppositis arguitur sic: Nullum obiectum potest producere uolitionem in uoluntate: ergo uoluntas est causa totalis nolitionis, & eadem ratione erit causa totalis uolitionis. Antecedens probatur. Omne ens positiuum, secundum eos, est causa uolitionis: ergo nullum positiuum, est causa nolitionis. consequentia patet ex tertia suppositione, quod idem agens naturale non est causa per se contrariorum. Aliæ rationes, & euasionum impugnationes satis patent in textu.

Ad q̃onem Resp. Sco. Concl. Sco.

¶ DICO ergo ad Quæstionem &c.] Consequenter Scotus respondet ad quæstionem ponendo talem conclusionem. Nihil aliud a uoluntate est causa totalis uolitionis. Sed cõtra: Deus, & uoluntas sunt causa uolitionis; & tamen Deus, & uolũtas, sunt aliud a uoluntate.

Solutio.

Respondeo, quod conclusio intelligitur secludendo Deum. Sed contra, ergo opinio, quæ ponit notitiam partialiter concurrere cum uoluntate ad uolitionem, non est probabilis, cuius oppositum asserit Scotus in conclusione primæ rationis Henrici. consequentia probatur, quia si cognitio partialiter concurrat, tũc aggregatum ex uoluntate, & cognitione, est aliud a uoluntate: & per consequens uoluntas non erit causa totalis cognitionis. Sed respondet Doctor noster, quòd intelligit per aliud a uoluntate, illud, quod nõ includit uoluntatem, non totale aggregatum, quod includit uoluntatem: ideo utraq; uia est apud Scotum probabilis, scilicet, quod uoluntas sola sit causa; uel uoluntas cum cognitione sit causa totalis. Conclusionem positam probat Scotus, supponendo aliqua primum, quòd aliquid sit contingenter in entibus, diuersimode tamen concesserant contingentiam Philosophi, & Theologi; quia Philosophi præcise concesserunt aliquid esse contingens euitabiliter antequàm fieret, non tamen, quòd quando fit, possit non fieri. Nam Philosophus primo cœli capite ultimo, dicit, quod si res habet potentiam ad esse in b. tempore, non habet potentiam ad non esse in eodem tempore, sed bene ad non esse in alio tempore. Theologi uerò concedunt istam contingentiam. Supponitur secundo, quòd aliqua causa potest dici indeterminata tripliciter. Vno modo ad contradictoria, quia sic agit, quòd potest non agere. Alio modo ad contraria, ut sol ad dissoluendũ glaciem, & constringendum lutum. Tertio modo ad disparata, ut Sol ad producendum rauam, & etiam murem. His suppositis.

1. dictũ Sco.

Primum dictum. Nulla causa naturalis, potest esse indeterminata ad contradictoria, sic, quod quãtum est de se possit agere, & non agere. Secundum dictum. Aliqua causa naturalis, & uniuersalis, potest esse indeterminata ad contraria, & disparata; ut Sol. Ex his formetur ratio. Bene sequitur. Aliquid contingenter euenit: ergo uoluntas habet in potestate sua uelle, & non uelle: & per consequens est causa uolitionis. Antecedẽs est notum. consequentia probatur: quia contingentia non potest oriri a causa naturali, cum illa sit determinata ad alterum contradictoriorum: ergo oritur a causa libera. Sed in actibus uoluntatis, maximè exprimitur contingentia: ergo illi actus oriuntur a causa libera, & non præcisè a causa naturali.

2. dictum eius sum.

Ad tertiũ princ. Resp.

Ad tertium argumentum ante oppositum, quando Arguitur. Nullum accidens per accidens oritur ex propriis speciei: sed uolitio est accidens per accidens: ergo non pullulat ex uoluntate, quæ includitur in ratione speciei, puta in rationali.

Distinguo maiorem. Aut de accidente per accidens, quod est perfectio propria principii, a quo egreditur; & sic nego. Vel quod non est perfectio proprii principii, & sic conceditur maior. Et ad probationem, quia accidens per se in hoc differt ab accidente per accidens, scilicet per oriri ex propriis speciei: dico, quod non solum per hoc, sed per oriri immediatè; quia accidens per accidens, quod est perfectio propria, oritur mediante accidente per se: sicut caliditas ignis, & uolitio uoluntatis.

Soluitur ultimum arg. principale.

Ad ultimum argumentum. Quando arguitur. Omnis potentia indeterminata requirit determinans. Distinguo, aut intelligis de potentia indeterminata indeterminatione perfecta, cuius modi est uoluntas, quæ seipsam determinat: & sic nego: Aut intelligis de potentia indeterminata indeterminatione imperfecta, cuius modi est scientia contrariorum. Et sic concedo, quod talis non potest seipsam determinare ad causandum, magis hoc, quàm illud; quia naturalis est ille habitus; & ideo sumus indifferentes ad faciendum hoc, uel illud.

Alia solutio; & melior, distinguendo de indeterminato aut de passiuo, & sic concedo, quod indiget determinante. Aut de actiuo, & sic distinguo; aut de naturali, & sic concedo. Aut de libero, & sic nego. Nota pro solutione ista, quod aliquando intellectus noster post appræhensionem aliquorum obiectorum contrariorum, fit ualde dubius, & non potest se determinare ad unũ illorũ modorũ, cum agat per modum naturæ, ut dictum est in rationibus contra Henricum: sed determinatur per uoluntatem, imperantem, an studeat Theologiæ, uel legibus: quia iudicat utrunque esse bonum. Et deinde uoluntas per imperium suum determinat ipsum ad studium Theologiæ.

DISTINCT. XXVI.

QVAESTIO VNICA.

De subiecto gratiæ.



IRCA distinctionem uigesimæsextę. Quæritur. Vtrum gratia sit in essentia animæ, uel in potentia. Hic supponitur ea distinctione decimasexta, quomodo in anima est considerare duo, scilicet, essentiam, & potentiam, diuersimodè; quia secundum Sanctum Thomam distinguuntur realiter: secundum Scotum formaliter: & secundum Henricum ratione: & secundum nominales nullo modo. Supponitur etiam, quòd secundum opinionem Henrici, & Thomæ, gratia est in essentia animæ primo, & secundario in potentia. Sed Scotus tenet oppositum. Supponitur tertio, quòd gratia est duplex, scilicet creata, & increata. Similiter gratia increata est duplex. Quædam est gratia per essentiam, sicut Deus. Alia est per appropriationem, & sic est solus Spiritussanctus. Sed gratia creata accipitur tripliciter. Vno modo communissime, & sic est omne donum naturale. quia omne donum optimum &c. Et isto modo intellectus, uoluntas, humilitas, est gratia, iuxta illud Apostoli: quod habes quod non accepisti? Secundo modo accipitur communiter, & sic est omne donum gratis datum, quod non consequitur naturam, ut prophetia, donum linguarum. Tertio modo capitur proprie, & sic est quædam qualitas existens in anima infusa a Deo, incompossibilis peccato mortali, reddens habentem Deo gratum. quam Euangelista uocat uestem nuptialem, & de ista loquimur hic. Ex quo patet, quòd omnis gratia gratum faciens, est gratis data, aliter non esset gratia: tamen non econtra. Ex parte uera probatur, quòd gratia sit in potentia, tanquàm in subiecto proximo, supponendo primo, quòd duplex est habitus. Quidam est sequens actus: Alius præcedens actus, & iste est infusus, & non acquisitus, & de isto loquimur dupliciter. Supponitur secundo, quòd habitus est, quo potentia operatur promptè expeditè, & delectabiliter. Corollarium. Habitus debet cooperari potentiæ. Et si dicatur, quòd si hoc esset uerum, nos experiremur gratiam: neganda est consequentia: quia nescimus an talis promptitudo, proueniat ea natura, uel habitu acquisito, uel infuso.

Quid sentiant Henr. & D. Tho. de subiecto gratiæ.

Quòd gratia sit primo in potentia probat Sco.

¶Hec dicitur &c.] In ista distinctione Scotus duo facit. primo ponit opinionem Sancti Thomæ. Secundo impugnat eam. pro opinione Sancti Thomæ ponuntur aliqua dicta. Primum est, Gratia est quædam forma existens in anima. Secundum dictum est, gratia est alia forma a charitate. Tertium dictum, gratia perficit immediatè essentiam animæ, & potentiam, mediante essentia: & hæc est solutio ad quæstionem secundum eum. & probat hoc tertium dictum, gratia perficit immediatè essentiam animæ &c. per Augustinum dicentem, gratiam esse radicem, & uitam omnium bonorum: sed uita pertinet ad essentiam: ergo gratia pertinet ad essentiam: quia est uita uiuificans.

Opi. Sancti Tho. explicatur quibusdam dictis.

Probatio tertij dicti D. Tho.

Respondeo, quòd gratia nõ dicitur uita in ordine ad essentiam, quia uiuificat, sicut prætendit argumentum, sed in ordine ad operationem, quam uiuificat, dicitur enim operatio uiua, per comparationem ad mortuam, quæ fit sine charitate. Et ideo cum opus sit in potẽtia: & gratia sit uita in ordine ad opus, gratia erit in potentia.

Resp. Sco.

Confirmatur ratio Diui Thomæ. posse supernaturale, præsupponit esse supernaturale: sed posse pertinet ad potentiam, & esse supernaturale, quod dat gratia, pertinet ad essentiam: ergo esse gratum pertinet ad essentiam: & gratia erit in essentia.

Respõdeo, quòd posse præsupponit esse in eo quod potest: & non oportet, quòd in aliquo priori, sed quòd ipsa potentia potens sit grata.

¶Contra istam positionem &c.] Doctor noster non est contentus de illa opinione, & ideo arguit contra eam tribus rationibus. Prima ratio, quia beatitudo est in potentia: ergo similiter gratia; alias si utraque esset in essentia, talis essentia posset esse grata, & beata, potentia non existente beata, & grata, quod est impossibile: consequentia est manifesta, quia sunt distinctæ realiter essentia, & potentiæ, secundum Diuum Thomam.

Trib. rõnibus arguit Sco. contra D. Tho. Prima rõ.

Secundò arguitur sic. Supponendo de mente Henrici, & Sancti Thomæ, quòd gloria est gratia in termino cõsumata. Ideo supponendo, quòd gratia uiæ, & patriæ sunt eiusdem rationis. His suppositis sic arguitur: sequeretur, quòd anima uiatoris esset beata. quod est falsum. Ad hoc argumentum datur e alio conuertendo argumentum contra Scotum, quia etiã sequeretur, quòd potentia uiatoris esset beata, si gratia sit in potentia. Sed Scotus respondet, quòd ipse non posuit beatitudinem consistere in actu primo. puta in gratia, sed in actu secundo, scilicet in fruitione, & uisione. Modo ista non sunt eiusdem rationis in uia, & in patria: quod probat, supponendo quòd fruitio uiæ secundum opinionem eorum, causatur effectiuè a cognitione uiæ, & fruitio practica a uisione patriæ. Tunc sic arguit, quæcunque causantur a causis alterius rationis disparatis, sunt alterius rationis: & ideo dicit Scotus, quòd argumentum suum concludit duntaxat de gloria, & beatitudine, quantum ad actum primum, qui actus est ipsa gratia: & hoc concedere non est inconueniens, quòd Viator sit beatus quantum ad actum primum, uel partialem, uel totalem: sed indigentem aliquo præsupposito, puta uisione, ad eliciendum actum secundum.

2. rõ Sco. quidem. Gratia consumata est gloria secundum Tho. & Henr.

Reflectitur arg. contra Sco.

Soluit Sco. arg. nec est contra se.

Sed notandum est, quòd duplex est differẽtia specifica, quędam est distinctiua, & imperfecta: & est inter ea, quæ sunt alterius rationis, tamen unum est dispositio ad alterum: ut semen, sanguis, & homo. & isto modo fruitio uiæ, & fruitio patriæ, sunt alterius speciei, altera completiua. Quia fruitio uiæ, disponit ad fruitionem patriæ. Altera differentia est constitutiua speciei, & hoc modo differunt fruitio uiæ, & patriæ.

Secundo pro isto argumento supponitur, quod duplex est forma actiua. Quædam est determinata ad unum effectum, ut calor. Alia est indeterminata & illimitata, ut subiecta respectu plurium accidentium: & anima respectu plurium operationum: & intellectus respectu plurium intellectionum. Secũdo supponitur, quòd si aliqua uirtus, uel forma determinat aliquam formam indeterminatam, & illimitatam ad unam actionem determinatam, talis forma non perficit eam, secundum uirtutem actiuam ad plura, inquantum est indeterminata, & in ordine ad omnem actum sibi conuenientem. Tertio supponitur, quòd anima est forma illimitata respectu plurium effectuum, & operationum distinctarum specie: ratione diuersarum potentiarum eius. His suppositis arguitur sic. Gratia præcise perficit animam in ordine ad actus unius potentiæ, & non plurium: ergo est in potentia, & non in essentia. Antecedens probatur, quia perficit animam in ordine ad actus meritorios: sed actus meritorius intrinsece, tantum est in uoluntate, & non in aliis potentiis: igitur.

Sed ista ratio Scoti non concludit: quia eadem ratione, si gratia perficeret uoluntatem, perficeret eam in ordine ad actus meritorios: ergo oportet, quòd perficiat uoluntatem, ut est determinata ad tales actus, & non uoluntatem, ut uoluntas est. & similiter sapientia non perficit intellectum, inquantum intellectus est, nisi dicatur, quòd intellectus ea natura sua determinatur ad uerũ, quod aliàs impugnabitur. Ex hoc patet, quod eadem ratione perficeret essentiam in ordine ad determinatos actus.

Ostenditur insufficientia rationis Sco.

¶Ad argumenta &c.] Consequenter restat soluere argumenta principalia, in quibus Scotus probat, quòd gratia sit in essentia, & non in potentia immediate. Ad primum, quando arguitur, essentia prius exit a Deo, quàm potentia: ergo gratia prius perficit essentiam, quàm potentiam.

Ad argum. principalia.

Distinguo antecedens, aut prioritate durationis, & sic nego: aut prioritate naturæ, & sic concedo antecedens, & nego consequentiam.

Soluitur primũ principale.

Ad primam probationem ea Dionysio de ecclesiastica hierarchia, quòd res reducuntur in Deum, eo modo, quo egrediũtur a Deo. Concedo in rebus realiter distinctis. Nam talium quædam per suam operationem attingunt Deum immediatè, ut intellectualia: & ideo immediate reducuntur in Deum. Alia sunt, quæ non immediatè attingunt sua operatione, & ista reducuntur in Deum, mediantibus intellectualibus: ut bruta: & secundum quòd aliqua entia magis, uel minus accedunt ad intellectualia, secundum hoc per plura, uel pauciora media reducuntur in Deum, & hæc est intellectio Dionysii, & etiam Philosophi in secundo cœli. Modo essentia animæ, & potentiæ, sunt idem realiter. Ideo inter ea, non intendit Dionysius assignare talem ordinem. Posset tamen subtiliter replicari per illam maximam Scoti, Qualis est ordo inter aliqua, ubi essent distincta realiter, talis est, ubi solum formaliter, aut ratione distinguuntur. Et ideo si prius natura formalitas essen-

tum

tiæ respicit Deum, quàm formalitas potétię, Beatus Thomas habet intentum.

Ad secun dã probationẽ.

Ad secundam probationem, Quando arguitur, essentia animæ est prior creatura, quàm potentia, ergo prius habet Deum pro primo efficiente, & fine, quàm potentia. & per cõsequens prius reducitur in Deum, quàm potentia. & potentia reducitur, mediante essentia.

Respondeo, concesso primo antecedente in sensu dato nego coosequentiam; quia essentia non potest attingere finem si ne potentia.

Deducitur secundum principale.

Secundò arguitur etiam illud, quod est magis indeterminatum, magis est determinabile: sed essentia est huiusmodi: ergo est magis determinabilis per gratiam, quàm potentia; & per consequens gratia prius determinat essentiam, quàm potentiam.

Soluitur secundum.

Respondeo, quando sic arguitur. Omne illud, quod est magis determinabile immediatius per gratiam determinatur, distinguo, aut determinatione proxima, & sic concedo. Aut determinatione remota, & sic nego. Ad minorem, sed essentia est magis determinabilis per gratiam; concedo determinatione remota, sed non determinatione propinqua; quia cum talis determinatio sit in ordine ad operationem, immediatius, & propinquius determinatur, quod est magis immediatum operationi, cuiusmodi est potentia.

3. principale deducitur.

Tertiò arguitur sic. Nullus habitus est in actu suo sine potentia operante; sed gratia est in actu suo, sine actu uoluntatis: ergo gratia non est in uoluntate. Minor probatur, quia seclu so quocunque actu intellectus, & uoluntatis, ut in dormiente gratia gratificat; & gratificare est actus ipsius gratiæ: ergo gratia est in actu, quando potentia non est in actu.

Soluitur tertium.

Respondeo distinguendo, quòd gratia sit in actu sine potentia, aut in actu formali, quod est dare esse gratum, siue denominare habentem gratum; & sic concedo. aut in actu elicito, qui est uolitio, uel nolitio meritoria: & sic nego. Patet tamen resolutoriè, quòd quomodocunque sit gratia in actu, scilicet formali, uel elicito. potentia etiam est in actu simili; Modo de elicito satis patet, & de formali etiam; quia quandocunque gratia denominat subiectum gratum, siue potentiam. ipsa potentia denominatur grata; & sicut gratia est in actu formali quo ad denominare, ita ipsa potentia ad denominari.

Deducitur sextum arg.

Pro Sexto arguméto supponitur, quòd in anima est duplex imago Trinitatis. Quædam creata, quæ consistit in memoria, intelligentia, & uoluntate. Alia est recreata in fide, spe, & charitate. Arguitur sic, Imago creata, & recreata, debent proportionari: sed imago creata consistit in unitate essentiæ, & Trinitate potentiarum, aut operationum: ergo imago recreata, quę est perfectiua creatæ, debet consistere in unitate perfectiua essentiæ formaliter, & uirtualiter perfectiua potentiarum: sed talis unitas perfectiua essentię non est nisi gratia: igitur gratia est in essentia animæ.

Solutio sexti principalis.

Respondeo distinguendo maiorem, Aut, quòd debeat esse correspondentia quantum ad esse formale, & sic concedo. Nam esse formale imaginis consistit, in unitate, origine, & distinctione. Aut quantum ad esse perfectius, & non oportet, quod sit correspondentia.

DISTINCT. XXVII.

QVAESTIO VNICA.



CIRCA DISTINCTIONEM 27, Quæritur, Vtrũ gratia sit uirtus, sicut alii habitus, scilicet fides, & spes. Hic supponuntur differentiæ uirtutis, quas ponit magister in textu. Suppono secundo, quòd triplex est differentia, inter uirtutem Theologicam, & moralem. Prima differentia penes obiectum, quia obiectum immediatum Theologiæ est Deus: sed obiectum immediatum uirtutum moralium, est aliquod creatum. secundo penes modum, quia uirtus Theologica eleuat naturam ad aliquid super naturale, quod propriis uiribus attingere non sufficit; sed moralis nõ sic eleuat. Tertio penes finem, quia Theologicæ ordinant immediatè ad finem super naturalem: sed morales immediatè ad naturalem, & mediante fine naturali, disponunt ad super naturalem.

In ista quæstione primo ponitur opinio Henrici. secundo determinatio Scoti. Quantum ad primum opinio Henrici consistit in aliquibus propositionibus. prima propositio: quatuor sunt habitus Theologici, scilicet gratia, fides, spes, charitas, quorum, gratia est in essentia animæ; cæteri uero in potentiis, fides in intellectu; spes in irascibili: charitas in concupiscibili. Secunda propositio, gratia se habet ad alias tres uirtutes Theologicas, sicut essentia animæ ad potentias, & lumen naturale ad uirtutes acquisitas: ita, quòd sicut potentiæ fluunt ab essentia, & uirtutes fluunt a lumine naturali ita Theologicæ a gratia. Corollarium gratia, & charitas realiter distinguitur.

Opinio Henrici.

Arguit contra opinionẽ Henrici.

Contra ista arguitur sic, sumendo. Secundum dictum Henrici, pro maiore; sicut se habet lumen naturale ad uirtutes acquisitas, & esse ad potentias, ita gratia ad alias uirtutes Theologicas: sed uirtutes acquisitæ, non possunt esse sine lumine naturali; neque potentiæ animæ sine essentia: ergo fides, & spes non possunt esse esse sine gratia. Sed conclusio est falsa: ergo aliqua præmissarum, non minor, ergo maior, quæ est Henrici. Euasio, est distinguendum consequens, quod fides non possit esse sine gratia: aut sine gratia in gradu intenso, & sic nego: aut remisso, & sic concedo. Contra: idem habitus non possit esse in diuersis subiectis; ergo gratia non potest perficere plures potentias. Antecedens probatur, per ponentem differentiam inter uirtutes morales intellectuales penes subiecta. Secundo sequeretur, quod fides, & spes manerent in prima, quia ille gradus remissus remanebit, puta pars intense: Quia ubicunque est gradus intensus, illic est remissus, qui est pars intensi.

Solutio Scoti ad quẽm.

¶ 1 o 2 o Alia &c.] Consequenter ponitur opinio Scoti. Cuius primum dictum est. Gratia formaliter est charitas. probatur. Quæcunque excellentiæ conueniunt gratiæ, eædem attribuuntur charitati: igitur. Antecedens probatur, discurrendo per excellentias gratię. Quarum prima est diuidere, inter filios regni; & perditionis: & hoc secundum præsentem iustitiam, & non secundum diuinam præscientiam. quia reprobatur existẽs in gratia, est filius perditionis secundum diuinam: præscientiã. Secunda excellentia est, quod gratia est forma aliarum uirtutum, & hoc tripliciter, primo, quia ordinat actus aliarum uirtutum in Deum. Secundo, quia propter eum tales actus acceptantur. Tertio, quia est completiua bonitatis actibus aliarum uirtutum: ut habetur 13 q. Quolib. 3. excellentia est coniungere ultimo fini: & iste tertius conuenit charitati: sequitur ergo, quod gratia formaliter est charitas.

Ex his potest inferri, quod fuit recta ratio intellectionis nostræ in prima distinct. 17. dicentis Spiritum sanctum esse charitatem, non, quod uolo negare omnino habitum in uoluntate, sed, quod non est ponendus alius habitus in uoluntate distinctus a charitate, quo habitu uolũtas fit Deo grata. Et ideo quamuis Theologi dimittam Magistrum in illo passu, tamen Scotus nititur defendere ipsum in sano sensu, scilicet, quod non per alium habitum inhabitat Spiritus sanctus in nobis, & per alium inclinat uoluntatem ad actum meritorios: sed uno, & eodem habitu. & Spiritus sanctus non dicitur fides, nec spes, sicut dicitur charitas, quia per fidem non inhabitat, sed mouet ad credendum, & sperandum. & sic patet resolutoriè, quod gratia est charitas.

Scot. defendit Magistrum.

Obijcit contra se. Soluit obiectionem.

Sed contra istam solutionem arguitur sic, Gratia nõ est perfectio simpliciter, & charitas est perfectio simpliciter, ergo gratia non est charitas. Respondet Scotus per aliquas propositiones. Prima propositio: eadem res est charitas, & gratia: per aliam rationem, sine respectum, dicitur charitas: & per aliam gratia: quia dicitur charitas, inquantum est principium dilectionis meritoriæ, & dicitur gratia inquantum per ipsam quis acceptatus ad uitam æternam. & hoc modo superiores dicuntur chari, & inferiores grati. Secunda propositio: charitas est cõmunior, quàm gratia: quia de se dicit illimitationem, & est cõmunis enti finito, & infinito: quia Deus est charitas: & ideo charitas dicit perfectionem simpliciter, sed non gratia. Corollarium primum. Non est inconueniens, quod idem secundũ unam rationem sit perfectio simpliciter, & secundum aliã limitata, & ex hoc patet solutio argumenti. Secundum Corollarium: gratia dicit respectum ad acceptatum, & charitas dicit respectum ad diligibilem, inquantum diligibile. &c.

DI-

DISTINCT. XXVIII.

QVAESTIO VNICA.

De pi liberi arbit. y sine gratia adeuitandū peccatum.



IRCA DISTINCTIONEM 28. Quæro Vtrum liberum arbitrium hominis possit sine gratia uitare omnino peccatum. Primo Notandum est De libero arbitrio aliter senserunt Philosophi: Aliter hæretici, & aliter Theologi. Nam Philosophi dixerunt in lumine naturali, hominem ex operibus suis posse iustificari per liberum arbitrium, ita, q̃ malus bene operando, poterit sibi acquirere habitus bonos, & iustificari: & ideo secundum eos sine gratia posset uitare peccatum. Sed hæreticorum fuerunt sectæ, scilicet Manichæi, dicentes, q̃ homo non potest uitare peccatum, quia habet unam animam a malo principio: Iouiniani dicunt, q̃ post baptismum homo non potest peccare, & secundum illos frustra mouetur quæstio. Sed Pellagiani dicunt, hominem sine gratia, posse uitare peccatum, & mereri: ita, q̃ gratia solum ponitur propter facilitatem, & non propter necessitatem. Sed Theologi, & fideles aliter sentiunt, firmiter assentientes, sine gratia quemcunque mereri non posse. Secundo Notandum, q̃ liberum arbitrium aliter definitur a Philosophis, aliter a Theologis: Philosophi dicunt q̃ liberum arbitrium est liberū de uoluntate iudicium; dicit.n. aliquid pertinens ad uoluntatem, scilicet libertatem, quæ est ad utrumque, bonum, scilicet, & malum flecti potest, & dicit aliquid pertinens ad intellectum, scilicet arbitrium, siue iudicium, quo cognoscitur, quid prosequendum, & quid fugiendum.

Aliter consideratur, & definitur secundum Theologos, & capitur tripliciter, scilicet communissime, communiter, & proprie: communissime se extendit ad Deum, & creaturam, & sic definitur ab Anselmo, q̃ est potestas seruandi rectitudinem propter se sed communiter capitur, & comprehendit omnes creaturas, secundum quemcunque statum, & sic dicitur liberum arbitrium flexibile: & sic definitur ab Augustino: Liberū arbitrium est facultas rationis, qua bonum eligitur, gratia assistente, & malum, gratia resistēte. Sed propriè liberum arbitriū est consensus, ob uoluntatis in ammissibilem libertatem, & rationis, indeclinabile iudicium: sic definitur a D. Bernardo, & solum conuenit existentibus in termino, & non existentibus in uia.

Notandum pro argumētis post oppositum. Notandum tertio, q̃ argumenta post oppositum probant, q̃ uoluntas possit uitare peccatum quantum ad reatum, sine gratia, non tamen quātum ad actum elicitum, ut patebit inferius.

In ista quæstione primo ponitur modus Henrici, cui adduntur aliqua dicta Scoti, & D. Bonauenturæ. Secundo respondetur Scotus ad quæstionem. tertio ad argumenta principalia.

Conclu. omnium catholicorum solutionē. Modus dicendi Henr. Quantum ad primum est conclusio omniū fidelium respōsiua ad quæstionem: q̃ liberum arbitrium non potest uitare peccatum quantum ad reatum, sine gratia gratum faciente: sed bene quantum ad actum elicitum. Sunt tamē diuersi modi declarandi, in ista quæstione. Primus modus Henrici consistit in duabus propositionibus, prima propositio est: liberum arbitriū potest uitare omnia peccata diuisim, successiuè, & sigillatim: secunda propositio: liberum arbitrium non potest uitare omnia peccata coniunctim simul. prima propositio est de se nota: secunda probatur ratione sic: Bene sequitur, Sortes uitat decem peccata in hoc instanti: ergo potest committere decem peccata in hoc instanti: consequens est falsum. ergo & antecedens: probatur consequentia. Nam nullus potest plura simul uitare, quam possit simul committere: sed non potest plura simul cōmittere: ergo nō potest plura simul uitarē. Exemplo probatur, ponēdo, q̃ situat perforatum, & cetera, ut in littera. Vnde possumus elicere de mente Henrici, q̃ uoluntas non potest simul uitare omne peccatum positiuè per actum s. positiuum, & contrarium: neque priuatiuè. i. non eliciēdo omne peccatum, quia non est aptitudo ad omnia simul: sed potest uitare negatiuè, & impropriè, quia potest non elicere omne peccatum, ioio semper uitat omne peccatum negatiuè: quia nūquam eliceret omne peccatum. Additur alius modus, qui consistit in tribus propositionibus, secundum, q̃ assignant tria tempora respectu de *2. modus dicendi.* liberationis, unum præcedens, & duo sequentia: primus tamē sequentium alterum, sequitur deliberationem actualem: alter deliberationem interpretatiuam. & secundum hoc ponuntur tres propositiones, quæ patent in textu.

Arguit Sco. contra opinionem Hen. Prima ra. Contra opinionem Henrici arguitur sic. Benè sequitur: existens in gratia potest seruare præcepta Dei: ergo existens sine gratia, potest non transgredi præcepta, & per consequens potest uitare omnia peccata. consequentia probatur, auctoritatibus Hieronymi, & D. Augustini, qui. a Deus non præcepit impossibile. Ad istam rationem sunt duæ euasiones. prima est Henrici, *Dupliciter euaditur ratio.* quæ consistit in tribus dictis. Primum dictum. possibile est, q̃ peccator non transgrediatur præcepta Dei. Secundum dictum. Non est possibile uitaturi, uitare peccatum immediatè, & principaliter, sed dispositiuè: propter ea quod potest se disponere ad gratiam: qua habita uitabit peccatum. Tertium dictum. sine gratia nullus potest seruare præceptum Dei. & si dicas: ergo non seruando non peccat. nego consequentiam, disponat se, & uolet. & seruabit ea. est huic dicto accomodatissimū exemplum de illo, qui proiecit se in puteum, cum scitet propriis uiribus se exire non posse, petit adiutorium. est alia euasio D. Bonauenturæ dicentis, q̃ extra gratiam positus, potest seruare Dei *Altera euasio Bonauē.* præcepta, quantum ad substantiam actus, sed non quantum ad intentionem præcipientis, quæ pendet ex gratia ordinante ad gloriam.

Sco. refellit duas euasiones. ¶Contra &c.] Arguit contra istas duas euasiones: & primo in generali, & postea in speciali. in Generali primo contra secundam sic: quicunque agit difformiter ad uoluntatem diuinam præceptiuam, peccat: sed implens præcepta Dei extra gratiam, agit contra intentionem, & uoluntatem Dei præceptiuam: ergo peccat: sed consequens peruertit peccatores, & redigit in desperationem: ergo & antecedens: & posterio, siue ratio illa puta, q̃ non adimplent quo ad intentionem præcipientis. Sed illa ratio simpliciter non concludit, nec intendit Scotus totaliter reiicere illam distinctionem D. Bonauenturæ: Sed saluemus utrunque, scilicet Scotum, & D. Bonauenturam. Per unam *Saluantur, & Bon. & Sco.* distinctionem possumus conciliare. intentio præcipientis est duplex. Quædam est obligatiua ex ui præcepti. Alia est remuneratiua ratione statuti. Declaro, ut Deus obligauit Sortem ad obseruationem Sabbati, hæc intentio præcipientis obligatiua est, q̃ Sortes facit talem actum, sub pœna non peccandi: & ideo intentio præcipientis obligatiua solum est ad actum exequendum, & non ad habendam gratiam: sed intentio remuneratiua est, q̃ statuit non præmiare æternaliter talem actum, nisi hac ibi gratia. Impugnat ergo Scotus D. Bonauenturam, si intelligat præcepta non adimpleri sine gratia, ad intentionem præcipientis obligatiuam: ita, q̃ non sufficiat obligatiuā: quia hoc *Quod refellat Sco. ca D. Bon.* est subuertere peccatores, & eos adducere in desperationem: Si intelligat D. Bonauentura, quòd extra gratiam præcepta non adimplentur ad intentionem remuneratiuam, benè sunt concordes in sententia.

Arguit contra Hen. Contra primam euasionem Henrici arguitur sic, sequeretur, q̃ Sortes peccaret, quando non posset uitare peccatum: consequentia probatur supponendo, quòd Sortes teneatur de adulterio, & sit extra gratiam, tūc, quæ ūid Sortes faciat, peccat: ergo non potest uitare peccatum, quando est in peccato. Antecedens probatur, quia si non disponit se ad gratiam, non renuit adulterium prout tenetur renuere: ergo peccat. Si renuit, non tamen quantum tenetur tenuere cum gratia, etiam peccat: quia nullus potest seruare Dei præcepta sine gratia, ut patet in tertio dicto. Etiam peccat secundum Henricum, si disponat se, & renuat simul: tum primo, quia secundum Henricum non potest simul habere duos actus: tum secundo, quia illi actus sunt extra gratiam, q̃ alterum eorum tenetur facere, pro tunc in gratia: ergo peccat quando non potest uitare peccatum, uel oportet dicere, q̃ non tenetur adimplere præceptum in gratia.

Arguit contra Henr. ¶Contra istas duas &c.] In speciali arguit Scotus contra primum sic: In hoc instanti potest cauere omne peccatum. & sic de aliis instantibus, & temporibus: ergo non quolibet instanti potest cauere omne peccatum. Antecedens probatur per deductionem, quia in instanti A, cauet B, peccatum: & si instanti A, cauet C, peccatum, & sic de aliis. ergo in instanti A, cauet omne peccatum. Assumptum probatur, quia in instanti A, potest facere peccatum B, & non facit: ergo cauet illud peccatum, & similiter posset facere C, & non facit: ergo cauet illud peccatū, & similiter posset facere D, & non facit: ergo cauet. Doctor noster profecundo argumentum exponit intentionem Henrici, qui nō intendit negare, q̃ uoluntas caueat omne peccatum distributiuè, & sigillatim, sed, quod caueat omne peccatū collectiuè: quia non posset habere omnia peccata simul, etiam distributiuè, negatiuè, & non positiuè, per diuersum contrarium

quia

quia non poteft habere unum diffenfum refpectu omnium pec catorum;neque tot fimul,quot funt peccata.

Contra fecu dá uiam D. Bon.argnit. Secundam uiam impugnat Scotus fic. Homo extra gratiam poteft deliberare : ergo poteft uitare peccatum. confequentia probatur ex conceffis, quia quando deliberat,non peccat;uel folum uenialiter;quia poft deliberationem poteft uitare omne peccatum.

Euaditur ratio. Euafio, Non poteft peccator deliberare rectè propter excæ cationem mentis. Contra: tum primo quia aliquis extra gratiam non eft eccæcatus : ergo ad omnia principia agibilium. Tum fecundo quia uitia non funt connexa.

Solutio qōnis fecundū Scot. Prima con clu. Sco. Confequenter Scotus refpondet ad quæftionem per duas conclufiones.Prima conclufio. Aliquis extra gratiam poteft ui tare peccatum refiftendo.i.non confentiendo fuggeftioni dæ monis;& uincendo .i. producendo actum oppofitum,& ad in tentionem oppofitam intentioni dæmonis. Secunda propofi tio contra Pelagium. Nullus qui eft extra gratiam,poteft uita *2. Conclu.* re peccatum, fiue reatum peccati fine gratia gratum faciente: *Confirm. rō clu.* neque refilire propriis uiribus a tali reatu , & ad Dei amicitiā redire,nifi gratia conciliauerit animam. Confirmatur conclu fio fic. Gentiles uitabant peccata fine gratia,igitur & nos pof fumus.Antecedens probatur ex auctoritate Pauli.

Sed quæro an foli Iudæi tenebantur obferuare præcepta le gis . Refpondeo probabiliter, q non folum Iudæi,fed omnes gentiles, & uniuerfæ gentes totius orbis, tenebantur obferua re præcepta legis:quia erant diuina,quamuis ad ea,quæ Moy fes edidit propter mores Iudæorum rectificandos,non tene rentur.

DISTINCT.

XXIX.

QVAESTIO VNICA.

De natura iuftitia ori ginalis.



IRCA DISTINCTIONEM 29.Quæri tur,Vtrum præter iuftitiam originalem in Adam, neceffe fit ponere aliquod donum fupernaturale. Determinato de neceffita te gratiæ, & quantum liberum arbitrium indigeat gratia,ad hoc,quod fit dignum ui ta æterna; Nunc Magifter determinat de neceffitate gratuitorum donorum in ftatu innocentiæ, & præ cipuè de iuftitia originali. circa q uam nota eft quæftio prepo

Iuftitia tri plex. fita.Primus terminus eft iuftitia. Vnde iuftitia eft triplex:inna ta,ut libertas: acquifita , ut habitus moralis: infufa, ut gratia gratum faciens.Secundus terminus,originalis iuftitia;iuftitia enim originalis poteft dici tripliciter. Vno modo effectiuè , & hoc modo Deus originans, & producens iuftitiam originalē, fiue illud donum dicatur iuftitia originalis: & non fic capitur hic. Alio modo capitur iuftitia originalis, idest ab origine da ta;& fic omne donum datum primo parenti, dicitur iuftitia originalis;& fic etiam non capitur hic. Tertio modo accipitur propriè, & diffinitur fic:Iuftitia originalis eft quidam habitus fupernaturalis,alicui uni us generis condonatus,pro fe,& pro *Ordo tracta torum.* tota pofteritate,ergo fit perfecta tranquillitas in habente. In ifta quæftione primo ponitur opinio Henrici Quolib.6.q.2.Se cundo ponitur opinio Scoti.tertio ad argumenta.

Opin. Henr. Quantum ad primum opinio Henrici confiftit in tali cōclu fione;licet iuftitia originalis fit aliquod donū naturale , habet tamen aliquid fupernaturale fibi annexum.ita, q fecundum eum,iuftitia originalis fit aliquod donum naturale,habens ali quid fupernaturale fibi annexum;ita,q fecundum eum, iufti tia non dicit unam rationem,fed unum complexum,ex natu rali, & fupernaturali.

Pro cuius declaratione ponit Scotus aliqua dicta. Primum *1. dictum fe cundū Hen.* dictum.oportet ponere in uoluntate rectitudinem naturalem, quæ uocatur qualitas. Secundum dictum.ifta qualitas,quæ eft *2. dictum Henr.* rectitudo,habet aliam qualitatem fibi contrariam,quę dicitur curuitas naturalis.Tertium dictum. Ifta curuitas nunquam in *3. dictum* fuiffet uoluntati, nifi peccatum prius infuiffet . Quartum di *4. dictum* ctum,ex ifta uirtute fequitur inobedientia uirium inferiorum ad fuperiores . Quintum dictum,licet uoluntas recta poffit do *5. dictū.* minari uiribus inferioribus , nō tamen uoluntas obliqua. pro batur hoc dictum exemplo, & ratione. exemplum de uirga re cta,quæ non poteft deuiare a rectitudine , nifi incidat in cur uitatem;quorum utrunque eft fibi accidentale.Similiter de uo luntate,tamen dico,q non eft fimile de uirga,& uoluntate,quia omnis natura habet aliquam qualitatem determinatam;at uo *Neg. fimil. Henr.* luntas non eft determinata ad aliqua,fed poteft abfolui a qua libet.fecundo probatur talis ratione. Arguitur fic.fi non ponere tur talis rectitudo naturalis,non poffet faluari , q homo per *Prima rō Henr.* peccatum fuiffet uulneratus in naturalibus. Refpondeo ad ra tionem,& diftinguo aut per oblationem alicuius partis natu *Sol. prima ratio.* ralis:uel accidentis non naturalis ; & fic concedo , q non fuit uulneratus in naturalibus , aut per inhabilitatem ad operan randum,& fic nego.Imo dico , q quodlibet peccatum inhabi litat uoluntatem ad bene operandum.

Secundo arguitur fic, fi iuftitia originalis ponitur præcisè donum fupernaturale , fequitur, q exiftens in prius naturali *2. rō Henr.* bus, & in peccato,effent æquales , & æqualiter puniendi.Re fpondeo negando confequentiam,quia unus eft debitor iufti tiæ: & alter non.

¶Contra iftud &c.] Iftam rationem Henrici impugnat Sco *Arg.Sco. cō tra Henr. quinque rō nibus.* tus,quinque rationibus.Prima ratio eft ifta:fequeretur , quòd uoluntas in puris naturalibus non poffet peccare:confequens eft falfum.ergo & antecedens.confequentia probatur,quia nō haberet illam qualitatem : fed falfitas confequentis probatur, *Prima rō Scot.* quia feclufa quacunque tali qualitate, poffet uoluntas diffor mare fe dictamini recto : ergo poffet peccare . Secundo argui *2. rō Sco.ad idem.* tur fic , Voluntas ex propria libertate, & feclufa quacunque qualitate, poteft imperare potentiis inferioribus, & moderare rebellionem:ergo feclufa quacunque qualitate , poteft effe re cta. cōfequentia eft nota, antecedens probatur, quia Hierony mus,& multi alii Sancti, ex frequenti ufu moderatiuo rebel lionis, deuenerunt quafi ad perfectam tranquillitatem.

Pro tertio argumento fuppono, q ftatus poft lapfum nō eft *Pro 3. rōne Scot. ad idē.* naturalis,dupliciter tamen poteft intelligi,q dicatur non na turalis.Vno modo,q pro ftatu ifto fiant contra naturam,& nō conformis naturæ;& fic falfum eft. Alio modo quia in ipfo nō poffumus peruenire ad oēm perfectionem naturalem. & fic ue rum eft,ut habetur in primo q.t. contra Philofophos. 2. d.q.3. quarto arguitur. fequeretur, q ex rebellione uirium inferiorū *4. rō Sco.* propter talem curuitatem,poffet homo naturaliter cognofce re , q ifte ftatus non eft ei naturalis,quod conftat effe falfum, cum nulli Philofophi ad hoc potuerint peruenire.

Quintò arguitur fic.fi rectitudo ponitur, ut aliquid obli *5. rō ad idē.* quetur per peccatum; fequitur, q nullus poterit peccare poft primum peccatum, nifi prius recuperauerit illam rectitudinē: confequens eft abfurdum : ergo & antecedens . confequentia probatur , quia in fecundo, & tertio peccatis,nulla rectitudo corrumpitur,& per confequens non effent peccata.

Pro ultimo argumento, fuppono, q rebellio eft motus po *Pro ult. rō ne quid re bellio.* tentiæ inferioris in fuum appetibile, contra iudicium rationis, quod cum difficultate reprimitur . ifto fuppofito arguitur fic. feclufa quacunque qualitate uoluntatis,effet talis motus fine rebellio in potentiis inferioribus:ergo obliquitas non eft cau fa rebellionis.confequentia eft nota , & antecedens probatur ex natura uirium inferiorum,quæ ducuntur, & non ducunt.i. naturaliter, & non liberè agunt .

¶Poteft dici ergo &c.] Confequenter impugnata opinione *Opi. propria Scot.* Henrici,Doctor nofter refpondet ad quæftionem,& primo pre mittit unum notabile,q iuftitia originalis dupliciter poterat facere in Adam perfectam tranquillitatem. Vno modo prohi bendo omnem motum potentiæ inferioris contra rationē,ita, q appetitus fenfitiuus folum inclinabatur in fuum appetibile, conformiter ad iudicium rationis . Alio modo poterat facere tranquillitatem perfectam, cohibendo motum potētię inferio ris. Hoc notato,ponit conclufionem . Neceffe fuit ponere in *Concl. Scot.* Adam habitum fupernaturalem.probatur ifta conclufio ex ul tima ratione contra Henricum.Secundo probatur eadem con *Probatur concl.* clufio.Nulla potentia de fe indifferens ad plura appetibilia, & ex appetitu fenfitiuo, cui nata eft condelectari, inclinatur ad *Prima rō. 2. Ratio.* aliqua delectabilia, quæ funt cōtra iudicium rationis : ergo ad retrahendum ipfum,ponēdus eft aliquis habitus inclinatiuus ad magis delectabile,quàm fit fenfibile:fed ille habitus non po teft dici naturalis,quia tunc haberet duo naturaliter inclinan tia ad oppofita;puta illum habitum, & appetitum fenfitiuum, quod non decet:ergo ille habitus erit fupernaturalis.

DISTINCT.

XXX.

QVAESTIO PRIMA.

De peccato originali respectu descendentium ab Adam.



IRCA DISTINCTIONEM 30. Quæruntur quatuor quæstiones per ordinem, prima quæstio. Vtrũ quilibet propagatus ad Adã secundum legem communem, contrahat peccatum originale. Primus terminus declarandus est propagatio. propagatio est unius hominis ab alio homine, mediante semine per concubitum uiri, & mulieris generatio. Ex quo sequitur, ꝙ Eua non fuit propagata, quia non fuit ex commistione seminum genita: ex quo sequitur, quòd Christus non fuit propagatus, neque secundum legem communem, neque secundum legem particularem: quia non fuit ex commistione seminum genitus, sed de Spiritu sancto, & corpulenta substãtia uirginis cõceptus, sequitur tertio, quòd uirgo Maria licet fuerit propagata, & ex commistione seminum concepta, non tamen de lege communi, sed speciali priuilegio præseruata. secundus terminus est contrahere peccatum originale, & est ab instanti conceptionis carere iustitia originali. ex inobediẽtia primorum parentum. Tertius terminus est ipsa conceptio, & loquimur de conceptione membrorum: & formatio est corporis organizatio, quæ termino 40. dierum fit quo ad masculos; & duplicat quo ad fœminas. Conceptio partium essentialium, est informatio corporis debitè organizati; & ista conceptio naturarum, per quam secundum legem communem, contrahitur originale peccatum: Quartus terminus, peccatum dicitur originale causaliter, quia ex causa nostrę fragilitatis, uel quia ab origine inest, uel quia alterius peccato in nobis traducitur per propagationem, & sic patet quantum ad terminos duarum quæstionum.

DISTINCT.

XXXI.

QVAESTIO VNICA.

Concupiscẽtia duplex.



IRCA DISTINCTIONEM 31. Quæritur. Vtrum anima contrahat peccatum originale a carne infecta concupiscibiliter seminata. Concupiscentia est duplex. Quædam actualis. Alia est habitualis. Actualis est motus appetitus sensitiui in suum obiectum delectabile: sed habitualis secundum Henricum, est una qualitas morbida, qua quis inclinatur ad immoderatè concupiscendum. Ista quæstio præsupponit peccatum originale esse subiectiuè in anima. secundo supponit peccatum traduci ex carne seminata, & quærit, an quando anima tali carni coniungitur inficiatur, & est quærere: Vtrum unio animæ ad corpus sit causa, quare anima inficiatur peccato originali.

De ratione & modo contrahẽdi peccatum originale.

DISTINCT.

XXXII.

QVAESTIO VNICA.

De remissione originalis peccati.



IRCA DISTINCTIONEM. 32. Quærit Scotus. Vtrum in baptismo remittatur peccatũ originale. De baptismo fluminis, sanguinis & flamminis alias dictum est. pro ista quæstione suppono, ꝙ Pelagiani dixerunt, peccatum originale non remitti in baptismo, quia tale peccatum solum consistit in imitatione, & cùm post baptismum, homo peccando imitetur primum parentem, sequitur, ꝙ adhuc manet in eo peccatum originale: sed pro parte opposita est determinatio ecclesiæ. Doctor noster simul ibi deducit quæstiones, & primo ponit opiniones aliorum. Secundo propriam opinionem. Tertio soluit argumenta principalia. In ista materia de peccato originali sunt quatuor articuli, propositis quæstionibus respõdentes. In primo declaratur quõ natura inficiatur a carne. in secundo qualiter seminetur caro infecta. in tertio qualiter ab ipsa inficiatur anima. in quarto quomodo anima ab infectione liberetur.

Pro secundo dicto Henrici Notandum est, ut dicit Beatus Bonauentura, ꝙ illa qualitas morbida cõparatur ad quatuor. Primo ad illud, a quo est, & sic dicitur peccatum originale. Secundo ad illud, per quod est, & sic dicitur lex membrorũ, quia per membra, ut per uisum, auditum, &c. exprimitur in nobis ista rebellio. Tertio ad illud contra, quod; & sic dicitur tirannus, & rebellio, quia usurpat sibi terminum rationis. quarto comparatur ad illud, ad quod est, & sic dicitur fomes, quia ad hæc inferiora delectabilia maxime inclinat. pro argumento Scoti contra primum articulum, supponitur, ꝙ duplex est peccatum, quoddam est spirituale. Quoddam est corporale, corporale est aliquod explendum, in ultimato actu suo indigemus organo corporali; spirituali per oppositum.

Pro argu. Sco. suppon. peccatũ duplex.

¶[Circa istam materiam. &c.] Impugnata opinione Henrici Gaudauensis nonendum est ad opinionem Scoti, quam dicit esse de mente Anselmi, & respondet per ordinem ad quatuor propositas quæstiones. pro solutione primæ quæstionis supponitur primo, ꝙ iniustitia capitur tripliciter, contrariè, priuatiuè, & negatiuè. supponitur secundo, ꝙ oẽ peccatũ formaliter est in iustitia priuatiuè, & nõ negatiuè. His suppositis ponitur conclusio, ꝙ peccatum originale, ut colligitur ex definitione Anselmi: est carentia iustitiæ debitã inesse. Sed contra obiicitur, quia, ut patet per multas auctoritates Magistri, sancti dicunt peccatum originale esse concupiscentiam: ergo non est carentia iustitiæ. pro solutione supponuntur aliquæ distinctiones. Prima distinctio: concupiscentia est duplex. Quędam est in parte sensitiua: & alia in parte intellectiua. Scđa dist. duplex est concupiscentia tam in parte sensitiua, quàm in parte intellectiua: Quædam est actualis; & ista est immoderatus motus respectu delectabilis. Quædam est habitualis, & illa est pronitas ad inordinatè concupiscendum delectabile. 3. distinct. duplex est pronitas. Quædam est positiua. Alia est priuatiua; pronitas positiua est qualitas disponens ad facile, & delectabiliter prosequendum aliquid: & sic omnis habitus potest dici pronitas. sed pronitas priuatiua ad aliquam operationem est carentia alicuius positiui impedientis, aut difficultantis ad talem operationem; ut uirtus motiua uolatiua aquilæ, remoto lapide ab alis, est pronior priuatiuè. Similiter uoluntas destructis habitibus uitiosis, est pronior ad benè operandum priuatiuè. Et isto modo Adam perdita iustitia originali, erat pronior ad peccandum: solis suppositis. Primum dictum. Nemo sanctorum intelligit concupiscentiam in parte sensitiua esse peccatum originale, sed benè concupiscentiam in parte intellectiua. Secundum dictum, sancti Doctores intelligunt concupiscentiam habitualem esse peccatum originale, & non concupiscentiam actualẽ. Tertium dictum, concupiscentia, siue pronitas positiua partis intellectiuæ ad peccandum, non est peccatum originale; quia nulla talis est in paruulo: sed pronitas priuatiua, quæ est carentia iustitiæ originalis, est peccatum.

Resp. Scot. ad primam q̃nem.

Iniustitia tripliciter.

Soluitur obiectio.

Concupiscẽtia duplex.

Declarat auctoritates sanctorũ Primum dictum.

2. dictum.

3. dictum.

Et si dicas, ꝙ Scotus dicit concupiscentiam esse materiale peccati originalis; Respõdeo, ꝙ uel intelligitur de concupiscẽtia sensitiua, quæ est materiale remotum, uel de carentia iustitiæ debitæ, & ad carentiam iustitię, ut commune quoddam; & ad carentiam iustitię indebitę, & ad peccatum originale. addit debitum, quod fundatur in illa carentia, & talis, quæ est materiale debiti, potest dici concupiscentia, quæ est materiale peccati originalis. & per hoc patet solutio ad primam quæstionẽ.

Quando quæritur. Vtrum peccatum originale sit carentia iustitiæ originalis. Respondetur, ꝙ sic. ex quo sequitur Corollarium, ꝙ peccatum originale, non est magis in uno, quàm in alio; quia iustitia originalis fuisset æqualis in omnibus. per hoc patet prima particula distinctionis, & illius diffinitionis, scilicet, peccati originalis.

Secunda particula est debitè inesse. Vnde debitor est, qui fuit obligatus ad aliquid, ad quod potuit obligari; & cum tota natura humana potuit obligari, & fuit obligata, sequitur, ꝙ tota natura humana est debitrix illius iustitiæ. Tertia particula est propter ammissionem in persona aliena.

Quantum ad secundum articulum uidendum est qualiter omnes propagati ad Adam secundum legem communem, contrahunt

Soluitur prima q̃o.

trahunt originale peccatum: pro cuius declaratione Notandum, quòd peccata parentum tripliciter transfunduntur in filios. Vno modo in punitione, quia puniuntur pœna temporali filii pro peccatis suorum parentum, ut patet in diluuio, & subuersione Sodomæ, & Gomorræ; tamen non puniuntur filii pœna eterna pro peccato paterno; Vt probatur per illud Ezechielis; Filius non portabit iniquitatem patris; Alio modo transfertur peccatum patris in filium imitatione, quia filii imitantur peruersos mores paternos, & sic intelligitur illud: Exodi secundo; Ego sum Deus zelotes uisitans peccata patrum filios, in tertiam & quartam generationem; tertio modo transeunt peccata transitione propagationis, & de isto membro quærimus.

Duo requiruntur ut quis sit in peccato ex debito alterius.

Secundo notandum, quòd ad hoc, quòd aliquis sit in peccato ex debito alterius, duæ conditiones requiruntur. Prima cōditio est, quòd in alio quis possit obligari. Secunda conditio, ꝙ illud ad quod potuit in altero obligari, potuerit etiam in alio perdere. Ex quo patet, quòd nos omnes fuimus lege obligati in Adam ad habendam iustitiam originalem, quam etiam in eo potuimus perdere. His suppositis ponitur conclusio responsiua.

Concl. solutionis secundum argu.

Quælibet secundum legem communem propagatus ab Adam, contrahit peccatum originale: probatur conclusio, auctoritatibus sanctorum. Ex quo sequitur corollarium primum, ꝙ Christus, qui non fuit propagatus secundum legem cōem, nō fuit conceptus in peccato originali, quia non habuit patrē in terris. Et per hoc exponitur illud Psalmi: Ego autem sum uermis, & non homo, quia homo communiter generatur per hominem. Nam Deus, sol, & homo generant hominem, generatur autem in Sole, uel ab aliqua influentia cœlesti; sic Christus uft in terris sine patre, & in cœlis sine matre. Habens matrem in terris, & patrem in celis. Secundum corollarium. Virgo Maria non fuit concepta in peccato originali, quia licet potuerit concipi, non tamen fuit concepta, quia licet fuerit propagata secundum legem communem, tamen per gratiam fuit preseruata. Tertium corollarium. Si ex carne digiti mei, aut ex lapide, Deus formaret unum hominem, ille non esset cōceptus in peccato originali, quia non esset propagatus ab Adā. Quartum corollarium, si Abel fuisset genitus ante peccatum Adæ, licet Adam peccasset, propagati ab Abel, nō contraxissent originale. Tamen de hoc sunt opiniones. Nam aliqui tenent, ꝙ ipso Adam perdente, omnes tàm geniti, quàm generandi per uidissent iustitiam originalem, & ipsi conseruante eā cōseruassent; sed alii probabilius dicunt, & communiter tenetur in schola, legem fuisse talē, ꝙ qui semel acceperāt illam miseriā, per peccatum parentis non perdidisset eam: sed quorum propagatio peccatum secuta fuisset, priuati fuissent iustitia originali.

Coroll. primum quare Christus nō contraxit peccatū originale.

2. Coroll.

3. Coroll.

Coroll. 4.

Casus.

Sed dubium est, si Adam peccasset alio peccato, quàm esu pomi, ut puta luxuria, aut superbia, an perdidisset iustitiā originalem. De hoc est duplex opinio, una (quæ recitatur à Magistro in tertio) dicit quòd non, sed opposita est securior, quam ponit Beatus Bonauentura, qui ponit quodlibet mortale, imo etiam & ueniale, erat incompossibile iustitiæ originali. His suppositis ponitur conclusio. Quilibet secundum legem communem propagatus ab Adam, caret iustitia originali: ergo contrahit peccatum originale; antecedens probatur, quia nullus propagatus ab Adam secundum legem communem, habet perfectam tranquillitatem inter uires inferiores, & superiores, neque immortalitatem, quæ est posse non mori; ergo nullus talis habet iustitiam originalem.

D. Bon. tenet omne peccatū repugnare iustitiæ originali.

Concl. probatur.

Tollitur instantia.

Et si dicas nos non possumus facere aliud: ergo tale peccatū non est nobis imputandum.

Respondeo, ꝙ quia sumus impotentes per opus alterius, nō per opus nostrum, & ideo excusatur a pœna sensus, a quo ipso Adam non fuit excusatus; tamen non excusamur a toto; quia eramus obligati in eo, ideo contrahimus peccatum originale.

Instatur cōtra solutionem.

¶CONTRA hoc &c.] Sed contra istam solutionem arguitur sic. Natura Petri non fuit in Adam; ergo nō contraxit peccatum ab Adam. Antecedens probatur, quia natura Petri, & natura Adæ, sunt distinctæ numero, consequentia probatur, quia bene sequitur, natura Petri non fuit in Adam: ergo non obligatur in Adam; & ultra: ergo non est debitrix, & per consequens non contraxit peccatum originale. Sed Doctor noster simul potuit euasionem, & impugnat eam, euasio est ista, quòd natura Petri non fuit in Adam formaliter, ut bene probat argumentum, sed fuit in Adam causaliter, ut in radice, & fundamento.

Solutio instantiæ.

Reffellitur solutio.

Contra, natura causaliter fuit in Adam; ergo hæc persona causaliter fuit in Adam; & ultra, sequitur, quòd peccatum originale, non solum erit peccatum naturæ, sed etiam peccatum personale, quod est falsum: quia peccatum personæ imputatur propria imputabilitate; & peccatum naturæ imputabilita te ultima alterius. Doctor noster non respondet, sed potest dupliciter respondere. Primo negando consequentiam: quia non est simile de natura, & persona. Dicitur secundo. Concedo consequens. Et ad probationem dico, ꝙ sicut duplex est donum in Adam, quoddam donum naturæ, ut iustitia originalis. Aliud donum personale, ut gratia gratum faciens, ita fuit duplex peccatum, scilicet naturæ, & personæ; naturæ, quod est per ammissionem doni naturæ; & ideo non sequitur; hæc persona fuit in Adam: ergo eius peccatum personale fuit contractum ab Adam per propagationem: quia non est simile de dono naturæ, & de dono person æ.

Duplex donum in Adā, & duplex peccatum.

Contra hoc fit alia replica, & arguitur, supponendo primo, ꝙ iustitia originalis erat donum supernaturale, existens in uoluntate; & per consequens peccatum originale fuit in uoluntate ipsius Adæ. Hoc supposito, arguitur sic, propagatus ab Adam, non fuit in Adam secundum uoluntatem, sed solum secundum carnem: ergo non accepit peccatum originale ab Adam. consequentia probatur ex suppositione, quia peccatum, & iustitia, fuerunt in Adam secundum uoluntatem.

Altera replica.

Respondeo, & præmitto, ꝙ Antecedens rationis potest intelligi tripliciter. Vno modo formaliter. Alio modo causaliter. Tertio modo secundum obligationem, & pactum legis diuinæ. Hoc supposito, distinguo antecedens, ꝙ propagatus ab Adam non fuit in eo secundum uoluntatem; aut formaliter; & sic concedo, quia neque sic secūdum carnem fuit in Adam, neque per inhærentiam, neque per identitatem. Aut intelligitur causaliter, & sic etiam concedo, quia uoluntas fuit data a solo Deo, & non a uoluntate Adæ. Aut intelligitur secundum obligationem, & pactum diuinum, & sic nego, quia pater potest se obligare pro filiis.

Solutio.

¶Respondeo non faciendo mentionem &c.] Hic Scotus excusat se, quia non uult facere mentionem de hac natura, & de hac persona, qualiter fuerit in Adam. Sed hoc dimisso, probat conclusionem intentam, ut ꝙ quilibet propagatus ab Adam, contrahit peccatum originale, ex eo, ꝙ fuit obligatus in Adā. Et arguitur sic. Omne donum est debitum: sed quilibet talis propagatus ab Adam accepit donum: ergo quilibet talis est debitor. pro maiore Notandum est, ꝙ dupliciter potest intelligi donū arguere debitum. Vno modo in donite, & hoc dupliciter. Vno modo simpliciter, & sic falsum est: quia si donum est gratis datum, & si gratis, non est debitum. Alio modo potest intelligi ex pacto, & fœdere; & sic, ꝙ simpliciter est donum ex pacto, est debitum. Et sic possumus dicere ex parte Dei. Iustitia originalis erat debita toti posteritati ipsius Adæ. Alio modo donū arguit debitum in recipiente, & sic intelligitur maior.

Probat Sco. conclu. suā principale.

Notandum, ꝙ Deus dedit iustitiam originalem filiis Adæ, uoluntate antecedente, non tamen uoluntate consequēte. pro cuius ulteriori expositione, notat Occham, ꝙ uoluntas antecedens aliter distinguuntur in creaturis, & aliter in Deo; quia in hominibus, & Angelis sunt duæ uolitiones, quarum una alteram præcedit. Sed in Deo, eadem uolitio dicitur uoluntas antecedens, quando dat aliquod donum, uel effectum uirtualiter tantum; & dicitur uoluntas consequens, quando talem dat effectum formaliter, & uirtualiter. Exemplū, ut quando Deus dat gratiam; dat meritum uoluntate antecedente, & gratiam uoluntate consequente, & quando Deus dat naturalia creando hominem, dat uirtualiter dispositionem ad gratiam; & per consequens uoluntate antecedente dat gratiam, sed ipsa naturalia dat uoluntate cōsequente. Sic in proposito, posteris Adæ dato est iustitia originalis uoluntate antecedentu, & ipsi Adæ uoluntate consequente.

Notādum.

Corollarium. Qui ammisit gratiam, non punitur principaliter propter amissionem gratiæ, sed propter amissionem operum meritoriorum, quæ continebantur uirtualiter in gratia. Nā alias, tantum puniretur, qui raro peccat, quàm qui pluries peccat in casu, in quo ab eadem gratia cecidisset.

Pulchrum coroll. primum.

Sed contra, si ab æquali gratia ceciderunt æqualia merita continebantur in gratia unius, sicut in gratia alterius, & per consequens æqualiter punirentur pro ammissione meritorū.

Instatur.

Respondeo, ꝙ in æquali gratia, possunt contineri apud diuersos, plura, & maiora, & pauciora, & minora merita; nam qui pluries peccat, perdita gratia, pluries meruisset habendo gratiam, & uitando huius modi peccata; & ideo in sola gratia, continentur uirtualiter merita, quantum ad essentiam, sed non quantum ad numerum, & magnitudinem, sed in submi-

Soluitur instantia.

subministratore materiæ, victoriæ, quem Deus diuersimode præstat prædestinatis, pro ut eos ad diuersas mercedes intendit ordinare.

2 Corol. notabile. Secundum Corollarium: Confitens peccata sua, tenetur detastari non solummodo peccata commissa, sed etiam ommissionem meritorum, quæ tempore peccati potuit facere.

Sed instatur contra probationem maioris, sic; voluntas, gratia, & meritum, sunt circa idem, & ideo unum potest esse antecedens ad reliquum. sed voluntas Adæ, & voluntas nostra, nõ sunt circa idem suppositum: ergo iustificatio unius non erit antecedens ad alium: & per consequens volitio unius non erit antecedens respectu alterius.

Soluitur instantia. Respondet Doctor noster confirmando illam maiorem per rationem bonam, excludendo istam instantiam. sic: quicquid sufficit ad donum esse debitum, sufficit ad aliquam esse debitorem; sed ad donum esse debitum sufficit ipsum dari, voluntate antecedente, in eodem, uel alieno supposito: ergo iustitia est nulla, quia sufficit ad iustitiam originalem esse debitum in posteris Adæ, ipsam sic fuisse in Adam, quòd sublato obice, quasi naturaliter fuisset posteris communicata; quemadmodum, & corporis organici dispositionem regulariter sequitur creatio, & infusio animæ.

Ad argumenta princ. Ad argumenta principalia quæstionis. Ad primum quando arguitur omne peccatum est voluntarium: sed in paruulis nihil est voluntarium; ergo in paruulis nullum est peccatum. Distinguo maiorem. aut, quòd sit voluntarium subiectiuè, & sic concedo; & nego minorem, quia peccatum originale inest voluntati paruulorum. Aut intelligitur maior de voluntario elicitiuè, & sic distinguo; aut voluntate propria, & sic non oportet de peccato originali, quamuis verum sit de peccato actuali. Aut intelligitur de voluntario voluntate propria, uel aliena, in qua paruulus dicitur obligari. & sic concedo maiorem, & nego minorem. & ad probationem D. Augustini dico, quòd ipse intendebat impugnare hæresim Manichæorum, qui dicebant, quòd peccatum neque in se, neque in alio erat voluntarium, quia necessario producebatur a malo principio.

Ad secũdũ principale primæ q. Secundo arguitur sic. Nullus peccat in eo, quòd uitare non potest; sed paruulus carentiam iustitiæ originalis uitare non potest: ergo paruulus non peccat, quia caret iustitia originali. Distinguo maiorem, aut, ꝙ nullus peccat. i. elicit actum peccandi, in eo, ꝙ uitare non potest; & sic concedo. Aut capiendo peccare, ut est habere peccatum: & sic nego: vel distinguo, aut, ꝙ non potest uitare in se, & sic nego, quia multi obstinati peccanti. habent reatum peccati, quem non possunt uitare: aut, ꝙ non potest uitare in se, nel in aliquo suæ speciei, per quem contrahitur: & sic concedo. Modo dico, quòd potuit uitare in Adam.

Solutur tertiũ eiusdem q. Tertiò arguitur sic a Iuliano apostata inquirente, quę sunt Ianuæ. i. secreta uiæ, per quas peccatum originale intrat animam. Respondet Scotus, quòd in peccato originali sunt duo: unum positiuum, scilicet debitum. Alterum priuatiuum, scilicet carentia iustitiæ. Primum habet duas rõnes siue causas positiuas, scilicet legem Dei; quia statuit dare iustitiam originalem toti naturæ humanæ, & per offensam toti auferre. Secunda uia est propagatio. secundum, scilicet priuatiua non habet propriè causam positiuam, sed habet duas uias, unam causam demeritoriam: & unam causam negatiuam. Prima est demeritum Adæ. Secunda Deus nolens dare iustitiam propter offensam primi parentis, & si dicas demeritum illud transiuit quo ad essentiam, uerum est: sed non quo ad damnationem, & scientiam Dei.

D I S T I N C T.

X X X I I I.

QVÆSTIO VNICA.



Circa distinctionem 33. Quæritur: Vtrum peccato originali debeatur carentia uisionis diuinæ. i. Vtrum paruuli decedentes in peccato originali tantum, debeant pati pœnam damni. *De pœna debita peccato originali.* Pro declaratione supponitur, ꝙ duplex est pœna damni, & pœna sensus. Vnde pœna damni cõiter dicitur carentia boni debiti inesse, sed propriè, ut Theologi utuntur, est carentia uisionis diuinę, ex demeritis, pro tempore, pro quo deberet inesse. Ex prima particula patet, ꝙ in beatis non est pęna damni. ex secunda patet, ꝙ si Virgo Maria nunc priuaretur uisione Dei, non haberet pœnam damni, quia non esset ex demeritis. ex tertia particula patet, ꝙ uiatores non habent pœnam damni: sed quilibet extra uiam, præter beatos: damnati quidẽ propter peccatũ actuale, paruuli propter originale, & utique æternam: & animæ, quæ purgantur, habent temporalem. Sed pęna sensus est quæcunque afflictio, siue sit in parte sensitiua, in qua dicitur dolor, siue in parte intellectiua, in qua dicitur tristitia, & dicitur pœna sensus, non quia præcise sit in parte sensitiua; sed quia est aliquid positiuum, magis accedens ad actus similitudinem, quàm ipsa priuatio, quæ dicitur pœna damni.

Pro parte uera arguitur auctoritate D. Augustini dicentis, ꝙ illi paruuli puniuntur mitissima pœna, quæ dicitur mitissima comparatiuè, per comparationem ad pœnam damnatorũ, tamen superat quamcunque pœnam uiæ; quia licet Christus dixerit, vel propheta in persona Christi. Non est similis dolor sicut dolor meus. hoc intelligitur inter dolores, & pœnas uiæ.

Varij modi dicẽdi de pœna paruulorum. HIC uidetur &c.] De ista quæstione sunt multi modi dicendi. Quidam dicunt, ꝙ paruuli non baptizati, in loco ubi detinentur, habẽt cognitionem adumbratam de beatitudine sed non cognoscunt illam; & ideo non tristantur de priuatione beatitudinis. Alii dicunt, ꝙ habent cognitionem beatitudinis, sed non tristantur de priuatione, quia sciunt se priuatos per actum alterius, & non per actum proprium. Imo laudant Deum, qui præseruauit eos a peccato actuali. Tertia opinio est D. Gregorii Ariminensis, qui dicit, ꝙ puniuntur pœna sensus, sed mitissima, & tenuissima, ut dicit D. Augustinus, sed beatus Bonauentura dicit hoc esse nimis durum. Quartus modus dicendi est de Bassolis, qui dicit, ꝙ appetiendum se priuatos beatitudine, sed huiusmodi apprehensionem non concomitatur tristitia, Deo non permittente: tamen uidetur ponere nolitionem priuationis, ad quam necessario sequitur murmuratio, contra dispositionem diuinam, quod dicit Scotus esse absurdum.

Quid sentiat Sco. 1. Cõcl. Sc. Sed Scotus respondet per duas conclusiones. Prima est communis omnibus, & est ista: Decedentes cum solo peccato originali, nullam pœnam habent, quæ pęna dicitur dolor, & hoc est quod dicit beatus Bonauẽtura, ꝙ iuxta uiam in aliquibus operatur diuina misericordia tãtum, ut in beatis: in aliquibus tantum iustitia, ut in damnatis, secundum pœnam sensus: in aliquibus uero, utraque, scilicet misericordia, & iustitia. ex eo, quod in ipsa non est pęna sensus, quæ est in cæteris dãnatis.

2. Cõcl. Sc. contra Gregorium. Secunda conclusio contra D. Gregorium: Decedentes in solo peccato originali nullam pœnam sensus interiorem habent. probatur ista conclusio. in istis paruulis nulla est inordinata uolitio, vel nolitio; ergo nulla est pœna sensus interior. Antecedens probatur sic. In uia nullum habuerunt actum elicitum inordinatum: ergo nullum habebant in termino. consequentia probatur per Ecclesiasticum: Vbicunque ceciderit lignum, ibi erit. Sed prima consequẽtia probatur, quia si causaretur in eis tristitia, maximè esset per nolitionẽ pœnæ damni: sed talis nolitio est deordinata, & difformis uoluntati diuinæ: igitur &c.

Ponitur responsio. Dices, ꝙ ibi erit nolitio cõditionata, sicut in animabus purgatorii, & talis non erit inordinata. Contra, quia in eis nunquam fuit peccatum actuale, sicut in animabus purgatorii: ergo non debet esse talis pœna interior.

Euasio. Dicis, quòd est mitissima, & non ita acerba sicut pœna purgatorii.

Reprobatio. Contra sic: intensio illius tristitiæ, quam haberet paruulus pro originali peccato, solum duorum graduum, & pęna sensus

in

in Sorte sex gradmum in inferno, uel in purgatorio, qui in tanta proportione excedat pœnam paruuli, in quantū peccatum actuale Sortis excedit peccatum paruuli, sequitur, q Sortes pro peccato actuali, & paruulus pro solo originali æqualiter puniētur: quod est cootra ordinem diuinæ iustitiæ. patet consequentia, quia maior pœna est tristitia, quàm pœna sensus.

Greg. Ariminensis opinio. Tamen D. Gregorius pp auctoritatē D. Augustini, tenet, q paruuli decedētes cū solo peccato originali, puniūtur pœna sensus. & pro maiori corroboratione, supponit, q in iudicio finali, tātum erūt duo ordines, & duæ sententiæ. prima erit eorum, qui erunt a dextris. Alia erit respectu eorum, qui erunt a sinistris, & cum paruuli non continebuntur a destris, & sub prima sententia: sequitur ergo, q continebuntur sub secunda sententia, sed in secunda sententia continetur utraque pœna, scilicet sensus, & damni. ergo sequitur intentum.

Soluitur ar go. Greg. dupliciter. Sed licet argumentum habeat apparentiam. sunt tñ duo modi respondendi. Vno modo potest dici, q apparebunt, sed non indicabuntur, quia iudicabuntur per secundam sententiam, ut patet per seriem litteræ. Vbi dicitur esuriui, & nō dedistis. &c. Modo ista, paruulis, qui nunquam habuerunt usum rationis, dici non poterunt. Et si dicatur, q paruulus dicit, quòd oportet omnes manifestari ante tribunal Christi. Dico, quòd intelligitur de adultis.

2. solutio. Alius modus dicendi est, q Christus, non solum faciet duas sententias, sed etiam tres faciet. & si dicas, q non sunt scriptæ nisi duæ. Respondeo per illud, multa signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. Sed iste modus non est ita probabilis, sicut primus.

Solu. secundum Sco. Sed secundum Scotum dicendum est, q in illa sententia tanguntur duo, scilicet pœna damni: per ly, ite, quod significat priuationem uisionis diuinæ. Deinde pœna sensus, per ly, maledicti in ignem æternum; sub prima parte sententiæ comprehenduntur omnes; & sub secunda solum habentes peccatum actuale, quia in secunda parte exprimitur pœna infligenda ab igne, quæ correspondebit peccato actuali. & conformiter ad secūdam partem addūtur illa. Esuriui &c. Et ad auctoritatē D. Augustini secundum Bonauenturam, dico, q loquitur excessiue: sed secundum Scotum, distinguēda est propositio: Aut in sensu diuiso, & sic est uera: Aut in sensu composito, & sic est falsa, quasi uolens dicere, q paruuli puniuntur æterni ignis supplicio, ut dicit circunstantiam loci, sed non prout dicit circunstantiam efficientis punitionem, & dolorem. Alia argumenta faciliter patent in textu.

6. arg contra Sco. Sed solet fieri unum argumentum commune in Schola, ad probandum, q decedens in peccato actuali, & paruulus decedens cum solo originali, æqualiter puniuntur, ponēdo casum, q pœna Sortis qui decessit cum peccato actuali, cum eius pœna damni non excedat in minimum pœnam damni, quam habet paruulus, sed excedat in duplo, quodcunque dederis, idem ualeat. Sit ulterius Plato, qui in duplo minus peccauerit, quàm Sortes, sequitur, q Plato in duplo minus punietur, quàm Sortes. Hoc supposito arguitur sic. Quicunque æqualiter excedantur in pœna, ab eodem æqualiter puniuntur: sed Plato, & paruulus, æqualiter exceduntur in pœna damni a Sorte: ergo Plato, & Sortes æqualiter puniuntur.

Soluitur argumentum. Respondeo, q defectus est in illa consequentia, Plato in duplo minus peccauit, quàm Sortes: ergo in duplo minus punietur, nisi fiat limitatio quantum ad illam pœnam, quæ debetur peccato actuali. Nam supponendum est, q Platoni debetur duplex pœna. Quædam pœna pro originali: & alia pro actuali: & actuali minori, minor pęna, correspondet sensus, siue uariatio ne pœnæ, quæ debetur peccato originali, & si dicas in Platone fuit remissum originale: ergo responsio nulla. Respondeo, ut superius diximus, q debitum iustitiæ originalis, commutatum fuit in debitum gratiæ Baptismalis; & ideo in relapso a gratia baptismali, erit pœna damni propter carentiam iustitię originalis, & in Platone erit ulterius pœna damni, correspondens peccato actuali: & ideo quantomcunque minoretur pęna Platonis, debita pro peccato actuali, nisi totaliter auferatur, magis punitur Plato, quàm paruulus.

DISTINCT. XXXIIII.


QVAESTIO VNICA.



De cā peccati efficiētia. Irca distinctionem 34. Quæritur Vtrum peccatum sit a bono, sicut a causa. Hic supponenda est pro declaratione quæstionis, opinio Manichæorum ponentium duas animas in homine, quarum una est a malo principio; & alia a bono. & ideo dicunt in homine esse continuū bellum, & q a bona anima non potest procedere mala operatio; neque a mala, operatio bona: sed hos hæreticos D. Augustinus extirpauit. & ideo quæritur hic, An peccatum a bono possit procedere. & quæstio quærit principaliter de peccato actuali, siue ueniali, siue mortali; & non de originali, nisi ex cōsequenti; pro quanto procedit ab actuali. pro parte uera est D. Augustinus.

DISTINCT. XXXV.


QVAESTIO VNICA.



De peccati effectu. Irca distinctionem 35. Quæritur utrum peccatum per se sit corruptio boni. Corruptio capitur dupliciter. Vno mō pro corruptione trāsmutatiua. Alio modo pro corruptione priuatiua. Corruptio transmutatiua est corruptio, seu mutatio alicuius, de esse simpliciter, uel secūdum quid, ad uno esse simpliciter, uel secundū quid. & ista corruptio præsupponit illud, quod corrūpitur fuisse. & isto modo non capitur hic. Sed corruptio priuatiua, est priuatio formæ in subiecto apto nato, sicut cæcitas; & ista non prēsupponit sup mam priuatam, præfuisse in subiecto susceptiuo. nam, dato, quòd uirtus ulius nunquam fuerit in catulo, si non uideat, dicitur illa uirtus corrupta, & priuatiuo, sicut dato, q rectitudo non sit in actu, quæ est odium proximi, tamen corrupta; actus dicitur priuatus tali rectitudine, licet non sit corrupta transmutatiue. secundus terminus est peccatum, & est triplex, scilicet, peccatum naturæ: & peccatum moris, & peccatum Theologicū. Peccatum naturæ, est priuatio boni naturalis, siue naturæ, ut monstruositas. peccatum moris, est actus non benè circunstantionatus, & conformis rectæ rationi, sed peccatū Theologicum, est actus non conformis legi diuinæ. Quæstio nostra est. Vtrum peccatum moris, & Theologicum, sit per se corruptiuum. i. priuatiuum boni, pro parte uera sunt D. Augustinus, & Anselmus.

DISTINCT. XXXVI.

QVAESTIO VNICA.



De peccato ut cā pęna. Irca distinctionem Quæritur, utrū peccatū sit pęna peccati. Pro declaratione quęstionis supponitur, q multiplex est pœna cōseruans, sicut stimulus carnis datus Paulo, ne magnitudo reuelationum extolleret eū. Alia est pœna probās, sicut fuerūt tribulationes Iob, iuxta illud Psalmi: Probās cor da, & renes Deus. Alia est pœna purgans, sicut fuit lepra in carne Mariæ sororis Moysi, propter murmuratioēē cōtra Fratrē. & ista pęna est reordinatiua culpæ. Alia est pœna indurās, sicut fuit multitudo afflictionū super Egiptios, indurans cor Pharaonis. Alia est pœna crucians, sicut illa, quā patiebatur Diues epulo, uidens Lazarum in sinu Abrāæ. Alia est pœna maculās, & habilitans; & sic est peccatū pęna, i. dispositio habilitans, ad aliud peccatū, sicut ebrietas, siue gula, preparat ad libidinē. pro parte affirmatiua, & uera, arguitur auctoritatibus Sāctorum.

DISTINCT. XXXVII.

QVAESTIO VNICA.

An a Deo sit peccatū.



IRCA dist.37. Quęritur utrum Deus sit causa peccati, & intelligitur de causa effectiua, & ista qō mouetur, quia Deus concurrit cum causa secunda ad nēm effectum: Iō quæritur an concurrat ad actū peccati, uel an uolūtas sit causa totalis illius actus. pro parte uera snot auctoritates, & rationes, q̄ fiūt, postea declarabuntur. Istę qōnes &c. Scotus primo soluit secundam qōnem, sed ad solutionem omnium præmittit quid nominis peccati. Et ponit hoc dictum, formaliter est priuatio boni, & licet hoc posset probari multis auctoritatibus, tn̄ probatur ratione; supponendo, q̄ duplex est agens. s. naturale, & liberum. & q̄ inter agentia est ordo superioritatis, & inferioritatis. Tunc formatur ratio sic. Omne agēs inferius, disformando se libere ab agente superiori, ad quod se tenetur conformare, priuat se aliquo bono, quo bono priuamur per peccatū. Et omne tale agens sic agēdo, peccat ergó peccatum est priuatio boni. Sed cuius boni? inducit Scotus tres modos dicendi, quos recitat B. Bonauentura. Sed non sunt de opinione D. Bonauenturæ. Primus modus est, q̄ peccatū est corruptio boni, in quo est; Corol. ergo est corruptio uoluntatis, & diminutiuum uoluntatis, cum sit in uoluntate, tamen posset negari consequentia. Nam dicam, q̄ peccatum pro formali, ast in substrato, siue in materiali, & est diminutiuum eius, ite quòd peccatū sit corruptio boni, in quo est, tanq̄ in subiecto propinquo, & nō erit corruptio illius, in quo est tanquā in subiecto remoto. Sed contra, quia in peccato ommissionis, purè ipsa uoluntas est subiectum peccati, & nullus actus uoluntatis, & sic oportebit dicere, quod pura ommissio non est peccatum.

Secundus modus dicendi est, quòd peccatum est corruptiuum gratiæ. Tertius modus, quòd peccatum est corruptiuū habitus, & supponitur hic Et isto modo loquimur sic de repugnantia formali inter actus; & de uirtuali, inter actum, & habitum.

Scot. arguit cōtra dictos modos dicendi. 1. rō Sc. contra primum modum. Contra primum modum arguit Scotus. Primo sic, sequeretur, q̄ uoluntas posset corrumpi totaliter per peccata: sed consequens est falsum. consequentia probatur, quia est bonum finitum, imò est indiuisibile: ergo per primum peccatum corrumpitur, neque ualet euasio de partibus proportionalibus, quia non habet partes. Tum etiam, quia posset facere peccata sequentia æqualia præcedentibus, neque ualet, nec haberet apparentiam euasio illa, si poneretur, quòd peccatum corrūpat appetitum sensitiuum, uel carnem, & tunc repellitur euasio, per hoc, quod peccata sequentia essent æqualia cum præcedentibus.

2. rō Sco. Secundo arguitur sic. A solo Deo potest creari: ergo a solo Deo potest annihilari; & non per actum creaturæ, neq; per actum proprium, quia sequitur contradictio, quòd idem annihilet se. *3. rō ad idē.* Tertio arguitur sic. Nihil formaliter repugnat rectitudini, corrumpit causam contingentem rectitudinis: sed obliquitas, siue peccatum, repugnat formaliter rectitudini, & uoluntas est causa contingens rectitudinis: ergo peccatum non corrumpit uoluntatem. Maior probatur in simili, supponēdo, quòd in aqua est duplex frigiditas. Prima est, sine qua non pōt esse aqua. Secunda est, sine qua potest esse. Hoc supposito, probatur maior. Nam corrumpens frigiditatem contingentem, non oportet, quòd corrumpat aquam, licet bene corrumpens frigiditatem necessariam: ergo peccatum corrumpens rectitudinem, non oportet, quòd corrumpat uolūtatem, quæ est causa contingens illius rectitudinis.

4. rō ad idē. Quarto ad idem arguitur sic. Quandocunque aliquæ priuationes priuant idem bonum, sunt eiusdem rationis: sed omnia peccata priuarent subiectum suum.

5. rō ad idē. Quinto arguitur. Si hoc esset uerum, sequeretur, quòd omnia essent eiusdem rationis, & grauitatis, quod est falsum. Contra secundum modum possunt fieri eadē argumenta, quæ fiunt contra primum.

Contra tertium modū arguit. Sed contra tertium modum, qui uidetur habere maiorem apparentiam arguitur sic: sequeretur, quòd Sortes, & Plato haberent actus interiores omnino similes, & unus peccaret, & alius non: consequentia probatur, quia si peccare est habere actum corruptionis habitus, si in Sorte nullus sit habitus, & in Platone sit aliquis habitus, & haberent consimiles actus interiores, sequitur, quòd unus peccat, & alius non, eo, quòd in Sorte nullus habitus corrumpitur. Secundo probatur eadem consequentia, ponendo, quòd Sortes habeat habitum iustitiæ nouem graduum, & Plato decem graduum, & ipse Plato eliciat actum corruptiuum unius gradus præcisè, & Sortes eliciat actum omnino similem cum actu Platonis. Tunc Plato peccat, quia corrumpitur habitus in eo, & Sortes nō, quia nullus habitus corrumpitur. probatur, quòd non corrumpatur habitus in eo, quia actus Platonis stat cum habitu nouem graduum: ergo actus Sortis stat cum habitu nouem graduum. consequentia probatur, quia illi actus omnino sunt similes. Et iste modus improbatur per rationes alias, quæ fiebant contra alios duos modos. Et quia isti tres modi respondendi ad quæstionem, in qua quærebatur, cuius boni peccatum sit per se corruptio. Oportet ponere quartum modum dicendi ibi.

¶[CONCLVSIO igitur &c.] Et sit hæc conclusio. Peccatum est corruptio priuatiua rectitudinis, quæ debet inesse actui. Secundo iste modus declaratur per diuersas distinctiones, & auctoritates.

¶[Ex ista solutione &c.] Addita ratione. Consequenter Doctor noster soluit tres quæstiones. Prima est, Vtrum de ratione peccati, sit magis auersio a Deo, quàm conuersio ad creaturam, & ista quæstio implicat aliam. Vtrum in omni peccato sit auersio a Deo.

Soluit Sco. tres qōnes. Ad istam respondet Scotus distinguendo de auersione. Nam quadam est formalis. Alia uirtualis. Auersio formalis est inordinatio circa finem immediatè, siue inordinatio opposita præceptis primæ tabulæ; & est duplex, scilicet contraria, ut odiū, periurium, &c. Sed auersio uirtualis, est inordinatio circa media ad finem opposita præceptis secundæ tabulæ.

Et ideo quando quæritur, An in omni peccato sit auersio a Deo, distinguo, aut tale peccatum est contra præcepta primæ tabulæ; & sic dico, quòd est auersio formalis, contraria in peccato commissionis, & negatiua in peccato ommissionis. Aut tale peccatum est contra secundam tabulam, & sic dico, quod est auersio uirtualis, positiua in peccato commissionis, & negatiua in peccato ommissionis. Primum Corollarium. In omni actu bono requiritur conuersio saltem uirtualis ad finem. Secundum Corollarium auersio uirtualis e Deo est essentialis omni peccato, & de ratione formali eius: sed conuersio ad creaturam est quoddam materiale in peccato. Ex quo patet solutio quæstionis, quando quæritur, utrum magis sit de ratione peccati auersio, quàm conuersio. Dico, quòd sic, quia auersio a Deo, se habet, ut formale, & conuersio ad bonum commutabile, est materiale.

Ad 2. qōnē Resp. faciliter ex dictis. Ad tertium quæsitū breuiter respondet. Secunda quæstio, in qua quærebatur per quid distinguuntur peccata: facile soluitur, per obiecta, & per rectitudines quas priuant; Et ad quæsitum tertium quomodo unum peccatum sit grauius altero? Dico, q̄ hoc potest esse uno modo obiectiuè, siue ex genere; alio modo electiuè, siue ex circunstantia, & conatu potentiæ, ut exponit Scotus.

Pro solutione primi argumenti, supponit Scotus, quòd definitio Augustini intelligitur de peccato actuali, & non originali, & de mortali, & non de ueniali; & de peccato commissionis, & non ommissionis; & illa tria, scilicet, dictum, factum, concupitum, dicit Beatus Bonauentura, non sunt accipienda copulatiuè, neque disiunctiuè, sed duo prima copulatiuè, cum tertio, & non est contra; ita quòd nullum illorum trium accipitur cum præcisione, nisi tertium, quia factum non est peccatum; nisi sit concupitum. Similiter dictum non est peccatum, nisi sit concupitum, tamen concupiscentia est peccatum sine dicto, & facto.

Secundo arguitur sic. Aliquid positiuum est de per se ratione peccati; ergo peccatum non est priuatio boni. Antecedens probatur sic, peccata distinguuntur per aliquod positiuum, puta ex diuersa conuersione ad bonum creatum: ergo per aliquod positiuum distinguuntur.

Respondeo, quòd idem potest distingui per plura, per unum primario, per alterum secundario, ut Sortes per differentiam indiuiduelem, & per albedinem distinguitur ab Ethiope, sic in proposito, peccata primo distinguuntur per habitus. i. per rectitudines quas priuant. Secundo per obiecta, ad quæ conuertuntur.

¶ Ad alium quæstionem &c.] Consequenter respondet ad primam quæstionem, in qua quærebatur: Vtrum peccatum sit a bono, in genere causæ efficientis.

Concl. Scot. Respondet Scotus ponendo talem conclusionem. Peccatum eo modo, quo potest habere causam, causatur a bono, probatur ratione, & auctoritate, quomodo causetur a bono, sunt multi modi dicendi. Primus modus est, quòd bonum, siue uoluntas, non est causa peccati, inquantum bona est, sed inquantum defectibilis. *Contra primum modum arguit.* Contra arguitur sic, uel est causa per se, uel est causa per accidens; si per se; ergo Deus per se est causa peccati probatur, quia quicquid per se causatur a causa secunda, per se causatur a Deo. Si per accidens, ergo non oportet dicere, quòd uoluntas, ut defectibilis, sit causa peccati, nisi quia uoluntas absolutè, est causa per accidens peccati.

Eua. Durr ratio. Euasio, quòd uoluntas est causa per accidens remota, sed uoluntas defectibilis est causa propinqua.

Refellitur. Sed contra arguitur supponendo ea 23. dist. huius secundi, quia posse peccare, conuertitur cum uoluntate creata; sed habere potentiam ad obiecta opposita, non conuertitur cum uoluntate creata, quia est commune uoluntati creatæ, & increatæ: Secundo, quod defectibilitas non conuertitur cum uoluntate humana, quia conuenit omni creaturæ, quia qualibet creatura potest annihilari a Deo: & ideo nō conuertitur defectibilitas, sicut posse peccare. Tertio suppono, quòd Scotus, uult dicere, quia uoluntas inquantum uoluntas, est causa peccati, & arguitur sic. Voluntati conuertibiliter conuenit posse peccare, & non conuenit, & conuertibiliter est defectibilitas: ergo proxima causa peccati est uoluntas, & remotior uoluntas defectibilis. *Quid intendat Sco.* *Confir. 1.* Confirmatur tertio: primo sic. Voluntas in ratione uoluntatis est causa proxima bonæ uolitionis: ergo in ratione uoluntatis, est causa proxime malæ uolitionis. Antecedens est communiter concessum. & consequentia probatur, quia habitus, & priuatio, debent fieri circa idem subiectum, & immediatè, ut uisus, & cæcitas.

Confir. 2. Secundo sic potentia libera est immediate, respectu eorum, ad quæ habet libertatem, sed habet libertatem respectu actus mali, & boni: ergo est immediate causa illorum. Item arguitur sic; si uoluntas inquantum defectibilis est causa proxima peccati, sequitur, quòd peccatum non esset peccatum; sed consequens est falsum. consequentia probatur, quia illud non est peccatum, quod homo uitare non potest: sed illud, quod conuenit uoluntati inquantum defectibilis est, uitare non potest, quia non potest se facere non esse defectibilem: non potest bene uelle: ergo sequitur propositum, ut arguebatur in prima ratione, quòd uoluntas inquantum defectibilis, non sit causa per se, neque per accidens peccati, sed inquantum uoluntas. *Confir. 3.*

2. rō Sco. ad idem. Pro declaratione secundæ rationis, Nota, quòd duplex est defectus. s. actualis, & potentialis. Actualis, ut actus malus, qui actualiter fit, potentialis, qui potest esse, & non esse. Tunc arguo sic, si uoluntas inquantum defectibilis est causa peccati, aut intelligitur de defectu actuali, uel potentiali, neutrum est dicendum: igitur &c. minor probatur, quia si intelligatur de actuali, cum omnis causa sit prior effectu, sequitur, quòd ante omne peccatum, erit peccatum primum, quia uoluntas erit causa peccati B, inquantum habens A, & sic in infinitum, quod est inconueniens. si uerò intelligatur de possibili, uel defectus possibilis est eiusdem rationis cum defectu actuali, uel alterius rationis: si eiusdem rationis, ergo uoluntas est causa defectus possibilis, sicut est causa defectus actualis, cum sint eiusdem rationis. si sunt alterius rationis: ergo. defectus possibilis erit causa æquiuoca, & per consequens perfectior in genere malitiæ, quàm defectus actualis; cum omnis causa æquiuoca sit perfectior suo effectu: sed consequens illatum est inconueniens: igitur &c.

Euasio. Dices, quòd est differentia inter defectum possibilem, & potentialitatem, ad peccandū; quia defectus potentialis non est, sed potest esse; tamen potentialitas est in uoluntate, & ergo dico, quòd uoluntas inquantum defectibilis. i. habens potentialitatem ad deficiendum, est causa peccati.

Reprobatur euasio. Contra; uel ista possibilitas est actiua, uel passiua: ergo uoluntas non est causa peccati, quia passiuum non agit, & tunc non respondes ad quæsitum si actiua: ergo uoluntas est causa immediate peccati, quod negasti; quia ista possibilitas est liber tas uoluntatis, & libertas est ipsa uoluntas, quia uolūtas est appetitus cum ratione liber.

Citra a mō dū dicendi. Ideo Doctor noster dimittit istum modum dicendi, quia fuit, quia uoluntas est causa peccati; quia per se intendit positiuum peccati, sed accidit actui malitia. Arguitur sic, bene sequitur, peccatum secundum modum istum dicendi est casuale: ergo peccatum non est peccatum. Antecedens est manifestum, quia malitia est præter intentionem uoluntatis, & consequentia est nota, quia, nullus peccat in eo, quod uenit a casu. Secundo, quia sequitur, quod Deus est causa peccati. consequentia probatur, quia est causa illius actus, cui accidit malitia, & hoc per se est esse causam peccati, & solitas consequentia est manifesta.

3. modus dicendi. Consequenter ponitur tertius modus dicendi, & est B. Bonauenturæ respondentis ad quæstionē, quæ sit causa peccati; & dicit, quòd peccatum non hēt causam efficientem, sed deficientem, hoc concedit Scotus Suppono, quod respectu cuiuscunque positiui assignemus per se causam efficiētem: sed respectu illius defectus, qui dicit negationem, assignamus causam deficientem; & ideo uolūtas, quæ potest deficere, est causa deficiēs peccati: sed Deus, qui nō potest deficere, non erit causa peccati. Hoc patet per D. Augustinum dicentem: Nemo quærat efficientem causam peccati, &c. Nā non potest esse causa efficiēs, sed deficiens, sicut non debemus quærere, Ao aliquis audiat silentium, uel tenebrem uideat.

Arguit Sc. contra tertium modū dicendi, & difficile. Contra istam opinionē arguit Scotus, & difficulter. Sed postea soluet argumentum, & arguitur sic. Voluntas est causa deficiens peccati, quia non ponit rectitudinem conuenientem actui: sed Deus non ponit rectitudinem cōuenientem actui: ergo Deus erit causa deficiens respectu peccati, quod est falsum. Ista ratio declaratur per illud, quod habetur 5. Metaph. quia sicut præsentia gubernatoris est causa salutis nauis, ita eius absentia est causa periclitationis in naui, & in eodem genere causæ respectu utriusque.

2. rō ad idē. Secundo arguitur ad idem, supponendo, quòd Deus, & uoluntas, concurrunt ad actum malum sine rectitudine. Tunc sic, Deus prius causeret naturaliter totam rectitudinem in actu, si inesset, quàm uoluntas: ergo Deus prius natura causat actum sine rectitudine, quàm uoluntas: & per consequens si uoluntas est causa defectiua, non dādo rectitudinem, Deus prius natura erit causa defectiua. consequentia prima probatur, quia causa prima, prius naturæ causat effectum eo modo, quo causatur, quàm causa secunda. Vnde prius natura, causare, est sine alio causare, & non est contra.

Impugnat quandā euasionem Sco. Addit ulterius Scotus, quia ista ratio tollit quandam euasionem, quam quis posset dare ad primam rationem, dicendo, quia licet Deus non ponat rectitudinam in actu, non tamen hoc est propter demeritum uoluntatis, quia cognoscet eam non ponere talem rectitudinem. hoc nihil ualet. Nam probatum est, quòd Deus prius natura dicitur non ponere, quam uoluntas; ergo prius Deus dicetur causa defectiua peccati, quam uoluntas creata.

Euasio ad arg. ex fundamento Anselmi. Ad istud argumentum ponitur euasio fundata in auctoritate Anselmi; dicit enim Anselmus, quòd Deus non dedit gratiam finalem Angelo malo, neq; Angelus malus recipit eam. Sed quærit utrum Angelus, non acceperit, quia Deus non dederit, uel est contra.

Respondet, quia est contra. s. Deus nō dedit, quia Angelus nō accepit. Nam Deus quantum est de se, dedisset eam, si Angelus uoluisset eam accipere. Ita in proposito, quia uoluntas creata non dat rectitudinem, ideo Deus non dat rectitudinem, & nō est contra. Ideo uoluntas creata est ei defectiua, & non Deus, qui quantum est de se dat illam rectitudinem, si uoluntas uult accipere eam.

Arguit Sc. contra euasionem. Contra istam euasionem, arguitur sic. Deus prius natura facit carentiam rectitudinis, quam uoluntas; ergo uoluntas non accepit rectitudinem; quia Deus non dedit illam. Antecedēs probatur capiendo instans, in quo sit actus malus, & significando duo instantia naturæ, quorum primum sit A, & secundū sit B, Tunc quæro, uel Deus det difformitatē, in A, uel in B, si in A, & uoluntas in B, in B, non est in potestate uoluntatis dare rectitudinem, ent saltem, ideo uoluntas non dat, quia Deus non dat. Si aliter dicatur, quia quamuis prius natura Deus causet, quàm uoluntas, tamen uoluntas in B, causet peccatum, scilicet deformitatem in actu, tunc idem erit simul rectus, & non rectus, secundum diuersa instantia naturæ, quod est falsum.

Vltimo arguitur sic, ad Deum causare rectitudinem in actu, sequitur uoluntatem causare rectitudinem in actu: ergo ad Deum non causare rectitudinem in actu, sequitur uoluntatem non causare rectitudinem in actu, probatur, quia si affirmatio est causa affirmationis, &c.

Ex his tribus modis dicendi, dicit Doctor, quòd elicitur debita solutio quæstionis. Tamen ad maiorem applicationem, digreditur ad inquirendum, an uoluntas sit causa totalis

suæ uolitionis, uel Deus concurrat cum uoluntate tanquàm causa immediata. pro quo Notandum est, quod dupliciter pot poni, Deum esse causam uolitionis. Vno modo, quod sit causa totalis imò ordine, & immediatè attingens uolitionem, sicut uoluntas. Alio modo intelligitur, quod sit causa mediata ipsius uolitionis, pro quanto dat esse uoluntati, & conseruat eam inesse, & ipsa uoluntas producit uolitionem, ita quod Deus nó attingit actum ipsum. Conclusio probabilis Scoti est (quia est problematicus in ista materia), & potest sustineri. Voluntas creata, est totalis causa suæ uolitionis, sic, quod Deus non attingit eam. Istam conclusionem probat Scotus per quinque uias. Ex prima uia, quæ est ex libertate, sumuntur duæ rationes. Prima ro est, sequeretur, quod uoluntas non esset libera: ergo non esset causa totalis suæ uolitionis. consequentia probatur. Causatio diuinæ uoluntatis, nó est in potestate uoluntatis creatæ: ergo diuina uoluntas non concurrat ad actionem liberam, alias actio libera non esset in potestate uoluntatis creatæ.

Soluitur de Bassolis. Nititur de Bassolis respondere ad istam rónem. Quando arguitur sic: Causatio Dei non est in potestate uoluntatis creatæ: ergo diuina uoluntas non concurrit: concedit añs, & negat consequentiam; quia sufficit, quod sit amotio omnis impedimenti, ad hoc, quod in potestate sua habeat talé effectum, & quod Deus

2. ratio. regulariter coagat ipsi uoluntati. Secunda ratio est: omnis causa, quæ determinatur ab alia causa, non est libera: sed uoluntas determinatur a Deo; ergo non est libera.

Soluitur secunda rō. Respondet de Bassolis distinguendo maiorem: aut de causa naturali, & sic concedo, aut de causa libera, & sic nego, quia illa determinatio non tollit libertatem.

Ex secunda uia arguitur sic. Nullus effectus euenit contingenter a causa sequente determinationé alicuius causæ: sed uoluntas creata sequitur determinationé uolútatis diuinæ, si Deus attingit uolitionem. ergo uoluntas creata non causat contingenter actum suum si Deus illum immediatè attingit.

3. rō soluitur. Respondet de Bassolis, negando maiorem uniuersaliter, maxime si sit causa libera inferior. Exemplum de manu scribentis non est ad propositum, quia manus non est causa libera comparata uoluntati.

Ex tertia uia 4. ro. Ex tertia uia arguitur sic. Sequitur si Deus attingit uolitionem, quod uoluntas non pót peccare; consequens est falsum, & cósequentia probatur, quia prius natura Deus dat rectitudiné, uel non dat ipsi actui, quàm uoluntas, & in illo instanti naturæ nó est in ptáte uoluntatis agere difformiter ad actionem Dei: ergo sequitur, quod non potest peccare. Respondetur, quando dicitur, quod causa superior prius agit, & inferior posterius; distinguo, aut prius, & posterius dicunt ordinem ex parte effectus, & sic nego, quia tunc effectus bis produceretur. Aut dicunt ordinem ex parte causarum, & sic concedo. Modo dico, quod ratio procedit imaginando ordinem ex parte effectus. Sed de his plus dicentur inferius.

Soluitur 4. ratio.

Ex 5. uia. Pro argumento, quod sit ex ultima uia, supponitur, quod non repugnat creaturæ esse causam totalem alicuius effectus: probatur ista suppositio, quia hoc non arguit perfectionem infinitam; cum effectus in causa totali, si sit uniuoca, nó requirat maiorem perfectionem, quàm sit perfectio effectus: & si sit æquiuoca non requirat in infinitum, perfectionem. Hoc supposito arguitur sic, eiusdem effectus non sunt plures causæ totales: sed uoluntas creata est causa totalis suæ uolitionis: ergo Deus nó attingit uolitionem. Minor probatur. Primo ex ratione causæ totalis. Nam si aliqua causa creata est causa totalis respectu sui effectus, maxime talis est uoluntas creata, quia uoluntas est suprema inter causas creatas: sed aliqua causa creata est totalis causa sui effectus: ergo, & uoluntas est totalis causa sui actus. Minor huius rationis probatur: quia creaturæ non repugnat esse causam totalem. Secundo, quia subiectum est causæ totalis suæ passionis, & loquimur hic de passione cói, quæ est qualitas de tertia speciei, & non de propria passione.

Respon. de Bassolis. Ad istam rationem respondet de Bassolis distinguendo maiorem ad mentem Scoti; aut quod eiusdem effectus non possunt esse duæ causæ totalis disparatæ, huiusmodi ex æquo concurrentes; & sic concedit, aut duæ causæ subordinatæ, sicut Deus, & uoluntas, & sic negat. Omnes istæ rationes soluuntur in quarto dist. 49. q. 6. ideo hæc opinio solum tenetur hic probabiliter, modo asseritur corroboratur auctoritatibus sequentibus in littera.

Obiectio contra opi. quā S. o. non suppo. ¶Si hæc uia &c.] Consequenter Scotus obiicit contra istá opinionem, & soluit; & iterum obiicit, quod est signum ipsum nó tenere conclusionem prædictarum rationum, sed potius oppositam, at quód Deus sit causa immediata obiecti. Nam supponit, quod meritum est, actus uoluntatis dignus præmio æterno, qui non potest fieri sine gratia. Hoc supposito, arguitur sic. Sicut se habet uolúntas ad meritum sic ad demeritum; sed uoluntas non potest esse causa meriti, nisi Deo attingente meritum: ergo uoluntas nun potest esse causa demeriti, nisi Deo attingente demeritum. Minor probatur per illud Apostoli: Non sumus sufficientes &c.

Si quis uult tenere prædictam opinionem, oportet respondere per tria dicta. Primum dictum. Actus meritorius habet causam supernaturalem, puta gratiam. probatur, quia nemo ex puris naturalibus potest mereri, saltem de condigno, licet bene de congruo. Secundum dictum. Actus meritorius non necessario requirit causam naturalé, dixi non necessario, quia si habitus uitiosus sit in uoluntate, tunc habet causam naturalem, sed non oportet ad demerendum, talem habitum adesse, quie plura naturalia cum cómuni Dei influentia sufficiút. Tertium dictum. Deus aliter concurrit ad effectum, qui habet causam naturalem, quam ad effectum, qui non habet causam naturalem, quia ad istum solum mediate, ad illum uerò immediate concurrit. Ex his patet solutio, quod non est simile de merito, & demerito, tamen si est habitus uitiosus in uoluntate respectu demeriti, simile est quantum sufficit proposito; & tunc Deus causa est immediata demeriti: quare ponendo, quod Deus non attingit uolitionem nisi mediante causa naturali, non euacuatur: difficultas tunc est. An Deus sit causa peccati; uia mediante causa naturali potest attingere peccatum. *1. dictum.* *2. dictum.* *3. dictum.* *Soluitur argumentum.*

¶Contra istam opinionem &c.] Consequenter arguit Scotus contra istam opinionem, & impugnationes manent in soluta in textu: ideo uidetur tenere cum illis rationibus. *Arguit contra illā opi.*

¶Propter istas rationes &c.] Consequenter respondet ad quæstiones ponendo talem conclusionem, licet uoluntas sit causa effectiua peccati, quo ad materiale, tamen solum est defectiua quantum ad formale: Primum Corollarium peccare, est uoluntate ipsam non dare rectitudinem. Secundum Corollarium, opinio dicés, quod uoluntas est defectiua causa for malis peccati, potest saluari modo dicto. Tertium Corollariú. Illa opinio, quæ dicit uoluntatem esse causam per accidens respectu actus peccati, & loquimur hic de accidente ex parte causæ, uel effectus, uera est. Vnde accidens capitur hic pro omni illo, quod est extra rationem alicuius, cui potest conuenire differentia respectu generis.

Secundo supponendum est, quod uoluntas potest considerari, in cói, & ut hæc uoluntas. Vlterius est supponendum, quod uoluntas in cói, est contrahibilis per unam illarum differentiarum, defectibile, limitatum, uel ex nihilo; quia istæ differentiæ accidunt uoluntati, sicut rónale animali; & quælibet differentia inferiori accidit superiori suo. Ideo uoluntas pót dici causa per accidens peccati, non effectiue, sed defectiue, & per aliquam differentiam accidentalem, siue extraneam, circumlocutá per aliquod istorum defectibile, limitatum, siue ex nihilo. Et hoc respectu difformitatis; sed bene est causa per se respectu positiui, & materialis in peccato.

Seo tunc restat uidere quomodo uoluntas sit causa peccati, & non Deus, hoc probatur tribus rationibus.

¶Contra istas rationes &c.] Contra primam sic obiicitur, supponendo aliqua. Primú, quod de homine sapiente est loqui dupliciter. Vno modo in sensu composito, & sic est loqui de ipso, manente sapientia. Alio modo in sensu diuiso, non manéte. Corollarium: Homine sapiente in sensu composito, nemo pót fieri deterior, deterioritate culpæ. Aliud Corollarium est in potestate sapiétis cooperari ad malam operationem. Secundo supponitur, conceduntur esse Theologo, quod in potestate Dei est cooperari cuilibet uoluntati creatæ, ad bene agédum; uel non cooperari, ex plenitudine libertatis. His suppositis arguitur sic. Non sequitur, sapiens non potest cooperari ad malá operationé: ergo neq; Deus, & per cótequés illa ró nihil ualet.

Ad solutionem istorum. ponit Scotus duas regulas. Prima regula. Quandocunque duæ causæ partiales concurrunt ad eundem effectum potest esse defectus ex una sic, quod nullus sit defectus ex altera. Exemplum: duo trahentes nauem, & unus trahat, quod in se est, alter uero minus agit; tardius trahút nauem, quam si uterque faceret, quod in se est, & constat, quod in isto casu, est defectus ex parte unius, & nullus est ex parte alterius. Aliud exemplum supponendo, quod cognitio sit causa actiua uolitionis. Tunc si producitur uolitio mala, defectus est ex parte uoluntatis, & non ex parte intellectus: Similiter est in proposito, de uoluntate creata, & increata. *Pro solutione ponitur duæ regulæ prima.*

Et ut clarius dicatur, ponitur secunda regula. Quicquid Deus dat antecedenter, quantum est ex se, dat consequenter, nisi uoluntas creata impediat. Corollarium si rectitudo deficiat in actu uoluntatis, defectus prouenit ex uoluntate *2. regula.*

creata, & non uolun tate increata; patet per regulas præcedentes. Et per hoc Magister dicit ad rationes. Et primo ad illam sæpius repetitam, q Deus prius natura dat rectitudinem, uel difformitatem actui, quàm uoluntas creata. Distinguendum est de priori, quoddam est prius prioritate separationis. Aliud est prius prioritate perfectionis. Exemplum primi, Sol prius illuminat, quàm calefaciat, & ideo potest separari illuminatio a calefactione. Exemplum secundi. Vt Sol prius generat equum, quàm equus i. perfectiori modo. Similiter Deus prius producit uolitionem, quàm uoluntas; quia Deus independenter, & uoluntas dependenter, ideo Deus perfectiori modo agit. Et qñ arguebatur, q Deus, in primo instanti, in quo dat rectitudinē actui, uel facit actum esse rectum, uel non rectum: & per consequens non imputandum est uoluntati. Dico, q argumentum procedit de prioritate separationis, qualis non est ista actui; quia tunc rectitudo bis produceretur.

Regula pulcherrima. Imò pono regulam. Impossibile est, q (regula pulcherrima) unus, & idem effectus producatur prius natura ab una causa, quàm ab alia, loquendo de prioritate separationis; sed hoc est possibile de duobus effectibus, qui duabus productionibus producuntur. Sed contra, in uolitione sunt duo respectus, unus est ad Deum producentem. Alius est ad uoluntatē: ergo sunt duæ productiones, quarum una potest esse sine alia, licet non est contra: ergo est prioritas separationis. Solutionē quære. Ad aliud argumentum de homine sapiente, quando arguitur sic. Nullo homine sapiente, sit homo deterior: ergo Deo coagente non fit homo deterior. pro antecedente dico, q proprie sapientia, quæ dicitur a sapere, & est gratia, iuxta illud: Beatus uir, qui in sapientia morabitur, & potest dici sapiens, a sapientia actuali, quæ est actus rectus, uel sapientia habituali, quæ est gratia; & ideo dico, q homine sapiente in sensu composito, non fiat homo deterior, potest esse dupliciter. Vno modo propter præceptum diuinum. Alio modo propter sapientiam habitualem: cū quibus non stat facere proximū deteriorem; sed utroq; mō facere proximū deteriorem, pót intelligi dupliciter. Vno modo tanq̃ prima rō deficiens. Alio mō tanquā causa partialis non potens. Exemplum primi. Vt si Sortes suadeat Platoni fornicationem, quam alias nollet, & persuasus cōmittat, tunc Sortes est prima rō deficiendi. Exemplum secundi. Vt si Sortes dissuadeat Platoni fornicationem, & Plato nollet eum audire, & fornicetur, tunc Sortes est impotens ad reddendam rectitudinem in Platone, & non ponendo rectitudinem; & est multū improprie, facere Platonem deteriorem. Sic in proposito, qñ uolūtas malè operatur, quia Deus determinauit coagere uoluntati, est impotens. i. non potens de potentia ordinata dare rectitudinē actui uoluntatis, quamuis possit simpliciter; & quia quantum est de se dat, eo auctore, tanquàm prima ratione deficiendi, nō fit Sortes deterior, sed tanquam concomitante, & non potente dare rectitudinem, ad sensum datum.

Obijcit contra regulā.

Soluitur aliud argu.

Deducitur 4 arg. quartæ qōnis. Ex quo argumento quartę quæstionis, solet sic argui; Quod euenit a casu non est imputandum uoluntati creatæ, sed difformitas in actu euenit a casu: ergo non est imputandum uoluntati creatæ. Minor probatur, quia euenit præter intentionem uoluntatis: ergo euenit a casu.

Soluitur secundū quartæ qōnis. Respondeo distinguendo maiorem. Aut uoluntas creata tenetur euitare euentum illius, quod euenit a casu, & sic nego. Nam si Sortes proijcit lapidem in uico, & occidat hominem, non intendens occidere, imputabitur ei. Aut uoluntas non tenebatur euitare euentum; & sic concedo. Modo dico, quòd tenetur uitare illam difformitatem, & ad minorem nego quiuer saliter, uel distinguo, quòd difformitas eueniat a casu, aut in peccāte per ignorantiā, & sic cōcedo. Aut in peccante scienter, & sic nego, q a talis uult difformiter agere ad preceptū diuinū.

Ad argumentum post oppositum. Nota primò, q uoluntas signi est præceptum, sed uoluntas beneplaciti, est quod forma liter ponatur in esse, & hoc modo Deus uult peccarum, & non peccat, quia oē, quod fit, est uolitum uoluntate beneplaciti. Ex quo sequitur Corol. q qui se difformat uoluntati signi, quamuis conformet se uoluntati beneplaciti, peccat mortaliter. Se-

1. propõ. cunda propositio, multa uult Deus uoluntate signi, quæ non uult uolūtate beneplaciti, ut patet de immolatione Isaach. Corollarium. Si Deus uult aliquid uoluntate signi, non faciés peccat: & ideo si Abraham non acteoasset imolare filium, peccasset, quamuis se conformasset uoluntati beneplaciti: quia rectitudo consistit in conformitate ad signum. Tertia propositio.

3. propõ. Voluntas creata conformans se beneplacito, ubi non est signū præceptionum de opposito, non peccat. Corollarium: Sortes difformans se consilio non iurando religionem, non peccat, Ex quo sequitur, q ista causalis, dicit Holchot, est uera, quia homo uult peccare, Deus uult hominem peccare. Quarta pro-

4. propõ. positio, quamuis signum, & beneplacitum in Deo sint signa duplicis uelle diuini, non tamen est signum duplicitatis: quia duplicitas importat malitiam, & fraudem, quæ communiter dicitur duplex, quia unum dicit, & aliud facit in fraudem alterius. Modo Deus quamuis aliud uolebat uoluntate beneplaciti, puta Isaach non imolari, & aliud præcipiebat uoluntate signi, puta ipsum imolari, tamen hoc non erat in fraudem ipsius Abrahæ. Et iō finis conformis rectē rōni tollebat duplicitatē.

Soluit tertiam q. propositam. ¶ Ad Quæstionem tertiam &c.] Restat nunc uidere ad tertiam quæstionem. Vtrum peccatum sit pœna peccati, & pro solutione duo sunt uidenda. Primum, quomodo omne peccatū est pœna. Secundū qūo omne peccatum est pœna peccati. Primum probatur sic. Omnis priuatio boni debiti inesse, est pœna: Omne peccatum est hmōi: igitur omne peccatū est pœna. Pro probatione minoris supponitur illud diffuse declaratum in di stin. 6. de affectione commodi, & de affectione iustitiæ, quomodo affectio commodi est appetitus naturalis, & affectio iustitiæ est libertas, & qualiter est triplex iustitia, scilicet inanimata, ut libertas. Acquisita, ut moralis infusa, ut charitas, & hæc est magis ad propositū loqui de affectionibus iustitię, & cōmodi, tam quantum ad actum secundum, q quantum ad actū primum. His suppositis ostēdit Doctor noster, q peccatum sit maxima pœna, quia est priuatio iustitiæ, quæ est maximū bonum, & maius bonum, q sit commodum. Et uide est, q pœna dicitur ordinare culpam. Ex dicta conclusione sequitur Corollarium, q pœna dicitur reordinatiua culpæ, quia culpa deordinat, pro quanto diuertit a fine: & pœna iterum ordinat, pro quanto ordinat ad finem, melius est peccatorem esse in pœna, quàm sine pœna. consequentia probatur, quia tunc idem esset reordinatiuum suipsius, quia culpa est reordinatiua, & auertens a fine, & pœna est reordinatiua, & connertens ad finem: ergo idem non est culpa, & pœna.

Respondeo, q peccatum inquantum elicitur a uoluntate, est culpa: ut sic est in potestate uoluntatis; & auertit a fine: sed inquantum inhæret uoluntati, est pœna, non est in potestate uoluntatis: quia omnis pœna est inuoluntaria, & isto modo est reordinatiua culpæ, & conuersiua ad finem.

Pro declaratione secundi. s. qūo peccatum sit pœna peccati; sunt tres modi dicendi. Primus modus recitatur a Ioanne de Bassolis, qui ponit duas propositiones. Pr̄ima propositio. Nullum peccatum est per se pœna alterius peccati. probatur tripliciter. Primo sic Culpa, & pœna diuidunt malum: ergo impossibile est, q idem sit culpa, & pœna. Distinguo, aut sub eadem ratione; & sic concedo: aut sub diuersis, & sic nego. Modo sufficit membra diuidentia esse opposita quo ad rationes, licet nō quo ad supposita.

1. rō de Bassolis. Secundo arguitur sic. Malum culpæ est priuatio perfectionis primæ: ergo impossibile est, q idem sit pœna, & culpa Antecedens probatur, quia prima perfectio est rectitudo operationis in usu: Modo cæcitas, quæ est pœna est priuatio usus, quæ est prima perfectio.

Soluitur secunda de Bassolis. Respondeo negando antecedens, uel quo ad utranque partem, nam aliqua culpa, ut omissio, est priuatio perfectionis per se: & aliqua pœna, ut peccatum commissionis, est priuatio perfectionis secundæ, ut rectitudinis.

3. rō de Bassolis. Tertio arguitur: Per nullum peccatum aliquis liberatur a peccato: ergo nulla pœna est peccatum. Resp. q duplex est pœna. Quædam positiua, ut dolor, tristitia, afflictio, ignis, frigus intensum; & per tales quis liberatur a peccato. Alia est priuatiua, quæ est carentia boni conuenientis debiti inesse, & per talem non liberatur quis a peccato.

Secundum dictum illius opinionis, sequens peccatum pót dici pœna peccati pcedentis per accidens, ratione alicuius cōcomitantis, puta infamiæ, uel afflictionis, uel propter diminutionem habilitatis ad bonum, & hoc est per accidēs; sed istum modum non tenet Scotus.

Sco. duos ponit modos ascendi. Primus modus. Sed Scotus ponit duos modos, quorum secundus est probabiliter primo. Primus modus consistit in duobus dictis, & uno Corol. Primū dictū: Deus eademerito uoluntatis, iuste aufert gratiam; qua ablata, uoluntas in secundo actu suo, non potest benè agere meritoriè: & hoc, scilicet non posse agere meritoriè, est pœna primi peccati. Dices, non potest se disponere. Dico q sic, sed ille actus, quo se disponit pro prima parte, non potest esse meritorius, quia debet præcedere gratiam. & ideo uidetur, quòd Sortes tenetur ad impossibile. Nā si tenetur immediatè post primū peccatū habere gratiā, & impossibile est, q immediatè post peccatū habeat gratiā: ergo uidetur, q tenetur ad impossibile, tā credo, q nō sic teneat sub pœnā mortis peccati

Dubitatio. peccati, quia caret rectitudine propter primum. Et si dicatur, quod secundum non erit peccatum, ex quo non est in potestate uoluntatis ponere rectitudinem.

Solutio. Respondetur, negando consequentiam; quia licet non sit in potestate, fuit tamen in potestate, & hoc sufficit. Sed hoc uidetur nimis durum, quod impossibilitas peccet nouo peccato, in eo, quod uitare non potest.

Modus dicē di Scot. ¶ Inno posset &c.] Ideo ponit Scotus secundum modum dicendi. Deus quantum est de se, ita assistit ad dandum rectitudinem in actu 2.4.& 6. sicut in actu primo; quia uoluntate antecedente dat rectitudinem cuilibet actui uoluntatis. Secundū dictum. In quolibet actu uoluntatis malo, causa deficiens a rectitudine debita, est sola uoluntas creata. Tertium dictum. Secundum peccatum est pœna primi peccati, quia secundū peccatū est priuatio rectitudinis debitæ in esse actui, propter primum peccatum. Vltra priuationem rectitudinis dicit ordinē ad primum. Quia primum tollebat gratiam, & aliquo modo rectitudinem. Secundi actus, quamuis talis rectitudo esset adhuc in potestate uoluntatis: sed primum peccatum non est pœna alterius, quia non dicit ordinem, uel priorem actum malū.

Obijcis contra solutionem. Sed contra arguitur sic, propter subtractionem gratiæ, & rectitudinis in primo actu, non potest uoluntas rectè agere in secundo actu, & per consequens secundus erit culpabilis.

Respondet Doctor noster negando consequentiam propter duas rationes. Prima est, quia Deus uolūtate antecedente, dedit rectitudinem, cum possit quilibet ex puris naturalibus agere bene moraliter, ut patet in dist. 30. sed non dedit actum meritorium uoluntate antecedente, quia non potest quis in puris naturalibus mereri. Ideo post peccatum, manet actus rectus antecedenter, sed non actus meritorius, nisi remotè, scilicet mediante dispositione prima. Secunda ratio est, quia iniustitia habitualis, non est alia, & alia, propter aliud, & aliud peccatum, sed semper est eadem. Exemplum, vt si Sorti propter furtum debetur suspendium, pro decem furtis non debetur nisi decem suspendia, uel idem suspendium decies debetur, pro illis decē furtis; sic eadem carentia gratiæ, quæ est iniustitia habitualis, quæ pluries debetur pro pluribus peccatis, non est alia, & alia propter aliud, & aliud peccatum; tamen difformitas, quæ est iniustitia actualis, est alia, & alia, propter aliud, & aliud peccatum; quia priuat aliam rectitudinem, quæ est iustitia actualis. Et ideo non ualet consequentia de gratia ad rectitudinem.

Replica cō tra solutionem. San primum &c.] Contra illam resolutionem Doctor noster sic arguit. Omnis pœna est a Deo. Nulla culpa est a Deo: ergo nulla culpa est pœna. Prima solutio. Distinguo, quòd culpa sit a Deo. Aut in ratione culpæ, & sic nego: Aut inquantum reordinatiua culpæ, cuius est pœna, & sic concedo. Sed ista solutio est puerilis. Ideo Scotus supponit primo, quod quicquid est causa respectus, est causa fundamenti; & producens fundamentum, & terminum, producit respectum. Et secundo illa ordinatio, est quidam respectus; tunc pater, quod solutio est inanis, quòd Deus possit producere relationem, & non terminum, & fundamentum eius. Secundo eadem ratione, culpa posset esse a Deo, cum culpa dicatur in ordine ad pœnam, & est contra. Ideo aliter respondeo, quando arguitur. Omnis pœna est a Deo, distinguo. Aut de pœna positiua, & sic concedo. Aut de pœna priuatiua, & sic distinguo, aut a Deo efficiente, & sic nego; quia sic a nullo est. Aut a Deo deficiente; & sic etiā nego, quia isto modo a sola uoluntate creata est. Aut a Deo deserente, & sic concedo, quod est a Deo; & hæc est optima resolutio istius quæstionis.

Ad secūdū principale. Secundum argumentum, de culpa quomodo est uoluntaria, elicitiuè, & sic est culpa; & quomodo est inuoluntaria inhæsiua, & sic est pœna; quia non est in potestate uoluntatis,

Ad tertium principale. postquam elicita est, quod non inhæreat, pater hoc ex dictis. Tertium argumentum est illud. Secundum peccatum est pœna primi, ergo primum punitur ultra condignum: consequentia probatur, quia secundum est grauius primo quandoque.

Respondeo negando consequentiam, quia duplex est pœna. Quædam inflicta, & illa est priuatiua in aliquibus est satisfactoria, ut in purgatorio, & in uia, & in aliquibus non, ut in damnatis. Alia est pœna contracta, & ista non est punitiua, neque potest esse satisfactoria, quæ est a Deo non efficiente, neque deficiente, sed deserente.

DISTINCT. XXXVIII.

QVAESTIO VNICA.



De intentione disputat. DETERMINATO, quod uoluntas sit principium peccati, uidēdum est unde habet, quod sit causa mali, & specialiter circa illum terminum, intentio, quia ea intentione aliquid præsentatur uoluntati. Videndum est, an intentio sit actus intellectus, uel uoluntatis. hic non est quæstio de intentione logicali, quæ est respectus; neque da intentione, quæ est species sensibilis, uel intelligibilis, sed pro ut est actus alicuius potentiæ. Et ideo notandum est, quod uoluntas, fruitio, & intentio, dicūt actū eiusdem potentiæ, differenter tamen, nam uoluntas dicit actū respectu finis, uel respectu mediorum: sed fruitio dicit actum præcisè respectu finis, siue perfecti habitus, ut in patria; siue im perfectè, ut in uia. Sed intentio est actus uoluntatis respectu finis, ut non habiti, sed solum præsentati. Et ideo dicitur intendere, quasi in non habitum tendere, solet assignari alius actus, qui dicitur usus, quo tendimus in creaturā, ut in medium. pro parte uera est auctoritas Magistri dicentis, quod intentio quandoque dicit finē, quandoque actum uoluntatis, quo tendit in finem.

¶ RESPONDEO &c.] Pro solutione, præmitto duo Notabilia ex Bonauentura. Primum, quod sicut triplex est appetitus. Naturalis, animalis, & rationalis; ita triplex est intentio. Prima est instantiæ necessitatis, quæ est in appetitu naturali. Alia est impetuositatis, in appetitu animalis: Alia est libertatis, ut in appetitu rationali. Secundo Notādum, quod cum disputamus de nomine, oportet inuestigare proprietates rerum importatarū per nomina; quia ex proprietatibus rerum nomina imposita sunt. Ideo inuestigando, quid sit intendere: Dico, quod componitur ex in, & tendere, & ly in, potest dicere habitudinem potentiæ ad finem, ut uoluntatis ad obiectum, ut uisus ad colorē, vel potentiæ ad finem, ut uoluntatis ad beatitudinem hic dicit habitudinem ad finem, & non ad obiectum, nisi tale obiectum haberet rationem finis.

Secundo Notandum est, quod intentio capitur dupliciter. Vno modo largè pro omni motu, quo aliquid tendit in aliud, siue intentione propria, siue aliena, siue illud, in quod tendit sit absens, siue præsens. Alio modo capitur specialiter. & suppono, quod aliquid tendit in aliud dupliciter. Vno modo intentione extrinseca, ut sagitta ad signum: Alio modo intentione intrinseca, & hoc dupliciter. Vno modo ab alio directus, siue sit appetitus naturalis, ut in lapide, siue animalis, ut in bruto. Alio modo a seipso, ut appetitus rationalis; & iste propriè dicitur intendere intētione intrinseca. Ex his patet solutio quæstionis.

Deducitur primū principale. Ad argumenta principalia. Ad primum, quando arguitur: Omne agens propter finem, intendit finem: sed omne per se agens agit propter finem 2. Phys. 6. Omne per se agens intendit finem.

Soluitur primum principale. Distinguo, aut ex determinatione alterius cognoscentis finem; & sic concedo, aut propriè, a seipso per actum liberum, sicut uoluntas & sic nego.

Secūdò arguitur sic. Nulla distincta uisio est sine intētione: sed aliqua distincta uisio est sine actu intellectus, & uoluntatis: ergo aliqua intentio non est actus uoluntatis.

Scotus respondet satis difficulter: sed posset dici, quod maior, quæ est Augustini, intelligitur de intentione larga capta. Aliter dicitur distinguendo, quod non est distincta uisio sine intentione, aut uisio sensitiua, & sic nego: aut uisio intellectiua, & sic distinguo, aut de uisione sequente actum uoluntatis, aut elicita per imperium uoluntatis copulantis obiectum ad potentiā, ad producendam notitiam, & sic concedo: Aut de uisione præcedente uoluntatem: & sic distinguo, quod non possit esse sine intentione, aut sine intētione causante, & sic nego: aut sine intentione concomitante: & sic concedo: quia uoluntas possit auertere intellectū ad aliud, & detinere ipsum in illa uisione, quæ uisio licet sit sine intentione causante, non est tamen sine intentione cōcomitante. Tertium argumentum concludit, quod intentio est actus liberi arbitrii, quod uerum est. Ad quartum argumentum quando dicitur, quod cōferre est solius intellectus, distinguo, aut in iudicando, & sic concedo: aut imperando, & in ordinando unum ad aliud, & sic nego.

DI-

DISTINCT. XXXIX.

QVAESTIO PRIMA, ET SECVNDA.

De synderesi cuius sit potentia.



IRCA 39. distinctionem Queritur, Vtrum synderesis sit in uolūtate in hac distinctione Magister agit, & ostēdere intendit, quo modo sola uoluntas efficitur mala: & improbetur. sunt enim in anima, ut ad propositum spectat quotuor, quæ aliqui ponunt in uoluntate, scilicet irascibilis, concupiscibilis, rationalis; & synderesis Tamen Scotus uult, φ synderesis sit in intellectu. Et pro parte uera adducitur illud Hieronymi, super Exechielem, φ superior portio rationis, est synderesis, comparat enim leoni irascibilem, Vitulo concupiscibilem, Homini rationalem: & Aquilę synderesim. Quid autē sit irascibilis, & concupiscibiles, habemus in Scoto. 3 4 d. tertii, rationalis uero est libertas, quæ includit intellectum, & uolūtatem. sed synderesis secundum Guilelmum parisiensem, in contractu de uitiis, & peccatis, nō est aliud, quam nobilissima, & sublimior pars animæ. Ideo in ratione hominis, quod est sublime, est synderesis; & comparatur aquilæ in altum uolanti; sic enim synderesis est scintilla, & acumen rationis, quæ uolat inclinando ad bonum, & renitendo contra malum, & sic est quęstio. An sit in intellectu, uel in uoluntate; quia habet duos actus, quorū unus, scilicet inclinatio ad bonum, dicitur pertinere ad uoluntatem. & alius, scilicet murmurare contra malum, uidetur pertinere ad intellectum.

Iuxta hoc quæritur de conscientia. Vtrum sit in intellectu, an in uoluntate, pro quo Notandum est, φ secundum beatū Bonauenturam, in libro de terminis Theologicis, conscientia est naturale iudicatorum, quid faciendum, uel non faciēdum sit, pro parte uera, φ sit in intellectu. Primo est auctoritas Salomonis. Secundo arguit ratione sic, actus conscientiæ sunt actus intellectus: ergo pertinet ad intellectum. Antecedēs probatur. Nam in conscientia est triplex actus, ut dicit de Basolis. Quidam est respectu præteriti, ut testificari, & accusare. Alius est de præsenti, ut dictare quid faciendū, uel non faciendū. Alius est respectu futuri, ut inclinare, inducere, & stimulare.

Opi. Henr. ad has quæstiones.

¶HIC dicitur &c.] pro solutione quæstionis, Primo pono opinionem Henrici dicentis, φ in intellectu est duplex dictamē practicum. Quoddam est uniuersale. Aliud est particulare. Dicit ulterius, φ his dictaminibus intellectus, correspondet in uoluntate inclinatio naturalis ad bonum, quæ est quoddam pondus uniuersale: & dictamini particulari, correspondet in uoluntate stimulatio quædam specialis ad bonum. Tandem Henricus ponit duas propositiones. Prima propositio: synderesis est quoddam pondus, existens in uoluntate, inclinans ad bonum. Secunda propositio. cōscientia est quoddam pondus, particulare existens in uoluntate, stimulans specialiter ad bonum, & correspondens dictamini particulari ipsius intellectus. Ex his patet, quid sit dicendum ad quæstiones, secundum Henricum, scilicet tam synderesis, quàm conscientia sunt in uoluntate, & non in intellectu.

1. Propositio Hen. *2. Propositio eiusdem.*

Arguit Sc. cōtra Hen. 1. ratio Sc.

¶Contra istud &c.] Sed contra istam opinionem arguit Scotus, φ synderesis & conscientia non sunt in uoluntate. & arguit sic, si synderesis esset aliquid necessario inclinans uoluntatem ad bonum, & resistens malo, sequeretur, φ uoluntas non posset peccare: consequens est falsum; & consequentia probatur; quia posito tali pondere, uoluntas non posset libere in bonum, & in malum. Et si concedatur, φ circa bonum in uniuersali, uolūtas necessario elicit actum ex inclinatione ipsius synderesis, hoc impugnatum fuit in 1. d. primi.

2. ratio Sc.

Secundo arguit sic, & quasi idem medium; si synderesis poneretur in uoluntate, sequeretur, φ moueret oē peccatū a portione inferiori, consequens est falsum, probatione consequētiæ, supponitur primo ex 24. dist. huius secundi quid sit portio inferior, & portio superior. Secundo suppono scdm Henricū, φ synderesis ponitur in portione superiori. Tertio suppono, φ portio inferior non pôt habere peccatum; nisi concomitanto superiori; quia portio superior hēt in potestate sua inferiorē: si ergo synderesis necessitaret superiorem ad bonum, totaliter impediret inferiorem a malo, & sic patet consequentia.

Contra aliud de conscientia arguit sic. Si conscientia esset in uoluntate, sequeretur, φ esset habitus acquisitus: consequens est falsum. consequentia probatur, quia uel esset habitus, innatus, uel acquisitus, uel portio, uel aliquid aliud; quorū nullū est dicendū: quia qlibet uirtus haberet propriā cōscientiā. falsitas consequentis probatur sic. Nullus habitus uolūtatis generatur ex uno actu regulariter: sed conscientia regulariter generatur ex uno actu; qa ex uno Syllogismo practico: ergo cōsciētia nō est habitus. Aliæ omn es rationes sunt claræ. & formantur in textu, & concludunt, quòd illa pondera tollerent libertatem uoluntatis; quod est falsum.

1. ratio Sc.

Soluit Sco. utranq. qōnē breuiter.

¶AD quæstionem &c.] Ideo Scotus aliter, & breuiter respondet ad qōnes, & ad primam primo, φ synderesis est in intellectu: sed manet problematicus. An synderesis sit actus, uel habitus, possumus tñ ex dictis eius, & ex additis Ioannis de Basolis dicere, φ duplex est synderesis. Quædā est actualis; & est assensio primorum principiorum practicorum. Alia est habitualis. & est duplex. Quædā innata, & talis est inclinatio naturalis intellectus, ad assentiendū primis principiis practicis, ex sola appræhensione terminorū; de qua dicitur, signatum est super nos &c. Alia est synderesis habitualis acquisita ex pluribus actibus assentiendi principiis practicis. Corollarium: liberum arbitrium, ex se natum est conformare uolitionem istis habitibus: & non synderesis, dicitur inclinare ad bonum.

Coroll.

Similiter pôt assignari triplex conscientia, scilicet in anima ta: habitualis, acquisita, & actualis. ex quo patet, φ illud dictamen uniuersale, cui dicebat Hēricus correspōdere synderesim, est synderesis: & illud dictāmē particulare est cōsciētia, cui dicebat corrūdere cōsciētiā: & sic patet solutio ad duas qōnes.

Ad rōnes primæ q ad primam.

Ad rationes primæ quæstionis. Ad primam quādo arguitur sic, remurmurare est actus uoluntatis, & pertinet ad synderesim: ergo synderesis est in uoluntate. Distinguo maiorem: Aut remurmurare ostensiuē, & incitatiuē, & sic nego: nam pertinet ad synderesim, & ad intellectū: aut remurmurare formaliter, & elicitiuē, & sic concedo. & nihil contra me. Potest etiā addi, φ remurmurare, ut dicit rationem iustitiæ, pertinet a synderesi demnatorum: sed, ut dicit rationem pœnitentiæ, procedit a synderesi uiatorum.

2 argu. deductur.

Secundo arguitur sic: omne illud, quo homo necessario inclinatur ad iustitiam, est in uoluntate, & illud tale est synderesis: ergo synderesis est in uolūtate. Maior probatur per Ausclmū dicentē, φ uoluntas necessario uult cōmodum: sed bonū iustū est maximū commodū, cum sit maxime conueniens uoluntati: ergo uoluntas necessario uult iustitiam. Minor probatur ex definitione synderesis, quia est inclinatio naturalis ad iustitiam.

Resp. ad secundum dupliciter.

Respondeo dupliciter ad auctoritates Anselmi, ubi stat tota difficultas argumenti; distinguendo, φ uoluntas necessario uelit commodum, aut si secluderetur affectio iustitiæ, i. liberas e uolūtate, sicut imaginatur. Anselmus de illo Angelo & sic concedo. aut existente libertate simul cum affectione commodi, & sic nego. Nec ista est interrogatio Anselmi, sed prima.

2. solutio.

Aliter potest dici, distinguendo, φ voluntas necessario uelit commodum, aut actu elicito: & sic nego, quia est libera libertate contradictionis, respectu cuiuslibet obiecti, licet non libertate contrarietatis, nisi respectu aliquorum. Aut per naturalē inclinationem, & sic concedo, & hæc est intellectio Anselmi: φ uoluntas necessario uult commodum, scilicet necessario inclinatur ad commodum: sed talis inclinatio, ut dictum est, nō est synderesis, sed est appetitus naturalis: existens in uoluntate, cui uoluntas confirmetur, quādo actu elicito appetit bonum, sed synderesis est in intellectu, ostendens quid eligendum, & quod fugiendum, & per hoc patet ad tertium.

Soluuntur argumenta secundæ qōnis.

Ad argumenta secūdæ quæstionis. Ad primum argumentū, Quando arguitur sic, oē bonum faciendum est in uoluntate, sed conscientia est bona: ergo conscientia est in uoluntate. Distinguo maiorem. Aut de bono bonitate intrinseca, & sic nego. Modo dico, φ conscientia dicitur bona extrinsecē, per conuenientiam ad uoluntatem, cuius propriē est bonitas: quemadmodum uoluntas est recta extrinsece, quia conformatur conscientiæ rectæ.

Secundo arguitur sic. Si conscientia esset in intellectu, sequeretur, φ magis sciētes essent magis conscientiati: sed cōsequēs est falsum, & cōtra experientiā: igitur pro solutione, tangit difficultas, quā disputat Philosophū. 7. Ethicorum. Vtrum incontinentes sint scientes. Ad istam quæstionem Arist. dat multos modos dicendi, primus est, φ incontinentes non sunt propriē sciētes, sed potius opinantes. Alii dicunt, φ sunt scientes habitu, sed nō actu: quia habent habitū impeditum, ut dormientes, & non liberum, ut uigilantes. nam passiones dum nō reprimuntur, tollunt liberū usum talis habitus. Alii dicunt, φ sunt scientes

ſcientes actualiter, & in uniuerſali, ſed non in particulari, & dat exemplum, ꝙ multi ſunt, qui ſciunt demonſtrationes Empedoclis, & nihil faciunt, ut moderni prædicatores. & ideo cũ ſcientia moralis conſiſtat in applicatione ad opus, concedendum eſt, ꝙ magis ſcientes ſcientia morali, ſunt magis conſciẽtiati, uel quod amoto impedimento paſſionum, magis ſcientes, ſunt magis conſcientiati: & ſi quandoque uidentur minus conſcientiati, hoc eſt in uehementibus paſſionibus. Dicit ultarius Doctor, ꝙ iſtud argumentum æquè benè concludit, cõtra Henricum, qui dicit, ꝙ cum uoluntas aſt mala, ratio excæcatur, non tamen propter hoc dicturus eſt, ꝙ conſcientia minuatur, cum ipſa ſit in uoluntate.

Sed hic quæritur extra textum. Vtrum conſcientia erronea obliget. pro ſolutione dico primo, ꝙ in ſynderesi non poteſt eſſe error. Dico ſecundo, ꝙ in conſcientia poteſt eſſe error, qa conſcientia eſt circa concluſionem: modo intellectus ſubſumẽdo ſub primis principiis, plerunque errat. Dico tertio, ꝙ conſcientia recta, ſi ſit de præcepto, obligat ad faciendum ſecundum eam: & ſi ſit de conſilio obligat ad non contemnendum.

Quarto dico, ꝙ conſcientia erronea obligat ad deponendum. Quinto dico, ꝙ faciens contra præceptum, & contra conſcientiam erroneam, grauius peccat, quàm faciat contra conſcientiam præcisè: ut qui furatur, ut det eleemoſinam, & conſcientia erronea, grauius peccat, quàm qui contra conſcientiã dictantẽ de mortali, quia non cõſetuat corrigiam calceamenti, quia plus ligat præceptum Dei, quàm conſcientia ſola.

Dubiũ agitari conſuetum de conſcientia erronea. Sed ſolet agitari in Schola hoc dubiũ: quis plus peccat, Aut faciens contra conſcientiam erroneam, aut faciens ſecundum eam. Reſpondetur communiter, & ſolet allegari Durandus primo Notando, qualiter conſcientia dictet, an, ut mortale, uel ueniale. His notatis Reſpondetur per diſtinctionem, aut dictatum eſt mortale, aut ueniale; ſi mortale, grauius peccat faciendo ſecundum eam, quàm faciendo cõtra eam, ut ſi Socrati cõſcientia dictet, ꝙ Plato eſt occidendus, grauius peccat occidẽdo, quàm non occidendo; quia occidendo, difformat ſe præcepto, & non conſcientiæ. & non occidendo difformat ſe conſcientiæ, & non præcepto. Modo plus ligat præceptum, quàm conſcientia. Aut dictatum eſt ueniala, ut, ꝙ mentiendum eſt uitiosè ad ſaluandum uitam Innocentis; & ſic diſtinguo, aut dictatur faciendum ſub pœna peccati mortalis, aut ſub pœna peccati uenialis, ſi primo modo grauius peccat faciendum contra conſcientiam; quia mortaliter peccat, quàm faciendo ſecundum eam, quia ſolum uenialiter peccat. ſi Secundo modo, grauius peccat, faciendo ſecundum eam, quia tranſgreditur præceptum diuinum: faciendo contra eam. ſolum difformatur. conſcientia, & plus ligat præceptum, quàm conſcientia, ut dictum eſt.


D I S T I N C T. XL.

QVAESTIO PRIMA.

De bonitate actuum ex fine. CIRCA 40. Diſtinctionem. Quæro utrum oĩs actus ſit bonus ex fine. Pro iſta quæſtiona Notandũ eſt, ꝙ triplex eſt bonitas in actu. Quædam naturalis. Alia moralis. Tertia meritoria. Bonitas moralis accipitur dupliciter. Vno modo, ut dicit perfectionem primam, & ſic eſt ipſe actus in ſe. Alio modo, ut dicit perfectionem ſecundam & ſic eſt aggregatum ex omnibus circunſtantiis cõuenientibus actui, quemadmodum de bona facie dicit D. Auguſtinus. ſed bonitas moralis eſt perfectio Secunda habens integritatem omnium circũſtantiarum conformiter ad dictamen prudentiale: ſed bonitas meritoria eſt perfectior ſecunda conueniens actui, ex eo, quod eſt ſecundum inclinationem charitatis. His ſuppoſitis reſpondetur ad *Soluitur quæſtio.* quæſtionem. Ad nullam bonitatem, quæ eſt perfectio ſecunda in actu, ſufficit, quamuis neceſſario requiratur circunſtantia *Soluitur ſecundũ principale.* finis, & per hoc ſoluitur primum argumentum. Ad ſecundum quando arguitur: intellectus ſemper eſt uerus circa principia: ergo uoluntas eſt ſemper recta circa finem. negatur conſequentia, quia uoluntas agit liberè, & intellectus naturaliter. Ad tertium quãdo arguitur: bonitas dat eſſe ex una cauſa. Diſtinguo, *Soluitur tertium.* aut unitate ſimplicitatis, & ſic nego. aut unitate intellectiuitatis. & ſic concedo.

D I S T I N C T. XLI.

QVAESTIO VNICA.



CIRCA diſtinctionem 41. Quæritur: utrum aliquis actus poſſit eſſe indifferens. pro declaratione, primo Notandũ eſt, ꝙ in homine quadruplex eſt actus. Quidam dicitur actus hominis, & eſt quilibet actus, ſiue naturaliter, ſiue liberè factus ab hoĩe. Alius dicitur actus humanus, & ſecundum Scotum in 4. d. 6. q. 5. eſt quilibet actus liberè elicitus ab homine, & propriè ſolum dicitur de actibus uoluntatis. Alius eſt actus inhumanus, & eſt actus præter rationem, & omnem modũ factus, ut interficere patrem, comedere carnes crudas. Alius dicitur actus non humanus, & eſt actus factus ab homine per ſolã imaginationem, ut leuare feſtucam, fricatio barbæ &c. qui ſit caſualiter, aut modo ſubreptitio. In præſenti eſt ſermo de actibus elicitis, uel imperatis a uoluntate.

Actus indifferens poteſt dici tripliciter. Secundo Notandum eſt, ꝙ actus põt dici indifferens tripliciter. Vno modo negatiuè, quia eſt medium inter extrema, & nullum illorũ eſt; ut actus, qui non eſt bonus, neque malus, & de hoc eſt ſermo. Alio mõ poteſt dici indifferens per participationem. i. conuenientiam cum quolibet extremorum maiorẽ, quam ſit conuenientia extremorũ inter ſe; quõ dicimus inter calidum; & frigidum, mediare tepidum. & inter album, & nigrum, mediare rubeũ; & iſto modo poſſet applicari ad ſenſum quæſtionis. Tertio mõ actus põt dici indifferens per ſuſceptionem, quõ dicimus ſuperficiem mediare inter albedinem, & nigredinem; quia eſt ſuſceptiua utriuſque, & non magis determinata ad unum, quàm ad alterum. & hoc modo ẽt poſſet applicari ad ſenſum qõnis; pro quanto ueſtiri poteſt bona, aut mala circunſtantia, & eſt ſuſceptiuus bonitatis, & malitiæ.

Pro parte affirmatiua, & uera eſt auctoritas Ambroſii dicentis, ꝙ affectus & actus interior, imponit nomẽ, ſcilicet, bonitatis, & malitiæ operi. i. actui exteriori: ergo actus exterior de ſe eſt indifferens ad bonitatem, & malitiam.

Refertur opin. ex D. Bonauen. In iſta quæſtione primo ponitur opinio D. Thomę, quam recitat Beatus Bonauentura, & conſilit.

¶Hic dicitur &c.] In duabus concluſionibus. Prima concluſio. Actus in cõi eſt indiffer[…]s ad actus ſingulares bonos, & malos; intelligitur de indifferentia prædicationis. Secunda cõcluſio. Nullus actus ſingularis, eſt indifferens ad bonitatem, & malitiam. Sed quilibet talis eſt bonus, uel malus. probatur ſic. Omnis actus humanus eſt conformis, uel difformis rationi ergo omnis talis eſt bonus, uel malus.

Soluitur rõ opinionis. Reſpondeo, ꝙ differentia eſt inter actum eſſe difformem, & non eſſe conformem, quia hoc ſolũ negat conformitatẽ: Ideo ſtat, ꝙ actus, neque ſit conformis, neque difformis, ſicut ſtat, ꝙ ratio non dictat, ipſum eſſe faciendum, neque fugiendum.

2. arguitur pro opin. Soluitur rõ ſecunda. Secundo arguitur pro eadem opinione ſic. Omnis actus humanus addit ſuper non humanum. i. brutalem aliquid, ſed non niſi bonitatem, uel malitiam. Ad hoc reſpondeo negando minorem, & concedo, ꝙ aliquid addit. Nam diſtinguitur ab eo in eſſe naturæ: & per hoc addit differentiam nobiliorem, ſicut homo ſuper Aſinum. Alio modo diſtinguitur ab eo permiſſiuè, & ſic addit multas differentias, ut bonitatem, & malitiam, quia actus humanus permiſſiuè eſt bonus, & malus, & indifferens ad bonum, & malum. Sed non oportet, ꝙ actualiter ſit bonus, uel malus; & ſic poſſet diſtingui minor; cum probatur, ꝙ actus humanus addit ſuper non humanum bonitatem, uel malitiã: aut formaliter: & ſic nego, aut permiſſiuè: & ſic concedo.

3. arguitur pro opin. Soluitur 3. ratio. Tertiò arguitur ſic. Omnis actus humanus, aut habet oẽs circunſtantias: & ſic eſt bonus, aut caret aliqua, & ſic eſt malus. Reſpondeo, ꝙ non ſequitur: caret circunſtãtia: ergo eſt malus: ſed oportet, ꝙ talis circunſtãtia pro tunc debeat ineſſe. Ex quo ſequitur Corollarium, quòd pro tempore, pro quo Voluntas tenetur ponere rectitudinem in actu, pro tunc non poteſt elicere indifferentem.

4 adiens. Quartò ſic arguitur priuatiuè: oppoſita ſunt immediata circa ſubiectum ſuſceptibile, tempore determinato &c. ſed bonitas, & malitia, ſunt priuatiuè oppoſita circa actum uoluntatis: ergo ſunt immediata circa ipſum actum; & per conſequens, nullus actus indifferens.

Reſpon-

Soluitur quarta rō. Respondeo negando minorem, qoia licet rectitudo, & carentia, sint priuatiuè opposita, tamen noo est rectitudo, & carentia debita. Vel melius, sicur hæc sanitas, & hæc ægritudo suot contraria; sed ooo suot immediata circa, aliud secundom se, sed secundum suum genos: sic rectitudo, & eius carentia debita, ooo sunt immediate opposita secundum se, sed sufficit ea esse immediata secundum genus, qnod ast carentia rectitudinis, ita quod actus est carens rectitudioe, uel rectus.

Quinto arguitur ad idem. Quintò arguitur sic, sequeretur, q aliquis habitus essat indifferens. Responder Scotus, q noo est inconuenieos.

¶ALITER posset dici &c.] Doctor uoster aliter respondet, & ponit opinionem probabilem, quam secuotor Scotistæ. &

Triplex bonitas. Notandum est, q triplex est bonitas. Quædam est booitas ex genere: quędā moris; & quædam meritoria: ut patet dist.7.huius. De bonitata ex genere, & malitia, ex genera; ao sit actus

Tuetur Sco. a Basseli. medius, & indifferaos. Scotus dicit in 5.dist. q non; sed de Bassolis dicit oppositum, & dat exemplum da eleuatione festucæ &c. sad Scotus intelligit de actibus libertatis. &c.

DISTINCT. XLII.

QVAESTIO I. II. III. & IIII.

Prima q. utrum peccatum possit esse in cogitatione. CIRCA 42. distinctionem Quæritur, Vtrum peccatum possit esse io cogoitione; & est quæstio apposita ex reportatis parisiensibus, & non consueta legi. pro cuius declaratione, suppono secundum Doctorem in 4.d.49. q uoluntas, est suprema potentia animæ, & nobilior. Et ioter cæteras po-

Voluntas supremā potentia animæ intellectiua. tentias, Quædam obediunt uoluntati, ut illę quarum operationes suot in potestata uoluotatis; sicut suot intellectus, & sensus, tam exterior, quàm interior, & similiter appetitus sensitiuus. Aliæ sunt oon obedibiles uoluntati, quarum operationes non suot io potestate uolontatis, ut nutritiuæ, & uegetatiuæ; facta approximatione nutrimenti; quamuis ipsa approximatio sit in potestate uolootatis. Secūdo suppono secundum

Secundum suppositum. Theologos, q in omni operatione elicita, uel imparata, potest existera laus, uel uituperium, bonitas, ual malitia, meritum, uel demeritum: & ideo quærttur utrum io cogitatione possit esse peccatum.

¶AD quæstiooes &c.] pro solutione huius quæstionis, & sequentium, præmittit duas conclusiones. Prima conclusio. Malitia formaliter, & per se primo, est in actu uoluntatis, sicut & rectitudo sibi opposita. Et ista est tripilex. Quædam est actualis, & est rectitudo, & bonitas inhęrens actui. Alia est habitualis, & est iustitia originalis, uel gratia. Similiter est duplex pec-

Prima rō ad conclu. catum, origioale, & actuale. His suppositis, arguitur sic, opposita nata sunt fieri circa idem: sed bonitas hue actualis, est per se primo, & formaliter io uoluotate. ergo similiter peccatum: Minor patet ex distin.3.tertii, & 43. Cooformatur auctoritate D. Augustioi, ex qua iofertur, q in solo ualle est peccatum, nō so-

Coroll. in quo actu sit peccatū formaliter. lum pro actu positiuo uolantatis, sed, ut comprehendit omnē actum uoluotatis. Corollariom. In cogitatione, locutione, & operatione, noo est primo & formaliter peccatum: probatur, quia isti suot actus imperati, & oon eliciti a uoluntate.

Sed Ioaones de Bassolis uult probare, q in actu exteriori si-

Bassolus cōtra coroll. Scot. Reprob. ue imperato, sit formaliter peccatum, & impugnat ipsum, & mirandum est de ipso, qaomodo intandit impugnare eum; qa Scotus noo negat, q in actu imperato, sit formaliter peccatū, sed negat, q sit io exteriori primario, & formaliter, sed secundario. Sed cootra. Scotus dicit, q in actu exteriori est materia-

Soluitur argum. Bass. liter peccatum: ergo uult, q io eo noo sit formaliter. nego consequentiam, sed ideo dicitur materialitar esse in actu exteriori, & non primo, & ideo non dicitur ita proprie esse formaliter io axteriori, sicut io ioteriori. secunda conclusio est. pecca-

2. Cōcl. Sc. tum materialiter, & secundario, potest esse in actibus aliarum poteotiarum obedientium ooluntati, hanc cooclusiooem probat Scotus clatè io littera.

¶Ex istis &c.] Coosequenter ad uidendum si peccatum possit esse in cogitatione, disputat Scotus; Vtrum cogitatio sit in potestate uoluotatis. Et arguit ad utranque partem, pro parte negatiua primo, secundo pro parte affirmatiua. Tertio dat regulas, & modum dicendi.

1. rō ad partē negatiuā Quantum ad primum probatur, q cogitatio non sit in potestate ooluntatis, sic. Voluotas uoo fertur in incognitum: ergo cogitatio non est io potestate uoluotatis. Antecedans patet, ex tertio de anima. consequēs probatur sic. quia omnis cogitatio præcedit, aut sequitur actum uoluotatis; sed nulla talis imperatur a uoluntate, ut notum est de sequenti, probatur, quia bonà sequitur cogitatio A, imperatur a uoluntate: ergo est prius natura cogoita ab iotellectu: & ultra est prius natura cognita ab intellectu: ergo præcedit cognitionem sui, cum ipsa causet salem cognitionem. & per consequeos bene sequitor A, præcedit suam cogoitionem, & illa cognitio præcedit imperium uoluotatis: ergo A, pręcedit imperium uoluotatis: qoia quicquid est prius priore, est prius posteriore. & ultra A, est prior imperio uoluntatis: ergo ooo est io potestate uoluntatis; ut de prima cogitatione probatum est: & sic patet resolutorie, quo argumentum uidetur concludere, q cum uolitio præsuppooat cognitiooam cuiuslibet uolibilis, sequitur, q nullum uolitum subiciatur imperio uoluotatis.

Secundo ad idam arguitur: Cogitatio est in potestate uoluntatis, aut illa est, ioqua uoluntas auertit iotellectum, uel non; noo primum, quia si imperaret eam, non auerteret intellectū ab ea, nec secundum. quia illa non est cognita ab intellectu: ergo nulla cogitatio est in intellectu: ergo nulla cogitatio est in potestata uoluotatis. *2. rō ad idē.*

Respondeo ad utranqoa, quando quæritur, quæ cogitatio imperatur a uoluntate, dico, q utraque s. & præcedens, & sequens; & qoando probas de præcedeoti, q non, quia non ast in potestata uoluntatis, quia ipsa præcedit, ergo non imperatur a uoluntate; distinguo, Aut quantum ad principium; & sic concedo: aut quo ad continuationem eius, & sic dico, q est in potestate uolontatis. & quando arguitur, q illa similiter sequēs, non ast cognita: ergo neque imperata. distinguo antecedēs, aut distinctè, & sic cōcedo. aut cōfutè, & sic nego, q nō sit cognita. *Soluitur utraque rō.*

Sed cootra, uoluntas distinctè imperat cogitationem huius furti, & non illius: ergo cogitatio huius furti, præcognoscitur distinctè: alioquio noo magis imperaret illam, quam aliā. Hoc argumentoo est difficile. & tangitur in materia da productione diuinarum personarum. Breuiter Scotus dicit illic, q aliqd est dupliciter præcognitū. Voo modo in ratione obiecti. Alio modo io ratione actus. Nam illud dicitur præcogoitum io ratione obiecti, cuius cognitio ast prius oatura uolitione. exemplum: intellectus meus cogitat furtom, & uolūtas uult ipsum, tunc furtum est præcognitum io ratione obiecti: sed præcognitum in ratiooe actus est cognitio talis obiecti immutans intellectum, & ostendens uolūtati obiectum illud, per quod dicitur ad argumentum. Quando arguitur sic. Illa cogitatio nō est pręcogoita &c. Distinguo, aut io ratione obiecti, & sic cōcedo; aut in ratione actus, & sic nego: qa est cogoitio actualiter cogitt. *Præcognitum dupliciter. Exēplum. Soluitur argum.*

Secundo ad idem arguitur sic. In per se causis esset circulus, consequeos istud est falsum, & consequentia probatur, quia cogitatio est per se causa uolitiooís; uolitio imperans cogitationem, erit per se causa cogitationes. Respondeo q in causis hbe ris, uel qnando altera saltem est libera, beoè potest esse circulus; sed noo io causis oaturalibus. Nam uoluntas ex libertate, pōt facere suū actū priorē, & posteriorē actu, alterius potētiæ. *2. rō ad idē. Solutio secunda rationis.*

Tertio ad idem arguitur sic, cogitatio habet memoriā perfectam, ut causam sufficientem argo oon requiritur uoluntas. Distioguo, q memoria sit sufficiens, aut quantum ad esse cogitationis, & sic concedo: aot quantum ad continuationem debitam: aut totētionem cogitationis: & sic nego: qa intellectus semper sisterer circa unū cogitabile, si uolūtas eū nō auerteret. *3. rō ad idē. Soluitur 3 ratio.*

Coosequenter Scotus ponit quinque modos dicendi de imperio uoluntatis respectu cogitationis, quos impugnat sigillatim, & simul. ex isto fundamento, q tam distincta singularis cognitio, quàm distincta singularis uolitio, quæ est in potastata uoluotatis præsupponit iotellectum. Ita q ad uolitionem, qua Sortes diligitur, non sufficit conceptos hominis; & minus, sufficit, cooceptus cuiuscūque superioris; sed requiritur cōceptos singularis Sortis. ex quo sequitur, q si uoluntas debeat imperare cogitationem A, oportet, q intellectus habeat cognitionē singularem ipsius A, & cum A, nunquam fuerit, sequitur, q uoluotas, nunqoam potuis per imperium suum facere, q A, cogitatio, nouiter sit, quia nunquam A, fuit sibi osteosum per iotellectum, cognitiooa singularis, quæ cognitio singularis, requiritur ad imperium singulare. Iofermaus ergo talem conclusionem. Nulla cogitatio singularis, oon existens in iotellectu, potest impetari a uoluntata per uolitiooem singularem, terminatam ad illam cogitationem, oeque terminatam ad cogitationē illius cogitationis. Secunda propositio. Volūtas, cui, cognitione remissa, ostenditur aliquod obiectum, potest ex imperio, & *Quinque modos dicēdi de imperio uoluntatis. Concl. quæ infertur ex superiorib.*

libertate

libertate ſua intendere illam cognitionem, complacendo in obiecto, & detineodo ex huiuſmodi contemplatione ipſum intellectum, in cogitatione ipſius obiecti, ſed ex hoc, ꝙ complacendo io obiecto detinebit intellectum in tali cognitione, dicitur complacere in cogitatione, non tanquam in obiecto cognito, ſed tanquam io actu cognoſcendi, quem requirit ad complacendum in obiecto, & ideo uoluntas non imperat illam cogitationam in ratione obiecti; ſed in ratione actus.i.uoluntar non habet aliquem actum determinatum, ut obiectum illiut cogitationis, per quam eſt ſufficiens detioere intellectuoi io tali cogitatione. Tertia propoſitio. Quamuis uoluntas primo imperio non imperet cogitationem per modum obiecti, ſed per modum actus; tamen ſecundo imperio poteſt impetare cogitatioonem per modum obiecti; quia illa cogitatio, poſt ſufficientem intentionem, poteſt cauſare ſuam cognitionem, & ſic oſtendi noluntati, per modum obiecti cogniti; & tunc uoluntas poterit eam imperare, tanquam obiectum cognitum.

Mouet' dubium.

Sed reſtat magnum dubium: quia uidetur, ꝙ noluntas copulet patentem eem prole. i. facit memotiam producere cognitionem, non ſolum intendendo præexiſtentem, per complacentiam in obiecto, ſed, ut exprimitur, cauſaodo cogitationem. Nam ea imperio uoluntatis, connerto intellactum ad cogitandũ illud, qnod prius nullo mõ cogitabam. Sed Scotus uidetur negare iſtud, qnod dicit, ſed ſemper talir conuerſio intellectur ex imperio uoluotatir, eſt ad cogitandum intẽſior, quod prius remiſſe cogitabar, & ſic hoc teneamus, cum intellectus poſſit conuerti ad qnodlibet intelligibile, cuius ſpeciem babet, ſequitur, ꝙ tot ſunt remiſſæ cognitiones in intellectu, quot ſunt ſpecies intelligibilium in intellectu. Videtur etiem ſequi, ꝙ qua ratione ſunt in uigilia cum nehementi cogitatione unius obiecti, etiam eruor in dormiente; quie illæ cauſantur naturaliter a ſpeciebus exiſtentibus io intellectu. Sed de dormiente benè poſſet aſſignari cauſa, quare in eo non eſſent huiuſmodi cognitiones: quia intellectus pro ſtatu iſto, ut cum phãtaſia comparatur eſt certo modo nobir incognito. tamen ſi de uigilante uolumur concedere, probabilem idetur.

Sco. ſolutio.

Obiectio.

Et ſi dicas D. Auguſtinus dicit. 2. de Trinitate cap. 8. ꝙ quãuis in memoria ſint multæ ſpecies, & omnes æque præſentes aciei cogitantis, non tamen omnes ſimul acies contuetor. Itẽ ſequeretur, ꝙ eſſet proceſſus in infinitum in notitiis actu exiſtentibus, quia quælibet cognitio exiſtenr in intellectu cauſat notitiam ſui. & ita A, cauſat B, & B, cauſat C, & ſic io infinitum.

Solutio prima.

Ad iſtam rationem dico primo, ꝙ non eſſet inconoeniẽs concedere in intellectu proceſſum in infinitum, in cognitionibus actualiter exiſtentibus, ſic, ꝙ non ſir debilis ultima; ſicue concedere proceſſum in partibus continui proportionabilibus, ubi neſcis dare ultimam: ſed quamlibet ſequitur altera. & ſimiliter non eſſet ioconueniens concedere proceſſum in infinitum in intellectu, ſi demonſtratione coacti concedimus infinitas uiſiones æque perfectas in potentia uiſiua, uidente unũ bipedale, io quo ſunt infinita puncta, quorum quodlibet cauſat ſuam uiſionem.

Solutio 2.

Tamen aliter reſpondeo, & dico ſecundo, ꝙ non quælibet cognitio exiſtens in intellectu, cauſat cognitionem ſuam; quia quandoque ſunt ualde remiſſæ, & ideo noo poſſunt cauſare notitiam ſui reflexam. & hoc eſt, quod uult dicere D. Auguſtinus ꝙ noo omnes ſimul ſpecies acies contuatur cognitionis, quia ſufficit intellectum, uel fortè conoerti ſuper unum. Nam ſi cogito de Sorre, & quæratur e me, quid cogito; non dicam, ꝙ cogitabam cognitionẽ Platonis, quia cogitatio de Platone, quæ tunc erat in intellectu meo, noo erat ſufficiens ad cauſandem notitiam ſui, per quam reſponderem, ꝙ cogitabam de illo. Sed dicam pro tunc, ꝙ cogito de Sorte. ſed quando notitie Sortis, eſt benè iotenſa, propter complacentiam uoluotatis circa Sortem, tũc illa poteſt cauſare ſuam notitiam, & illa notitia ulterius alteram, & alie aliam. & ſic patet, qualiter illa opinio eſt probabilir io iſta concluſione, ꝙ intellectus omnia cognoſcit actualiter remiſſe, quorum habet ſpecies; & quare non cognoſcit intenſè, Dicit Beatus Auguſt. ſe ſufficienter inuenire non poſſe.

Soluit obiectionem.

Pro ſolutione ſuppono, ꝙ ſermo ſit in poteſtate uoluntatis, ratione potentiæ motiuæ ipſius linguæ, quæ ſubiacet imperio uoluntatis. & ideo licet in ſermone non poſſit eſſe rectitudo, uel malitie formalis, poteſt tamen eſſe materialis, & participata.

Tribus cõditionibus cognoſcit peccatũ in ſermone.

Dico, quòd tribus modis poteſt eſſe peccatum in ſermone. Primo eſt, quando ſermo non fit ſuper debitam materiam, ut detractiones, & blaſphemiæ. Secunda conditio eſt, quãdo non fit propter debitum finem, ſcilicet ad ædificandum proximum, & ad ſalutem proximi, ut ſermo ſcandaloſus religioſis, & uiris in dignitate conſtitutis. Tertia conditio eſt, quando ſermo non correſpondet conceptui; & ideo omne mendacium eſt peccatum.

Pro ultimi argum. triplex ſign.

Pro ſolutione ultimi argumenti ſunt duo Notanda, primũ, ꝙ triplex eſt ſignum, quoddam eſt reſpectu futuri; & dicitur pronoſticũ, iuxta illud: Erunt ſigna in ſole, & luna. Aliud eſt ſignum præſentis, & dicitur demonſtratiuum, ut circulus pendens ante tabernam. Aliud eſt ſignum reſpectu præteriti, & dicitur ſignum rememoratiuum, iuxta illud: Ponam arcum meum in nubibus cœli, & erit ſignum fœderis ſempiterni &c.

Sed eſt dubium an uoces ſignificantes ad placitum ſint ſigna demonſtratiua, aur rememoratiua: pro declaratione Notandum eſt ſecũdo, quòd ad hoc quod uox ſignificet ad placitum apud aliquem, tres conditiones requiruntur. Prima, quòd ille cognouerit rem. Secundo, ꝙ cognouerit uocem. Tertio, ꝙ cognouerit uocem fuiſſe impoſitam ad ſignificandum talem rẽ. poteſt dici bis ſuppoſitis ad dubium, quòd uoces ſunt ſigna rememoratiua impoſitionis, quæ præfuit, & demonſtratiua rei ſignificatæ, quæ præſens eſt.

DISTINCT. XLIII.

QVAESTIO PRIMA.

Agit de peccato in ſpiritum ſanctũ ex D. Bonauentura dict.



IRCA 43. diſtinctionem. Prò introductione primæ quæſtionis dico tria ex intentiooe D. Bonauenturæ. Primum dictum: Peccatum in Spiritum ſanctũ eſt grauiſſimum, in lędendo naturam, & offendendo maieſtatem diuinarum. primum patet, quie excludit omnem uiam ſalutis: ergo maximè lædir naturam, ſicut lepra, quæ ſanari non poteſt. ſecundũ patet, qoia non habet aliquem colorem excuſationis, apud Deũ, ſicut hebent alia peccata. Ideo maximè offendit. Secundum dictum peccatum in Spiritum ſanctum eſt greuiſſimum peccatorum, per ea, per quæ diſtinguitur ab aliis peccatis. patet triplici diſtin. 1. ea ratione principii. nam hoc procedit ex certa malitia: Alia uero ex ignorantia, uel infirmitate. Secundo ratione oppoſiti, quia opponitur gratiæ pœnitentiali, uel finali, ex qua cætera remittuntur. Tertio ratione ſubſtrati, quia conſiſtit in actu ipſius Spiritus formaliter, & obiectinè. Alia peccata non, ut luxuria, & alia peccata. Dicitur: Spiritus blaſphemiæ non remittitur io ſecula ſeculorum. Tertium peccatum in Spiritum ſanctum dicitur irremiſſibile, pro quanto includit impęnitentiam finalem. dupliciter tamen aliquis dicitur impęnitens. Vno modo propter propoſitum nõ pęnitendi. Alio modo propter continuam permanentiam in malo.

Dupliciter quis dicitur impenitens.

¶Reſpondeo Hic; &c.] pro ſolutione quęſtionis, io qua quęritur, Vtrum uoluntas poſſit peccare in Spiritum ſanctũ; tria ſunt uidenda. Primum qualiter aliquod peccatum ſit præciſè contra Spiritum ſanctum. Secundo, quod nam ſit tale peccatum. Tertio an ſit irremiſſibile. Quantum ad primum nota, ꝙ aliquem peccare in Spiritum ſanctum, intelligitur tripliciter. Vno modo quia peccat cõtra perſonã Spiritus ſancti. Secũdo, quia peccat contra proprium Spiritus ſancti. Tertio, quia peccat contra appropriatum Spiritur ſancti.

In omni peccato è auerſio a Deo auerſio duplex.

Pro ſolutione quæſtionis, notat Scotus, ꝙ in omni peccato eſt auerſio a Deo: Vnde auerſio ab aliqua perſona eſt duplex. Quædam eſt formalis. Alia eſt uirtualis. Auerſio formalis eſt odium illiur perſonæ, aut uelle peccare contra illam perſonam, cogitaodo de ipſa. Sed auerſio uirtualis, non cogitando de illa perſona, eſt habere odium alterius perſonæ: ut auerſio uirtualis a patre, eſt habere odium filii, non cogitando de patre. propter quod etiam odium auertitur a patre: quia pater, & filius habent unum eſſe per circuminceſſionem.

Primum dictum Sco. 2. Dictum.

Primum dictum. impoſſibile eſt actualiter auerti ab una perſona, & non uirtualiter auerti ab alia. Secundum dictum: poſſibile eſt actualiter auerti ab une perſona, & noo actualiter auerti ab alia. Iſta dicta declaraotur, & probantur in littera.

Ad quæſtionem reſpon. per dicta. 1. Dictum. 2. Dictum.

Ad quæſtionem ergo dico primo, quòd peccatum non dicitur in Spiritum ſanctum, quia ſit contra perſonam Spiritus ſancti, & nõ contre aliã actualiter, uel uirtualiter. Secũdo mõ peccatũ põt dici in Spũm ſanctũ, qa eſt actualiter cõtra pſonã Spũs ſancti,